



FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS
Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ
ADVOCATI
DISSERTATIONES
FISCALES.

FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS
Sacri Consistorii, Fisci, & R. C. Apostolicæ
ADVOCATI
DISSERTATIONES FISCALES
PARS PRIOR.





ROMÆ MDCCLI.

Ex Typographia Joannis Baptistæ Bernabò, & Josephi Lazzarini.
PRÆSIDUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

Eminentissimo & Reverendissimo Principi

THOMÆ CARDINALI RUFFO

SACRI COLLEGII DECANO

Vice-Cancellario, Ostiensi ac Veliterno Episcopo.

LUDOVICUS DE VALENTIBUS

FELICITATEM.



UM *paucis ab hinc annis primam a Ferdinando Patruo jampridem elaborati Operis partem publici juris fecissem, primum ejusdem partis Volumen in amplissimam SSmo, eruditissimoque Pontifici* BENEDICTO XIV. *clientelam commendandum curavi; eo sane consilio, ut illi gratiam apud homines existimationemque conciliarem, & meum erga Pontificem Optimum Maximum studium & observantiam palam omnibus testatam facerem. Nunc vero quoniam oblata mihi occasio est, ad alteram ejusdem Operis partem*

tem typis edendam, *Tu mihi præ reliquis unus post* BENEDICTUM *Pontificem occurristi*, PRINCEPS EMINENTISSIME, *cui primum ejusdem partis Volumen dicarem. Etenim si privatas hac in re, quibus mirum in modum commoveor, rationes inire velim, profecto qui Tibi jure meritoque anteferatur, neminem video. Quid enim de singulari comitate tua dicam, qua me semper excepisti? quid de bonitate, studio, ac benevolentia, qua me ita complexus es, ut non solum necessitudinis, sed & consiliorum tuorum participem esse volueris? Quid vero præclara in me officia, quid amplissima, quibus plurimum Tibi debeo, beneficia commemorem? Quæ porro tot tantaque fuerunt, ut, si ea non ornare & amplificare, sed enarrando solum prosequi velim, infinitus propemodum sim. Verum illud præterea ad rem nostram accedit, totius nimirum Operis hujusce argumentum atque materies. Cum enim illud totum, tum in publicis Populorum commodis utilitatibusque, tum Sanctæ præsertim Sedis Jure, dignitate, ac majestate defendenda versetur; cujus præ cunctis rationem haberem, nisi Ejus, qui plurimum pro ipsius gloria atque splendore laboravit? In quo certe industria, studium, ac vigilantia quanta fuerit tua*, PRINCEPS EMINENTISSIME, *tacitus præterire nullo modo possum. Quis enim aut tam rerum imperitus, aut tam peregrinus inveniri potest, ad quem rerum tuarum fama non pervenerit? Quis ignorat quanta in custodiendis Sanctæ Sedis Juribus incommoda vigiliasque perpessus sis, quantam tibi vel a potentissimis Viris invidiam conflaris, ut Ecclesiæ dignitatem consilio ac prudentia tuereris, sapientia mirum in modum confirmares? Scimus porro, cum primum ad Ecclesiasticam Rempublicam accessisses, quanto cum studio atque animi ardore traditam Tibi satis laboriosam Æmiliæ Pro-Legationem susceperis, Legato ad eam destinato clarissimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Caraffa, quanta cum laude administraris, quanta cum felicitate ad exitum perduxeris. Verum quid ex tot, tamque præclaris initiis processu deinde temporis consequi oporteret, pronum cuique est intelligere. Itaque cum Tibi a Romano Pontifice Melitensis Quæsitoris Provincia delegata esset*,

esset, ita Melitensium omnium Votis respondisti, ut nobilissimæ Civitatis, quam de Te maximam conceperat, expectationem ipsam superaris. Quid vero dicam de eximia animi tui moderatione, miraque in ecclesiastica dignitate administranda sapientia, qua Etruriæ universæ benevolentiam Tibi conciliasti, cum apud Cosmum III. Magnum ipsius Etruriæ Ducem pro Romana Ecclesia Apostolici Nuncii munere fungereris, & a religiosissimo Principe ita gratiam inires, ut ille Te præ cæteris unum sibi charissimum haberet? Quæ quidem Legatio cum nomini tuo honorificentissima, tum Apostolicæ Sedi maxime salutaris ad alia munera obeunda Tibi aditum patefecit. Vix enim ex Etrusca Legatione Romam revocatus es, cum Te duo Summi Pontifices Innocentius XII., eodemque e vivis sublato, Clemens XI. Cubiculi Magistro usi sunt: quorum gravissimum de Tua fide, sapientia, & integritate judicium tunc satis aperte nobis declaratum est, cum eorum Alter, Innocentius scilicet XII. summopere exoptavit, ut Tute sibi mortis nuncius fieres, & suprema Ecclesiæ Sacramenta administrares. Alter vero Clemens XI. Te in amplissimum Cardinalium cœtum cooptandum, tuæque fidei commendandam Æmiliæ totius, Bononiæ, Ferrariæque Legationem putavit. In qua quidem tam sapienter ad Legum normam omnia composuisti, ut, cum decem & octo annorum spatio rem administraveris, satis omnibus feceris, & quod difficillimum est, læseris præterea neminem. Quod si magis quam par est prolixi esse velimus, singula quæ a Te cum Bononiæ, tum in Æmilia universa gesta sunt, libentissimo animo prosequeremur. Verum cum his omnibus supersedere omnino statuerimus, ad unam tantummodo Ferrariæ Civitatem, cui tot annos summa cum potestate præfuisti, oculos mentemque convertam. Profecto nullus in amplissima Urbe locus est, in quo aut Christianæ pietatis, aut liberalitatis Tuæ Monumenta præclarissima non reperiantur. Quid enim hic dicam Ferrariensem Episcopatum opera tua Archiepiscopatus jure donatum? Quid principem illius Urbis Ædem pene a fundamentis ædificatam, divitiis auctam, sacraque supellectili mirifice ornatam? Quid ipsam Episcopalem Domum magnis sumptibus con-

construćtam, atque ad nobiliorem splendidioremque formam restitutam? Quid denique Seminarii Tecta amplificata atque aucta pro aliis duodecim Alumnis, quibus substentandis liberalem tuo sumptu Censum attribuisti? Quo tempore cum ab Innocentio XIII. ad summam Pontificatus dignitatem evecto, amplissimum Tibi munus a Secretis Status, oblatum esset, praeclaram illam tuam vocem audivimus, oblatam scilicet dignitatem, inceptis Ferrariensis Templi, atque Episcopalis Domus operibus Te posthabere, ne quod Ipse propriis sumptibus susceperas, magno deinde cum Successorum tuorum incommodo dispendiisque opus non perfectum relinqueres. Verum haec praeclara quidem sint, summeque commendanda. Quod tamen in Summo Viro Romanae praesertim Ecclesiae Cardinali, & Episcopo in primis laudandum jure censeo, illud profecto est, Animarum studium, ac Pastoralis vigilantia, qua creditum sibi gregem a teterrimis adversariorum insidiis custodiat ac tueatur. Quo in munere quam singularis vigilantia fuerit tua, haud satis verbis queam explicare. Dicam tamen Te, quum Archiepiscopatum Ferrariensem simul, & Episcopatum Praenestinum obtineres (cum adhuc Episcopatus Suburbicarios una cum aliis, ut ajunt, residentiae haberi Lege vetitum minime esset) incredibili animi constantia, summaque diligentia omnes ita muneris tui partes adimplevisse, ut nihil, quod aut ad Animarum salutem, aut ad Religionis splendorem atque dignitatem faceret amplificandam, abs Te plane fuerit praetermissum. Quia vero Praeneste commorari minime poteras; ne forte, Te absente, Praenestini Cleri disciplina detrimenti quidquam pateretur, vigilantia tua factum est, ut quem Ferrariensis Ecclesiae status adesse prohiberet, Praenestini per literas praesentem quodammodo haberent. Imo & semel ad Praenestinam Dioecesim visitandam Ferraria discessisti, eoque munere expleto, illuc statim reversus, non aliam ejus itineris caussam praeter Animarum salutem, Te habuisse, satis aperte docuisti. Uno Te Auctore, Sacra Praenestina Synodus convocata est atque ad exitum feliciter perducta. Ex qua certe quanta in universam illam Dioecesim utilitas derivata sit, ex eo colligi

ligi vel maxime potest, quod per illam Ecclesiastica Disciplina ac splendor in dies magis magisque undique reflorescat ac mirum in modum augeatur. Enim vero qualem unquam aut peritiorem in regendo, aut vigilantiorem in custodiendo Dominico grege Pastorem nancisci ii potuissent Episcopatus tuæ curæ traditi, quam Te, PRINCEPS EMINENTISSIME, *qui tam cumulate responderis optimæ, quam a puero usque haustisti, institutioni magni illius Barensis Archiepiscopi Patrui tui, qui moriens eam nobis sanctitatis famam reliquit, ut cum Neapoli, tum Barii de insignibus illius virtutibus certissima testimonia, juridicæque denunciationes habitæ sint, ut aliquando de illis consueto ritu Caussa suscipi peragique possit? Et sane tuus erga Ferrariensem Ecclesiam amor, in qua tanta cum laude regenda viginti & amplius annos versatus es, ejusmodi fuit, ut eam nullo pacto deserere, aut divelli ab ea potuisses, nisi ægræ valetudinis tuæ ratio, & Medicorum consilia Te invitum abire coegissent. Quid vero Te abiisse dicam, si pretiosa munera, quæ ad eamdem Ecclesiam dono misisti, & subsidia, quibus adhùc Ferrarienses Pauperes sublevas, argumento nobis sunt, Te corpore quidem, sed non animo ab ea discessisse, quam adhuc in oculis sinuque gestas? Verum quæ de Te hactenus commemoravi, licet ita clara sint, atque perspecta, ut de illis dubitare nemo possit, cum tamen de temporibus aliquanto remotioribus res agatur, ea quasi longe posita ab oculis recessisse videntur. Quot vero sunt & quanta, quæ nostros ante oculos posita, quæ si singula dicendo consectari velimus, perlongam orationem texere necesse esset? Vidimus opulentissimam Pesculi Abatiam ad Episcopalem Tusculani Præsulis Mensam pertinentem, Veliterno Episcopatui opera tua tandem esse conjunctam, nec imposterum propter ejusdem agri Veliternæ Urbi propinquitatem pravis hominibus, ut antea, asylum præsidiumque sceleribus præberet. Si vero in ea solum, in qua versamur Urbe Roma, inspicere velimus præclara vel pietatis, vel munificentiæ tuæ monumenta, ea nobis tot occurrunt, ut ab illis oculos avertere minime possimus. Vix enim Pontifex Maximus* BENEDICTUS XIV. *renunciatus*

b *est,*

est, nihil habuit antiquius, quam amplissimam Vice-Cancellarii Dignitatem Tibi deferre: quocirca nihil Tibi contingere potuit honorificentius, nihil quod Pontificiam benevolentiam erga Te magis declararet. Quid deinde? Sive ad Sanctorum Laurentii, & Damasi respiciamus, magnificentissimum ibi peregrinis marmoribus constructum Sacellum, sacraque supellectili ditatum reperiemus; sive copiosissimas in Pauperum subsidium eleemosynas eorumque præsertim, quibus victum publice quæritare minime licet, consideremus; sive redditus amplissimos ad opportuna pro egenis Parochiæ medicamenta procuranda, destinatos attendamus, nihil non sancte, non pie, non magnifice factum omnibus merito videatur oportet. Eoque magis laudandus es, quod Ipse sine emolumento, quod alii ante Te perceperunt uberrimum, hæc ultro Christianæ pietatis munera susceperis. Quid, si ardens hoc Charitatis tuæ studium omni adeo tempore enituit, ut neminem abs Te unum, modo egenus & pauper esset, unquam rejeceris? Illud vero admiratione quammaxima dignissimum semper visum est, quod cum facinorosi homines meritâ pœnâ supplicioque afficerentur, Tu eorum Uxores in sacro Cœnobio collocandas, parvosque Liberos, ac pauperes propinquos tuis sumptibus alendos curares, ne sontium pœna ad insontes quoque transiret. Quare mirum nemini videri debet, si Te tanta omnes benevolentia complectantur, si Te Parentem Pauperum, Principem Munificentissimum Apostolici Collegii splendorem, decus, atque ornamentum prædicent. Quod si semper hic omnium de Te sensus, ac serme fuit: nuper tamen potissimum in adversa tua valetudine clarius adhuc nobis testari visi sunt, cum ex omni genere atque ordine nemo fuerit, qui effusis precibus votisque Deum Optimum Maximum enixe non efflagitarit, ut Te ad pristinam valetudinem restitutum, ad longum adhuc tempus incolumem nobis, Urbique universæ servaret. Verum cum hæc cursim attigerim, raptimque dixerim, nolim ea perinde a me dicta accipiantur, ac si laudationem de Te aliquam concinnandam suscepissem, quippe qui me tanto oneri imparem videam, Virtutesque tuas admirari potius, quam laudibus exornare possim.

Alii

Alii profecto non deerunt, qui & a me prætermissa quamplurima, & rudi oratione explicata, ea qua par est dicendi copia & eloquentia ad Cœlum extollent. Illud jam superest unum, ut benigno vultu, eaque comitate, quæ Tibi a natura indita est, Opus istud, qualecumque sit, excipias, foveas, tuearis. Quod quidem Tibi non injucundum fore confido, quod earum rerum, in quibus semper summa cum laude versatus es, tractationem contineat, atque una Tibi grati animi mei Testimonium existat pro singulari tua erga me benevolentia, quam pro tua humanitate mihi polliceor fore sempiternam.



FORENSIS JURISPRUDENTIÆ STUDIOSIS

VENANTIVS MONALDINVS.



DISSERTATIONES FISCALES FERDINANDI DE VALENTIBUS ultimum hunc, in quem eas rejecimus, digniorem locum jure sibi vindicare quis non fateatur? Cum enim consueverit ille argumentorum dignitati variam, exquisitam perpetuis studiis doctrinam, ac eruditionem accomodare, & communia mitiori, nobiliora redundanti tractare; in publicis his nobilissimis effudit sese, & quidquid pretiosius congesserat ac reservaverat, ut hæc verè illum totum, & quantum repræsentare sola queant. Opus ergo concludimus Dissertationibus his eo animo, ut, si priora quatuor volumina, publici juris jamdiu facta, & probastis, & emistis, reliqua hæc vestram mihi gratiam, ac favorem plenè concilient, ac colligant. Continebuntur Dissertationes hæ Fiscales tribus totis voluminibus hoc ordine, ut primum, & secundum amplectatur materias, quæ vulgo vocantur Jurisdictionales, nec non jura Sanctæ Sedis, Cameræ Apostolicæ, & Fisci: tertium verò Causas Immunitatis Ecclesiasticæ, & Criminales una cum Indice locupletissimo materiarum trium horum Voluminum.

BENEDICTUS PP. XIV.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.



UM, ficut dilectus filius Venantius Monaldini Mercator librorum, seu Bibliopola de Urbe nuper exponi fecit, ipse editionem Operum quondam Advocati Ferdinandi Valenti sumtibus suis ad publicam utilitatem commodumque in lucem edere intendat, vereatur autem ne ab aliis, postquam Opera hujusmodi in lucem prodierint, qui ex alieno labore lucrum quærunt, absque ejus licentia in maximum sui præjudicium, & damnum Opera huiusmodi imprimantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus ei in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Venantium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Venantio, ut decennio proximo à primæva dictorum Operum impressione computan. durante, dummodò tamen illa priùs à dilecto filio Magistro Sacri Palatii Apostolici adprobata sint, nemo, tàm in Urbe præfata, quàm in reliquo Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Nobis subjecto dicta Opera sine speciali dicti Venantii, aut ab eo causam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel aliis impressa vendere, aut venalem habere, seu proponere possit authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. *Inhibentes* propterea utriusque sexus Christifidelibus, præsertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis sub quingentorum Ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & typorum omnium pro una Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro alia eidem Venantio, ac pro reliqua tertiis partibus Accusatori, & Judici exequenti irremisibiliter applican., & eo ipso absque alia declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante prædicta Opera, aut aliquam illorum partem sine hujusmodi licentia imprimere, aut ab aliis impressa vendere, seu venalem habere, vel proponere quoquomodo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis de latere Legatis, seu eorum Vice-Legatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis justitiæ Ministris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus ipsi Venantio, seu ab eo causam habentibus prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eodem Venantio requisiti fuerint pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Statutis, & consuetudinibus etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumtis etiam in ipsis libris impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsùs fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Augusti MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

D. Cardinalis Passionæus.

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarsi Vicesgerens.



APPROBATIONES.

I.

SI doctissimi Viri Ferdinandi de Valentibus, Consistorialis Aulæ & Fisci Pontificii Advocati uberrima vota tum de contractibus, tum de ultimis voluntatibus, ac demum super re canonica & beneficiaria, jamdiu prioribus quatuor voluminibus typis impressa curâ & studio R. P. D. Ludovici de Valentibus, strenui virtutum Patrui æmulatoris, a tota Jurisprudentum Republica gratiam invenerunt: sperare oppidò fas est, acceptas magis atque magis habitas iri Dissertationes Fiscales tribus ultimis hisce voluminibus contentas, in quibus celeberrimus Author suas omnes quodammodo effudit ingenii vires, plenamque non minùs privati, quàm publici juris scientiam, qua præstabat, amplissimè palam fecit. Dignissimas itaque censeo, ut quanto citiùs Eruditorum omnium adimpleto desiderio, a tenebris, in quibus huc usque delituerunt, ad publicam utilitatem, eruantur. Datum ex Ædibus Apostolicæ Datariæ Quarto Idus Maii à reparata salute MDCCLI.

Xaverius Justinianus SS. mi D. N. PP. BENEDICTI XIV. *Sub-Datarius, Prælatus Domesticus, ac Signaturæ Gratiæ Votans.*

II.

EOdem plausu, & publicæ utilitatis incremento, quo typis edita fuerunt elucubratissima Vota eximii Jurisconsulti Ferdinandi de Valentibus, Fisci, & R. C. A. Advocati, continentia materias contractuum, & ultimarum, voluntatum, ac ecclesiasticas quæstiones, recipiendæ erunt Dissertationes Fiscales, quæ tria volumina implent, ex quibus præfulget quantâ idem eximius Author præditus fuerit doctrinæ, & eruditionis copiâ non tantùm in materiis Jurisdictionalibus, & Fiscalibus, verùm etiam in respicientibus Immunitatem ecclesiasticam, & Criminum publicam vindictam; Unde expediens censeo literariæ Reipublicæ, ut publici Juris fiant si ita videbitur Rmo P. Magistro Sacri Palatii Apostolici. Datum Romæ hac die 14. Maii 1751.

Armodius Gregorius Venturellus in Romana Curia Advocatus.

III.

III.

Quamquam *Dissertationes Fiscales* Ferdinandi de Valentibus, summo ingenii acumine, profundâ doctrinâ, mirâ eruditione, & elegantiâ locupletissimæ, nullius egeant adprobatione, sed solum sufficiat nomen, & authoritas tanti Viri, quem uti Principem Reipublicæ Literariæ agnovimus; Attamen censeo, eas esse maximâ laude dignas, typisque mandandas, ut validiùs, tutiùsque defendi, & conservari possint *Immunitas Ecclesiastica, nec non Jura S. Sedis, & Cameræ Apostolicæ*, quæ celeberrimus Author, fungens munere *Advocati Fiscalis* strenuè adeo, cum tanto nostræ Curiæ plausu, & admiratione propugnavit. Datum Romæ 14. Maii 1751.

Bartholomæus Liverzani in Romana Curia Advocatus.



IMPRIMATUR.

Fr. Joseph Augustinus Orsi Ord. Præd. Sacri Palatii Apostolici Magister.

INDEX ARGUMENTORUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

FER.





FERDINANDI DE VALENTIBUS

Sacri Consistorii, & Fisci Apostolici Advocati

DISSERTATIONES FISCALES.

ARGUMENTUM.

In renovatione Investituræ Regni Neapolis, & Siciliæ concedenda Carolo VI. Imperatori cum dubitaretur, num fas esset, per derogationem primordialibus ejusdem Regni Investituris, diversum statuere succedendi ordinem, quo scilicet masculi ex masculis semper præferantur fœminis, eæque nonnisi in subsidium admittantur, hac de re consultus Author, id ex publicæ utilitatis caussa fieri æquum esse respondit in hac sua Dissertatione pluribus similium derogationum exemplis allatis.

DISSERTATIO PRIMA.

1 Julius II. *tàm de Neapolitano Regno, quàm de illo Siciliæ investivit Ferdinandum Aragoniæ Regem, omnesque, ex eo per rectam lineam descendentes.*

2 Clemens IV. *de utriusque Siciliæ Regno, anno 1625. investivit Carolum I. Andegavensem.*

Succedendi autem forma, ab eo præscripta, linealis cognatica *appellatur*, ibid.

3 *In Regno Aragoniæ Nepos, vel Neptis filii aut filiæ Primogeniti, seu Primogenitæ, vivente Patre, præmortui, aut præmortuæ, præferebatur Patruo, & Amitæ, ceterisque Transversalibus.*

4 *Idem servabatur in universis Hispaniarum Regnis.*

Eaque succedendi forma castellana *ideo nuncupabatur.*

5 *Divisio ordinem sermoni, ac Rei tractandæ claritatem adfert.*

6 *Feudi renovatio nil aliud est, nisi veteris juris in aliam personam translatio, seù confirmatio*

7 *Prima feudi per investituram adquisitio in hoc à renovatione differt, quod per hanc novum feudum non adquiritur, sed vetus renovatur.*

8 *In adquisitione feudi per investituram, verè fit novi feudi adquisitio.*

Nulla ratione habita, quid juris novus Vassallus, aut ejus Majores in eo feudo habuerint, ibid.

9 *Investitura est ante omne jus feudale, omnibusque prævalet feudalibus consuetudinibus.*

10 *Investituræ tenor servandus est, tametsi naturæ, & consuetudinibus feudi adversaretur.*

11 *In concedenda renovatione feudi, tamquam lex, prima investitura est inspicienda.*

12 *Prima feudi investitura dicitur basis, radix, & fundamentum reliquarum; quæ ab ea normam debent accipere*, & num.14.

13 *Investituræ renovatio concedi nequit, nisi sub eisdem pactis, conditionibus, & provisionibus, in priori investitura contentis*, & num.15.

Procedit in casu etiam reversionis ad Dominum directum, ibid.

14 *Sequens investitura nil novi juris tribuit, sed vetus solummodò confirmat.*

15 *In posteriori investitura si quid reperiatur devians à prima, id per errorem, vel subreptionem factum præsumitur.*

16 *Primæ investituræ tenor semper inspiciendus, nulla habita ratione de alteratione facta in secunda.*

17 *Princeps antiquas investituras immutare nequit.*

Sic etiam nec præsumitur immutare illas voluisse, ibid., & num.28.

18 *Pactiones, quæ à priori investitura devient, tametsi dispositioni Juris magis conformes, nullo numero habendæ sunt.*

19 *Fœminis in priori investitura comprehensis non nocent posteriores investituræ, favore dumtaxat Masculorum factæ; ratio* num. seqq.

20 Ex primordiali investitura jus irrevocabile personis omnibus in ea comprehensis quæsitum dicitur.

21 Quod à Principe tolli nequit aut minui, ibid., & num.23., & num.109.

22 Beneficium à Principe concessum, perpetuò mansurum esse decet.
Eidemque non licet venire contra promissionem, ab antecessore suo factam, ibid.

23 Successor Imperii ex contractu à prædecessore suo celebrato non tenetur, secus est in concessione feudi, ibid.

24 Investituram, ab Antecessore concessam, nec Summus Pontifex revocare potest.

25 A Principe nec etiam de plenitudine potestatis revocari potest investitura, ab Antecessore concessa.

26 Pactorum observatio est de Jure gentium, à quo nec ipse Princeps est exemptus.

27 Princeps Secundogenitum ad fidelitatem admittendo, non præjudicat Primogenito in successione feudi.

28 In renovationibus investiturarum adponi semper consuevit clausula=Salvo jure Tertii=.
Et hæc licèt non exprimatur, semper tamen inesse censetur, ibid., & num.120.

29 Regula nulla in universo Jure est, quæ exceptionem non admittat.

30 Regula in Jure constituitur, non ut ex Regula jus sumatur, sed ex Jure Regula fiat.

31 Regnorum successiones eo regulariter Jure, atque ordine deferuntur, quo feudales, emphyteuticæ, aliæque ejusmodi.

32 At non semper communibus regulis, sed eminentiore quodam jure, metiendo ex utilitate publica sunt decidendæ, & numero 36. 86., & 103., & 119.

33 Publicæ utilitatis, & tranquillitatis Ratio in successionibus Regnorum prævalet juri sanguinis aut cuivis alteri, ex investitura, vel alia dispositione desumpto, & num.48.

34 Privatis Vassallis data, vel tradenda feudi concessio, feudalibus Legibus decidi potest.

35 Regnorum Siciliæ, ac Neapolis pacificæ possessioni conjuncta semper fuit S. Sedis incolumitas, atque Italiæ salus.

36 Regnorum jura non ex Successorum commodis, sed ex publica utilitate metienda sunt, & num.86., & 103.

37 Reipublicæ tutelam, atque procurationem ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerendam esse, ait Cicero.

38 Regiæ dignitates ad onus potiùs, quàm honorem deferuntur.

39 In successionibus Regnorum spectari magis debet publica utilitas, & succedentis habilitas, quàm gradus, & ordo ætatis

40 Regnum non propter Regem, sed Rex propter Regnum fuit institutus.

41 Privatæ res, & jura utilitati publicæ adeo inserviunt ut possessori eripi, & in Reipublicæ commoda impendi possint.

42 Regna dividi nequeunt ad instar prædiorum privatorum.

43 In Rempublicam nemini quæsitum jus est.

44 Regni heres instituta filia potestatem non habet, invito Populo, eum, quem velit Principem Reipublicæ imponere.

45 De Regno Daciæ Enricum deturbarunt Subditi, quòd Lictoris filiam, uxoris loco sibi esse voluisset.

46 In Regnis locum non habent definitiones, & regulæ Logicorum.

47 Regnorum successionis regula est, ut successio fiet intra eos, qui à primo Rege descendant, ut jure sanguinis successio deferatur, ut fœminis præferantur mares, & maximus natu inter illos eligatur, atque in uno individuum Regnum maneat, & num.66., & 73.
Horum autem ratio ibid.

48 Quæ in Regnorum successionibus ordinata sunt, mutari possunt, si in illorum perniciem vergere noscantur, & num.84.

49 Consuetudo Regni de præferendo Primogenitum, contra utilitatem totius Regni interpretari non debet, & num.117.

50 Zaccharias Papa ex inertibus Regibus Morovingiæ stirpis, atque ex Hilderico Rege Francorum Regnum transtulit in Pipinum.

51 Clemens V., delatâ ad eum controversia, an in utriusque Siciliæ Regno succedere deberet Carolus Umbertus nepos Caroli II. ex Carolo Martello, ipsius filio primogenito, vel potiùs Robertus, ejusdem Caroli II. filius secundogenitus, hujus favore sententiam protulit.
Ratio fuit publica Regni utilitas, ibid. numer.53. 55., & 56.

52 In Regni successione jura nepotis, in investitura comprehensi, potiora sunt, in exclusionem Patrui.

53 Nisi aliter publica suadeat utilitas & nu.58.

54 Castellæ Regnum post Regis Alphonsi X. obitum, delatum fuit ad ejus filium Secundogenitum, exclusis Alphonso, & Ferdinando Nepotibus ex Ferdinando filio Primogenito queis vigore initarum conventionum jus erat succedendi.

56 Utriusque Siciliæ Regnum, Roberto Caroli II. filio Secundogenito delatum excluso nepote ex filio Primogenito, idem Robertus publicam ob utilitatem transferre studuit in Nepotem excluso Patruo, & num.57.

57 Quod ejus judicium summâ laude celebratum fuit.

59 Regni Neapolis successio Roberto Caroli II. filio adjudicata fuit ex judicio, non Bonifacii VIII., sed Clementis V.

60 Siciliæ Regnum, licèt Roberto adjudicatum, adhuc possidebatur à Friderico Aragonensi.

61 Regnum Siciliæ ex lege investituræ, à Clemente IV. traditæ Carolo Andegavensi, inseparabile, ac perpetuò unitum esse debebat Regno Neapolis.

62 Horum Regnorum divisio facta est, occupante Siciliæ Regnum Petro Aragoniæ Rege, Et quando adprobata à S. Sede ibi.

63 Eorumdem Regnorum nova deinde unio, ac nova iterum separatio, & n.65.

64 Re-

64 *Regnum Neapolitanum ab Alexandro VI. divisum inter Ludovicum XII., & Ferdinandum Regem Catholicum.*

66 *Regnorum divisio prohibita ex lege investituræ, & Juris feudalis regulis, adhuc ex publica utilitatis ratione permittenda est*, & num.67., & num.84.

67 *Præbenda licèt suàpte naturâ indivisibilis, ex caussa tamen probabili potest dividi.*

68 Eugenius IV. *anno* 1443. *Alphonsum I. Aragoniæ, & Siciliæ Regem investivit de Regno Neapolis, quod per vim atque ex solo arrogationis titulo ab eo occupatum fuerat*, & num.70.

69 *Mutavitque antiquum succedendi ordinem præscriptum in investitura Clementis V.*, & num.72.

71 *Pro adipiscenda, retinendaque Regni successione, atque excludendis aliis in investitura comprehensis, nil prodest adoptionis, sive arrogationis titulus, inscio, vel invito Domino.*

74 *In Regnorum successionibus millesimi gradus transversales admittuntur, non ita in successione hereditaria, quæ ultra decimum gradum non progreditur.*

75 *Utriusque Siciliæ Regna ne ad Imperii, vel majoris partis Lombardiæ, aut Tusciæ possessorem deferantur, statuit S. Sedes.*

76 *Attamen pluries indulsit, ut deferrentur.*

77 Pius II. *derogans antiquæ legi investituræ Regni Siciliæ constitutæ à Clemente IV. pro exclusione illegitimorum, de eodem Regno investivit Ferdinandum I., Alphonsi I. filium illegitimum*, & num.81.

Frustra reclamante Joanne, qui in Aragoniæ & Siciliæ Regno Alphonso fratri successerat, num.82.

Idque à Pio *factum est, ita exigente incolumitate Ecclesiæ, ac publicâ utilitate* num.83.

78 *Illegitimi ab omni feudi successione excluduntur, quamvis per legitimationem, natalium dignitati restituti fuerint.*

79 *In Regno Siciliæ consuetudo invaluerat, ut naturales succederent, deficiente legitimâ prole.*

80 *At Clemens IV. in investitura tradita Carolo Andegavensi, illegitimos penitus exclusit.*

85 *Princeps potest fœminas ex investitura à successione exclusas, capaces reddere, publicâ interveniente, legitimaque caussâ*, & n.93.

86 *Principem posse in præjudicium Agnatorum, qui in Regno successuri fuissent, legitimationem justa ex caussa concedere, plures tradunt*, & num.103.

87 *Legitimati, justa concurrente caussâ, ad feudi successionem admittuntur, in præjudicium etiam Agnatorum.*

88 *In Re feudali valet argumentum a legitimatione ad arrogationem.*

89 *Princeps justa ex caussa mutare potest, ac modificare ultimas dispositiones in præjudicium vocatorum.*

90 *Nec requiritur malum jam instans, sed publica sufficit utilitas.*

91 *Ad Reipublicæ utilitatem omnia referenda esse, præcipit* Cicero.

92 *Princeps ut se, reliquumque Reipublicæ corpus salvum efficiat, partem Reipublicæ distrahere potest.*

94 *Feudum ex publica, justaque caussa Vassallo auferri potest.*

95 *Princeps mutare, aut alterare potest investituræ leges etiam in præjudicium alterius, cui jus quæsitum sit.*

96 *Huic Sententiæ consonat communis Theologorum opinio.*

97 *Cum agitur de auferendo Jure, non civili, sed naturali Jure, aut gentium, tertio quæsito, justa caussa non præsumitur, sed probanda est, citatis illis, de quorum præjudicio agitur.*

98 *Secus, cum Princeps id facit nedum ex certa scientia, & motu proprio, sed ex caussa verisimili.*

99 *Certiùs, quando caussa notoria est.*

100 *In notoriis non est necessaria discussio.*

Et in privatis quoque Judiciis satis est, absque probatione ulla, notorium allegare, ibid.

101 *In donationibus à Pipino, & Carolo Magno factis Romanæ Ecclesiæ atque à Ludovico Pio confirmatis, comprehendebantur etiam Insulæ Sardiniæ, & Corsica.*

Harum Insularum supremum dominium penes S. Sedem probant exempla relata num.102.

104 *Promissa inutilia iis, quibus promiseris, quæque plus tibi noceant, quàm illis prosint, servanda non esse, admonet* Cicero.

105 *Summorum Pontificum vetera exempla quoad antiquas investituras servandas, vel non, tanquam lex habenda sunt.*

106 *Regni Neapolis successionem, nonnisi deficientibus masculis, fœminis adjudicandam esse, probe statuerunt Summi Pontifices.*

107 *Feminæ regulariter incapaces reputantur succedendi in feudo vel, nonnisi deficientibus masculis admittuntur.*

110 *Quoties agitur non de hereditaria, sed de lineali in Regno successione, jure sanguinis delata, expressa Patris abdicatio filiis jam natis, sive nascituris nocere nequit.*

111 *Et nec etiam silentium illorum, qui non comparent, vocatis in antiquis investituris obesse potest.*

112 *Novæ Regnorum investituræ regulariter concedi debent ad normam antiquarum.*

113 *Pius II. investituram utriusque Siciliæ Ferdinando I. Alphonsi filio concessit, non ob lineam finitam, sed ita rerum statu, ac temporum ratione exposcente.*

114 *Nec tamen Renato eripuit jus, ei competens ex investitura Clementis IV.*

115 *In successione Regni tributa dona Populis; eodem Populo, & Parentibus consentientibus, præjudicari potest Successoribus nondum natis.*

116 *Inter natos, & nascituros illud interest, quod nascituris nondum quæsitum sit jus, ideoque illud Parentum consensu auferri possit.*

120 *In Renovationibus investiturarum Regnorum Neapolis, & Siciliæ, concessis a Julio II. aliisque Summis Pontificibus, adiecta semper fuit clausula* sine præjudicio.



UM Carolus VI. Imperator supplicaverit Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnanti prò obtinenda Investitura Regni Siciliæ, ac Neapolis, Sanctitas Sua respondit, se illam libentèr daturam, eà tamen lege, ac formà, quà conceptæ reperiuntur ceteræ omnes Investituræ extraditæ Regibus Austriacæ Domus, ad quos dicta Regna pervenerunt vigore originariæ Investituræ solemni Bulla à Julio II. datæ Ferdinando I. Aragoniæ Regi Catholico, à quo ipse Carolus VI. Jus omne suum desumit, tamquàm ab illo descendens per lineam fæmininam, ut ex Arbore genealogica omnibus nota: utque, quò citius deferretur, eò gratius eximium hoc beneficium haberetur, confestim exaratum fuit exemplar, sive minuta dictæ Investituræ omninò conforme illius renovationi, ultimo loco ab Alexandro VII. concessæ Carolo II. Hispaniarum Regi, per cujus obitum nullis relictis Liberis, aperta fuit successio novæ lineæ in dicta primordiali Investitura Julii II. comprehensæ.

Et licèt in dicta minuta mutatæ fuissent illæ dumtaxat enunciativæ, quæ ob mutationem Successorum præsertim in Regno Aragoniæ, delato ad Philippum V. Hispaniarum Regem, ab eoque pacificè possesso, congruere nequibant Personæ novi Successoris, de dictis Regnis investiendi: nihilominùs eadem communicata D. Cardinali de Althann, hic extradidit nonnulla folia, plura continentia, quibus recedebatur à forma præscripta in Bulla Julii II., quæ, tamquàm lex fundamentalis, normam dedit sequentibus omnibus Investituris, in quibus constanter servata semper fuit: De omnibus sermo hic non erit, sed de illa tantum antiquæ formæ mutatione, quæ cæteris gravior censeri potest, tamquàm invertens antiquum ordinem succedendi in dictis Regnis, in quo revera Investituræ substantia præcipuè consistere videtur.

Expulsis enim Gallis è toto Regno Neapolitano, eoque devoluto ad S. Sedem, prætatus Julius II. tam de dictu Regno, quàm de illo Siciliæ, cum consilio, & assensu DD. Cardinalium solemnitèr investire constituit Ferdinandum Ara-
1 guniæ Regem Catholicum, omnesque ex eo per rectam lineam descendentes, tàm masculos, quàm fœminas; Verba Investituræ sunt hæc = *Regnum Siciliæ, & Hyerusalem cum tota Terra citrà Pharum usque ad confinia dictæ Ecclesiæ Romanæ &c. dicto Ferdinando Regi prò se, suisque in dicto Regno Aragoniæ hæredibus, & successoribus tàm masculis, quàm fœminis ex eo recta lineæ descendentibus natis, & nascituris. cum omnibus Juribus, & pertinentiis &c. aliisque conditionibus &c. infra notatis in Feudum perpetuum &c. concedimus &c.*

Deinde vero explicatis conditionibus, pactis, atque oneribus omnibus adiectis primo Investito, ceterisque vigore hujus novæ Investituræ in dd. Regnis deinceps successuris, summus Pontifex præscripsit formam, & ordinem, quo Descendentes, tam masculi, quam fæminæ generaliter in dicta prima parte vocati, successuri essent, nam, præter prælationem, tùm masculis respectu fæminarum, tum majoribus ætate respectu minorum concessam, præcepit, quod tam filii, quam filiæ Primogeniti præmortui vivente Rege, præferentur Patruo, & Amitis, Materteris, aliisque omnibus transversalibus ità disponendo = *Descendentes autem ex ipso Ferdinando Rege, ac suis hæredibus, & successoribus præfatis, mares, & fæminæ in eodem Regno Siciliæ, & Hyerusalem eis succedant. Ità tamen quod masculi, fæminis, & natu majores, minoribus in eodem gradu præferantur, & sic exindè in omnibus successoribus observetur. Volumus tamen filium, vel filium filii, vel filiæ majores etiam in vita Patris, & Matris præmortuis, seù præmortuæ in successione præfata semper Patruo, vel Amitæ, aut Materteræ, & aliis transversalibus præferri.*

Istiusmodi succedendi forma, ac ordo præscriptus in Bulla Julii II. similis est illi à Clemente IV. constituto, dum de utriusque Siciliæ 2
Regno anno 1265. investivit Carolum I. Andegavensem, ut ex Investitura relata à *Raynaldo tom.14. ad d. ann. num.1 [illegible]* Ut enim successio isthæc, quæ ab Hugone Grotio, & Pufendorfio locis mox allegandis, *linealis cognatica* appella- 3
tur, conformis est formæ, & ordini succedendi, qui servabatur nedum in Regno Aragoniæ, in quo Nepos, vel neptis filii, aut filiæ Primogeniti, sive Primogenitæ, vivente Patre, præmortui, aut præmortuæ, præferebatur Patruo, & Amitæ, ceterisque Transversalibus, ut ex *Mariana* notavit *Tesmerus ad Hug. Grot. de Iur.* 4
Bell., & Pac. lib.2. cap.7. §.36., sed adeo recepta erat in universis Hispaniarum Regnis, ut idcircò *Castellana* successio nuncuparetur, *Hug. Grot. lib.3. cap.7. §.22.*, ubi *Tesmerus lit.K.*, *Pufendorf. de Jur. natur., & Gent. lib.7. cap.7. §.13.*, & cum eo consentit *Joan. de Barbe rac.*, atque uberius apud Scriptores Hispanos, *Covarruvium* nempè *practic. quæst. cap.38. num.8.*, *Larream decis. Granaten.34. n.19.*, *& decis.56. num.8.* referentes antiquiores.

At forma isthæc minimè probari dicitur à Cæsarea Majestate, postulat enim, quod, nullà, quoad ordinem succedendi, habità relatione ad illum præscriptum in Bulla Julii II., atque deinceps servatum in cæteris omnibus Investituris, novus ordo successionis statuatur, quo prærogativa sexus prævalitura semper sit, Masculos videlicet ex masculis descendentes præferendo fœminis, cujuscumque lineæ sint, aut gradus, easdemque subsidiariè dumtaxat, post deficientes masculos omnes ex masculis admittendo. Ordo autem iste ab Imperatore volitus, in quodam folio signato *lit.C.* explicatur his verbis = *Dicto Regi Carolo prò se, suisque in dicto Regno*

Regno Siciliæ citra Pharum hæredibus, & successoribus tùm masculis, quàm fœminis ab ipso descendentibus natis, & nascituris, servatâ inter ipsos descendentes prærogativâ sexus: ità quod Masculi ex Masculis descendentes, omnibus fœminis, earumque descendentibus maribus, & fœminis cujuscumque lineæ sint, aut gradus, semper præferantur, & inter ipsos masculos Primogenituræ ratio, & lineæ prærogativa, & prævaleat, & observetur, quæ prærogativa locum quoque habeat, & prævaleat inter dd. Descendentes fœminas, earumque supradd. descendentes in casu successionis ad ipsas devolvendæ ob extinctionem, vel deficientiam omnium præfatorum descendentium masculorum ex masculis.

Quapropter cum demandatum mihi fuerit, ut, re maturè, diligenterque examinata, prò veritate respondeam: an Sanctissimus Dominus Noster justè annuere queat istiusmodi mutationi formæ succedendi constitutæ in præfata Bulla Julii II. gravissimæ Causæ hujus examen in
5 plures dividam sectiones: divisione namque ista veluti apta tùm ad ordinem sermoni, tùm ad claritatem rei tractandæ afferendam, facilius quoque reddetur Judicium de illa faciendum.

§. I.

Proponuntur juridicæ rationes, ob quas in Renovatione licere minimè videtur mutare antiquum succedendi ordinem præscriptum in primordiali Investitura in præjudicium eorum, qui in illa comprehenduntur.

OPeri itaque mihi injuncto manum admoventi, negativam responsionem suadebant plures, & quidem communiter receptæ feudalis Juris regulæ, à quibus in nostra hypothesi deflectere integrum minimè esse videbatur. Quippè non agitur de nova Investitura, quæ petatur, faciendaque sit ob devolutionem, sivè reversionem Feudi ad Dominum directum sequutam, vel ex capite lineæ finitæ, vel ex alia causa: sed versamur in vera, ac mera renova-
6 tione, quæ, durante adhùc prima Investiturà, petitur à Persona, in illa comprehensa tamquàm descendente, licèt per lineam fœmininam, à Ferdinando Rege Catholico primo Investito: quamobrem, si renovatio nihil aliud est, nisi veteris Juris in aliam personam translatio, sivè ut alii volunt, confirmatio, in hoc differens à prima feudi per Investituram acquisitione, quod
7 per renovationem novum Feudum non acquiritur, sed vetus renovatur: at in acquisitione Feudi per Investituram, verè fit novi Feudi, quod anteà non erat, acquisitio, veluti per novam ex Patrimonio Domini Feudi constitutio-
8 nem, nulla inquisitione habitâ, quid Juris hic novus Vassallus, aut ejus Majores in eo Feudo habuerint, *Tsernia in cap. 1. §. Sciendum num. 6. de Feud. recognit. Afflict. cap. 1. num. 16. tit. de controv. inter Vassall., & Episcop., Thom. de Marin. de generib., & qualitat. Feudor. titul. 2. qu. 2. num. 69., Schrader. de Feud. part. 5. cap. 2. n. 33., & seq., & part. 6. cap. 3. num. 29., & seq., Rosenth. eodem tractat. cap. 6. conclus. 58. num. 5., & conclus. 68. num. 1., Thomas Cragius de Riccartoun in Jus Feudal. lib. 2. titul. 12. §. 1.*, indè certè sequitur, quod cum Investitura sit ante omne Jus feudale, & prævaleat usibus omnibus, atque consuetudinibus feudalibus, ea dumtaxat mente compilatis: ut sciretur quid esset servandum, quando deficeret Investitura, ut admonet *Andr. de Tsernia in prælud. Feudor. num. 15.*, relatus à *Maradeo decis.* Neapol. 3. *post suum tractat. criminal., Arniseus de Republic. lib. 2. c. 2. sect. 7. num. 9., Struvius in syntagm. Jur. Feudal. cap. 1. aphorismat. 11. num. 2.*, ideòque ejus
tenor servandus sit, tametsi naturæ Feudi, & 10
consuetudinibus feudalibus adversaretur, per *Textum in Cap. Duo Fratres tit. de duob. Fratrib. 18. lib. 2., Roman. consil. 494. num. 1., Decius consil. 78. num. 6. consil. 614. num. 3., & consil. 680. num. 1., Soccin. Jun. consil. 77. num. 13. lib. 1., Paris. consil. 5. in princip. lib. 1., Tiraquell. ad Leg. Si unquam verb. libertis num. 9. Cod. de revocan. Donation., Schrader. de Feud. par. 5. cap. 2. n. 30.,*
de Marin. allegat. Jur. allegat. 92. num. 77., in- 11
dè, inquam, sequitur, quod in concedenda renovatione Feudi, tamquam lex, inspicienda sit prima Investitura, quæ dicitur basis, radix, & fundamentum reliquarum, quæ ab illa normam
accipere debent, ad *Textum in cap. 1. titul. de* 12
duob. Fratrib. lib. 2., Tsernia in Cap. Imperialem §. Quoniam de probibit. Feud. alienat., Paul. de Castr. consil. 154. column. 2. in princip., Paris. consil. 17. num. 17. lib. 1., & inter consil. Feudal. consil. 1. num. 153., Brun. consil. 28. column. 2. versic Hinc dixit, Gaill. observat. 49. num. 3. lib. 2., Zas. in tract. t. feudal. par. 6. num. 23., Schrader. mox citat. num. 30., Rosenth. eodem tractat. de Feud. cap. 6. conclus 69. num. 7., de Marin. dicta alleg. 72. num. 76. clar. mem. Card. de Luca de Feud. disc. 53. num. 7., Pegas resol. forens. cap. 28. num. 313.

Adeò quidem ut Dominus, & Vassallus sese ad illam veluti regulam, & legem fundamentalem dirigentes, nonnisi sub eisdem pactis, conditionibus, & provisionibus contentis in priori
Investitura, ejusdem renovationem concedere 13
valeant, easdem omninò in ista comprehendendo personas, quæ in priori continebantur, *Alexand. consil. 9. num. 3. lib. 3., & consil. 5. num. 18. lib. 5., Schrader. de Feud. part. 4. cap. 2. num. 22.*, qui loquitur in *difficiliori casu, reversionis* videlicèt ad Dominum directum rei solutæ in Feudum concedi, quæ alteri deindè concedatur, *Cragius in Jus feudal. dicto lib. 2. titul. 12. §. 4. versic. sciendum tamen*, qui idcircò admonet, id unicè, & summâ diligentiâ à Dominis curan-
dum, nè ullam renovationem concedant, nisi 14
prioribus inspectis, & consideratis; quapropter si quæ in posterioris renovationis intelligentia difficultas, aut dubietas oriatur, nedùm semper recurrendum est ad primam, ex qua clausulæ omnes, conditiones, pacta, & conventiones in ipsa contentæ, ad sequentem trahuntur, utpotè quæ nihil novi Juris tribuit, sed vetus solum-

modò

modò confirmat, *Vvesembec. consf.121.num.58.*,
& consil.41.num.101.& 114.,*Cephal. consil.307.*
num.78., *Schrader. de Feud.part.5. cap 2.n.33.*
& seqq. & num.44., *Zas. in tractat. de Feud.*
part.0. num.23., *Curt. eodem tractat. part.2. 2.*
part. princip. num.44., & post alios à se relatos,
respondit *Menoch. consil.1. num.8.*, *Frideric.*
ab Andler. Jurisprud lib.2. tit.9. num.19., ubi
15 quod renovatio tunc fieri dicitur, quando actus,
qui præcessit, cum suis qualitatibus, & secun-
dum naturam suam, nihil addendo, vel detra-
hendo denuò fit, *Magon. decis. Florent.1. n.18.*,
& seq., *& decis. Lucen.48. num.19.* Verùm præ-
terea, si quid in posteriori Investitura continea-
tur, quod deviet à prima, id in secundam, vel
per errorem irrepsisse, vel per subreptionem im-
petratum præsumitur, *Crag. dicto tit.12. §.4. in*
fine versic. nempè in hoc renovatione, *Struvius*
in syntagm. Jur. Feudal. cap.10. aphorismat.6.
num.1., *Rosenthal. de Feud. cap.6. conclus.69.*
num.14., *Capyc. latr. decis.70.*, ubi sequendo
16 *Afflictum* dixit, quod *semper attendi debet tenor*
primæ Investituræ, & propterea omnes aliæ con-
firmationes ab illa debent regulari, nulla habita
ratione de alteratione facta in secunda Investitu-
ra, sivè concessione, ut habetur ex Afflicto de-
cis.195., *quia præsumitur erronea.*

Et optima quidem ratione, quia ut jam jam
dicetur, sicuti Princeps antiquas Investituras
17 immutare nequit, *Bald. consil.327. num.8. &*
per tot. lib.1., *Gaill. lib.2. observat.49. num.2.*
& 3., *& seqq.*, ità neque id facere voluisse præ-
sumendus est, ut arguit *Frideric. ab Andler. in*
sua Jurisprud. loco mox citat., *Pegas. resol. fo-*
rens. cap. 8. num.313. dicens, adeò semper at-
tendendam esse formam prioris Investituræ, ut
pactiones in posteriori contentæ, tametsi dispo-
18 sitioni Juris magis essent conformes, nullo nu-
mero habendæ sint, & ante istos tradiderunt
Paris. consil.17. num.17., *& consil.23. num.67.*
lib.1., Decius *consil.468. num 27 & seq.*,*& con-*
sil.198.num.18., *Zas. de Feud. part.6. num.16.*
inter tract. magn. tom.10. port.1. fol.309., *Ro-*
senthal. de feud cap.6. conclus.69. nu.36., *Gaill.*
lib 2. observ.49. num.3., *Hieronym. Garzon. de*
fæmin. ad feud. recipien. inter tract.magn.tom.10.
part.1. fol.166. à tergo col.1. vers.5. ampliatur,
Afflict. dec.195. num 5., ubi quod, mediis ne-
glectis, prima tantum, & ultima attendi de-
beat, *Capic. Latr. dec.70. num.44.*

Jure igitur meritòque si prima Investitura ità
concepta sit, ut Masculos, & fœminas compre-
hendat, ac fœminas proximiores ultimo posses-
sori, & de linea potiori, primogeniali videlicèt,
præferat Agnatis transversalibus remotioribus,
19 lineæ prærogativam minimè habentibus; licèt in-
numeræ deindè sequantur renovationes favore
dumtaxat Masculorum factæ, fœminis ex pri-
mordiali Investitura alioquin successuris mini-
mè nocebunt, per *Text. in alibi citat. cap. duo*
fratres tit.18. de duob. fratrib. lib.2. ubi Gloss.,
Paul. de Castr. consil.61. per tot., *Gozzadin. con-*
sil.53. num.18., *Soccin. Jun. consil.76. num.13.*
& pluribus seqq., *& consil.77. pariter num.13.*
lib.1.,*Dec. consf.445. num.23.*,*consf.468. num.27.*,
& consf.498. num.18., disertè dicens fæminas
venire posse ad successionem Feudi virtute anti-
quissimæ Investituræ, in qua vocabantur mini-
me curatis posterioribus Investituris, quæ de
Masculis solummodò loquebantur, *Schrader. de*
feud. quæst.5. cap.2. num.39., *Gizzarell. dec.28.*
num.49., *Capyc. Latr. dec.70. loco citat.*

Idque validissimis rationibus confirmant Do-
ctores animadvertentes, ex primordiali Investi-
tura per stipulationem primi acquirentis quæsi-
tum dici jus irrevocabile Personis omnibus in ea 20
comprehensis, quod à Supremo Domino tolli,
aut minui nequit, optime *Bald. consil.327. leg.1.*
per tot., *Dec. dicto consil.498. num.19.*, *Soccin.*
Jun. consf.76. loco mox citato, *& consil.77. n.124.*
lib.1., *Tiraquell. de Jur. Primogen. quæst.21.*
numero 3., *Jul. Clar. receptar. sentent. libro 4.*
§.Feudum quæst 74. num.8. vers.final., *Molin. de*
Primogen. Hispaniar. lib.1. cap.8. num.32., *Ro-*
senth. de Feud. cap.6. concl.69. num.35., *cap.7.*
conclus.19. per tot., *& præsertim num.36.*, *In-*
triglìol. de Feud. cent.1. quæst.10. num.59., *&*
seqq., *& cent.2. art.2. num.268.*, *& Giurb. de*
success prælud.5. num.5. & seqq. num.9., pluri- 21
bus aliis auctoritatibus inquiens, quod *prima*
Feudi natura in Successorum præjudicium mutari
à Principe non potest., *clar. mem. Card. de Luca*
de Feud. disc.5. num.2. & seqq, *Gizzarell. dicto* 22
decis.28. num.50. Et ita e, ut decet beneficium
à Principe concessum, perpetuò mansurum esse,
ut latè ad rem nostram, dictam regulam exor-
nando, tradit *Soccin. dicto consf.77. num.124.*,
propterea que eidem venire non licet contra
promissionem ab Antecessore suo factam, idem
Soccin. consf.76. num.14. & consf.77. loc. mox cit.
quantò certè firmius manere, atque immutabi-
le perpetuò esse debet Jus, & beneficium illud,
quod ex contractu Investituræ concessæ ab An- 23
tecessore quæsitum fuit Personis, in illa com-
prehensis, *Cravet. consil.54. num.2.*, *Schrader.*
de Feud. par.4. cap.1. num.21., *ubi ex Baldo in*
leg.1. num.3. ff. de constit. Princip. ait, quod *li-*
cet Successor Imperatoris ex contractu à Præde-
cessore suo celebrato non obligetur, hoc tamen lo-
cum non habet, quando Imperator facit ea, quæ
sunt de natura, vel consuetudine sui officii, quale
est rem Imperii alteri in Feudum concedere, hoc
enim factum Successorem suum omninò ratum ha-
bere cogi, argumento Textus in §. Ex hoc verò
jubemus Auth. ut null Jud. = & generaliter apud
Carpzov. ad leg. Reg. Germanic. cap.3. sect.14.
num.18., aliis relatis, tradentem, Successorem
obligari conventionibus Antecessorum *nimirum*
quæ ex natura, & consuetudine Officii Regii ini-
tæ fuerant: Quamobrem nec etiam ab ipso Sum- 24
mo Pontifice Investituram ab Antecessore con-
cessam revocari posse in præjudicium in ea com-
prehensorum, ex *consil.23. Alexandri vol.5.* tra-
dit *Curt. d. Feud. quæst.12. num.2. inter tract.*
magn. tom.10. par.2. fol. mihi 56. à tergo, *Tapia*
de Constitut. Princip. cap.9. 2. par. num.11. = 25
Immo verò nec etiam de plenitudine potestatis
id à Supremo Principe fieri posse censent Docto-
res,

res, ob eam rationem, quod observare conventiones, & pacta sit de jure gentium, à quò nec
26 ipse Princeps est exemptus, *Faguan. in cap. Ex*
epistola num.30. de probat., Soccin. Jun. conf.76. num.15., & conf.71. num.124., Dec. conf.445. num.22. in fine, Joann. Gallic. inter conf. Feudal. conf.2. num.68., & seq., Roland. conf.25. num.35. vol.3., Crot. conf.370. num.16., & seq. lib.3., Parif. consil.82. num.52. vol.1., Gabriel. commun. conclus. titul. de jur. quæsit. non tollen. conclus.1. num.6., Menoch. de arbitrar. quæst.48. num.7., Marta de succes. legal. par.1. quæst.12. art.2. num.17., Schrader. de Feud. par.5. cap.2. n.40., & seq.

§. II.

Agitur de præjudicio, quod afferretur pluribus Personis comprehensis in Bulla, sivè Investitura Julii II., si in renovatione hodie petita ab Imperatore, mutaretur ordo in illa statutus.

AD regulas igitur superiori §. traditas, redigendo rem, de qua agitur, dicendum videretur, nullâ justâ ratione Summum Pontificem assentiri posse innovationi primordialium Investiturarum Clementis IV., & Julii II. hodiè petitæ: nam cum agatur de simplici illarum renovatione, quippè ad eam dumtaxat consequendam Jus habet Imperator Carolus VI., hæc oonnisi ad earumdem normam concipi potest, nec integrum est novum in illa constituere ordinem, quo Masculi ex Masculis, tametsi transversales præferantur fœminis, earumque Descendentibus lineæ primogenialis prærogativa gaudentibus, ideoque nedùm ad successionem dictorum Regnorum expresse vocatis, sed prælatis Masculis transversalibus gradus, & lineæ remotioris, qui admitti oon possent, nisi extinctâ lineâ primogeniali, quæ adhùc durat io fœminis. In præsenti namque bypotesi, nedùm adest Philippus V. descendens ex fœmina primogenita, sed adsunt etiam Archiducissæ filiæ Josephi I. Imperatoris fratris Primogeniti Caroli VI. quibus propterea favet prærogativa lineæ primogenialis desumenda ex earum Parentis persona; Prætereaque cavendum quoque est, nè præjudicium ullum paretur Descendentibus ipsius Caroli VI., nam si Deus, ut votis omnibus orandus, exorandusque est, illi dederit filios masculos, eorumque Primogenitum mori contingeret, relictis dumtaxat filiabus fœminis, illarum Primogenita tamquam expresse vocata, vigore prælationis sibi concessæ in antiquis Investituris præferenda certè esset Patruo; & nihilominus vigore renovationis hodiè petitæ, inverso dicto ordine, Patruus eam excluderet, quod, ut demonstratum est, improbatur omnibus superiùs traditis Juris Feudalis regulis.

Immò verò, adeo eædem favent comprehensis in Investitura,. ex eaque potiora Jura desumentibus, ut Supremus Dominus admittendo ad
27 fidelitatem Secuodogenitum, non idcircò præjudicet Primogenito, qui alioquin successurus esset in Feudo, ut post *Dynum in leg. inter quos §. Alieno ff. de damn. infect.* expresse voluit *Alberic.*, quem refert, & sequitur *Tiraquell. de Primog. quæst.22. num.3. Bets de Primog. famil. illustr. cap.9. num.7.* sumens argumentum ex *Textu in cap.1. tit. qui success. teneant., & c.1. §. Si quis investierit, de Feudo dato in vicem legis commissoriæ*: cumque, ut dictum est, Supremus Dominus nèc velit, nèc velle præsumatur alterare antiquam Investituram in alteriùs præ-
judicium, propterea, oon solum in renovatio- 28
nibus apponi semper consuevit Clausula illa = *Salvo Jure Tertii* = Verùm prætereà, licèt talis Clausula non exprimatur, semper tamèn suàpte natura similibus renovationibus inesse censetur = *Neque enim ea mens renovantis Investituram est, ut alicujus Juri præjudicet, nec, si velit, potest: nam Jura aliorum illibata ex renovatione servari certum est*, ut his verbis loquitur *Cragius lib.2. d. tit.12. §.6. vers. quæri solet*, & antè eum docuerunt *Zas. in tract. de Feud. 6. par. num.17. & seqq., Schrader. eodem tract. par.5. cap.2. n.47., Rosenthal. de Feud. cap.6. conclus.68. numero 2.*, apud quos alii.

§. III.

Afferuntur rationes, ob quas in renovatione Investituræ concedenda Imperatori Carolo VI. justè statui posse videtur ordo succedendi diversus ab illo tradito in primordialibus Investituris, & præsertìm in illa Julii II. itque id faciliùs probetur.

PRIMO LOCO HOC §.

Ponitur regula generalis in Regnorum Successionibus servanda, quæ diversa est à communibus regulis, cum quibus privatorum Vassallorum Causæ, & Successiones deciduntur.

ETsi primo oculorum conjectu, rationes, & Feudalis Juris regulæ copiosè hactenus allatæ, plurimum urgere videantur: nihilominus
cum nulla in universo Jure, regula adeo firma 29
constituta reperiatur, quæ exceptionem non admittat, & ut respondit *Paulus lib.16. ad Plautium*, illa constituatur, *non ut ex regula Jus*
sumatur: Sed ex Jure, quod est, regula fiat, ut 30
leg.1. ff. de regul. Jur., Thabor. axiom. Jur. libro 16. cap.30. axiom.2., & 4. profectò, si spectemus Jus, quod in similibus Causis statuendum est; facilè demonstrari posse arbitror, quod tametsi Regnorum quoque successiones, eo regu-
lariter Jure, atque ordine deferaotur, quo ca- 31
piuntur feudales, emphyteuticæ, aliæque ejusmodi successiones ex pacto, & providentia delatæ, quibus illæ assimilantur, ut apud *Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac. lib.2. cap.7. §. 19.*,
attamèn, easdem non semper communibus re- 32
gulis definiendas, sed decidendas esse Jure quodam eminentiore, desumendo videlicet ex publica utilitate, & publicæ tranquillitatis ratione, certè prævalente, ac vincente Jus personale Successorum, sivè certi generis Personarum, quæ

Jure

32 Jure sanguinis, vel vigore Investituræ, aut cu-
jusvis alterius dispositionis ad istiusmodi succes-
siones vocatæ dici queant, ut rectè admonuit
Alciat. Parergon. lib.8. cap.15. fol.400. num.50.
dicens aliud in aliis fiduciis, aliud in Imperiis
observandum esse, ibi = *Et licet in aliis fiduciis
aliud sit, in Imperiis tamen hoc observandum vi-
detur &c.*

Enim verò, non agitur de Feudo aliquo pri-
vatis Vassallis concesso, in cujus propterea In-
vestitura à Domino Supremo data, vel extraden-
34 da, si aliqua emerserit controversia, ex præscri-
pto Legum feudalium, de quibus latè per *Inno-
centium in cap. Cæterum num.1., & seqq. de Ju-
dic.*, ubi etiam ceteri Canonistæ, *Hostiensis*, nem-
pè *Abbas*, *Joannes Andreos*, *Felinus*, *Fagna-
nus*, & alii, eadem cognosci, ac tutò, & facile
decidi queat, vel apud Patres Curiæ, vel aliud
Supremi Domini Tribunal, sed agitur de duo-
35 bus amplissimis Regnis, quorum pacificæ pos-
sessioni adeò conjuncta semper fuit S. Sedis in-
columitas, atque Italiæ salus, *ut tunc demùm il-
la cum Pacis amænitate restitui consueverint,
quum dictorum Regnorum firmo, ac stabili Posses-
sori Investitura concessa fuit.*

Quapropter communes regulæ, quæ in pri-
vatorum Causis servandæ omnino sunt, ad Re-
36 gnorum Successiones trahi semper non possunt:
eorum quippè Jura, non ex Successorum com-
modis, sed ex publica utilitate metienda sunt,
*tutela namque, & procuratio Reipublicæ ad uti-
litatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum,
37 quibus commissa est, gerenda est = ex Cicerone
lib.1. de offic.*; rectè igitur *Larrea decis. Grana-
ten.8. num.105.* ait, quod in illis = *utilitas pu-
blica, Populi voluntas, & rerum status id suade-
re potest, & justissimum efficere* = quod in priva-
torum successionibus tale videri non posset,
quam decisionem probat *Tesmerus ad Hug. Grot.
de Jur. Bell., & Pac. lib.2. cap.7. §.19. litt. A.
dicens = Successio quippè in Regno ad modum il-
lum succedendi inter privatos dirigi non potest,
sed secundùm voluntatem, utilitatemque Populi
metienda est = Boecler. ad idem cap. Hugon. Grot.
§.12.*, idemque priùs docuit *Luc. de Penna in
leg. Nepotes 3. Cod. de his qui num. liberor. lib.10.
num.6.*, ibi = *Regni quippè successio sic deferenda
est, ut non tàm attendatur utilitas Successorum,
38 quàm commodum subjectorum, Canon.43. §. Ecce
quæst.1. hujusmodi namque Dignitates ad onus po-
tiùs quàm honorem conferuntur, Canon. illud 8.
quæst.1.*, eumque hoc loco sequitur *Grammatic.
decis.1. num.7., & num.20., idem Luc. de Pen-
na in leg.1. num.12. in fin., Cod. de privileg. eo-
rum, qui in Sac. Palatio &c. lib.12., & in leg.
Tyrones. 3. Cod. de Tyronib. eodem lib.12. nu.10.*
ibi = *Dicas, quod Regni, & hujusmodi Principa-
tuum successiones deferendæ sunt, non tàm ad uti-
litatem succedentium quam ad commodum subje-
ctorum* =, *Zas. cons.8. lib.1.* quem refert *Mantic.
de tacit., & ambig. lib.23. tit.27. num.45.* ità lo-
quens = *Et quidem in Successionibus Regnorum
magis spectari debet publica utilitas subjectorum,
39 & habilitas succedentis, quàm gradus, & ordo
ætatis = Alciat. tom.2. lib.8., Parergon. cap.15.
num.40. fol.400.* inquiens = *Etenim Imperio non
eo constituta sunt, ut unus super alios locupletior
fieret, sed ut commodiùs res publica per unum ad-
ministraretur = Cald. Pereir. de nominat. Emphyt.
quæst.13. num.59.*, ubi ait = *Et est in promptu
hujus rei ratio, si consideres, Regiam ipsam Digni-
tatem, omnemque supra Populum Jurisdictionem,
& Imperium in Republica utilitatem principali-
tèr institutum fuisse* = eumque refert, & sequitur
Roxas de incompatibil. lib.2. cap.6. num.11., &
hanc esse communem, frequentissimamque
Philosophorum, & Legumlatorum, & Sancto-
rum etiam Doctorum sententiam, testatur *Fer-
dinand. Vasq. controv. illustr. lib.1. cap.1. nu.10.,
& seqq. dicens ex Guerreria cap.54. num.1. & 19.*
Regnum non esse propter Regem, sed Regem
propter Regnum, *Card. Palæot. de Sac. Consistor.* 40
Consult. part.1. quæst.3. art.8. fol.39. lit.B. pa-
riter dicens quod *Rex propter Regnum, non Re-
gnum propter Regem fuit institutum* = aliisque
relatis, eadem sententià loquitur *Antunez. de
Donation. tom.1. part.2. lib.1. cap.1. num.13.*,
& consonant auctoritates opportunis locis ube-
rius afferendæ, *§. Nempè IV. & V.*

Copiosiùs etiam id explicat *Arnisæus de Re-
public. lib.2. cap.2. sect.7.*, ex quo propterea non
pigebit pauca quædam exscribere. Postquàm
enim Superioribus numeris d. Sectionis solidis
argumentis probaverat, privatas res, & jura adeò 41
inservire publicæ utilitati, ut possessori eripi,
& in Reipublicæ commoda impendi possint,
ideoque Legislatorem nocere posse privatis he-
redibus, ut servet totum Reipublicæ corpus,
num.6. optimè ad rem nostram ità loquitur =
*Hinc enim accersenda nobis est ratio Successionis
publicæ, & non ex utilitate aliqua privata, quia
privata utilitas ubique cedit publicæ, seù, ut ait
Cicero 3. Officior. in princip., vincit utilitas pu-
blica benestatem, & proindè Robert. Brussius me-* 42
*ritò disputabat contra Adversarios: Regna non
posse dividi ad instar Prædiorum privatorum* = &
rem confirmando argumentis, & exemplis *n.8.,
& 9.* veluti elementarem regulam statuit, quod
*in Successione Principum, caput deliberationis est
salus Reipublicæ, cui omnia privatorum commoda,
cemiter se submittere, & cedere coguntur. Fun-
damentum enim totius hujus decisionis consistit in
eo, quod Regna, & Principatus non transferri de-
beant, ut privatæ hæreditates* = ut enim ipse in-
quit, in Rempublicam nemini Jus quæsitum,
ibi = *Nostra quidem disputatio respicit potissimum* 43
*constitutionem Reipublicæ, in qua nemini adhuc
Jus quæsitum est?* Quo jacto firmissimo publici
Juris fundamento, ratione nimirùm benè ordi-
nandæ, constituendæque Reipublicæ, indè rectè
arguit in Regalibus Successionibus, tametsi ju-
re Sanguinis delatis, facilè expediri posse con-
troversiam illam = *De mutanda divisione Regni,
Feudive Regalis inveterati in Successionem Pri-
mogeniti unius* = quemadmodum etiam = *Consti-
tuto hoc principio, quod à privatarum rerum jure,
ad publica non liceat argumentum ducere* = ut
ipse prius *num.6.* probaverat exemplo Mariæ
Sco-

Scotiæ Reginæ: paritèr indè infert, quod licèt
Matrimonii vota sint libera, & mulier cum per-
sona transferat in Virum Bona omnia sua: ut
etiam licèt ex Patre tota hereditas deferatur ad
Liberos, tametsi ex inæqualibus, immò turpi-
bus nuptiis susceptos, non ità tamen res se ha-
beat in Regnis: inquit enim = *Nàm licèt vota*
Matrimonii sint libera: tamen si qua accidat, ut
44 *filia hæres Regni relinquatur, non est in ejus te-*
meritate ponenda salus totius Reipublicæ, ut in
quem ferat vel cæcus amor, vel libidinosus impe-
tus, eum Populo invito, Principem imponendi
potestatem habeat, cùm nec Principibus Viris de-
tur facultas futurorum Principum Stirpem indi-
gna aliqua persona incestandi: Quemadmodùm
Henricum Regem Daciæ de Regno deturbarunt
45 *Subditi, quòd Lictoris filiam, imposita Coronà*
justæ Uxoris loco sibi esse voluisset, Thuan. lib. 43.
histor. nè fortè sordidæ, & alienæ stirpes splen-
didis, & ingenuis natalibus subrogentur = & de-
nique *num. 11.* prætermissis pluribus rationibus,
quibus confirmari poterat à privatis ad publica
non valere consequentiam, duas affert ex intrin-
seca rei natura petitas, dicens = *Et sexcenta dif-*
ferentia passim occurrunt, quorum duas præcipuè
est assignare rationes: unam ex natura possessionis:
alteram ex fine in quem possessio destinatur = bre-
viloquis hisce verbis Auctor iste perstrinxit sum-
mam totius publici Juris rationem, ob quam in-
specto fine, ad quem suàpte natura ordinantur
jura successionis in Regnis: ea quidem non ex
personæ alioquin successuræ commodo, sed ex
publica utilitate metienda esse compertum sit.
Quamobrem haud inscitè *Carpzovv. ad legem*
Regiam German. cap. 13. sect. 9. n. 25. ex Were-
46 *mundo ab Erenberg.* ait = *In Regnis non habere lo-*
cum definitiones, & regulas Logicorum.

Si igitur, nonnisi ob Populi utilitatem consti-
tutæ fuerunt tùm hæ, tum omnes illæ aliæ
communes regulæ, quibus præcipitur, quod suc-
47 cessio stet intra eos, qui descendunt à primo Re-
ge, ea enim Familia ob Nobilitatem electa cen-
setur: quod eadem jure Sanguinis ad illos defe-
ratur: quod fœminis præferantur Mares, quia
hi tum ad Bellum, tum ad alias Imperii partes
magis idonei Fœminis censentur: quodque inter
illos natu maximus eligatur, quia is judicio, aùt
perfectior jàm esse, aut prius futurus creditur:
quodque denique si in uno Regnum individuum
maneat, firmius illud futurum sit, ut apud *Ol-*
drad. cons. 91. nu. 8. post med., & num. 9., & seqq.,
Hug. Grot. de Jur. Bell., & pac. lib. 2. cap. 7.
§. 13., & pluribus seqq., Pufendorf. de Jur. na-
tur., & gent. lib. 7. cap. 7. §. 12. Arnisæus loco mox
citat. aliosque, plura his similia ad utilitatem
publicam ordinata referentes. At nihilominùs,
quia publica isthæc utilitas vincere semper debet
tum illam Sanguinis, tum cætera omnia persona-
lia Jura eorum, qui alioquin successuri essent:
48 propterea inde fit, quod ea, quæ ad Regnorum,
& Principatuum incolumitatem, felicitatem-
que in illorum successionibus ità ordinata sunt,
adeò firma, & immota manere non debeant,
ut mutari nullo pacto possint, si in eorumdem
detrimentum, & perniciem vergere noscantur,
rectè *Bald. in Auth. hoc ampliùs Cod. de fidei-*
com. num. 10. vers. Quæro amplii Regis, ubi lo-
quens de successione Primogeniti, ait = *Nam con-*
suetudo Regni de præferendo Primogenitum, non
debet interpretari contrà utilitatem totius Regni = 49
& Baldi verba referunt, & sequuntur *Tiraquel.*
de Primogen. quæst. 21. num. 11. & seqq., Antu-
nez. de Donat. tom 1. par. 2. lib. 1. cap. 3. num. 42.
idque etiam docuit *Grammatic. decis. 1. num. 7.,*
dicens = *Quod in Dominiis, & Principatibus, in*
quibus versatur regimen Populorum, non tàm at-
tendendus est ordo Primogenituræ, quam virtutis,
quæ in Principatibus perquiratur = *Alciat. t. 2.*
lib. 8. Parergon. cap. 15. num. 40. fol. 400.

Confirmari id posset plurimis exemplis, at ex
illis duo seligam, quæ cæteris præstant, tam-
quàm Pontificia auctoritate edita. Primum pe-
tam ex præclaro *Zacariæ Papæ* judicio, qui ex 50
inertibus Regibus Morovingiæ Stirpis, & novis-
sime ex Hilderico Rege, Francorum Regnum
transferendum edixit ad Pipinum, ejusque De-
scendentes, à Juramento fidelitatis Francigenas
omnes absolvendo, ut habetur *in Can. alius 3.*
caus. 15. quæst. 6., & luculenter refert *Baron. ad*
annum 751. in princ., & ann. 752. pariter in
princip.; At verò si ob inutilitatem successoris
ita Regni commodis efflagitantibus justè dero-
gatur successioni, licèt jure Sanguinis illius Per-
sonæ quæsitæ, id certè licebit ex alia etiam cau-
sa publicam paritèr utilitatem respiciente.

Ut ad rem nostram ostenditur altero exem-
plo, quod in ipsa Regni Neapolis successione,
judicio paritèr suo anno 1309. præbuit S. Sedes.
Ex Carolo I. Andegavense de utriusque Siciliæ 51
Regno anno 1265. investito à Clemente IV. suc-
cessio delata fuerat ad Carolum II.; eo autem
è vivis sublato, cum ex Carolo Martello ejus
filio Primogenito, ac Hungariæ Rege super-
stes esset Carolus Humbertus hujus filius pri-
mogenitus, paritèrque Hungariæ Rex, & Ro-
bertus Dux Calabriæ Caroli II. filius secundo-
genitus, orta fuit inter eos famigerata illa quæ-
stio, an in Regni successione Patruus licèt secun-
dogenitus excludere deberet Nepotem filium
Primogeniti certè comprehensum in Investitu-
ra, cujus vigore pro obtinenda prælatione ad ex-
clusionem Patrui Jura potentiora reddebantur
ex Doctoribus allegatis a *Thesauro quæst. forens.* 52
lib. 1. quæst. 35. num. 8. & seqq., Re delatà ad
Clementem V. directum, ac supremum Domi-
num Regni Neapolis, ideòque solum tantæ
Causæ Judicem ab eodem solemni judicio con-
sistorialitèr edito, Patruus prælatus fuit Nepoti,
cujus sanè Jura licèt potiora viderentur, adeò
quidem, ut *Bald. in lib. Liberti, libertæque 10.*
sub num. 24. Cap. de oper. Libertor. temerè re-
darguens Pontificium Judicium, dixerit = *Ideò*
nescio, an Papa Bonifacius determinaverit veri-
tatem, & ideò in illo cap. Pastoralis sunt quædam
dicta quæ sapiunt, & quædam quæ non sapiunt ve-
ritatem Juris, & Papa ibi fuit partialis magis,
quàm qualis esse debuerat = nihilominùs justè ita
ob publicam utilitatem à Clemente V. judica-

tum fuisse, deindè docuit idem *Bald. in leg. ut intestato 3. in fine Cod. de suis, & legit. hered.* his verbis corrigens, quod in mox relato loco
53 audacter obloquutus fuerat = *Sed & illa fuit ibi ratio = quia Papa ita voluit propter publicam utilitatem Regni, & immensam sapientiam dicti Regis Roberti, qui fuit secundus Salomon, & quia sufficiebat Regi Hungariæ Regnum Hungariæ, nec decens erat, quod in Ecclesia Dei esset duplex* = Baldi dictum, sententiamque sequuntur *Castrens. in leg. maximum vitium 4. num. 3. in fine, C. de liber. præterit., Tiraquell. de Jur. Primog. quæst. 40. num. 10., Grammat. decis. 1. numero 19.* ibi = *& plus dicit idem Bald. in leg. 3. C. de suis, & legit. & in leg. ut intestato C. eodem tit., quod Papa ita pronunciavit in favorem Regis Roberti propter publicam utilitatem Regni, & propter immensam sapientiam dicti Regis, qui fuit secundus Salomon, & quod sufficiebat Regi Hungariæ illud Regnum Hungariæ, maximè, quod ipse Rex Robertus possidebat hoc Regnum, & non potuisset expelli à Regno absque maxima strage, & jactura ipsius Regni = Larat. in Theatr. feudal. tom. primo part. 9. dilucidat. 37. num. 129. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 35. num. 11., & in Mantiss. ad Moles post 4. part. fol. 8. num. 34.*, & loquens de hoc Romanæ Ecclesiæ judicio *Alciat. tom. 2. Parergon: lib. 8. dicto cap. 15.*, ait quod *Rex Robertus adversus Hungarum Apuliæ Regnum Ecclesiæ Romanæ judicio obtinuit, quod Castrensis prudentiæ Roberti tributum fuisse scripsit* = Pontificiæ autem Sententiæ justitiam vindicat subdendo = *aliud in aliis fiduciis, aliud in Imperiis servandum esse* = ut relatis ejusdem *Alciati* verbis notatum fuit *§. Etsi primo, & §. Quapropter.* Nec omittendum, Clementi V. in eo Consistoriali Judicio non defuisse recens, quod spectaret, ac sequeretur exemplum, sumptum ex simili prælatione in successione Regni Castellæ, in qua Patruus licèt secundogenitus
54 prælatus fuerat filio Primogeniti prædefuncti, illud autem, ex *Petrarca de vita solitaria lib. 2. sect. 6. cap. 3.* refertur à *Francisco Pagi in Breviar. gest. Pontif. Roman. tom. 2. par. 2. in vita Clementis VI. n. 15. fol. 88.* an. 1269. Blanca filia S. Ludovici Francorum Regis nupsit Ferdinando, cognomento de Cerda majori filio Alphonsi X. Castellæ Regis, eâ lege, ut Liberi, qui hujusmodi nuptiis procrearentur, etiamsi Ferdinandus eorum Parens ante obitum Patris sui moreretur, succederent in Regno Castellæ, post obitum Alphonsi Avi, exclusis aliis filiis, Ferdinandi fratribus minoribus: iisdemque pactis cautum, ut Ludovicus Rex sanctus suo, & filiorum nomine jure decederet, quod in Castellæ Regnum obtinebat ex parte matris suæ Blancæ. Ferdinandus Cerda anno 1275., ante Alphonsum Patrem obiit relictis duobus filiis, Alphonso nempe, & Ferdinando, quorum prior ex pactis conventis Alphonso Avo succedere debebat; sed sanctius ejusdem Alphonsi X. filius secundogenitus, quasi Alphonsum Patrem superstitem proximo cognationis gradu attingeret, Regnum invasit exclusis à jure successionis Alphonso, & Ferdinando Nepotibus: quo factum, ut Alphonsus, exheredes vulgò nuncupatus, in Galliam perrexerit, ubi Uxore ductâ, duos suscepit filios, quorum natu minor Carolus fuit Connestabilis Franciæ, & major natu Ludovicus anno 1344. factus est Princeps Insularum fortunatarum &c. deindeque rem prosequens, sic subdit *quæ ex Spondano excerpta*, qui addit Ludovicum filium reliquisse, nomine Joannem, per quem propagata dicitur illustris Familia Cerdarum in Castella.

Et re sanè verà Patruum fortissimum, & Regno quidem dignissimum Principem ob solam publicam Regni utilitatem prælatum fuisse Nepoti, agnovere etiam Scriptores Historiæ Regni Neapolis; hujus namq. Clementis V. Judicii, & Baldi sententiæ meminit his verbis, *Pandulph. Collenut. in Hist. Regn. Neap. lib. 5.* = *In fine dichiarò il Papa, che Roberto succedesse. E dice Baldo Perugino ora illustre Dottore, che la ragione, che mosse il Papa, fù l'utilità publica del Regno per l'immensa sapienza del detto Rè Roberto, che fù riputato un altro Salomone. e perchè al suo Nipote doveva bastare il Regno d'Ungheria.* 55

Et *Collenutium* referendo id etiam testatur *Raynald. tom. 15. ad annum 1309. num. 18.*, ibi = *Roberti Causa vicit Clementis Pontificis auctoritate, cum id Siculæ rei conduceret, tùm ob Roberti sapientiam, ac scientiam militarem, tùm nè Carolus, qui vix Hungarico Regno sufficeret, alterius Regni mole obrueretur, eum maximè ea Regna disjuncta essent, Bellisque gravissimis sæpius fluctuarent.*

Luculentius tanta res enarratur ab *Angelo Constantii* in sua Historia Regni Neapolis initio Libri quinti dicente, Roberti negotium cum Summo Pontifice, & DD. Cardinalibus sapienter tractatum fuisse à Bartholomæo de Capua = *Dottore in quel tempo eccellentissimo di Legge, ed Uomo, che per aver tenuto il primo loco molti anni nel Consiglio del Rè Carlo era divenuto per molta isperienza prudentissimo in prattiche di Stato. Costui trattò gagliardamente la cosa del Duca in publico, e in privato col Papa, e co' Cardinali, dimostrando, che oltre a quella ragione, che davano le Leggi al Duca, era necessario per l'utilità publica d'Italia, e del nome Cristiano, che il Regno dovesse darsi a Roberto Duca di Calabria Signor savio, ed espertissimo in Pace, ed in Guerra, ed non più tosto al Giovane Rè, il quale senza riconoscimento alcuno delle cose d'Italia, nato, e allevato in Ungheria, fra costumi del tutto alieni dagl'Italiani, essendo sforzato di governare il Regno di Napoli per mezzo di Ministri, a niun modo averia potuto mantenerlo in pace, parendo cosa non meno impossibile, che inconveniente, che il Duca di Calabria, il Prencipe di Taranto, e il Prencipe d'Acaja Zii del Rè, e Signori nel Regno tanto potenti avessero di stare soggetti a' Baroni Ungari. Onde al fine sentenziato in favor del Duca al primo d'Agosto del medesimo anno fù dichiarato in publico Concistoro Rè di Napoli, ed Erede negl'altri Stati di Rè Carlo suo Padre, e agli 8. di Settembre nella Città d'Avignone fù con tutte le cerimonie coronato.*

Ex

Ex *Angelo Constantii* ita etiam scripsi. *Jo: Antonius Summonte* in *Historia Neapol. tom. 2. lib. 3. cap. 3. in princip.*, & relatà *Baldi* sententia in dicta *leg. 3. Cod. de suis, & legit. hered.* ait = *Il Papa sentenziò in favor di Roberto si per utilità del Regno, come per la sua gran sapienza, che era reputato un secondo Salomone, bastando al Rè di Ungeria il suo Regno, tanto più, che Roberto essendo stato instituito Erede da Carlo suo Padre del Regno di Napoli, non averia potuto esserne rimosso senza gran strage, e danno notabilissimo universale*.

At id ipse etiam Rex Robertus, suo facto declarasse, ac Judicio confirmasse visus fuit: con-
56 scientia namque permotus, ad Martelli stirpem Regnum post suum obitum redire, curavit, teste *Paulo Æmilio rerum Gallicarum lib. 9.* paulò post initium sic ajente = *Robertus excluso Carolo Hungaro, Fratris maximi natu jàm defuncti filio, ipse in Regnum eis Fretum Siculum, Provinciamque Massiliensem Patri successit. Tres, & triginta regnavit annos, magna Imperii, prudentiaque gloria. Neptes duas ex Carolo filio, cui superfuit habebat. Minoris obscura fama, Joannam majorem collocavit Andreæ, Caroli Hungari Regis minori filio, ad se in spem hereditatis evocato: animi conscientia, & Religione permotus, ut ad stirpem Martelli rediret Regnum, quo eam fraudasse videri posset* = & sic antè eum scripsit *Bald. in leg. si viva matre sub num. 3. Cod. de Bon. matern.* ibi = *Quapropter Rex Robertus conscientia ductus, studuit transferre Regnum Siciliæ ad Regnum Hungariæ. quando desponsari fecit gloriosam Reginam Joannam per Illustrem Andream filium Regis Hungariæ, cujus votis invida fortuna non favit* = & sequuntur *Castrens. in d. leg. maximum vitium 4. nu. 3. in fine Cod. de liber. præterit., Barbat. cons. 10. num. 31. & seq. lib. 2., Tiraquell. de Jur. Primogen. dicta quæst. 40. n. 10., Grammatic. dicta decis. 1. num. 21., Larat. in Theatr. feudal. tom. 1. par. 9. dilucidat. 37. n. 130., & in Mantiss. ad Molesf. loco superius citat.*

Nil ergò mirum, quod Rex Robertus animo reputans, nonnisi ob publicam utilitatem, cujus causa potior semper est, justè sibi Regnum ad-
57 judicari potuisse, in similibus privatorum Causis, in quibus hæc ratio cessabat, non favore Patrui, sed Nepotis judicasse feratur, ut apud *Barbat. dicto cons. 10. num. 32.* sic dicentem = *Et licèt in quæstione Regni Rex Robertus excluserit filium Primogeniti, ut referunt Doctores in dicta leg. Si viva Matre, & Bartol. in Authen. post fratres Cod. de legitim. heredib., tamen, cum quæstio verteretur coram eodem Rege Roberto, decidit in favorem Nepotis contra Patruum, motus ea ratione &c., & sic licèt Rex Robertus in Causa sua obtinuisset contrarium; tamen Judex, judicavit contrarium: & sic videtur sentire, quod non obtinuerat justè, & ideo cum Joanne de Imola admiratur &c. quod ita deciderit Rex Robertus: cum ipse obtinuerit contrarium, dico, quod non debet admirari: quia ipse obtinuit, ut Pars, sed postea decidit, ut Judex* = Judicium hoc latum à Roberto, cujus meminere etiam *Castrens. dicta leg. maximum vitium loc. citat., Larat. d. dilucidat. 37. num. 132., & in Mantiss. ad Moles loco citat.*, Judicium, inquam, hoc quanta cum solemnitate celebratum fuerit, refertur ab *Oldrado cons. 224., edito in Causa tunc acta, Comitatus nempè S. Severini*, quæ cum allega- 58
tionibus, & responsis præclarissimorum ejus ævi Jurisconsultorum, summa cum maturitate examinata, atque definita fuit = *in Civitate Avenionensi coram inclyto Principe D. Roberto Hyerusalem, & Siciliæ Rege, assistentibus eidem aliquibus DD. Cardinalibus solemnibus jure civili Doctoribus* = sunt verba *Oldradi*.

Abs re tamen non erit, pro clariori mox relati facti intelligentia, duo animadversione digna subjicere, videlicet, quod *Baldus* aliique ex nostris errore lapsi fuerunt, dum Judicium Regni Neapolis successionem adjudicans Roberto, la- 59
tum fuisse scripserunt à Bonifacio VIII., qui jam nonnullis ante annis prædecesserat, ut præ aliis adnotavit *Hotmannus tom. 1. lib. quæst. illustr. quæst. 3. fol. 858. litt. D.*, Ut etiam id animadvertendum est: videlicèt, Robertum denominatum reperiri Siciliæ Regem, non quia tale Regnum obtineret, nam ut paucis inferius attingam, illud possidebatur à Friderico Aragonensi: quem S. Sedes in Regni legitimum possessorem adhuc agnoscere adeo renuebat, ut licèt in Con- 60
ventionibus cum Carolo II. initis à præfato Friderico, atque à Bonifacio VIII. approbatis, sivè temperatis, eidem permitteretur, quod Rex Trinacriæ intitulari posset, attamen, ut apud *Rayald. tom. 14. ad ann. 1303. num. 28.* cautum fuerat = *quod per nominationem ipsam Regis Trinacriæ honori regalis tituli, qui de toto Regno Siciliæ ultra Pharum, & citrà apud præfatum Carolum Regem remanet, quemque apud eum remanere volumus, nullum in aliquo etiam quantum ad vulgi labia præjudicium afferatur* = quapropter Robertus à Clemente V. *in Clementina Pastoralis 2. de Sentent., & re judicat.* Rex Siciliæ nuncupatur.

§. IV.

Demonstratur hoc §. Summos Pontifices pro temporum ratione in pluribus derogasse dd. Regnorum naturæ, ac consuetudini constitutæ in illorum Investituris, & Constitutionibus Apostolicis. idque ob publicam utilitatem justè ab ipsis factum fuisse, tametsi indè alterius præjudicium resultasset.

Sistere hic possem calamum, nàm si publici Juris regulæ, præceptaque, superiori §. copiosè exposita: si solemnia Judicia, S. Sedis auctoritate edita, evincunt, ob publicam utilitatem mutari, atque interverti posse ordinem successionis, licèt delatæ jure sanguinis, aut Investituræ. Profectò, si justa aliqua urgeat ratio, ob quam Sanctissimus Dominus Noster pro meliori bono consequendo, annuendum esse censeat petitioni Imperatoris: sub obtentu præjudicii, quod inferri posset fœminis in primordialibus Investi-

turis tùm Clementis IV., tum Julii II. comprehensis, deneganda minime videtur constitutio novi ordinis succedendi ab illo efflagitata, per quam mutatâ veteri forma, in futuris successionibus, masculi licet transversales, semper, atque indefinitè præferantur fœminis, nonnisi in subsidium admittendis ad successionem in Regnis utriusque Siciliæ, certius in casu nostro, quia vel tale præjudicium consideratur respectu Personarum, quæ tempore apertæ, delatæque successionis in dictis Regnis jam natæ erant, & quibus vigore antiquarum Investiturarum jam fuerat jus quæsitum : vel idem præjudicium refertur ad Personas, quæ nondum natæ sunt, & quibus propterea nonnisi spe conditionale solummodò Jus competiturum aliquando erit.

Si de primo Personarum genere res sit, superfluum sanè videri posset subtilius agere de præjudicio, hoc novo successionis ordine illis inferendo; Nàm, cùm Sanctissimus Dominus Noster justè constituerit renovationem concedere Imperatori Carolo VI., sivè in illa servetur, atque retineatur antiquus ordo, ac forma succedendi : sivè idem respectu eorum, qui nascituri, ac successuri deinceps sunt, immutetur, cum nihilominus idem semper, atque æquale præjudicium irrogetur dictis Personis jam natis: non est cur istiusmodi colore retardetur renovatio Investituræ, qua nova forma succedendi statuatur.

Si verò agatur de secundo Personarum genere : Profectò si plenius, quàm adhuc perfecerim, ostendero, justissimè decretam fuisse renovationem Investituræ Imperatori concedendam, tametsi adsint alii, qui vigore antiquarum Investiturarum ad dd. Regnorum successionem adspirare possent; potiori certè jure statui posse videbitur novus ordo succedendi respectu eorum, qui nondum nati sunt, & quibus,ut dictum est, nonnisi conditionale Jus in spe competere potest, idcircò quà majori potero brevitate, primum in facto demonstrabo, Summos Pontifices ità publicâ suadente causâ, ac rerum statu, temporumque ratione exigente, sæpe sæpius legibus fundamentalibus primordialium Investiturarum quaquaversum derogasse tàm respectu successionis, quàm generaliter respectu formæ, & aliorum omnium jurium competentium ex consuetudine, & natura regalibus hisce Feudis indita in dd. Investituris: postposito publicæ utilitati præjudicio Personarum, quibus illarum vigore, vel jam quæsitum, vel in sola spe conditionale tantummodò jus quærendum aliquando erat. Justè verò ab eisdem id factum fuisse ex jure nostro confirmabo.

Ex lege Investituræ à Clemente IV. traditæ Carolo Andegavensi, Regnum Siciliæ inseparabile, ac perpetuò unitum esse debebat Terræ ci-
61 trà Pharum, Regno videlicet Neapolis. At nihilominus cum idem Siciliæ Regnum post famigeratam illam Gallorum omnium stragem occupatum fuisset à Petro Aragoniæ Rege, diuque retentum ab ejus Successoribus, qui alioquin paratos se præbebant supremum Dominium S. Sedis agnoscendo, Investituram accipere, Censum persolvere, cæteraque præstare feudalia servitia injuncta in dicta Investitura : Attamen 62
Sancta Sedes illos diu, diuque agnoscere, ac recipere nolens, eosdem perculsit anathematum telis, tamquam injustos Occupatores Regni, quo Romanæ Ecclesiæ Beneficiarium spoliaverant, totam (quod gravius est) Insulam subjiciendo Interdicto, ad septuagesimum annum protracto, quod pareret injusto Detentori Regni, Dominio S. Sedis subiecti : Verùm cum spiritualibus remediis, temporalium etiam armorum vi coadiuvatis, Occupatorum pertinacia tamdiù frustrà oppugnata, vinci nunquam potuisset : primùm à Bonifacio VIII. anno 1303. probatæ fuerunt conventiones quędam initæ inter Carolum II. Neapolitanum Regem, & Fridericum Siciliæ possessorem, quibus non diù servatis, deindè sexagesimum demum post annum, anno nempè 1372. inter Joannam I. Reginam Neapolis, & Fridericum III. alia celebrata fuerunt pacta confirmata à Gregorio XI., qui Fridericum creavit Trinacriæ Regem, illum eximendo à personali præstatione Homagii, quod per interpositam Procuratoris personam recepit, ut apud *Raynald. ad d. annum 1372. §.4. & pluribus seqq.* Atque ita Regnorum divi- 63
sio facta contra legem fundamentalem Investituræ Clementis IV., & injusta Aragonensium possessio vitio purgata fuit. Omitto innumeras alias antiquarum Investiturarum alterationes, quod attinet ad Regnum Siciliæ, pro temporum ratione factas, sed eorumdem Regnorum in Alphonso Aragoniæ Rege deindè unitorum, ut inferius innuam : nova iterum separatio, ac divisio sequuta fuit, post præfati Alphonsi Regis obitum.

Porrò individuitas isthæc, ac unio multò magis servanda fuisset in Regno Neapolitano. At Alexander VI. postquam eo privaverat Frideri- 64
cum Aragonensem, illud dividendo inter Ludovicum XII., & Ferdinandum Regem Catholicum, utrumque de eo divisim investivit. Quamquam verò mox relatæ Regnorum divisiones adversarentur tùm primordiali Investituræ, tùm etiam naturæ, & substantiæ Feudi individui, per *Textum expresf. in cap. Imperialem* 65
§. Firmiter etiam verf. prætereà lib. 2. Feudor. de probibit. Feud. alienation. per Frideric. tit.55., talisque individuitas præcipuè servanda esset in Regnorum successione, in ea enim id volitum præsumitur, *quod maximè expedit. Hinc primum illud nascitur, ut, ni aliud lex, aut mos ferat, sicut Thebis &c. individuum sit Regnum, quia id ad tuendum Regnum in Civium concordiam plurimùm valet* = sunt verba *Grotii de Jur. Bell. & Pac. lib.2. cap.7. §.14.*, ubi *Tesmerus lit.C., & G., & Ulric. Obrect., Pufendorf. de Jur. natur. lib.7. cap.7. §.11. & 12., Tiraquell. de Jur. Primogen. quæst 4. num.21., Hotmannus tom. primo lib. quæst. illustr. quæst.3. fol.558. litt.D. & E., Camerar. de Feud. in repetit. ad cap. Imperialem de probibit. Feud. alienat. pag. mibi 797.*, & rursùs *pag.811. in fine, & pag.821.*, *Arni-*

Arnisæus de Republic. lib.2. cap.2. sect.7. n.44.,
Wltejus de Feud. lib. primo cap.8. num.72. vers.
individuum Feudum est, *Antunez. de Donation.*
tom.primo part.2. lib. primo cap.3. num.29. & se-
quen., *& num.40. & 62.*, *Caldas Pereira de no-*
minat. Emphyt. quæst.13. num.59., *Roxas de in-*
compatibil. part.2. cap.6. conclus.6. num.11.; At-
tamen, ut aliquando tranquillitas restitueretur
Regno Siciliæ, quæ nedum Belli calamitatibus,
sed quod longè deterius est, septuaginta anno-
rum Interdicto afflicta fuerat, justè Summi Pon-
tifices passi fuerunt illud separari à Regno Nea-
politano. Ut etiam providè Alexander VI. ne
Ditio quoque Ecclesiastica conflagraret Bello,
quo à duobus potentissimis Regibus, de illius
possessione contendentibus, absumebatur Re-
gnum Neapolitanum, approbando ejusdem di-
visionem, illos de eo divisim investivit; Licèt
enim lege Investituræ, & Juris feudalis regulis
66 id prohiberetur, *permittebatur tamen lege poten-*
tiore profecta ex publicæ utilitatis ratione, ut
nempè graviora mala, ac pericula depellerentur,
ideoque licèt divisio semper præjudicialis certè
sit illi, penès quem res individua manere de-
bet, rependitur tamen publico bono, vincente
alterius præjudicium, ducto argumento à *Textu*
in cap. Vacante, juncto *cap. Majoribus*, *& cap.*
67 *Tuo de Præbendis*; quibus sicuti disponitur,
quod Præbenda suaptè alioquin naturà indivisi-
bilis, ex causa tamen probabili dividatur, ità in-
de arguunt Doctores, Feuda etiam tametsi indi-
vidua, dividi posse, ut scandala, dissidiaque ar-
ceantur, *Alexand. cons.7. num.11. lib.5.*, *Ruin.*
cons.29. num.18. lib.5., *Roland. à Valle cons.80.*
num.18. & seq. lib. primo, *Camerar. de Feud. in*
repetit. ad cap Imperialem de prohibit. Feud. alie-
nat. pag. mihi 850., *Joann. Lecirier. de Primo-*
genit. conclus.3. quæst.11. num.18., *Tiraquell.*
de Primogenit. quæst.4. num.60., *Wltejus de*
Feud. lib.1. cap.8. num.75. in fine, *Bets de Pri*
mogen. famil. illustr. cap.8. §.17. in fine, *Torr.*
de Majorat., *& Primogenit. Ital. part.1. cap.35.*
num.12.

Plura etiam alia contraria naturæ, & consue-
tudini Feudi, atque Constitutionibus, & Ordi-
nationibus Apostolicis, Eugenius IV. indulsit
68 Alphonso I. Aragoniæ, & Siciliæ Regi, ut per-
spici potest ex Investitura, aliisque Literis à præ-
fato Summo Pontifice illi datis, atque relatis à
Raynaldo tom.18. ad annum 1443. n.6. & seqq.;
Ipse enim evocatus à Regina Joanna II., ut ejus
auxilio, & Copiis è Regno ejiceret Renatum
Andegavensem sibi infensum, quem post mor-
tem Ludovici ejusdem fratris adoptaverat: isto
feliciter per Alphonsum expulso, idem ejus lo-
co arrogatus fuit à præfata Regina, post cujus
obitum expugnatâ Civitate Neapolitanâ, cùm
pacificè Regno potiretur, agnoscens tamen,
quod nisi in illius possessione confirmaretur In-
vestiturâ Pontificiâ, eadem semper instabili lo-
co pependisset, illam petiit: prætereaque cùm
omnia Jura sua, & titulus Bellorum ab ipso ge-
storum pro adipiscendo Regno Neapolitano, in-
niterentur dictæ arrogationi, eam Pontificiâ pa-
riter auctoritate confirmari postulavit: Cum-
que denique in Investitura Clementis IV. non-
nisi certi gradus Transversales comprehenderen-
tur, ad illos indefinitè eandem extendi suppli-
cavit.

Quid autem Alphonso Summus Pontifex ne-
gare poterat? Eum enim urgebant maxima be-
nemerita Regis, cujus virtute, & potentia Mar-
chia Anconitana è Francisci Sfortiæ manibus
erepta, S. Sedi restituta fuerat: intuebatur etiam
illum in pacifica Regni possessione adeò formi-
tèr constabilitum, ut ab æmulo Renato ex ea
dimoveri nullo pacto posset: nil ergò mirum si 69
obliterato vitio violentæ possessionis, atque in-
trusionis, eidem Investituram concessit eis ver-
bis = *Prò tè, tuisque hæredibus descendentibus per*
rectam lineam masculis jàm natis, & imposterum
nascituris = quibus ex verbis relatis à *Raynaldo*
num.7. versus finem notavit *Arnisæus de Repu-*
blic. lib.2. cap.2. sect.12. num.42., respectu fœ-
minarum immutatum fuisse antiquum succe-
dendi ordinem.

Ut etiàm convalidavit illum qualemcumque
titulum arrogationis de Alphonso à Joanna fa-
ctæ, ut penes eundem *Raynald. num.8. §. Nos*
igitur, ibi = *Tuis supplicationibus inclinati prædi-*
ctam arrogationem de te prædicto per Reginam
Joannam ad successionem hujusmodi Regni, &
Terræ præfatam, cujus quidem arrogationis te-
norem hìc haberi volumus prò sufficienter expres-
so, non obstante, quod dictum Regnum per vim,
seù violentiam ad manus tuas redegeris, seù occu- 70
passe noscaris, aut alias te ad illud habendum quo-
modocumque indignum reddideris, tenore præsen-
tium auctoritate Apostolica confirmamus: Nove-
rat enim Alphonsus Rex adoptionis, sivè arroga-
tionis titulum sibi prodesse nullo pacto posse prò
adipiscenda retinendaque Regni successione,
quippè solius Vassalli voluntate, nemo ex alie- 71
na Familia in Investitura non comprehensa ad-
scisci potest ad Feudi successionem, inscio, vel
invito Domino: ut etiàm per arrogationem alius
admitti nequit, excludendo Personas in Investi-
tura comprehensas, *Hug. Grot. de Jur. Bell.*,
& pac. lib.2. cap.7. §.16., *Hulderic. ab Eyben.*
elect. Jur. feudal. cap.6. sub num.3., & referen-
do concordantia feudalis Juris loca tradunt *Wl-*
tejus de Feud. libro primo cap.9. num.176., *Bets*
de Primogen. Famil. illustr. cap.5. §.31., *Rosenth.*
de Feud. cap.7. conclus.30. num.33. & seqq., qui
propterea docet, arrogationem tùnc demum pro-
desse, quando, ut obtinuit Alphonsus, à Prin-
cipe, cujus auctoritate fit, expressè provisum
est, quod arrogatus capax effectus censeatur ad
succedendum etiam in Feudis, quod docuit
Menoch. quoque cons.503. num.21. & seq.

Et denique, licèt in Investitura Clementis IV.
apud *Raynald. tom.14. ad annum 1265. num.15.*,
nonnisi quarti gradus Transversales ad Regni
successionem vocarentur: Eugenius indefinitè
illos admisit, *ut dicto num.8. §. Cum Jus succes-* 72
sionis, ibi = *De nostra mera liberalitate, & gratia,*
auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore
præsentium decernimus, volumus, atque declara-
mus,

mus, quod dicti Regni concessio, atque Investitura cum omnibus Juribus, conditionibus, & pertinentiis suis in defectum masculorum descendentium ex linea directa, etiam ad Transversales masculos jam natos, & in anteà nascituros secundum gradus prærogativam extendantur, ita quod præfati Transversales in dicto Regno in Descendentium per directam lineam defectu succedere valeant, & admitti, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac natura, & consuetudine Feudi, vel concessionis hujusmodi, omnibusque, & singulis in præfatis litteris contentis, cæterisque contrariis, quibus ex nunc, quatenùs contra prædicta, vel aliquod prædictorum faciant, vel disponant ex certa scientia volumus, atque declaramus esse derogatum = qua nova forma successio Transversalium ex lege, ut dictum est, sancita in Investitura Clementis IV., certis circumscripta gradibus, extensa fuit ad omnes
73 gradus, juxtà sane naturam successionis, quæ in
Regnis jure sanguinis deferri dicitur, ex famigerata theorica *Baldi in capitul. primo de Feudo Marchiæ, loquentis de Regia Borboniæ stirpis successione in Regno Franciæ, Antunez. de Donation. tom. primo part. 2. cap. 3. num. 15.*, idcircò ex eo dicens in Regnorum successionibus *millesimi gradus* Collaterales admitti: ad differentiam
74 successionis hæreditariæ, quæ illorum respectu
non progreditur ultrà *decimum*, & aliis relatis antiquioribus ex eodem *Baldo* antè eum dixit *Lancellot. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib. 1. cap. 2. §. 1. quæst. 2. fol. mihi 100. à tergo*.

Denique his addi posset, quod S. Sedes recogitans, perpendensque mala, atque calamitates, quibus nedùm tota Ditio Ecclesiastica, sed universa Italia oppressa fuerat, quoties utriusque
75 Siciliæ Regna ad Imperii, vel majoris partis
Lombardiæ, aut Tusciæ Possessorem delata fuerant (ut præsertim evenerat imperante Friderico II. immani Romanæ Ecclesiæ persecutore) hæc, inquam, recogitans S. Sedes statuerat, quod dicta Regna cum illis incompatibilia prorsus essent. Sed firmiùs deindè incompatibilitas isthæc sancita fuit in Solemni Investitura à Clemente IV. data Carolo Andegavensi, atque confirmata in sequentibus omnibus Investituris in hodiernam usque diem concessis. At quoniam Julius II. præviderat contingere aliquando posse, quod prò temporum ratione nedùm expediret,
76 sed omninò oporteret istiusmodi incompatibili-
tatem relaxare: idcircò in sua famigerata Bulla, illam confirmans, auctoritate tamen S. Sedis, eandem remitti posse cavit, ibi = *Sine nostra, & Successorum nostrorum voluntate, & assensu.* Profectò in universis Constitutionibus, atque Investituris nil constabilitum reperitur firmitate majore illa, qua decreta fuit d. incompatibilitas: & nihilominus Leo X. eam relaxavit favore Caroli V., & Julius III. Philippo II., Clem. VIII. Philippo III., Gregorius XV. Philippo IV., Alexander denique VII. Carolo II. indulserunt, ut cum utriusque Siciliæ Regnis retinere possent Ducatum Mediolanen., quemadmodum etiam Sanctissimus D. N. similem gratiam Imperatori Carolo VI. impartiri dignabitur. At verò si incompatibilitas isthæc veluti lex fundamentalis sancita in omnibus Investituris, ex justa causa nedum relaxari consuevit, verum eandem remitti posse expresse cautum fuit, certè id etiam licere posse videbitur respectu aliarum conditionum, atque ordinationum, quæ in primordialibus, aliisque omnibus Investituris constitutæ fuerunt: simili publici boni causâ vincente rationem præjudicii, quod in Tertium inde redundabit, ut alibi demonstratum est.

§. V.

Præter innovationes primordialis Investituræ Clementis IV., superiori § recensitas, referuntur aliæ, quibus contrà ejusdem formam ad Regni successionem non solùm admissæ fuerunt Personæ in illa non comprehensæ, immò exclusæ, verùm etiam eisdem innovationibus constitutus reperitur novus ordo succedendi. Id autem jure fieri potuisse probatur.

SAtis his demonstratum videri posset, Summos Pontifices nunquam adeò tenaciter inhæsisse legi sancitæ in primordiali Investitura Clementis IV., ut naturę, & consuetudini Feudi derogandum minime esse censuerint, quoties id expediret, & per Investituram, tametsi parte ex aliqua immutatam, Regni pacifico Possessori dandam, sperarent tum S. Sedi incolumitatem parandam, tùm Regno tranquillitatem restituendam fore. At propiùs accedendo ad rem nostram, magis urget exemplum, quod peti potest ex solemni facto Pii II., qui anno 1458. Investituram concedendo Ferdinando I. non solùm dissimulavit Regnum Siciliæ in Alphon-
so I. illius Patre consolidatum, atque unitum 77
cum Regno Neapolitano, iterum ab eo re ipsa separari: mortuo enim præfato Alphonso sinè prole legitimâ, in paternis Regnis Aragoniæ, & Siciliæ successit Joannes ejus frater, ac Pater Ferdinandi Catholici, sed in pluribus derogavit legibus constitutis in dicta antiqua Investitura.

Ferdinandus enim, tamquam filius nothus Alphonsi incapax erat successionis in dicto Regno; Bastardi enim, atque illegitimitatis labe
infecti, quamvis per legitimationem, natalium 78
dignitati restituti fuerint; Nihilominùs ab omni Feudi successione excluduntur, juxta *Textum express. in cap. unic. §. Si quis per 30. annos vers. naturales filii lib. 2. feudor. tit. 26. si de Feud. defunct. content. sit inter Domin, & Agnat. vassall.* Jure autèm feudali rectè constitutum est = *ne succedant nisi, qui nati sunt secundum Patriæ leges, non naturales tantùm, quia ad contemptum patent, quorum Matrem Pater justo conjugio dignatus non est, & propterea, quia minùs certi habentur: At in Regnis expedit Populo haberi maximam certitudinem, quæ haberi potest, ad vitandas controversias: quæ causa fuit ut Macedones Demetrio minori, potiùs, quam Perseo majori Regnum deberi existimaverint, quòd Demetrius*

justâ

justa matre familias natus esset = ut loquitur *Hug.*
Grot. de Jur. Bell., *& pac. lib.2. cap.7. §.16.*,
Pufendorf. de Jur. natur., *& gent. lib.7. §.12.*,
Molin. de Primogen. Hispan. lib.3. cap.3. nu.24.
& seqq., *Merez. de majorat. tom.1. part.2. qu.2.*
num.3. *Vultejus de Feud. lib.1. cap.9. num.178.*
& seqq., *Gragius in Jus Feudal. lib.2. tit.18.*
§.3. vers. ex jure vero, *Boer. decis.123. num.1.*,
Larrea decis. Granaten.32. num.2., adeò qui-
dem, ut vix ad feudalem successionem aditus pa-
teat iis, in quibus per subsequens Matrimonium
illegitimitatis macula eluta penitus fuit, per il-
lam videlicèt Canonicæ æquitatis fictionem, qua
tempus legitimationis conjungendo cum tempo-
re conceptionis, intermedium tempus veluti pe-
nitus sublatum censeatur, *Andr. de Ysern. in*
dicto cap. unic. §. Si quis versic. naturales, *Curt.*
Jun. consil.136. num.1., *Paris. cons.13. num.44.*,
& seq. lib.2., *Rustic. in leg. Cum Avus lib.2.*
cap.16. ex num.26., *Gratian. discept. forens. ca-*
pit.753. num.14. & seq., *Clar. in §. Feudum lib.4.*
quæst.82. num.4. vers. Item quæro, *Vultejus de*
Feud lib.1. cap.9. num.186., *Cresp. de Valdaur.*
observat.23. quæst.15. num.140., *Castill. controv.*
Jur. lib.4. cap.31. num.11. & 12., *Menoch. de*
præsumpt. lib.4. præsumpt.81. num.9., & alii
etiam apud *Frideric. ab Andler. in quadam addi-*
tione in fine Operis fol. mihi 715., *& seqq*, ubi
materiam plenè tractat.

Incapacitas tamen isthæc sancita legibus feu-
dalibus, vinci fortè potuisset consuetudine, quæ
in Regno jamdudum invaluerat, nimirum, ut
79 naturales succederent deficiente legitimà prole:
Tancredum enim ultimum de stirpe Nortman-
nica, & Manfredum de stirpe Sueva, licèt ille-
gitimos, Regnum tenuisse notat *Ageta ad Mo-*
les de Ærar. par.4. §.26. num.21. fol. mihi 7.
At impedimento potentiore ipsà Juris disposi-
tione, Ferdinandus arcebatur à successione; in
80 memorata namque Investitura, à Clemente IV.
tradita Carolo Andegavensi, illegitimi penitus
excludebantur, juxtà verba relata à *Raynaldo ad*
annum 1265. num.16. ibi = *In Regnum verò, &*
Terram prædictam nullus succedet, qui non fuerit
de legitimo matrimonio procreatus: Verumtamen
ille, Alphonsi ejus Patris precibus ab Euge-
nio IV., & Nicolao V. successionis capax decla-
ratus, anno 1458. ad Solium Neapolitanum
evectus fuit solemni Investitura eidem tradita a
81 Pio II., quæ per extensum legitur apud *Raynald.*
annal. tom.19. ad d. annum 1458. num.30., *&*
seqq. & illius meminerunt etiam *Arnisæus de*
Republic. cap.2. sect.12. num.42., *Ageta ad Mo-*
les de Ærar. par.4. §.26. tit. de Justit. & pos-
sess. Regis nostri &c. num.26. & seqq.

Ægerrimè sanè, ut ex eodem *Raynalda ad di-*
ctum annum num.20. in fin. tulerunt, tum Joan-
nes Rex, qui in paterno Aragoniæ, & Siciliæ
82 Regno successerat Alphonso fratri, sine prole
legitimà defuncto, tum Renatus Andegavensis:
ægerrimè, inquam, tulerunt, quod Pius II. cum
tanta ipsorum offensione filio notho Alphonsi,
Regnum asserere niteretur: utque ex *Gobelino in*
Commentar. lib.2. prosequitur idem *Raynald.*
num.28., Carolus Francorum Rex, & præfatus
Renatus acerbius id sentientes, suis Ablegatis,
Carnotensi nempe Decano à Carolo, & Massi-
liensi Episcopo à Renato missis, Pium à propo-
sito avertere conati sunt: at illum à Massiliensi
Episcopo graviter pro Renato perorante, *sciscis-*
tatum esse refert Gobelin., *num Renatus*, *Picci-*
ninum Romanæ Ecclesiæ cervicibus imminentem,
quique jam Assisium, *Nucariam*, *Gualdumque*
occuparat propulsare posset: eoque negante, respon-
disse: quid ergò est, quod expectemus ab eo, si no-
bis pereuntibus opem nullam valet afferre? nobis
in Regno necessarius, qui & sua possit, & nostra
tueri. Vos Regno jam pridem caruistis, ac tandiù
carebitis, donec vires adsint, quibus hostem, no-
bis indulgentibus possitis ejicere. Subdit auctor,
nempe Gobelinus, *atque ità verbosæ legationi*
verbis occurrit. Ferdinando Regnum concessum est
Decreto Senatus Cardinalium nimirum.

Pius itaque II. præter egregia Alphonsi Patris
benemerita mente secum reputans Ferdinan-
dum pacificè jam Regnum possidentem, ab om-
nibus Regni ordinibus exposci in Regem: con-
stabilitis pluribus conventionibus relatis à *Ray-*
naldo num.21., *& seqq.*, Investituram illi con-
cessit, frustrà intercedentibus Carolo Franco-
rum Rege, ac Renato, frustraque etiam recla-
mante Joanne Aragoniæ, & Siciliæ Rege. Et 83
justè quidem id factum fuit à Pio II., quia Ro-
manæ Ecclesiæ incolumitas, publica utilitas,
ac Italiæ tranquillitas, ad quas servandas præci-
pua studia, curasque à Summo Pontifice dirigen-
das esse noverat Pius, efflagitabant, quod de-
rogando antiquarum Investiturarum, & Juris
feudalis regulis, Ferdinandus tametsi nothus ad
Regnum eveheretur, ceterisque Competito-
ribus præferretur: hæ namque sunt justæ causæ,
ob quas Supremus Princeps potest mutare Inve- 84
stituram antiquam, & præjudicare aliis in illa
comprehensis, *Curt. Jun. tract. feudal. par.2. par.*
princip. quæst.6. num.8., *Garzon. de fœmin. ad*
Feud. admitten. inter tract. magn. tom.10. par.2.
fol. mihi 172. limitat.40. & seqq. ubi, quod ex
causa publicæ utilitatis, & ad evitandum peri-
culum publici alicujus majoris scandali possunt
à Domino recipi etiam personæ exclusæ, præser-
tim quando sunt potentes, & potentiores ipso
Domino, tunc enim magis obtinet finis feudalis 85
Molin. de Primogen. Hispan. lib.1. cap.8. n.32.
ibi = *Ex quibus consequitur non posse sustineri eam*
opinionem, de qua superiùs meminimus, quod
Princeps possit fœminas ex Investitura à successio-
ne exclusas ejusdem successionis habiles, atque ca-
paces reddere. Id namque verum non est, nisi cau-
sa publica, ac legitima ad id faciendum interve-
niat = *Bets de Primog. illustr. Famil. cap.9. §.7.*
in fin. & §.31., *clar. mem. Card. de Luc. de Feud.*
disc.5. num.2.

Vt etiam Supremum Principem istiusmodi
justa causa motum, concedere potuisse legiti-
mationem in præjudicium Agnatorum, si qui 86
extitissent, qui alioquin immediatè fuissent in
Regno successuri, & id quidem non habere con-
tradictorem, tradunt *Hartman. Pistor. quæst.*
Jur.

*Jur. lib.2. par.1. quaest.*40. ubi postquam latè probaverat legitimationem non valere in præjudicium Agnatorum vocatorum ad Feudi successionem, *num.*47. ita loquitur = *Cæterum quod hactenus firmavimus, Principem in dispendium Agnatorum non posse legitimare filium naturalem, ità est accipiendum, nisi justa aliqua causa motus hoc fecerit. Quæ enim de potestate Principis suprà commemoravimus, ea huc solummodò tendunt, ut ostendamus, Principem non pro libito, & absque justa causa potestatem illam exercere debere. Interim tamen ea non ità arctis cancellis est circumscripta, & legibus subjecta, ut non accedente legitima causa etiam contra leges quandoque quid statuere, & Juri Agnatorum derogare possit, modò, ut monuimus in hoc cautè, & circumspectè agat, & rationem, atque justitiam in consilium adhibeat: & in hoc omnes Interpretes uno ore conveniunt, ut clarum est ex locis supra citatis* = *Wiltejus de Feud. lib.1. cap.9. num.*193. *vers. Sed alterum illud in fin.* inquiens quod = *Si tamen legitima, ac justa causa subsit, ut Agnatis illa legitimatione præjudicetur, Interpretes uno ore contendunt hoc casu ad successionem Feudi le-*
87 *gitimatos per rescriptum admittendos esse* = ibique sequitur *Pistor. loc. mox citat.*, *Schrader. de Feud. tom.1. par.7. cap.5. num.*26. admittens ex justa, & legitima causa in Feudo, quod filiis, vel Agnatis debetur, ab Imperatore per legitimationem, vel alio modo eisdem præjudicari posse, *Rosenthal. de Feud. tom.1. cap.7. concl.*19. *num.*36. inquiens = *Secundò omnes etiam recipiunt, quod Imperator ex causa justa in præjudicium Domini, aut legitimorum Feudi successorum legitimare queat, quoniam ex ea etiam res jure gentium quæsitas privatis adimere potest* = *& in annotat. lit. HH.* dicens = *Nec reperitur ea in re contradictor* = cumque in re feudali valeat argumentum à legitimatione ad arrogationem, *Curt.*
88 *Jun. cons.*138. *num.*12. *lib.*2., non absimili modo per adoptionem, sivè arrogationem à Supremo Principe tolli potest Jus Agnatorum *Menoch. cons.*503. *num.*22., & dictum fuit §. *Ut etiam in fin.*

Confirmari præterea id potest exemplo aliarum dispositionum, quas Supremus Princeps ob justam, & publicam causam mutare, ac modi-
89 ficare potest in præjudicium successorum, atque vocatorum, ut docuerunt *Silvest. Aldobrandin. cons.1. per tot.*, *Fachin. cons.2. num.22., & pluribus seqq.*, *Molin. de Primog. lib.1. cap.8. num.28. & seqq. lib.3. cap.3. num.10. & lib.4. cap.3. n.7. & seqq.*, *Fusar. de substit. quæst.*623., *Castill. quotidian. controv. lib.2. cap.28., & lib.3. cap.28. num.1., & seqq. lib.5. cap.106. num.23.*, *Noguerol. alleg.28. numer.73. Antunez de Donation. lib.1. cap.11. num.66.*, quibus præterea edocemur hoc casu non requiri, quod Princeps, non
90 nisi extremà necessitate depellendi malum jam instans coactus ad id adigatur, sed satis esse id agi, vel ob publicam utilitatem, vel pro avertenda publica pernicie, quæ juste timeri possit, ducto argumento à *Textu in leg. final. Cod. ex quibus caus. in integr. restit.*, *Solorzan. de Jur. Indiar. tom.2. lib.1. cap.13. num.25.*, *Larrea allegat. Fiscal.59. num.25.*, *Antunez. de Donation. tom.1. par.2. lib.1. cap.11. num.70.*, & admonet *Hug. Grot. lib.3. cap.20. §.7. numer.1.* probans Supremo Principi hæc licere = *non tantum ex summa necessitate, quæ privatis quoque Jus aliquod in aliena concedit, sed ob publicam utilitatem, cui privatas cedere illi ipsi voluisse censendi sunt, qui in civilem cætum coierunt*, ut nempe servetur Reipublicæ corpus ad cujus utilitatem omnia referenda esse ex Platonis sententia præcipit *Cicero lib.1. de offic.* dicens = *omninò qui* 91
Reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant, unum, ut utilitatem Civium sic tueantur, ut quidquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum ut totum corpus Reipublicæ curent, nè dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant.

Et tandem si necessitate, vel justà ratione urgente, Supremus Princeps alienare, & in Feudum concedere potest Bona ipsa, quæ alioquin sine Principatus detrimento alienari non possent, 92
Schrader. de Feud. par.4. cap.1. num.24. & seq. Rosenthal. de Feud. tom.1. cap.9. conclus.62. in notis lit.R. penes quem affertur exemplum Britaniæ Ducatus quem Rex Francorum in Anglum Pacis causà transtulit. Idemque prius *cap.7. conclus.46. num.29. fol.*402. dixerat, quod, licèt Domini commodum respiciat fœminas non succedere, sed ob masculorum defectum illius fa- 93
vore Feudum aperiatur, nihilominus tradit, fœminas admittendas esse, si publice intersit, ac evidens inde sit oritura publica utilitas, vel scandala majora evitanda, & docuit *Hug. Grot. lib.2. cap.6. §.5.*, *& Pufendorf. lib.8 cap.5. §.8., & 9.*, *Frideric. ab Andler. Jurisprud. lib.2. tit.9. num.79. & seqq.*, *Vasq. contr. illustr. lib.1. cap.4. num.5. Arnisæus de Jur. majestat. lib.3. cap.1. sub num.11.* ibi = *quidni igitur licet Regi, ut se reliquumque Reipublicæ corpus salvum efficiat, partem Reipublicæ distrahere perindè, ut Medici faciunt, quando unam corporis partem auferunt, ut reliquum incolume remaneat, aut ut illi, qui unam, aut alteram domum diruunt, ut ab innumeris incendium prohibeant* = *fol. mihi* 345. Ut etiam si ex eadem publica, & justa causa vassallo auferri potest Feudum, *Rosenth. de Feud. cap.10. conclus.11. num.15.*, cur hisce de causis eidem 94
Supremo Principi non licebit mutare, aut alterare Investituræ leges, tametsi ex istiusmodi mutatione Jus quæsitum adimatur Personis in 95
Investitura comprehensis, ex Supremo quidem, ac supereminenti illo jure, cui publica salus innititur? *Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac. lib.2. cap.14. §.7.*, & ex nostris tradiderunt *Bartol. in leg. quæcumque Cod. de fide Instrumentor.*, *Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum num.26.*, ubi etiam *Fagnan. num.*119. *de Constitut.*, *Dec. cons.* 420. *num.5. & 6.*, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.5. tit.2. num.49.*, *Schrader. de Feud. par.4. cap.1. num.30.*, *Arnisæus de Jur. Majestat. lib.3. cap.1. sub num.8. vers. omnia verò fol.*337., *Pereir. de man. reg. lib.1. tit.9. §.12. cap.6. num.12.*, *Giurb. observat. Tribunal. Sicil.*

observ.

observ.78. num.12., *Fachin. controv. Jur. lib.8.*
cap.63. quæst.5. ubi, quod huic sententiæ conso-
nat etiam communis Theologorum opinio, *Ma-*
96 *strill. de Magistrat. cap.24. num.15. tom.2.*, *Lar-*
rea allegat. fiscal.59. num.19., *Antunez. de Do-*
nation. par.2. lib.1. cap.19. sub num.75., *Cyriac.*
controv.176. num.10. & 12., *Torr. var. Jur.*
quæst. lib.1. tit.2. quæst.37. num.24., *Capyc. de-*
cis.66. num.6., *de Marin. alleg. Jur. alleg.4.*
num. final., *Capyc. latr. decis.188. num. 69.*, *&*
decis.199. num.4. & num.28., *Rota in Nullius,*
seù Forolivien. Castrorum 26. Februarii 1714.
§.12. coram bon. mem. Ansaldo = Salus namque
Populi suprema lex est =, *Frideric. ab Andler.*
Jurispruden. lib.2. tit.1. par.2. num.61., *Arnold.*
Clepmar. de Arcan. rer. publicar. lib.14. cap.16.
allegans Abasfuer. Fritsch. exercitat.5. num.24.,
& conferunt notata per *Tiraquell. de Primog.*
quæst.4. n.36, ubi, quod, licet non sit æquum
filios jure suo privari, *debet tamen tolerari pro-*
pter bonum, quod inde sequitur, *leg.1. ff de instit.*
& Jur., *nam & aliàs sæpè contingit, ut quis sinè*
culpâ suo jure privetur, sed non sine causâ, cap. an-
tiquæ, ubi Glossa de privileg., *Dynus in cap. sine*
culpa de regul. Jur., & allegat præter alios *Ca-*
strens. cons.179. col.3. lib.1. ajentem, ob nanc
melioris boni rationem Feudum alioquin pluri-
bus commune, conferri posse in personam unius
ex filiis.

Nec obesse potest, quod, quaudo agitur de
auferendo Jure, non quidem civili lege, sed
97 jure naturali, aut gentium, Tertio quæsito, ju-
sta hæc causa non præsumatur, sed probanda sit,
citatis illis, de quorum præjudicio agitur, nam
forma isthæc minimè requiri videtur, quoties
Supremus Princeps nedum id facit ex certa
scientia, & motu proprio: verùm ad ita facien-
98 dum movetur ex causa verisimili, ut apud *Mo-*
lin. de Primog. lib.1. tit. cap.8. num.33. & tra-
dunt *Dec. cons.390. num.15. & 16.*, *Paris. con-*
sil.82. num.54. lib.1., *& cons.1. num.140.*, *&*
seqq., *& priùs num.50. 80.*, *& aliis lib.2.*, *Gon-*
zadin. cons.5. num.19. & 26., *Ruin. consil.21.*
col.3. vol.5., *Surd. cons.407. num.41. lib.3.*,
Sarmient. select. interpret. lib.1. cap.8. num.3.,
qui testatur ità servari in Curia Romana, in qua
id etiam admittit idem *Molin. de Primog. lib.3.*
cap.3. num.23.; At verò, si verisimilis causa
sufficit, quantò magis urgebit, quando publicæ
utilitatis causa, quâ Supremus Princeps move-
tur, notoria est, tunc enim veluti superflua
99 omitti potest forma illa, quæ à Doctoribus præ-
scribitur, quoties de hisce causis, vel ordinario
jure, vel coram Ordinariis Judicibus, & Magi-
stratibus agitur, ut edocemur exemplo Julii II.,
dum in d. sua Bulla declaravit, Ludovicum XII.
omni suo jure penitus cecidisse ex causis noto-
riis, quæ nulla tergiversatione celari, aut justâ
excusatione defeudi poterant, ac de quibus ipsi
legitimè constiterat, verasque esse compererat,
ut latiùs legitur in dicta Constitutione sub ini-
tium, & consonat Regula, quod in notoriis non
100 est necessaria discussio, de qua apud *Spad. con-*
sil.132. num.7. lib.1. Etenim cum in privatis
quoque judiciis, absque alia probatione, satis
sit notorium allegare, *Gloss. Marginalis in capi-*
tal. accedens 2. verb. appellavis in fin. lit. A., *ut*
lite non contestata, *& in Clementin. appellanti 5.*
verb. elias causas de appellat., *Felin. in cap. Cum*
ordinem num.11. & seqq. de rescript., *Afflict.*
decis.50. num.5. cum aliis apud *Rot. coram Bich.*
decis.149. num.14., quænam probatio require-
tur, quum res agitur coram Supremo Principe,
qui publicà causà motus, aliquid disponit, atque
constituit?

Si igitur Pius II., frustra reclamantibus Re-
nato, & Joanne Aragoniæ Rege Competitori-
bus, frustraque Carolo Francorum Rege inter-
cedente, Ferdinandum licèt illegitimum, ab
Eugenio tamen IV., & Nicolao V. Regiæ in
Regno successionis capacem declaratum, de
eodem investivit, quia pacificè Regnum possi-
debat, quia Procerum favore, & ope, ac uni-
versi Populi votis, præsidioque in Regni posses-
sione confirmatus reperiebatur: si idem Sum-
mus Pontifex in Regem inungendum minimè
esse ajebat Principem, qui *nobis pereuntibus*
opem nullam valet afferre, subdendo nobis in Re-
gno necessariam, qui & sua possit, & nostra tueri,
propterea que Investituram, quam Ferdinando
concedere decreverat, minimè retardandam es-
se censuit oppositione Competitoris, qui, ut
ipse respondit Legatis Caroli Francorum Regis,
ac Renati = *vos Regno jam pridem caruistis, ac*
tandiù carebitis, donec vires adsint, quibus hostem,
nobis indulgentibus, possitis ejicere = cur sub ob-
tentu Competitorum, qui fortè supervenire ali-
quando poterunt, petita Investitura concedenda
non erit Carolo VI., & quidem concepta succe-
dendi ordine ab ipso exoptato, jamdiù enim
utriusque Siciliæ Regna pacificè possidet, & in
eorum possessione constabilitus reperitur Popu-
lorum consensu?

Urgere enim in præsens videntur rationes non
absimiles illis, quibus motus fuit Pius II., vi-
tandi nimirum plura, quæ timeri possunt, mala,
Sanctitas quæque Sua animo jam prospicit, sua-
que summâ sapientiâ præcavenda esse pernoscit:
licèt enim non levia essent, si deinceps subeun-
da forent incommoda illa, quibus hactenus San-
cta Sedes afflicta est: attamen, quando etiam eo-
rum timore minimè angeremur, prævidendum,
declinandumque est aliud longè gravissimum,
quod impendere potest periculum, illudque non
vano timore injici facilè comperiemus, si præ-
terita mente revolvamus. In munificentissimis
namque donationibus à Pipino, & Carolo Ma-
gno factis Romanæ Ecclesiæ, atque confirmatis
à Ludovico Pio, ut *Can. Ego Ludovicus 30. di-* 101
stinct.63., & per extensum relatis *à Baronio t.9.*
annal. ad ann. 817. fol. mihi 652. juxta Roman.
impress., comprehendebantur etiam Insulæ Sar-
diniæ, & Corsicæ: & quemadmodum Regnorum
utriusque Siciliæ, ità etiam dd. Insularum dire-
ctum, ac Supremum Dominium, pluribus secu-
lis S. Sedes retinuit: Respectu enim Insulæ Sar-
diniæ, illud probatur tùm ex prioribus, tùm ex 102
postremis Investituris, illa nempè anno 1365. ab
Urba-

Urbano V. concessa Petro Regi Aragoniæ penès *Raynald. annal. tom.16. ad d. ann. sub num.12.* & omissa alia Petri de Luna Pseudopapæ, Benedicti XIII. nomine nuncupati, alterius Investituræ a Martino V. traditæ meminit *Raynald. ad annum 1425. num.3.*, cujus mentio etiam habetur in Bulla ab eodem Summo Pontifice edita anno sequenti. Respectu verò Insulæ Corsicæ eandem Sanctam Sedem in illa dictum Supremum dominium exercuisse usque ad ann 1447., constat ex Literis Eugenii IV., qui illius regimini præfecit Episcopum Feretranum, quem deinde Nicolaus V. in hujus Insulæ Præfectura confirmavit, ut ex dictis Literis relatis *à Raynaldo tom.18. ad dictum annum 1447. num.12.*, hodie autem dolemus, supremum dictarum Insularum dominium in dubium revocari.

Pro tot igitur malis, periculisque avertendis, ac S. Sedis incolumitate asserenda, subtiliter inquirendum, spectandumque non erit præjudicium eorum, quibus ex antiquis Investituris Jus
103 quæsitum dici posset, quia illi prævalet publicæ pacis, publicæque salutis conservandæ ratio, juxta auctoritates allegatas *§. Enim verò & seq. & §. Ægerrimè & seqq.*, quibus consonant deducta per *Bald. in leg. Benè à Zenone num.2. in fin. Cod. de quadriennal. præscript.*, & ex eo tradit *Menoch. consf.701. num.63.*, & ex deductis per *Dec. consf.420. num.5.* arguit *Peregrin. de Jur. Fisc. d. lib.5. cap.2. num.49. & 50. Mantic. de tacit. & ambig. lib.27. tit.3. num.11. & seqq., & num.15. ad med., Antunez. de donation. par.2. lib.1. cap.29. sub num.75. vers. tamen certi Juris est*: atque etiam quia, non idcircò occurreretur illorum præjudicio, contra verò Sanctæ Sedi gravia damna, & pericula compararentur: quamobrem, nil præter officium factum dici poterit, si antiquarum Investiturarum forma innovetur, ex *Ciceronis* sententia *lib.1. de offic.* docentis = *nec promissa igitur servanda sunt ea, quæ sint iis, quibus promiseris, inutilia, nec si plus tibi no-*
104 *ceant, quàm illi prosint, cui promiseris, contra officium est majus damnum anteponi minori* = Certius in casu, de quo agitur, in quo suppetunt vetera exempla, quibus admonemur, Summos Pontifices curasse quidem antiquarum Investiturarum leges servare, modò tamen publica salus minimè periclitaretur, hujusmodi autem exem-
105 pla instar legis nobis esse debent, ad *Text. in leg. apud Julianum §. Antistia ff. ad Trebell., Camerar. de Feud. pag. mihi 755.*

Sublata itaque successione lineali *cognaticâ*, statui posse videtur *agnaticæ* lineæ prærogativa, quòd ideo, nedum ab Eugenio IV. in Investitura anno 1443. concessa Alphonso I. sed magis expressè à *Pio II.* factum fuit in illa tradita Ferdinando I. ; ita enim, ut apud *Raynaldum annal. tom.19. ad annum 1458. num.32.* ità concepta legitur = *Descendentes autem ex tè, vel ipsis tuis heredibus d. Regni mares, & fæminæ in eodem Regno succedant, ità tamen, quod stantibus Maribus sivè ex directa, sivè ex transversali linea usque ad quartum gradum, fæminæ non succedant, sed Mares dumtaxat, inter eos gradus lineæ prærogativâ servatâ secundum Juris dispositionem, & duobus, aut pluribus Liberis maribus in eodem gradu per eandem lineam concurrentibus, Primogenitus aliis præferatur: Extantibus verò fæminis tantum, in eis eadem forma, quæ in Maribus servetur* = Sapientèr autem id præfatis Summis 106
Pontificibus de consilio Cardinalium factum fuisse, ambigi certè nequit, quia, ut quisque mente perspicere potest, hac ratione Italiam liberare sperarunt calamitatibus, & cladibus, quibus ob fœminarum successionem afflicta sæpè fuerat, ut ait *Arnisæus de Republic. lib.2. cap.2. sect.12. num.42.* inquiens = *Quia etiam Senatus Cardinalium admonitus tot cladibus, quibus exhausta fuerat Italia* propter successionem mulierum, *lege perpetua cavit, nè deinceps ad fœminas Imperium Neapoleos perveniret, & in Tabulis fidelitatis, quibus investitus fuit Alphonsus Rex Aragoniæ ab Eugenio IV. anno 1443. cautum fuit repetitumque in Investitura Ferdinandi hujus filii naturalis anno 1458. à Pio II., nè scilicèt fœminis &c., cum in prima Investitura Carolo andegavensi à Clemente IV. data, aliter in favorem fœminarum dispositum esset, ut supra diximus* = Eumque refert *Ageta ad Moles de Ærar. par.4. ad §.26. num.27. fol.7.* Non omittendo, novam hanc succedendi formam eo etiam nomine probari potuisse, quia dd. Regno- 107
rum successio redigebatur ad Juris feudalis leges, atque consuetudines, quibus fœminæ itsinsmodi successionis incapaces regulariter reputantur, *Vulteius de Feud. lib.1. cap.9. num.27.*, vel 108
nonnisi subsidiariè, nullis videlicet amplius existentibus Masculis, admittuntur, idem *Vulteius d. cap.9. num.66. & seqq.*

§. VI.

Respondetur objectioni, quæ fortè opponeretur, Eugenium IV., & Pium II. novam ex integro Investituram concessisse, ideoque ex eorum facto nullum duci posse argumentum congruens præsenti casui, in quo agitur de simplici renovatione.

AT opponi fortè poterit, quod Eugenius IV. & Pius II. per Andegavensium ejectionem, veluti consumpta, atque finita illa à Clemente IV. tradita Carolo I., novam ex integro Investituram concedere voluisse visi sint tum Alphonso I., tum Ferdinando I. illius filio naturali, in qua propterea nova forma, ac ordo 109
succedendi nemini præjudicialis constitui poterat, nova etiam pacta, novasque conditiones adjiciendo iis, qui in illa comprehendebantur. Aliter autem res se habeat in casu nostro, in quo Imperator Carolus VI. vigore Investituræ traditæ à Julio II., in qua ipse comprehensus est, nonnisi renovationem consequi potest, quæ propterea illi danda est, sub eisdem conditionibus, ac pactis, cum quibus d. Investitura concepta legitur, nullo illato præjudicio ceteris, qui illius vigore ad successionem suo tempore admitti possunt, ut latè in rationibus dubitandi dictum est.

Obie-

Objectio namquè ista eà solâ ratione rejici posse videretur, quod eadem probet, nèc etiam licere Imperatori concedere renovationem, quamvis conceptam servatâ formâ antiquarum Investiturarum: ab illa enim, ut notatum est *§. Sistere & seq.*, sejungi nequit præiens præjudicium, quod irrogaretur jam natis, & in dictis Investituris comprehensis: frustraque obtenderetur, quod, si qui sint, qui ad Investituræ reno-
110 vationem consequendam cùm Imperatore concurrere hodiè possent, sileant, minimequè compareant. Nàm quotiès non agitur de hereditaria, sed de lineali in Regno successione, jure sanguinis delata, si expressa Patris abdicatio filiis, sivè jàm natis, sivè aliquando nascituris nocere nequit, *Grot. lib.2.* sæpiùs *cit. cap.7. §.26.*, itâ loquens = *nàm in hereditariis*, videlicèt Regnis, *qui jus à se abdicat, in Liberos nihil potest transferre: at in lineali successione Patris factum nocere non potest Liberis natis, quia simul atque existere caeperunt, jus proprium eis quæsitum est ex lege: sed nèc nascituris, quia impedire non potest, quin ad illos quoque suo tempore jus pertineat ex Populi dono*, = quonam pacto simplex silentium eorum, qui hodiè non comparent, obesse poterit iis, qui ex propria persona vocantur in anti-
111 quis Investituris? Eadem quippè præjudicii ratio, quà suaderetur, abstinendum esse ab innovatione antiqui ordinis succedendi, facienda in præjudicium eorum, quibus, utpotè jàm natis, præsens, vel utpotè nasciturís, conditionale succedendi jus competere suo tempore poterit: suaderet etiam, nè renovatio ulla hodiè concedatur, quia ex iis, qui hodiè silent, & non comparent, vel jàm nati sunt, vel nasci poterunt alii, quibus simile Jus quæratur. Quapropter rem diutiùs non morando, horum omnium indemnitati, si opus sit, consultum erit clausulâ præservativâ, ut dictum est *§. Immo verò*, semper subintellecta in hujusmodi renovationibus.

Ut etiam responderi posset, quod, etsi Investituræ traditæ ab Eugenio IV., & Pio II. considerandæ essent tamquàm prorsus novæ, concessæ videlicèt, vel ob lineam finitam, vel ob Feudi reversionem ad Dominum directum, attamèn, cum ageretur de Feudo antiquissimo, quod plurium sæculorum spatio decurrerat per lineas Nortmannorum, Suevorum, & Andega-
112 vensium, servato semper ordine successionis recepto in linea *cognatica*, atqueconformi universali Regni consuetudini, in nova propterea Investitura, induci non debuisset ordo succedendi diversus, qui videlicèt tervatur in linea *agnatica*, Istiusmodi namque novæ Investituræ regulariter concedi debent ad formam antiquarum, *Gaill. lib.2. observ.49. num.2. 3. & seq., Schrader. de Feud. par.4. cap.2. num.22., Cyriac. controv.2. num.68., Mel. alleg.1. num.1., & allegat.22. num.41. & seqq. lib.2., Vreeol. consult. forens. cap.47. num.1., & seqq., Altograd. Jun. contr.5. num.1., Menoch. præsumpt.92. num.8. lib.3., Rosenth. de Feud. cap.6. concl.69. num.14. & in annotat. litt. R., Attolin. resolut. 34. num.66.*

Verumtamen magis urget duplex alia responsio. Earumque prima est, quod justâ ratione sustineri posset Pium II. Investituram concessisse Ferdinando I. filio Alphonsi: non quia, veluti jam finitâ illa, à Clemente IV. traditâ Carolo 113
Andegavensi, locus factus esset devolutioni, sive reversioni Regnorum utriusque Siciliæ ad Romanam Ecclesiam Dominam directam, sed quia instans necessitas, rerum status, & ratio temporum exposcebant, quod Ferdinandus præferretur Renato, cui tamen Jus in Regnum Neapolitanum non idcircò ereptum idem Summus Pontifex expressè declaravit in suis literis relatis à *Raynaldo tom.19. ad ann. 1459. sub num.39.* quibus eundem Renatum Regem itâ alloquitur = *dolemus profectò hac non tàm nostra, quàm tua Serenitatis causa, cui semper ex corde fuimus affecti, & optavimus rem gratam, & honorificam facere, & fecissemus in negotio Regni, nisi conditio temporum, & ipsa urgens necessitas, ac rerum nostrarum, & Ecclesiæ status, & ratio prohibuissent, sicut Oratoribus tuæ Serenitatis cumulatissimè retulimus. Nec certè ob id tua Celsitudo nobis succensere debet, quando nihil egimus, quod tu ipse prò tua prudentia singulari, & devotione ad Sedem Apostolicam non fuisses probaturus; potissimùm, cùm nèc tuæ Serenitati, nèc alteri cuipiam jus per nostram concessionem sustulerimus* = Prout reverà in Investitura data Ferdinando, & relata apud *Raynald. dicto tom.19. ad ann.1458. num.48.*, illud præservatum fuit eis verbis = *nolumus autèm per præsentes tuis, vel aliorum quorumcumque Juribus, si qua tibi, & illis in Regno, & Terra pradd. quomodolibet* 114
competunt, nullatenùs derogari = quæ autem alia Jura Renato superesse poterant, quàm illa proficiscentia ex originaria Investitura Clementis IV.? Hæc enim sola Summus Pontifex minimè sublata, sed in Investitura tradita Ferdinando, illi præservata asseruisse potuit. Et nonnisi prò his decertatum fuisse ostendunt tum acerrimæ oppositiones à Renato factæ contra d. Investituram, tum etiam teterrima Bella à Carolo VIII. mota; deindè verò inter Ludovicum XII., & Ferdinandum Catholicum suscepta prò successione in utriusque Siciliæ Regnis, quæque sopita quidem, sed extincta minimè fuerunt alibi memorata divisione inter præfatos Reges ab Alexandro VI. facta, quippè sævius deindè recrudescentia, sæpius à Galliarum Regibus instaurata, ac diutissimè substentata fuerunt.

Quamquam verò plenè ex his submota videri possit superiùs proposita objectio, nihilominus, si quæ in re hac superesset difficultas, dubii in illa hærere non deberemus, subtiliori videlicèt examine inquirendo: an Eugenius IV. & Pius II. quasi jam finitâ primâ, novam nec ne concesserint ex integro Investituram? Ab hujus quippè examinis onere eximimur alterâ responsione, desumpta ab exemplo Roberti, qui ut late dictum est *§. Ut ad rem, & seqq.*, à Clemente V. prælatus fuit nepoti, cujus jura licèt potiora, vicit publica utilitas: Quam profectò solam Eu-

genium IV, & Pium II. respexisse, patet ex iis, quæ dicta fuerunt toto §. superiori. Ob eam autem, si præfati Summi Pontifices justè, ac prudenter novam succedendi formam statuerunt: id etiam justè, ac sapienter factum diceretur in renovatione hodie concedenda, ut probatum fuit *§. Quapropter & seqq.*, *& §. Incapacitas* ac aliis pariter *seqq.*, & validis quidem, ut crediderim, rationibus, hic non repetendis.

Et sanè, si quum agitur de successione in Regno, dono Populi tributa, eodem Populo, &
115 Parentibus consentientibus, præjudicari potest Successoribus nondùm natis, *Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac. lib. 2. cap. 7. §. 26.*, qui ut notatum fuit *num. 43.*, postquàm docuerat, in successione lineali, Patris factum nocere non posse filiis jàm natis, sed nec etiam nasciturís, in finem absolvit dicendo = *Illud interest inter natos,*
116 *& nascituros, quod nascituris nondum quæsitum sit Jus, atque ideò auferri iis possit Populi voluntate, si etiam Parentes, quorum interest Jus ad filios transire, Jus illud remiserint*, = & præter deducta locis mox citatis, expressè id docuerunt *Bald.*, *Tiraquell.*, *Grammat.*, *Alciat.*, *& Antunez. allegati num. 12.*, qui loquuntur in difficiliori casu, de adimendo nempe ex Parentis, & Populi voluntate Jure quæsito Primogenito jàm nato: Ex ea nimirùm ratione, quod consuetudo
117 præferens Primogenitum non debeat interpretari contra Regni, & Populi utilitatem. Cur ex simili ratione in casu etiam, quo res fit de successione, Supremi Domini liberalitate concessa, ejusdem, ac Parentis voluntate non licebit in præjudicium nasciturorum, illa non quidem penitus remittere, sed novam inter eosdem succedendi formam constituendo, Masculos fœminis præferre? Ut certè placuit *Bartolo*, qui hac ratione in *Auth. post fratres Cod. de legitim. hered.* Judicium a Clemente V. favore Roberti Regis pronunciatum, justum fuisse tueri videtur, & *Bartolum* refert *Hotmanus tom. 1. lib. qu. illustr. dicta quæst. 3. fol. 857.*, *lit. E.*, idque per refutationem primæ Investituræ fieri posse tradit *Cragius in Jus feudal. lib. 2. tit. 2. §. 11.*, *& tit. 12. §. 5. in fin.*, quod certè si semper, & absolutè licere negetur, permissum tamen erit, quotiès ità suadet publica utilitas, juxta ea, quæ latè alibi notata sunt.

Quæ profectò omnia satis probare videntur, quod, inspectis præceptis illius supremi Juris, quibus ordinanda sunt ea, quæ ad publicam utilitatem, salutemque pertinent, fas sit recedere ab illis regulis, quibus in Investiturarum renovationibus mutari prohibetur vetus ordo succedendi. At præterea alia in nostra hypothesi urgere potest æquissima ratio, ob quam talis ordo immutari queat, & eo quidem libentiùs amplectenda, quia jure conjicere possumus, illam Summos quoque Pontifices Prædecessores respexisse. Nam expulsis Suevis, & per Corradini mortem extinctâ illius lineâ, Clemens IV. in Investitura concessa Carolo I. Andegavensi rectè præscribere potuit succedendi ordinem in linea *cognatica* servandum, quia in dictis Regnis hoc ordine succedi antea consueverat, & Carolus carebat ampliori Regno, in quo alius successionis ordo servaretur. Hanc autem *cognaticæ* lineæ successionem deinde mutarunt Eugenius IV., & Pius II., ut, sicuti alibi dictum est, Italiam liberarent calamitatibus, quibus ob fœminarum successionem totiès oppressa fuerat. At rectè illa reassumpta postmodum fuit in Investitura à Julio II. data Ferdinando Aragoniæ, & Siciliæ Regi, quia, ut innui in facti expositione *§. Istiusmodi succedendi forma*, cùm in Regno Aragoniæ ordine illo succederetur; noverat prudentissimus Pontifex, obviam eundum esse iis Bellis, quæ super Regnorum Siciliæ, & Neapolis successione exoriri potuissent, si in eisdem præscriptus fuisset ordo succedendi diversus ab illo, qui servabatur in successione Regni Aragoniæ. Non minùs autèm Imperator, quàm S. Sedes summo studio, ac pervigili providentiâ prospicere, ac declinare debet istiusmodi Bellorum pericula, quæ impendere aliquando possent, si successio linealis *cognatica* præscriberetur in Investitura danda Principi, in cujus ceteris Regnis, 118
ac Principatibus fortè servetur, vel servandus deinceps esset ordo successionis linealis *agnaticæ*: pro publica itaque tranquillitate custodienda delatio successionis in dictis Siciliæ, ac Neapolis Regnis accommodari rectè poterit ordini succedendi, qui in hac nova linea respectu aliorum hereditariorum Principatuum servabitur.

§. VII.

Breviter respondetur rationibus dubitandi deductis §. I., & II.

HÆC igitur cùm ità se habeant, & ambigi minime queat, quin Imperatori peteuti renovationem Investituræ post quatuor lustrorum decursum, ea denique concedenda sit, & æqua, imò non minùs Vassallo, quàm ipsi Supremo Domino utilis videatur illa, quàm efflagitat, ejusdem novatio, non est, cur immorer refellendis iis, quæ in rationibus dubitandi deducta fuerunt: verissimæ enim Juris regulæ fusius eo loco firmatæ, rectè locum sibi vindicant, quotiès nulla justa urgente ratione, pro libito, 119
& ad privatum dumtaxat Successorum commodum eædem invertendæ essent. At alia Juris ratio sequenda est in successione Regnorum, quæ deferenda sunt, non tàm ad Succedentium, quàm ad Subditorum utilitatem, illarum Jura metiendo ex publici boni, publicæque incolumitatis ratione, juxtà latissimè dicta *§. Quapropter, & seqq.*, quapropter si Populorum salus, si Regnorum, ac Principatuum tranquillitas ità exigant, immutato veteri, novus succedendi ordo in illis statui potest, ut demonstravi *§. Ægerrimè, & seqq.*

Verumtamèn in renovatione concedenda, omittendam minimè esse crediderim clausulam *sine præjudicio*, tùm quia eadem non solùm in illa Julii II., sed legitur tàm in antecedentibus, quàm etiam in omnibus subsequentibus Bullis Inve-

Investiturarum; In quarum postremis si istiusmodi
120 clausula adposita fuit, quando renovationes concedebantur de Patre in Filium; Quo casu nullum, nisi Tertii præjudicium considerari posse videbatur, quanto potiori jure adjicienda erit renovationi, in qua fit transitus de linea ad lineam: tum etiam quia, quando Investituræ renovatio mense Junio anni *1666*. concessa fuit Carolo II., Galli protestati fuerunt, ut legitur in actis Consistorialibus, ibi = *Gallis licet id fieri supplicantibus sine præjudicio Juris Regis Galliarum* = Plures autem hodie sunt, qui similem protestationem emittere poterunt, & fortè illam non omittent: Tùm denique quia agitur de renovatione, cujus memoria, atque monumenta ad totam posteritatem transmittentur: Quamobrem ità concipienda est, ut ex ea perpetuò appareat, S. Sedem ità quidem prò temporum ratione suæ, ac Italiæ saluti consuluisse, ut tamen aliorum etiàm Jura sarcta tectaque servare voluisse noscatur, eà quidem religione, quà eadem S. Sedes in omnibus concessionibus, & dispositionibus, Juribus Tertio quæsitis præjudicare nolle profitetur: Quapropter hic recurrunt ea, quæ dicta sunt *§. Immo vero*.

Denique, quod attinet ad formam, & figuram verborum, quæ retuli in narratione Facti *§. Penult.*, & quibus ordo succedendi conceptus fuit in folio signato *lit.C.*, me refero ad ea, quæ animadversa fuerunt in Responsione data dicto folio.

Authoris Sententia, tamquam firmiter in Jure constabilita, Summo Pontifici Innocentio XIII. in omnibus probata est. Annuens is idcirco precibus Caroli VI. Imperatoris, Investituram Regni Neapolis, & Siciliæ, juxta petita, eidem indulsit Bulla edita die 9. Junii 1722., *quæ incipit* Inscrutabilis in 26. in Bullar. nov. tom.11. pag. 343.

ARGUMENTUM.

An Constitutio XI. sanct: mem: Innocentii XII. moderatoria donationum, & distributionis redituum ecclesiasticorum in Consanguineos, vel Affines Romani Pontificis, seu eorum loco adlectos, comprehendat etiam Familiares, aut alias similes Personas illius obsequio, & servitio addictas?

DISSERTATIO II.

1 *Romanum decet Pontificem, ut in ecclesiasticorum quoque redituum dispensatione, justitiæ, atque prudentiæ regulas accuratè custodiat.*

2 *Beneficia Consanguineis, vel Affinibus Romani Pontificis, seù eorum loco adlectis conferenda, valorem annuum* 1200. *scut. excedere non debere, sanxit Innocentius XII. ejus Constitutione XI., cujus verba* num.31.139., & 141.

Decrevitque, quod in Pilei assumptione à Cardinalibus promitti, ac jurari deberet perpetua dictæ legis observatio, num.4.

3 *Summi Pontifices quæ sibi licere non patiuntur, suis Successoribus indicare tantùm solent, non autem lege ulla prohibere.*

5 *Constitutio XI. Innocentii XII. moderatoria distributionum redituum ecclesiasticorum in Consanguineos, vel Affines Summi Pontificis vel eorum loco adlectos, an comprehendat etiam Familiares, aut alias similes personas, illius obsequio, & servitio addictas?* & num.9. & seq., *Vid.* num.94. & seq.

6 *Divisio mentem, memoriamque Legentis præparat.*

7 *Divisio ordinem sermoni, ac claritatem rei tractandæ adfert.*

8 *Divisione longioris lectionis tædium levatur.*

10 *Beneficiis Ecclesiasticis non adnumerantur Episcopatus.*

11 *Beneficia Ecclesiastica Jure positivo instituta.*

12 *Bona Ecclesiæ priscis seculis in communi possidebantur.*

Atque ex illis distributiones, & sportulæ præsentibus tantùm, & officio fungentibus dispensabantur, ibid.

13 *Beneficiariis, postquam Bona Ecclesiæ in communi possideri desierunt, non distributiones tantum, sed & prædia, & agri attribui cœperunt.*

14 *Præbendarum, & Beneficiorum institutio originem hinc habuit.*

15 *Beneficiorum pluralitas antiquior esse nequit ipsa illorum origine.*

16 *Pluralitatis Beneficiorum prohibitio non ex naturali aut Divino, sed positivo Jure profecta censenda est*, & num.22.

17 *Juri Divino tribuuntur ea sola præcepta, quæ in sensu literali ex eodem proficiscuntur.*

18 *Beneficiorum pluralitas si Jure Divino damnata esset Papa non posset super eà dispensare.*

19 *Pontifex maximus in Beneficialibus est absolutus Dominus, omniaque Beneficia habet sub sua plenà, ac libera potestate.*

20 *Summum Pontificem esse supra Leges, omniaque posse supra jus, & extra jus, commune effatum est.*

21 *Summum Pontificem dispensare posse super Beneficiorum pluralitate nequit ambigi.*

22 *Obtinens ex dispensatione Papæ plura Beneficia justè illa retinere potest.*

23 *De potestate Papæ dispensandi super pluralitate Beneficiorum dubitare nemini fas est.*

24 *De Dispensatione ubi agitur, sola Summi Pontificis voluntas stat pro ratione.*

25 *Summus Pontifex præsumendus non est, facultatem dispensandi super pluralitate Beneficiorum sibi, suisque Successoribus ademisse, nisi in certis casibus, & quoad personas expressas.*

26 *Innocentii XII. Constitutio prohibens pluralitatem Beneficiorum quoad Consanguineos, vel Affines Summi Pontificis, vel eorum loco adlectos, extendenda non est ad Familiares etiam,*

etiam, aliasque similes extraneas personas non expressas.

27 *Has enim consultò omisisse censetur.*

28 *Præsertim, quia eos, quos voluit nominare non omisit, Familiares nempe in Familiam adlectos.*

29 *Constitutio ejusmodi ita interpretanda est, ut, quoad fieri potest, minùs restringat potestatem Romani Pontificis.*

30 *Maximè, quum recedat à communi usu, ac praxi, & nimis rigida videri posset.*

31 *Eadem Constitutio prohibens, assignari annuum reditum excedentem valorem scut. 12000., imputari in hunc voluit Pensiones quoque, quin immo proventus etiam officiorum, quæ ad vitam conferuntur.*

32 *Exceptis iis, quæ non ad vitam, sed pro tempore concessa fuerint.*

Proptereaque comprehensi in ea censendi sunt reditus officiorum perpetuorum, num. 33.

33 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

34 *Pro commensuranda quantitate sufficiente congruæ sustentationis Beneficiarii ratio non est habenda de Pensionibus.*

35 *Pensiones incompatibiles cum Beneficiis non sunt; ideoque non comprehenduntur sub interdicto, Beneficiorum pluralitatem prohibente*, & num. 210.

36 *Pensio, in Religiosis tantùm, incompatibilitatem inducit cum Beneficiis sui Ordinis.*

37 *Officia perpetua à Summis Pontificibus collata, & ad temporalem Principatus administrationem pertinentia, Beneficia non sunt.*

38 *Legis interpretatio directa ad restringendam supremi Principis potestatem, odiosa est*, & num. 21., & 211.

39 *Constitutioni XI. Innocentii XII. S. R. Ecclesiæ Cardinales non subiicient interpretatio, libentiùs sequenda est*, & num. 41.

Præsertim, cum iis faveat observantia, ibid. & num. 42.

40 *Joannes XXII. generaliter quidem sustulit dispensationes super pluralitate Beneficiorum, Cardinales tamen excepit.*

43 *Lex respectu certarum dumtaxat personarum lata, ad alias non expressas extendi non debet.*

44 *Provisio alicujus specialis Legis non debet subtiliore interpretatione generalis effici.*

45 *Juramentum omne sive assertorium, sive promissorium, nil aliud suâpte naturâ est, quàm rei assertæ, vel promissæ, sub invocatione Divini testimonii confirmatio.*

46 *Nec obligationem extendit ad res, & casus, sub illâ non comprehensos.*

47 *Juramentum tamquam accessorium principali obligationi, ejus naturam sequi tritum axioma est.*

48 *Obligatio non ex juramento oritur, sed ex conventione, cui juramentum accessit.*

49 *Juramentum non in plus teneri, sed efficaciùs dumtaxat obligari facit.*

50 *Juramenta naturam, & substantiam promissi, pactive non immutant.*

51 *Ex ratione, & caussa, qua, velut finali, Legislator motus fuit, ejus mens investigatur.*

52 *Clericum eodem tempore duabus Ecclesiis adscriptum esse, detestatur septima synodus.*

53 *Præbendarum multitudo Canonibus inimica.*

54 *Beneficiorum pluralitas generaliter prohibita.*

55 *Et ab Ecclesia semper damnata*, & num. 84.

56 *Plura Beneficia in una eademque persona incompatibilia sunt.*

57 *Plurima Beneficia appellantur duplicia, quia incompatibilia in uno eodemque Beneficiario.*

58 *Horum alia sunt primi generis, ut duo Episcopatus, duæ Parochiæ et Ecclesiæ: Itidem duæ Dignitates, duo Personatus, aut duo etiam Beneficia ejusdem generis sub eodem tecto.*

59 *Alia sunt secundi generis, ut dignitas in una Ecclesia, & Canonicatus in alia*, & num. 60.

61 *Quæ autem utraque carent incompatibilitate, simplicia appellantur.*

62 *Beneficiorum simplicium pluralitas, moderato veteris disciplinæ rigore, tolerari, vel saltem ex dispensatione admitti cœpit.*

63 *Beneficiorum simplicium incompatibilitas oritur, non ex eorum natura, seù qualitate, sed ex effectu, ex prava nempe cupiditate turpisque lucri, & avaritiæ caussâ.*

64 *Quo casu plura Beneficia retineri nequeunt, quando superflua sunt congruæ substentationi Provisi*, & num. 67.

65 *Nisi primum Beneficium ille dimittat.*

66 *Vel nisi in concessione expressum sit, ut personæ, aliàs beneficiatæ provideri valeat.*

67 *Præbendas plures aut simplicia Beneficia obtinere cuiquam non licere absque dispensatione Papæ, indistinctè tenuit* Hostiensis.

68 *In omnibus Beneficiis sivè duplicibus, sivè simplicibus iniquum est, tantum ab uno dissipari, quantum pluribus sufficeret.*

69 *Res Ecclesiæ patrimonium sunt pauperum.*

70 *Simplicia quoque Beneficia in Ecclesiæ patrimonio, & Christi hæreditate sunt.*

71 *Duplicium, ac simplicium Beneficiorum distinctio incognita prorsus antiquis Canonibus.*

72 *Compatibilium, & incompatibilium Beneficiorum distinctio mille, & ducentis amplius annis nulla fuit.*

Sic etiam nec Beneficiorum strictæ, ac liberæ residentiæ, ibid.

73 *Beneficiorum cumulatio priscis Canonibus ignota.*

74 *Ecclesiastica disciplina æquè deformatur tàm si plura duplicia, quàm etiam si plura simplicia cumulentur Beneficia in una, eademque persona.*

75 *In utroque enim casu adest deformitas oriens ex radice avaritiæ, atque improbæ cupiditatis.*

76 *Immo in simplicibus Beneficiis verius id est.*

77 *Altera deformitas, utrique casui communis, est*

est fomentum, quod præbetur, luxuriandi ex reditibus Ecclesiasticis.

78 *Itidem læsio justitiæ distributivæ; dum, quæ pluribus distribui possent stipendia, in uno coacervantur.*

79 *Sic etiam diminatio Divini cultus; Minuuntur namque Ecclesiastici Operarii, ac Beneficiarii, qui horas divinas recitent.*

80 *Et demum scandala, oblocutiones, frustratio voluntatis Testatorum, ac etiam studiorum neglectus*, & num.81.

81 *Beneficia à Testatoribus instituuntur ut in Ecclesia augeantur Operarii, non ut in uno cumulentur.*

82 *Beneficiorum pluralitas, etiam ut inimica naturali juri, damnata reperitur.*

83 *Plura Beneficia retineri sinè peccato non possunt, si cum dispensatione non concurrat justa caussa.*

84 *Beneficiorum etiam simplicium pluralitatem vetuit Sac. Tridentina Synodus*, & num.85.

85 *Sacri* Concilii Tridentini *Decretum prohibens simplicium quoque Beneficiorum pluralitatem, comprehendere etiam S. R. E. Cardinales, dubitandum non est.*

87 *Ut etiam censendum est locum habere etiam in provisionibus apostolicis, quibuscumque personis factis.*

88 *Beneficiorum pluralitas quandoque toleranda.*

89 *Super Beneficiorum pluralitate dispensatio apostolica concedi poterit sublimibus, literatisque personis, cum id ratio postulaverit.*

90 *Sancta Tridentina Synodus prohibens Beneficiorum pluralitatem, providere adhuc voluit congruæ Beneficiarii substentationi.*

91 *Congrua Beneficiarii substentatio metienda est ex dignitate gradu, nobilitate, & scientia.*

92 *Et mos etiam Patriæ spectandus est.*

93 *Cardinales faciliùs dispensandi ad Beneficiorum pluralitatem.*

94 *Constitutio XI. Innocentii XII., spectatà ejus mente, favorabilis est*, & num.107. 110. 159., & 221.

95 *Ejusque mens unicè est attendenda.*

96 *Quæ fuit, ut Beneficia ministrantibus in Ecclesia pro uniuscujusque merito assignentur, nullà prorsus carnis, aut sanguinis ratione habità, omnique humano affectus propensione posthabità.*

97 *Lex reducens materiam ad terminos juris antiqui, favorabilis semper est.*

98 *Ut etiam Lex omnis, ad justitiæ tromites omnia reducens.*

99 *Maximè verò Lex, quæ animarum saluti consulat.*

101 *Constitutio favorabilis, favorabili interpretatione intelligenda est.*

102 *Sub eà nimirum comprehendendo casus, & personas omnes, quæ sub ejus rationis amplitudine continentur.*

103 *Etiamsi litera deficeret.*

104 *In humanis Legibus non eæ solæ res, & personæ comprehensæ dicendæ sunt, quæ in eisdem expressè nominatæ leguntur.*

105 *Sed conjecturis ad id, quod scriptum non est, pervenire oportet.*

106 *In Legibus, & in Constitutionibus interpretandis mens potiùs quàm verba spectanda sunt*, & num.110, & 111.

107 *Scire Leges non est verba earum tenere, sed vim, ac potestatem.*

108 *Idest mentem, ac voluntatem.*

109 *Non licet Jus civile calumniari, neque verba captare, sed qua mente quid dicatur, animadvertere convenit.*

112 *In legem committit is, qui Legis verba complectens, contra Legis voluntatem nititur.*

113 *Pro Lege habendum est non quod scripto tantùm, sed quod voluntate continetur.*

114 *In Legis interpretatione, si ejus verba latiùs pateant, sive angustiora sint, inspicienda est Legislatoris voluntas.*

115 *Legis verba si latiùs pateant, interpretatio restrictiva sequenda est; Si verò angusta sint, interpretatio diffusa esse debet.*

116 *Legis interpretatio, alia comprehensiva, alia extensiva.*

117 *Prima est, per quam persona vel casus non expressus, comprehensus intelligitur ex voluntate Legislatoris; Secunda quum ob paritatem vel similitudinem rationis fit extensio ad casum, vel personam, nec verbis, nec Legislatoris mente comprehensum.*

118 *Legibus suapte naturà inesse dicitur extensiva interpretatio ob paritatem, ac similitudinem rationis.*

119 *Ex proemio, sive præfatione rectè desumitur ratio, & caussa finalis Legis, ac mens Legislatoris.*

120 *Intelligentia dictorum ex caussis dicendi sumenda est.*

121 *Præfatio, ex qua colligi potest ratio, & caussa finalis intellectum toti Legi præbet.*

122 *Idque locum habet in Pontificiis etiam Constitutionibus.*

123 *Causam finalem, ac rationem Legis, animam esse Legis, vulgatum, ac verissimum effatum est.*

124 *Ex ratione, & caussa finali in proemio legis contenta certificati dicendi sunt casus quoque, & personæ, quæ sub eà comprehenduntur.*

125 *Constitutionis XI. Innocentii XII. non alia caussa fuit, quàm ut ecclesiastici reditus distribuerentur secundùm Sacrorum Canonum instituta, ac disciplinam.*

126 *Idcoque non Consanguinei solùm & Affines, sed familiares quoque sub eà comprehensi sunt censendi.*

127 *Constitutionis verba* = Bonorum, & redituum ad S.Sedem, & Cameram spectantia = *Beneficia etiam comprehendere censenda sunt; ratio* num.128., & seq., *& præsertim* num.134.

128 *Summus Pontifex licèt sit supremus Dispensator Bonorum omnium, & redituum S. Sedis, & Ecclesiæ, attamen de reditibus, quos percipit uti Dominus temporalis, liberiùs potest disponere* & num 133.

130 *In*

130 *In Summo Pontifice duplex distinguitur persona, Papæ, & Regis, seu Secularis Principis.*

131 *Reditus, qui ex universa Ditione Ecclesiastica à Summo Pontifice percipiuntur, accessoriè tantùm sunt ecclesiastici.*

132 *Secus de aliis ecclesiasticis reditibus, ortum habentibus ex Beneficii, aut alio Ecclesiæ titulo.*

133 *In eadem Constitutione Familiares licèt nominati non legantur, implicitè tamen in literà, multòque magis sub ejus ratione, & causa finali comprehensi dici debent.*

134 *In litera, ex illis nempe verbis,* aut cujuscumque humani affectus rationem haberemus, *& vid. num. seq.*

Sub ratione; nam cujuscumque humani affectus ratio *posthabita quoad consanguineos eò magis Familiares comprehendere censenda est* num. 136., & seq.

135 *Dictio = aut = sive inter diversa sive inter similia adhibita dicatur, semper efficit, ut sequentia verba debeant intelligi de personis diversis ab illis superiùs nominatis.*

137 *Immodica affectio, dicitur* nimius animi motus, rationi oppositus = ratione carens animi motus. =

138 *Affectio persæpe magis in Extraneos fertur, quàm in Consanguineos.*

139 *Constitutionis prædicta verba referuntur,* & num. 141.

140 Innocentius III. *Decreto edito in Concilio Lateranensi, edixit, quod recipiens aliquod Beneficium, curam habens animarum, si priùs aliud Beneficium habeat, eo sit ipso jure privatus.*

142 Innocentius XII. *ejus Const. XI. servari volens justam moderationem in distributione Beneficiorum facienda Consanguineis, seu Affinibus Summi Pontificis, sacra Purpurà nondum decoratis, præcepit, ut illa eisdem assignarentur,* juxta eorum merita, & non ultra congrua &c. nullo ad consanguinitatem &c. habito respectu.

Ratio autem, ob quam Summus Pontifex id præcepit, ea fuit, ut ecclesiastica stipendia juxta ecclesiasticæ disciplinæ regulas, æquâ lance pro uniuscuiusque merito assignentur num. 144.

143 *Sacris Canonibus probibetur illa solùm Beneficiorum pluralitas, quæ est superflua,* & num. 155.

146 *Vix possunt plura Beneficia ad unum pervenire sine paupertate plurium Altari servientium,* & num. 196.

147 *Legis ratio quum generalis est, comprebendit eos omnes casus, & personas, quibus eadem ratio æquè convenit.*

148 *Tutoribus, eorumque filiis probibens* Senatus consultum, *ne suas pupillas in uxores ducant, comprehendit etiam heredem extraneum Tutoris.*

149 *Ratio ubi est expressè descripta in Lege, ipsius anima est totam dispositionem regens.*

150 *Et quod dicta ratio exigit, dispositum censetur, licèt verba deficiant.*

Semper comprehendendo casum, habentem eamdem rationem, ibid., & num. 160. *etiam in materia pœnali,* & num. 161.

151 *Ratio Legis quando generalis est, seu amplior dicto, eadem Lex ad omnes extenditur casus, sub eadem ratione comprehensos,* & num. 182

152 *Ratio illa Constitutionis Innocentii XII., ut nempe* nemini relinquatur conquerendi vel obloquendi occasio, *communis est tàm Consanguineis Summi Pontificis quàm ejus Familiaribus.*

153 *Immoderata Beneficiorum distributio sive fiat in Consanguineos, sive in Familiares Summi Pontificis, æquè scandalum, & offensionem cunctis adfert.*

154 *Ex materia Legis, justa ejusdem colligitur interpretatio.*

155 *Eximia Beneficiorum profusio in Consanguineos, & Familiares Episcoporum conferentium, in caussa fuit, ut Summi Pontifices illorum distributioni manum adponerent.*

156 *In Constitutione XI. Innocentii XII. ideo soli Consanguinei nominati sunt, quia Summi Pontifices magis proni erga conjunctas personas præsumuntur.*

157 *Non autem, ut Familiares exempti essent, erga quos immoderata esset adfectio,* & nu. 159. & 212.

158 *Beneficiorum pluralitate si largiùs ditentur Familiares, quam Consanguinei, major conquerendi, ac obloquendi occasio præbetur,* & num. 213.

159 *Quod Legibus omissum est, non omittetur religione judicantium.*

162 *Omissum non videtur, quod eadem ratione concluditur.*

163 *Leges casui magis obvio, & faciliùs contigibili providere solent* num. 172. & 213.

164 *Specialis Consanguineorum expressio in Lege, quia id magis obvium, ac frequens fit, Legem ad Consanguineos tantùm non restringit.*

165 *Nec excludit Familiares, propter identitatem rationis in illa comprehensos,* & num. seq., & 172.

166 *Casum aliquem Legislator expressisse censetur exempli gratia, alios tamen similes casus pari modo decidendos in animo habuisse,* & num. 182.

167 *Quod verisimile est statutum fuisse, si quæsitum fuisset, id, licèt non statutum, de Jure servandum est.*

168 *Absurda Legis interpretatio qua pluralitas Beneficiorum probibita censeatur solùm, quoad Consanguineos Summi Pontificis, non verò quoad illius Familiares sequenda non est,* & num. 174. & 182.

169 *Ad normam ejus, quod in Lege expressum est, etiam similia agenda sunt,* & num. 173.

170 *De casu non expresso, habente tamen similitudinem cum expresso, ad normam expressi judicandum est,* & num. 173.

171 *Nec*

171 *Nec requiritur similitudo, quoad omnia.*

173 *Leges non ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint comprehendant.*

174 *Argumentum de similibus ad similia maximè locum habet in Lege, & materia favorabili.*

175 *In verbis quum nulla ambiguitas est, admitti non debet voluntatis quæstio.*

176 *Constitutio XI. Innocentii XII., ideo prohibuit ne Beneficia prodigerentur in extraneos cooptatos in familiam Pontificis, quia hoc etiam casu peccabatur contra Justitiæ distributivæ regulas.*

177 *Eadem Constitutio Extraneos, & Consanguineos æquiparavit, juxta ejus verba relata* ibid.

178 *Beneficia suis Consanguineis, ut pauperibus, conferri ab Episcopis posse, permittit Sacra Tridentina Synodus.*

179 *Æquiparatorum eadem debet esse dispositio.*

180 *Præsertim, quando omnimoda adest similitudo.*

181 *Ex æquiparatione facta in certis casibus rectè infertur, illam fuisse volitam in aliis etiam casibus.*

183 *Verba Legis frustra quæruntur, cum de voluntate Legislatoris abundè constat.*

184 *Ex voluntate Legislatoris Lex omnis vim accipit.*

185 *Beneficiorum pluralitatis prohibitio, licèt non sit expressè sancita Jure Divino, Jure tamen Divino, & naturali subnixa est.*

186 *Ideoque æquâ lance Beneficia distribuenda sunt, ut Jus Divinum, & naturale efflagitat.*

187 *Quoad Beneficia, fidelis dispensatoris Leges Summus Pontifex servare debet.*

188 *Res Ecclesiæ quamvis sint Summi Pontificis, ut principalis dispensatoris, non tamen sunt ejus ut Domini, & possessoris.*

189 *Summus Pontifex licet absque ullà legitimà caussà res Ecclesiæ dispensare possit, id tamen sinè gravi animæ suæ periculo nequit facere.*

190 *Plura Beneficia ut licitè ab uno retineri valeant, simul cum dispensatione requiruntur justæ caussæ, sive circumstantiæ.*

191 *Hisque cessantibus, nec etiam cum dispensatione retineri queunt*, & num. 197.

192 *Justæ caussæ, ac circumstantiæ licitam reddentes dispensationem ad plura obtinenda Beneficia publicam Ecclesiæ necessitatem, aut utilitatem respicere debent.*

193 *Quinque justæ caussæ assignari solent.*

194 *In Beneficiis, qui non unus, sed plures est, non unus, sed plures erit in suppliciis, ex* Divo Bernardo.

195 *Plura occupans Beneficia, tametsi simplicia, quando unum congruæ ejus substentationi sufficeret, lethaliter peccat.*

198 *Neque a culpa eximitur dispensationem pro sola sua voluntate concedens*, & num. 200., & 211., *sed vid.* num. 199.

199 *Pontificiæ dispensationes circa superfluam Beneficiorum pluralitatem plerumque subreptitiæ censendæ sunt.*

201 *Dispensatio plura retinendi Beneficia, justa deficiente caussà, dissipatio dicenda est.*

202 *Papa licet potestatem habeat dispensandi in omnibus Statutis Ecclesiæ sola voluntate, id tamen intelligitur, nisi Lex positiva habeat in se quamdam rationem Divinam, & naturalem.*

Ut est Lex prohibens pluralitatem Beneficiorum, Ibid.

203 *Consuetudo retinendi plura Beneficia simplicia licèt ab Ecclesia tolerata, numquam tamen adprobata fuit*, & num. 204.

204 *Et tanquam irrationabilis, ac nutritiva peccati, non excusat.*

205 *Vel excusat à pœnis solùm temporalibus, non autem ab æternis, & Divinis.*

206 *Dispensatio super Beneficiorum pluralitate, Impetranti prodesse nequit, si Beneficium quantumcumque modicum subticuit.*

207 *Sola expressio plurium Beneficiorum facta Papæ, non sufficit, ut quis ad pluralitatem Beneficiorum dispensatus dicatur, sed requiritur dispensationem petitam fuisse.*

208 *Personarum aliquarum non comprehensio sub aliquà Lege desumpta ex quo ibidem nominatæ non fuerint, peccat vitio petitionis principii.*

209 *Ac præsupponit id, de quo disceptatur.*

210 *De Pensionibus ecclesiasticis idem judicium ferendum est, ac de reditibus Beneficiorum.*

212 *Constitutio XI. Innocentii XII., licèt comprehendat Familiares Summi Pontificis, Cardinalatus etiam dignitate decoratos, ceteros tamen Cardinales non comprehendit à ratio* num. 213., & num. 157. & seq.

214 *Beneficiorum pluralitatem prohibens Sacri Concilii Tridentini dispositio, comprehendit etiam S. R. E. Cardinales.*

215 *Consulendum magis est iis, quibus majus periculum intenditur.*

216 *Lex in dubio debet trahi ad casum magis necessarium.*

217 *Faciliùs se mulier obligat, quàm alicui donet.*

218 *Constitutio XI. Innocentii XII. solos Familiares Summi Pontificis, etiam Cardinales comprehendere dicenda est, non autem ceteros Cardinales, utpote sub alia lege, dispositione nempe Sacri Concilii Tridentini comprehensos.*

219 *Promissio cum juramento facta, Jurantem obstringit respectu omnium, qui sub illa comprehenduntur.*

ROMANUM *decet Pontificem*, ut præfatur fel. rec. *Innocentius XII.* in proemio suæ XI. Constitutionis moderatoriæ donationum, & distributionis redituum Eccle-
siasticorum in Consanguineos, vel Affines Ro- 1
mani Pontificis, seu eorum loco adlectos: *Romanum*, inquam, *decet Pontificem tanquam fidelem servum, & prudentem, quem constituit Dominus super Familiam suam*, ut in Ecclesiasticorum quoque redituum dispensatione, justitiæ, atque prudentiæ regulas accuratè custodiat: qua-

quamobrem considerationis suæ aciem convertens ad Sacrorum Canonum Instituta, atque disciplinam, Legem ferre constituit, quâ nullâ prorsus, aut sanguinis, aut cujuscumque humani affectus ratione habitâ, Ecclesiastica stipendia à suis Successoribus æquâ lance pro unius cujusque meritò assignentur ministrantibus in Ecclesia Dei.

Verum quia exemplis petitis à frequenti usu, compertum ipsi erat, dicta stipendia facilè illis
2 defutura, ac subtrahenda fore, si minimè custoditis justitiæ distributivæ regulis Fratres, Nepotes, aliique Consanguinei, seù Affines Romanorum Pontificum prò tempore existentium, sivè veri, sivè adlecti, & cooptati in Familiam Pontificiam, ingenti redituum Ecclesiasticorum copiâ, ac Beneficiorum multitudine cumularentur, optimâ idcirco Lege sancivit, quod, tametsi, eximiis alioquin eorum ità exigentibus meritis, ad sublimem Cardinalatus Dignitatem ipsos assumi contingeret, ea de cetero servaretur moderatio, ut cujusvis generis Beneficia Ecclesiastica eisdem conferenda, computatis insimul cum illorum fructibus Pensionum quoque quantitatibus, nec non emolumentis officiorum, & munerum, quæ in perpetuum, & ad vitam concedi consueverunt, verum valorem annuum duodecim millium scutorum monetæ Romanæ non excederent. Quod si forsan modus iste sic congruenter, salubriterque præscriptus minimè servaretur, curæ esse voluit Romanis Pontificibus Successoribus redituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributiones, collationes, concessiones, & assignationes contra, vel ultrà dictum modum factas rescindere, revocare, & in nihilum redigere, & de Apostolicæ potestatis plenitudine vendicare, & auferre, aliisque respectivè conferre, concedere, & assignare.

Attamen, quia noverat, ea, quæ sibi licere non patiebatur, indicare solummodò posse, non
3 autem lege ullâ prohibere Successoribus suis, *pari post eum potestate functuris*, *cum non habeat imperium par in parem*, quemadmodum admonuerunt Innocentius III. *in Cap. Innotuit 20. §. Quamvis autem*, *ibique Glossa verb. in parem de elect.*, *& Bonifacius VIII. in cap. final.*, ubi pariter *Glossa verb. indicamus de rescript. lib.6.*, cum aliis concordantibus Juris nostri locis utrobique relatis à Glossa; Idcircò præfatus Summus Pontifex, ut sanctissima lex, quam constituere decreverat, perpetuâ firmitate constabiliretur, utque nullo unquam colore dissolvi, nulloque tempore irrita reddi posset, illam ab eisdem cum jurisjurandi religione suscipi voluit.

Apostolicâ igitur authoritate decrevit, quod à S. R. E. Cardinalibus in solemni Pilei assum-
4 ptione, perpetua, & inviolabilis d. Legis observantia promitti, atque jurari deberet, ejusmodi juratâ promissione additâ formulæ Juramenti in tanta solemnitate præstari soliti: itidemque occurrente S. Sedis vacatione, iidem in Conclavi, unà cum aliis Constitutionibus Apostolicis, quarum observantiam jurare solent, promittere tenerentur, quod quilibet eorum, qui in Romanum Pontificem eligeretur, ad hanc quoque Constitutionem religiosè observandam jurejurando se obstringeret, simili demum Juramento reiterato, atque renovato ab Electo in Summum Pontificem. Sola namque ejusmodi vinculi religione, Successoribus suis adimere posse sperabat potestatem frangendi Legem, in quam pluries, ipsumque ineundo Pontificatum, jurassent, ut per *Glos. in cap. final. lit.F. de Eccles. ædificand.*, *Hug. Grot. de Jur. bell. & pac. lib.1. cap.3. §.13. num.3.*, *& seqq.*, *ibique Thesmerus lit.V.*, *& seqq.*, *& eodem lib.1. cap.4. §.12.*, *ubi pariter Thesmer. lit.C.*, *Pufendorf. de jur. natur. & gent. lib.7. cap.6. §.10.*, *& in annot. lit.B.*, *Barbeyrac. ad eundem d. lib.7. cap.5. §.17. in annot. num.3.*, *Bucovvius in Commentar. ad Instit. Jur. lib.2. tit.7. §. Final. fol. mihi 424. col.1. post med.*, *Bets de Primog. familiar. illustr. cap.8. §.18. fol 249.*; Vel quod si fortè immemores sanctitatis vinculi, quo religabantur, in illam peccassent, nihil sè egisse nossent, quodque nedum eorum Successoribus, sed ipsis etiam injuncta censeretur obligatio revocandi, atque infectum reddendi id, quod contra juratam Legem attentassent, per *Textum in Cap. Intellecto 33. de jurejurand.*

At quoniam d. Innocentiana Constitutio, in litera loqui videtur de solis Consanguineis, Affi-
nibus, aliisque per Romanos Pontifices illorum 5
loco cooptatis, aut aliter in Familiam adscitis, utpote in eadem nominatim indigitatis; idcircò eum dubitari contingat, an quemadmodum immoderata Beneficiorum, & redituum Ecclesiasticorum quorumcumque in eos profusio, in dicta Constitutione prohibetur, ita etiam prohibitæ censendæ sint ejusmodi Beneficiorum collationes, quæ suprà justum modum fierent extraneis, Familiaribus videlicet etiam, aliisque similibus personis Summi Pontificis servitio, & obsequio addictis, quæ ut loquitur Sacrosancta Tridentina Synodus *cap.17. sess.24. de reformat. se ipsos non Deum decipientes*, *ea*, *quæ benè constituta sunt*, *variis artibus eludere*, *& plura simul Beneficia obtinere non erubescunt*: à summo nimirum Pontifice, qui, ob gratiam, nimiumque favorem, quo apud eum illi valent, solâ humanâ affectione irretitus, subdolisque circumventus artibus, ac assiduis delinitus obsequiis, in eosdem non secundùm justitiæ, æquitatis, & prudentiæ regulas Ecclesiasticos reditus, & Beneficia dispensat, sed insatiabili ambitioni, & importunæ petentium improbitati incautiùs indulgens, illos locupletat Ecclesiasticis stipendiis, quæ prò uniuscujusque merito assignanda essent ministrantibus in Ecclesia Dei: jussus propterea sum, ut maturo examine inquiram, an sub præfatæ Constitutionis censura non soli Consanguinei, aut in Pontificiam Familiam cooptati, sed alii quoque, de quibus mox loquutus sum, comprehendantur?

Supremis itaque jussionibus obsequuturus, rei tractationem dividam in plures *§§. seù sectio-
nes*, partitio namque & mentem, memoriam- 6
que

que legentis præparat, *Gloßa in proemio Instit. verb. easdem institutiones*, & apta est, tum
ad ordinem sermoni, ac claritatem rei tractan-
7 dæ afferendam, tùm etiam ad veritatem faciliùs
assequendam, *Thabor. axiom. Jur. lib.4. cap.42.*
axiom.3.; Et deoique ejusmodi divisione lon-
8 gioris lectionis tædium levabitur, cui oimirum
quibusdam vicibus aoimum reficiendo priorum
fine, & se velut ad novum rursus ioitium præ-
parando, ex *Quintiliano lib. Institut. Orator.*
cap.2. Quod tamen tædium auxisse non credi-
derim, si venia mihi detur, ut frequentiùs re-
feram tum Jurium, tum Doctorum loca, quip-
pè id agam prò majori Legentis commoditate,
ut videlicet sioè librorum revolutiooe, sinè ali-
quo labore, & sinè temporis jactura in promptu,
ac ante oculos habeat, quod traditum est à Ma-
joribus uostris, quemadmodum prò ejusmodi
venia impetranda præfatur *Rodoan. de reb. Eccles. non alienand. in proemio versus finem*.

§. Itaque I. proponam rationes ob quas dicti Familiares, similesque personæ comprehensæ minimè videantur sub dicta Coostitutione.

§. II. Pro assequenda recta ejusdem ioterpretatione, præmittam regulas à Sacris Canonibus præscriptas in facienda Beueficiorum collatione, atque distributione.

III. §. Examinato illius tenore, atque demoostrato, quod ejusdem Conditor ad dictas regulas illam conformare omninò intenderit, rectè indè Inferetur, quod Familiares quoque &c. ejusdem censuræ subjicere voluerit.

Postremo denique §. Contrariis obiectionibus respondebitur.

§. I.

Proponuntur rationes, ob quas in dicta Constitutione Consanguinei dumtaxat, vel Affines Romani Pontificis, seù eorum loco adlecti, non etiam ullæ aliæ Personæ comprehensæ videri possunt.

JAM verò injuncto mihi muneri manum admoveoti, nonnulla sesè offeruut, quæ pri-
mo oculorum conjectu suadere videntur,
9 sub sæpiùs dictà Constitutione, utpotè io litera
loqueute de Fratribus, Nepotibus exfratre, aliis-
que quibuscumque Coosanguineis, seù Affini-
bus, sive illis, quos in locum Nepotum, alio-
rumque Consaoguineorum per cooptationem
in Familiam, aùt aliter adlegi, seù adsciscì con-
tigerit, minimè compreheudi Familiares, alios-
que servitio, favore, gratiâ obsequiisque Sum-
mo Pontifici devinctos, quos eidem ultrà eorum
merita, & congruam substentationem gradus,
vel Dignitatis, quam io Ecclesia obtinent, vi-
deretur cumulare Beneficiis, & Ecelesiasticis
extrà modum augere reditibus: largiùs verò
copiosiùsque, ac longè ultrà valorem annuum
scutorum duodecim millium monetæ Romanæ,
de quo suprà dictum est, profundendis in eum,
qui fortè ex dictis Familiaribus, nimiâ Summi
Pontificis benevolentiâ, & gratiâ in Sacrum
Collegium cooptaretur.

Nàm prò ooo comprehensione animadverti
posse dicebatur, certi Juris esse, Beneficia Ec- 10
clesiastica (quibus iamen non aduumerem Epi-
scopatus, *Fragos. de regim. Eccles. tom.2. disp.9.*
§.2. num.50. vers. similiter Episcopatus fol.386.
jure positivo instituta reperiri, *Acunba in 1. part.* 11
Decretal. distinct.22., Canon. Omnes numer.2.
fol.152., Selva *de Benefic. par.1. quæst.4. ex*
num.18. referens antiquiores, *Gigas de Pension.*
quæst.2., *Frasso de reg. Patronat. Indiar. tom.1.*
cap.23. num.28., *Minanno in Basi Pontific. Jurisdiction. tract. 2. fundament. 2. quæst.7. §.7.*
num.148. fol.367., *Revertera decis.485. num.2.*;
Postquam enim Bona Ecclesiæ in communi pos- 12
sideri, & Clerici in communi substeutari desie-
runt ex Bonis illius Ecclesiæ, cui adscripti
erant, distributionibus videlicet, & sportulis,
quæ priscis seculis præsentibus tantùm, & offi-
cio fungentibus dispensabantur, sed secto in
portiones communi Ecclesiæ Patrimonio, Be-
neficiariis non distributiones tantùm, at Præ-
dia etiam, & agri attribui cæperunt, indè pe- 13
detentim originem habuit Præbendarum, &
Beneficiorum institutio: Prædia namque, & 14
Agri, reditusque anoui addicti portionibus
hisce, quæ canonicæ appellabantur, quia iuxtà
Sacros Canones præbebantur Clericis, qui in
Ecclesia ministrabant, Beneficia dici cæpta, &
vocabantur Ecclesiarum Patrimonia, quoniàm
ex ipsis pauperes Clerici alebantur, debitumque
stipendium Altario seruientibus præstabatur, ut
eruditè, ac luculenter more suo nos edocet.
Thomassinus de Benefic. tom. 2. lib.3. capit.1.,
Azor. institut. moral. tom. 2. lib.6. cap.1. colum.1. litt.A., & seqq., *Gonzal. in cap.1. ex num.7. de Præbend., & Dignit. tom.3. fol.125., & seqq.*, *Michael. Roussel. in histor. Pontific. Iurisdict. lib.3. cap.1.*, *Pyrr. Corrad. in prax. benefic. lib.1. cap.1. sub num.3., & 4.*, *Rusa de rect. distribut. reddit. Eccles. cap.1. ex num.1. usque ad 40.*, *latè etiam ac optimè Van. Espen. in Jus Eccles. univ. tom.2. titul.18. cap. primo folio 769.*

Si igitur institutio, & origo Beneficiorum
non nisi ad Ius positiuum referenda est, in Ec-
clesias serpere non potuit eorum pluralitas, nisi
ubi exolescere cæperunt primigeniæ Leges, usus-
que sanctissimi priorum seculorum, quibus,
Clericis in communi viuentibus, & distributio-
nibus, ac sportulis substentari solitis, Agri, &
Prædia distribui, & distinctæ Præbendæ assigna-
ri cæperunt, *Thomassin. d. cap.1. num.7.*, aliique 15
mox allegati; proptereaque cum pluralitas Be-
neficiorum antiquior esse nequeat ipsâ illorum
origine, mero jure positivo introducta, ex eo-
dem pariter jure positivo, Sacris nempe Cano-
nibus, non autem ex ullo naturali, aut Divino 16
jure, profecta dicenda est illius prohibitio, ut
optimè probat, *Gonzal. in cap. de multa num.7.*
de Præbend. tom.3. fol.169., ubi ait, ea sola præ-
cepta Juri Divino tribui, quæ in sensu literali ex 17
eodem proficiscuotur, *Fagnan. in cap. quia in tantum num.7.*, loqueus similibus verbis, quod
nempè *jure Divino hæc quæstio non invenitur de-*

terminata expresè, cum in Sacra Scriptura ex-
pressa mentio de ea non fiat, eodem tit. de Præben.
tom.4. in 1. par. 3. Decretal. fol.92., Menoch. de
præsumpt. lib.2. quæst.10. num.21., Cevall. com.
contr. commun. quæst.260. num.2. vers. quia Be-
neficia Ecclesiastica sunt de jure positivo &c., Pa-
ris. de resignat. lib.5. quæst.6. num.126., apud
quos de communi, & explicat Lotter. de re be-
nefic. lib.1. quæst.4. num.53. & 54., & cum aliis
in annot. decis.254. par.9. tom.1. rec. num.241.,
Et sanè, si jure Divino talis pluralitas damnata
18 esset, Papa non posset super eâ dispensare, Fa-
gnan. in d. cap. quia in tantum num.11., Gigas
de Pension. d. quæst.2., & differitur in d. annot.
num.244., ibi = Ex quibus necessaria videtur con-
clusio; nam si Beneficia essent de jure Divino,
sine dubio Papæ tam libera potestas non posset ad-
scribi. =

Indè autem sequitur, quod, si Pontifex Ma-
ximus in Beneficialibus est absolutus Dominus,
19 omniumque Beneficia habet sub suâ plenâ, & li-
berâ potestate, ut, per Text. in cap.2. de Præ-
bend. lib.6., ac authoritates latè congestas apud
Frasso de reg. Patronat. Indiar. tom.1. cap.23.
num.27., Gonzal. ad regul.8. Cancell. in proemia
§.1. num.33., & seq., Lotter. de re benefic. lib.2.
quæst.22. à num.9. ad plures seq., ubi concordan-
tes, Emus Petra ad Constit. Apostol. tom.4. ad
Constit. 5. Joannis XXII. num.12. fol.45., &
prosequitur d. annotat. num.242., & seq. Si idem,
ex omnium ore vulgato effato, est supra Leges,
20 omniaque potest contra jus, suprà jus, & extrà
jus, Frass. d. tom.1. cap.3. num.42., & seqq.,
Corrad. in prax. dispensat. Apostol. lib.7. cap.3.
num.16., & lib.9. cap.2. num.14., & 17.; Si de-
nique ambigi nequit, quin idem, mitigatâ,
21 imò laxatâ Sacrorum Canonum severitate di-
spensare possit super Beneficiorum pluralitate,
quantacumque illa sit, utpotè solo jure positivo
22 prohibita, cap. proposuit 4. de concess. Præbend.,
Gonzal. in d. cap. de multa num.3. de Præbend.
tom.3. fol.167., dicendum profectò est, quod
obtinens ex ejus dispensatione plura Beneficia,
justè illa retinere queat, fretus judicio, & po-
testate Papæ, de qua nemini dubitare fas est
23 Frass. d. cap.3. num.44., Gonzal. ad regul. Can-
cel. in proem. §.1. num.72., & seq. & ex Glossa
in cap. dudum il 2. in verb. intitulatam de ele-
ction. in finalibus verbis, & ex Innocentio in cap.
cum ad Monasterium num.3. de stat. Monachor.
animadvertitur in eadem annot. num.245. quip-
pè dum agitur de dispensatione, sola ejus vo-
24 luntas stat prò ratione, Felin. in cap.1. sub nu-
mer.23. fallent.4. de Constitut., & ibi Butr. in
col. ult., Pyrr. Corrad. in prax. dispensat. Apo-
stol. lib.7. cap.2. num.113., & in præallegata an-
notatione ad decis.254. par.9. rec. num.246., &
trib. seqq.

Frustra verò contrà obtenderetur Innocentia-
na Constitutio; quippè agitur de limitanda su-
prema, ac libera potestate, quam Summus Pon-
25 tifex obtinet in distributione Beneficiorum, &
quam licèt ipse restringere valeat; nihilominus
tamèn præsumendum non est, sibi, suisque Suc-
cessoribus ullo pacto ademisse facultatem super
d. pluralitate dispensandi, nisi in casibus, &
respectu personarum, de quibus ob peculiarem
aliquam rationem, quâ motus legitur, expresè
loquutus fuit, Cresp. de Valdaura observat.5.
cap.1. §.1. num.17., & 18., Peguera decis.39.
num.8., & seqq., Rota decis.71. num.17. par.5.
tom.1. rec.; Quamubrem cum San: Mem: In-
nocentius XII. Beneficiorum pluralitatem con-
trà, & ultrà modum ab ipso præscriptum prohi- 26
beat respectu Fratrum, Nepotum, Consangui-
neorum, Affinium, & aliorum, qui in Pontifi-
ciam Familiam cooptati fuerint, quippè hi soli
expresè numerantur in d. Constitutione, ea-
dem idcircò extendenda non est ad Familiares
etiam, aliasque similes personas, tum quia ob-
vium illi erat, has quoque, tamquàm assiduè
ob ejus oculos versantes, in eadem Constitu-
tione nominare, si illas d. prohibitioni subjicere
voluisset; ideoque dum eas omisit, consultò in
d. nova lege omisisse dicendus est, leg. si servum 27
§. Non dixit. ff. de acquir. hæredit., Bece. con-
sult.14. num.35., Menoch. cons.30. num.8.,
Surd. cons.245. num.45., Gobb. cons. decis.68.
num.19. tom.2., prætertim verò, quia idem
mente, animoque respiciens extraneas quoque 28
Personas, quas ipsi expedire visum fuit sub dicta
sua Constitutione comprehendere, quales erant
adlecti, vel cooptati in Familiam, illos non
prætermisit, sed eos expresè nominavit; tum
etiàm quià, juxtà alibi dicta, cum ageretur de
dispositione restringente supremam suorum Suc-
cessorum potestatem, quibus ipse, tamquam
pari post eum authoritate functuris, legem im-
ponere nequibat, justa ratio suadere videtur,
quod hujusmodi nova lex non laxius, sed stri-
ctius interpretanda sit, ut nempè, quoad fieri po- 29
test, minùs restringat potestatem illam, quæ ve-
luti propria, insita suàpte naturâ est Romano
Pontifici, Bartol. in leg. Omnes populi num.6.
ff. de just., & jur., Amat. resol.1. num.74., &
seq., Guttierez. practic. lib.3. quæst.15. num.34.,
Gratian. discept.406. num.14., Arias de mesa
variar. resol. lib.2. cap.29. num.24., Vincent. de
Franchis. decis.71. num.10.

Eòque certiùs hæc locum sibi vindicant in
casu, de quo agitur, quia d. Constitutio utpotè
recedens à regulis communi usu praxique in sub- 30
jecta materia receptis, si aliter intelligeretur,
nimis rigida videri posset. Nàm Summus Pon-
tifex, dum Consanguineis, Affinibus, & Perso- 31
nis supra nominatis prohibuit assignari annuum
reditum excedentem valorem scutorum duo-
decim millium monetæ Romanæ, in ejusmodi
quantitate, præter reditus ecclesiasticos Bene-
ficiorum, imputari voluit Pensiones quoque,
quinimò proventus etiam Officiorum, quæ à
S. Sede in perpetuum, & ad vitam conferuntur,
perspicua sunt verba d. Constitutionis, ibi = ve-
rum valorem annuum duodecim millium scutorum
monetæ Romanæ, computatis insimul Beneficio-
rum, & Officiorum quibuscumque fructibus, &
Pensionum quantitatibus in totum non excedant:
in ea tamen taxatione non comprehendantur emo-
lumen-

lumenta Officiorum ejusdem Apostolicæ Sedis, &
Romanæ Curiæ S. R. E. Cardinalibus demanda-
32 ri, seù concedi solitorum, aliorumque munerum,
quæ ipsis non ad vitam, vel in perpetuum, sed ad
tempus, seù beneplacitum Romani Pontificis prò
tempore existentis demandata, seù concessa fue-
rint = dum igitur in statuendo valore dicti an-
nui reditus scutorum duodecim millium, exci-
piuntur soli proventus Officiorum, quæ tempo-
33 raria sunt, comprehensi proculdubio dicendi pro-
ventus Officiorum perpetuorum, ex omnibus
nota natura exceptionis, firmantis regulam
quoad alia non excepta, ut apud Thabor. axiom.
Jur. lib.5. cap.27. axiom.27.
Justâ autem ratione ex his conjici posse vide-
tur, quod Summus Pontifex, utpotè animo anxiè
intentus moderandæ solummodò nimiæ pro-
pensioni erga Consanguineos &c., condere non
intenderit novam Legem ampliantem, atque
extendentem prohibitionem pluralitatis Benefi-
ciorum; sed contentus providisse casibus, &
abusibus, qui tanquam magis frequentes ob ejus
oculos versabantur, cetera reliquisse censendus
sit sub dispositione Juris communis, quo, licèt
34 dicta pluralitas improbetur, quando Beneficia
excedunt quantitatem sufficientem congruę sub-
stentationi Beneficiarii, prò ea tamen mensu-
35 randa, atque statuenda, ratio habenda non est
de Pensionibus, quæ Beneficia non sunt, ideo-
que tanquam cum istis minimè incompatibiles,
non comprehenduntur sub interdicto, quod quis
uno Beneficio sufficiente suę substentationi, alte-
rum habere nequeat, ut docuerunt Imola in Cle-
ment. Gratiæ num.10. de rescript., Gigas de
Pension. quæst.4., Duenas in regul.71. limit.5.,
Hojeda de incompatibil. Beneficior. par.2. cap.7.,
Garz. de Benefic. par.2. cap.5. num.310., ubi af-
fert resolutionem Sacræ Congregationis, &
num.314., & seq., Azor. Instit. moral. par.2.
lib.8. cap.10. quæst.8., & cap.12. quæst.6., Bar-
bos de Offic. & potestat. Episcop. par.3. alleg.62.
sub num.6., ubi loquens de Episcopo, ait = pote-
ris tamen conferri Beneficium alicui habenti jàm
Pensionibus Ecclesiasticis sufficientem substenta-
tionem, = Gonzal. ad regul.8. Cancellar. glos.5.
§.5. num.14., Tondut. de Pensionib. Eccles.
cap.64. n.25. tradens, Pensionem in Religiosis
36 dumtaxat inducere incompatibilitatem cum Be-
neficiis sui Ordinis, Pax. Jord. variar. elucu-
brat. tom.2. lib.10. tit.28. num.55.
Quæ rationes multò magis d. incompatibili-
37 tatem excludunt cum Officiis perpetuis à Sum-
mis Pontificibus collatis, quæque, utpotè per-
tinentia vel ad Principatus temporalis admini-
strationem, vel ad Jurisdictionale solummodò
regimen S. Sedis, Beneficia proculdubio non
sunt, quia non assignantur tanquam stipendia
debita ministrantibus Altario, sed ex Supremi
Principis liberalitate, tamquàm præmium con-
ceduntur ejusmodi gravia munera obeuntibus.
Quapropter ambigi nequit, quod eorum incom-
patibilitas cum Beneficiis in dicta Constitutio-
ne sancita respectu personarum in illa nominata-
rum, si extendenda esset ad Familiares quoque,
aliasque similes personas, Summis Pontificibus
addictas, eisdemque maximè gratiosas, minus
justâ interpretatione illam traheremus ad re-
stringendam supremam eorum potestatem re-
spectu tum casuum, tum personarum, de qui-
bus Legislator loquutus non fuit; nemo autem 38
non videt, odio non carere interpretationem il-
lam Legis, quæ directa est ad restringendam
Supremi Principis potestatem, ad tradita per
Geminian. cons.67. per tot., & Card. Tusch.
practic. concl. lit.V. concl.93. num.2.
Cujus restrictio multò minus ferenda esset,
quando sub prohibitione pluralitatis Beneficio-
abrogante quamcumque Pontificiam dispensa- 39
tionem, illam permittentem, comprehensus cen-
sendus esset is etiam, qui inter Familiares, &
dictas personas mox enumeratas, ad sublimem
Cardinalatus dignitatem extolleretur, ut admo-
nemur ex Constitutione Joannis XXII. in Extra- 40
vaganti Execrabilis tit. de Præbend., in qua prę-
fatus Summus Pontifex occurrere cupiens malis,
quæ ex dispensationibus super receptione plu-
rium Beneficiorum pullulabant, illas licèt sub
quacumque forma, vel expressione verborum
conceptæ, & cuicumque personæ concessæ repe-
rirentur, penitus quidem, generaliterque sub-
stulit = Cardinalibus tamen S. R. E. qui circà nos
universali Ecclesiæ serviendo, singularum Eccle-
siarum commoditatibus impendunt, ac Regum fi-
liis, qui propter sublimitatem eorum, ac generis
claritatem sunt potioris prærogativâ gratiæ attol-
lendi, dumtaxat exceptis = quo exemplo com-
pertum fit, sequendam libentiùs esse interpreta-
tionem illam, quæ eximat, non quæ subjiciat
S. R. E. Cardinales rigidiori hujusmodi Legum 41
censuræ: præsertim verò quia eisdem suffragari
videtur consuetudo, juxtà quam, nullâ præscri-
ptâ mensurâ, quæ cujusdam Congruæ taxatio-
nem præseferre quodammodo possèt, Summis 42
Pontificibus mos fuit Beneficia pro libito illis
libere conferre.
Non omittendo denique, quod, si sub obten-
tu tollendi, sive coercendi immoderatas Bene-
ficiorum cumulationes, Sacris Canonibus invi-
sas, hæ in sæpiùs memorata Constitutione pro-
hibitæ censendæ essent respectu quoquè Fami-
liarium, tametsi eximiâ Cardinalatus dignitate
eminentium, pari ratione sub eadem compre-
hensi dicendi essent ceteri quoque S. R. E. Car-
dinales, quibus, non quidem ob præclara meri-
ta comparata erga S. Sedem, sed ex humana
quadam affectione liberaliùs plurima Beneficia
à Summo Pontifice conferrentur. Nemo autem
non videt, à justa interpretatione prorsùs aber-
rare, quod Lex, quàm Legislator ob peculiarem
aliquam rationem ferre profitetur respectu cer- 43
tarum dumtaxat personarum, perindè ac si ge-
neralitèr lata esset, extendatur ad casus, & per-
sonas in illa nèc nominatas, nèc contentas. Pro-
visio enim alicujus specialis Legis, subtilioribus
interpretationibus generalis effici non debet pro 44
aliis etiàm casibus, & personis, in quibus eadem
specialitas non concurrat, Suarez. de legib.
lib.1. cap.3. num.1., & cap.7. num.6., & 10.
Lay-

Layman theolog. moral. lib.1. tract.4. de legib. cap.18. num.9., Ciarl. contr. foren. tom.1. cap.10. num.96. & seq., Thomas del Bene de Immunit. cap.16. dubit.43. sect.2. num.15. & seq., Peregrin. pariter de Immunitat. cap.11. num.10., & seq., & num.17., Antuncz. de Donat. reg. par.2. lib.1. cap.10. num.125.

Hæc igitur cum ità se habeant, & juxtà rectam Legis intelligentiam, suaderi posse videatur, quod illa, utpote loquens de Fratribus, Nepotibus, aliisque similibus personis, non comprehendat alios, minimè obesse possunt sæpiùs reiterata Juramenta, quibus Summi Pon-
45 tifices promittunt, seseque obligant ad eandem observandam. Juramentum namque omne, sive assertorium sit, sivè promissorium, nihil aliud suâpte naturâ, & essentià est, quàm rei assertæ, sivè promissæ sub invocatione Divini testimonii confirmatio, ex *Divo Augustino de Sermone Domini in monte cap.17., & ex Angelico Doctore 2. 2. quæst.89. artic.1. in corpore*, sic ajente = *Dicendum, quod, sicut Apostolus dicit ad Hæbreos 6., Juramentum ad confirmationem ordinatur*, = *art.4. & quæst.98. art.2. utrobique in corpore*, atque disponitur *in cap. Etsi Christus 26. de jurejur. in Clement. unic. §. Porrò eod. tit., Thabor. axiom. Jur. lib.9. cap.126. axiom.49. in fin., Hug., Grot. de Jur. bell., & pac. lib.2. cap.13. §.13.*; proptereaque, obliga-
46 tionem minimè augendo, eandem non extendit ad res, & casus sub illà non comprehensos, ut statuitur per *Gregorium IX. in cap. penult. de jurejur., & priùs definitum fuerat ab Alexandro III. in cap. cum inter 2. de renunciat., ab Innocentio III. in cap. Ex parte de Feud., ac in cap. Ad audientiam de his, quæ vi, metusve causa, Faguan. in cap. Quoniam num.7., & seq. de privileg. leg. tom.5. in 2. par.5. Decretal. fol.75., Thabor. d. axiomat.49.*, indeque proficiscitur illud etiam aliud omnium ore tritum axioma,
47 Juramentum nimirum, tanquàm modum aliquem accessorium principalis obligationis, juxtà ejusdem primordialem naturam præstitum, illamque sequi censendum esse, *Div. Thom. dicta quæst.89. artic.7., ubi Cajetan. ante lit.C.* nullâ quidem novâ productâ obligatione, utpotè,
48 quæ non oritur ex ipso Juramento, sed ex conventione, ad cujus solummodò majorem firmitatem supervenit fortiùs Juramenti vinculum,
49 non quidem in plus teneri, sed efficaciùs dumtaxàt obligari faciens, per *Textum in cap. Quemadmodum 25. de jurejurand., ubi Abbas notab.7., Svarez. de relig. in tract. de Jurament. cap.32. num.2. cum seq., Pufendorf. de Jur. natur., & gent. lib.4. cap.2. §.6., & §.11.*, dicens = *Deni-*
50 *que quod Juramentum non immutent naturam, & substantiam promissi, pactivè, cui accedunt, satis clarè constat*, = subdendo plura exempla, quibus id explicat.

* * * *
* * *
*

§. II.

Hoc §. Ad probandum, quod d. Innocentiana Constitutio comprehendat Familiares quoquè, qui favore, & gratiâ, quâ valent apud Summum Pontificem, contrà, vel ultra modum in illa præscriptum cumulantur, & locupletantur immoderata ecclesiasticorum redituum distributione, eisdem non prò uniuscujusque merito, nec secundum justitiæ, æquitatis, & prudentiæ rationem factâ, præmittuntur, ac expenduntur ecclesiasticæ disciplinæ regulæ, ac Sacrorum Canonum præcepta in Beneficiorum distributione servanda, quibus expositis, veram, & certam d. Constitutionis interpretationem faciliùs quisque assequetur.

ARgumenta, quæ superiori §. Allata sunt, atque etiàm alia, quæ afferri fortè poterunt prò excludenda comprehensione sub Innocentiana Constitutione Familiarium, & his similium personarum, quæ non Deum, sed se ipsos decipientes à Summo Pontifice, fallaciis, obsequiisque circumvento, plurima extorquent Beneficia, quibus nullâ servatâ æquitatis, & justitiæ distributivæ regulâ, suam insatiabilem cupiditatem explere, suæque importunæ petulantiæ satisfacere curant; hæc, inquam, argumenta omnia facilè dissolvi posse, reor, si, quemadmodum se egisse declaravit d. saluberrimæ Constitutionis Conditor, *considerationis nostræ aciem* convertamus ad sanctissima, atque elementaria præcepta, quæ prò rectè facienda Beneficiorum distributione à Sacris Canonibus tradita sunt: illis namque explicatis, sedulòque perpensis, præclarum judicium quæstionis de qua agitur, afferetur: quemadmodum enim toties reiterata Sacrorum Canonum Decreta, Conditori Constitutionis exemplum, quod sequeretur, præbuerunt, ità etiam eandem interpretaturis regulam quam ipsos sequi oporteat, ostendunt.

Quippe, tametsi deficeret litera, & naturalis, propriusque sensus verborum, quibus dictæ personæ expressè comprehensæ dicendæ essent; nihilominùs tamen, si attento animo totus inspiciatur, diligenterque consideretur dictæ Constitutionis tenor, illicò patebit, quod ex voluntate, & mente Legislatoris, se ad Sacros Canones conformare intendentis,
eædem sub Lege ab ipso editâ comprehensæ cen- 51
sendæ sint, nàm, si talem voluntatem, mentemque rectè investigare, & assequi dicimur, spectando rationem, & causam, quâ, veluti finali, Legislator motus fuit ad Legem ferendam, *cap. Intelligentia de verbor. signific., Piring. in Jus Canon. lib.1. tit.2. sect.3. §.1. num.104., Hug. Grot. de jur. bell. & pac. lib.2. cap.16. §.8. ibi = quæ in notis idem, Grotius, Gronovius, & Thesmerus lit.A., Anaclet. Reinfestuel. theolog. moral. tract.2. de leg. distinct.4. quæst.1. num.4., Laym. theol. moral. lib.1. tract.4. cap.18. num.4., Rocca disp. Jur. select. cap.57. num.63., & seq., Rota decis.129. num.22. par.9. tom.1. rec.*, ambigi

bigi profectò nequibit, quin, dum ille in d. sua
Constitutione expresè professus fuit in omnibus
sequi velle ecclesiasticæ disciplinæ, atque justi-
tiæ distributivæ præcepta, quibus imperatur,
quod *Ecclesiastica stipendia*, sunt verba d. Con-
stitutionis §.6. in fin., *ministrantibus in Ecclesia
Dei æquè lance prò uniuscujusque merito assi-
gnentur*: ambigi, inquam, non poterit, quin
mens, & voluntas fuerit prohibere Beneficio-
rum dissipationes factas favore ejusmodi perso-
narum quæ nullis in Ecclesiam meritis, sed im-
portunitate, & machinationibus illa extorserunt
à Summo Pontifice, vel assiduis delinito ob-
sequiis, vel effrenatâ importunitate tandem
victo.

Rem igitur, ut proposui, aggrediendo à Sa-
crorum Canonum regulis, quemadmodum pri-
mo ipso obtutu conspicitur, Beneficiorum origi-
ni adumbratæ, dum unusquisque Clericus in
sua ordinatione certæ inscribebatur Ecclesiæ,
adnasci cæpisse improbam lucri cupiditatem,
52 quam septima Synodus *Canone 15. relato in Ca-
none primo caus. 21. quæst. 1.* detestatur, sancien-
do, quod *Clericus ab instanti tempore non connu-
meretur in duabus Ecclesiis* (id autem est *juxtà
modernam disciplinam in duabus Ecclesiis Benefi-
ciatum esse*, ut ait *Van. Espen. in Jus Eccles.
univ. tom. 1. tit. 20. cap. 1. num. 2.*) *negotiationis
enim hoc est, & turpis lucri proprium, & ab Ec-
clesiastica consuetudine penitus alienum* = iterum-
que deinde execrans ejusmodi lucri cupiditatem
subdit = *quæ enim per turpe lucrum in Ecclesiasti-
cis rebus efficiuntur, aliena consistunt à Deo* = Ità
etiam, post introductam Præbendarum, & Be-
neficiorum distinctionem, innumera penè sesè
offerunt Sacrorum Canonum loca, quibus ad
mentem veteris, & inconcussæ disciplinæ prohi-
53 bentis, Clericum duabus inscribi, vel in duabus
connumerari Ecclesiis, Summi Pontifices, Con-
cilia, & Patres malum hoc, quo vehementius
ingravescente, Ecclesiasticus Ordo fœdissime
pervertebatur, avertere curarunt, multitudinem
Præbendarum, *ab Alexandro III. in cap. Quia
in tantum 5. de Præbendis* Canonibus inimicam
appellatam, ab Ecclesia Dei explodendo, pœ-
nitùsque ejiciendo: adeò quidem ut in universo
jure ecclesiastico vix reperiri valeat regula ulla
firmior, & magis generalis illâ, quâ Beneficio-
54 rum pluralitas prohibetur, quâque idcircò statui
posse videtur, quod *generaliter nemo plura Be-
neficia obtinere potest*, quemadmodum dixit
*Gonzalez. in cap. de multa 28. num. 5. de Præ-
bend. tom. 3. fol. 168.*

Omittam hic suo ordine referre sententias,
& verba dd. Sacrorum Canonum (quorum ta-
men nonnullos, cum rei opportunitas exiget,
suis locis indicabo), illos, inquam, omittam,
quia notissimi sunt Patribus, sapientiâ, & di-
gnitate eminentissimis; atque etiam quia latè
habentur apud *Gonzalez loco mox citato*, aliosque
passim allegandos, quod tamen eruditissimè præ
aliis præstitit *Thomassinus de Benefic. tom. 2. lib. 1.
cap. 1., & plurib. seqq.*, qui quoad longissimè
potest mens nostra respicere spatium præteriti
temporis, & memoriam rerum recordari ulti-
mam, inde usque, ab ipsa videlicet Beneficio-
origine repetens, luculenter explicat veterem,
& novam Ecclesiæ disciplinam, quâ antequam
Præbendæ, & Beneficia separata instituerentur,
dum prohibebatur, ut dictum est, Clerici inscri-
ptio duplici Ecclesiæ, cum implicite data, præ-
scriptaque videretur norma quæ sequenda es-
set post introductam eorum separationem; jure
idcircò meritòquè eorumdem deinde pluralita- 55
tem in uno Beneficiario, Ecclesia semper abhor-
ruit, & tamquam exitiosam patenter damnavit;
idque pariter optimè, & copiosè tractat *Van.
Espen. in Jus Eccles. univ. tom. 2. fol. 779. tit. de
pluralitate Beneficiorum cap. 1. cum plurib. seq.*,
quibus addendi etiam alii, qui similiter relegen-
tes universa Sacrorum Canonum loca, commu-
niter, unanimiterque, ex constanti Theologo-
rum, Canonistarum, aliorumque Scriptorum
sententia, Sacerdotiorum, seù Beneficiorum
cumulationem, veluti in una, eademque perso- 56
na incompatibilium, permitti non posse docue-
runt *Fagnan. in cap. Dudum il 2. num. 5., & seq.
de elect. tom. 2. in 2. par. 1. Decret. fol. 68. & in
cap. Quia in tantum num. 2. & seq. tom. 3. in pri-
ma par. 3. Decretal. fol. 92., Gonzal. in cap. Cum
in cunctis §. Cum verò num. 6. de elect. tom. 1.
fol. 251., & in d. cap de multa 28. de Præbend.,
Passerin. in lib. 1. 6. Decretal. cap. Consuetudi-
nem 1. de Consuet. quæst. 2. art. 1. sub. num. 340.,
Sotus de Just., & jur. lib. 3. quæst. 6. artic. 3.,
Gargias de Benefic. par. 11. cap. 5. ex num. 280.,
Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 23. num. 2.,
Barbos. de offic., & potest. Episc. par. 3. alleg. 62.
num. 1., & 2., & ad Concil. Tridentin. cap. 17.
Session. 24. de reform., Gallemart. ad idem Con-
cilii Caput, Beagens, & Pisonius de Benefic.
cap. 3. de pluralitate Beneficiorum, Reiffenstuel.
theol. moral. tract. 11. distinct. 2. quæst. 1. num. 4.,
Murga de Benefic quæst. 3. num. 895., Pax Jor-
dan. variar. elucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 18. num. 1.
& 44., Zerb. in gemma Episcop. tit. 49. de Præ-
bend., & concess. Præbend. resolut. 3., Card. de
Luca de Benefic. disc. 119. num. 1., Rota in una
Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ 10. Decem-
bris 1710. §. Et quidem cor. bon. mem. Ansaldo.*

Ut etiam non agam de incompatibilitate,
quæ oritur ex natura, seù qualitate ipsa Benefi-
ciorum, quorum plurima appellantur duplicia, 57
quia videlicet incompatibilia sunt in uno eo-
demque Beneficiario, eorumque alia habere di-
cuntur incompatibilitatem primi generis, & quo- 58
dammodò intrinsecam, ut sunt duo Episcopa-
tus, duæ Ecclesiæ Parochiales, ob grave nimi-
rum periculum animarum, *quia solus per totas
Ecclesias nec officium valet persolvere, nec Popu-
lis Sacerdotali jure occurrere, ut in Canone
Unio 3. caus. 10. quæst. 1., cap. Quia nonnulli 3.
de Cleric. non resident., cap. Quia in tantum 5.
de Præbend.*; Ut etiam simili incompatibilitati
obnoxiæ sunt duæ Dignitates, duo Personatus,
aut duo etiam Beneficia ejusdem generis sub eo-
dem tecto, ut duo Canonicatus. Quin etiam hic
non loquar de Beneficiis habentibus incompati-
bili-

59 bilitatem secundi generis, ob circumstantias
videlicet ministerii, seu oneris residentiæ, qualia
sunt duo Beneficia, quorum singula residentiam
requirant, ut sunt Dignitas in una Ecclesia, &
Canonicatus in alia; quæ tamen in una eadem-
que Ecclesia non haberent primi generis incom-
patibilitatem, quatenus sunt difformia, & non
conformia, seu ejusdem generis Beneficia: ne-
que etiam incompatibilitatem secundi generis,
quia non sunt diversarum residentiarum, ut apud
Cabassutium in Jos Canon. lib. 2. cap. 26. num. 5.,
& Van. Espen. d. tit. 20. cap. 4., quippe ejusmo-
di omnes incompatibilitates spectandæ præci-
puè sunt prò inducenda illorum vacatione, seù
privatione, de quibus parvi ad rem nostram re-
fert, quia habetur specialis provisio d. Constitu-
tionis. Certi namque, exploratique Juris est,
60 similium Beneficiorum incompatibilium cumu-
lationem sine dispensatione in eadem persona
superius memoratis regulis prohiberi, & probat
Fagnan. in cap. Cum jamdudum num. 38. & seqq.
de Præbend. tom. 4. in primam par. 3. Decretal.
fol. 121. & in cap. Literas num. 39., & seqq. de
concession. Præbend. eodem tom. 4. fol. 245.

His enim, ut dicebam, omissis, sermo præ-
cipuè hic erit de Beneficiis, utraque incompati-
61 bilitate carentibus, qualia sunt illa, quæ appel-
lantur simplicia, in quibus etiam spectanda qui-
dem, servandaque videbatur regula, quâ Gre-
gorius scribens omnibus Episcopis, ait = *Singu-*
la Ecclesiasticè Juris Officia, singulis quibusque
Personis singulatim committi jubemus = quemad-
modum legitur in *Canone primo distinct. 89.*, At
nihilominus moderato veteris disciplinæ rigore,
62 illorum pluralitas tolerari, vel faciliùs ex di-
spensatione saltem admitti deindè cœpit; quia
respectu eorumdem incompatibilitas non oritur
ex natura, seù qualitate ipsa Beneficiorum, nèc
63 ex circumstantiis circa ministeria, vel residen-
tiam; Sed veluti ex accidenti, sive effectu in-
compatibilia redduntur, quia nempè ex prava
cupiditate, turpisque lucri, & avaritiæ causa cu-
mulata persæpè reperiuntur in uno, eodemque
Beneficiario, qui alioquin ex uno, vel ex duo-
bus, si unum non sufficeret, Beneficiis, com-
modè consequi valens necessaria vitæ subsidia,
plura illorum occupando, pauperibus Clericis
præripit stipendia, juxtà rectæ dispensationis re-
gulas, inter eosdem distribuenda.

Hoc namque casu, Beneficia, qualiacunque
sint, nimirùm etiam simplicia, retineri minimè
64 possunt, quando superflua sunt congruæ substen-
tationi provisi de pluribus ejusmodi Beneficiis,
id enim adversari Canonici Juris regulis, pro-
batur argumento ducto ex *Textu in Cap. Cum*
teneamur 6. de Præbend. in quo Alexander III.
sic rescripsit = *si mandatum nostrum prò alicujus*
provisione receperis, qui aliud Beneficium habeat,
de quo valeat commodè substentari æquanimiter
sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxe-
ris exequendum = eademque ex ratione Bonifa-
cius VIII. *in Cap. Is cui 19. eodem tit. lib. 6.* san-
civit, quod = *Is, cui conceditur, ut authoritate*
Apostolica possit uni personæ idoneæ in suo, vel
alia Ecclesia providere: alicui aliud Beneficium
sufficiens obtinenti providere non potest: nisi pri-
mò ille Beneficium, quod obtinet, omninò dimittat, 65
vel nisi in concessione hujusmodi sit expressum,
quod aliàs beneficiato valeat providere personæ =, 66
Glos. final. in Cap. Cum adeò 17. de rescript. di-
cens = *quod qui habet sufficiens Beneficium ad*
aliud Beneficium reputatur indigens = similibus-
que verbis loquitur alia *Glossa*, pariter *finalis in*
Cap. Conquerente 6. de Cleric. non resident, &
prius dixerat *Glossa*, communiter recepta *in Cap.*
Dudum Ecclesia 54. verb. intitulatam, præsertim
in fin. de election., *Abb. in d. Cap. Conquerente*
num. 2., inquiens = *tertiò nota, unum valde no-*
tabile, & non tradendum oblivioni, quod habens
duo Beneficia, quamvis simplicia, quorum alte-
rum sufficit per sè ad vitam Beneficiarii, potest
legitimè altero privari. Habes igitur casum so-
lemnem privandi quem Beneficio suo quamvis ve-
lit in illo residere = *Idem Abb. in Cap. Cum jam-*
dudum 18. num. 8. de Præbend., ibi = *Si verò non*
requirant residentiam, puta quia consuetudo est
in oppositum, quæ satis valet in simplicibus &c.
& tunc aut sufficit unum ad congrue substentan-
dum Clericum, & non licet tenere plura Benefi-
cia propter utilitatem propriam imò est peccatum
mortale, cum sit ibi vitium ambitionis, & ava-
ritiæ, & occupet stipendia aliorum pauperum &c.
aut unum per sè non sufficit, & licet tenere plura
usque ad congruam substentationem = idque etiam
docuit in *Cap. Extirpandæ 30. §. Qui verò n. 34.*
& seqq. eodem tit. de Præbend., & fuit opinio
Hostiensis, qui sensit indistinctè, non licere cui- 67
quam absque dispensatione Papæ obtinere plu-
res Præbendas, vel Beneficia simplicia, cujus
opinio contra Innocentium approbata dicitur à
Concilio, ut apud *Fagnan. in Cap. Cum jamdu-*
dum nu. 32. de Præbend. tom. 4. in primam par. 3.
Decretal. fol. 120.

Quamobrem rectè *Thomassinus d. lib. 3. cap. 7.*
num. 4. post relatam sententiam *Innocentii III.*
rescribentis Episcopis Galliæ quod = *licèt circà*
eandem personam Beneficiorum sit semper super-
fluitas improbanda, nonnunquam tamen est tole-
randa pluralitas, statu personæ providâ conside-
ratione pensato = animadvertens, quàm providè
per illam provideretur necessariis vitæ subsidiis
Beneficiarii, rectè ait, eandem tradi regulam *quâ*
nulla præclarior, nulla certior in tota Beneficio-
rum pertractatione. Damnanda in ijs semper super- 68
fluitas, pluralitas toleranda quandoque, pluralita-
tem excusat quandoque necessitas, cui sè charitas
accommodat: superfluitatem nulla utique neces-
sitas unquam excusat, ità damnabilem semper fa-
cit cupiditas. Itaque earum etiam Beneficiarum,
quæ à residentia, & ab animarum cura liberæ
sunt, & expedita, pluralitas non necessaria, hoc
est superfluitas, semper in vitia est, & canonicis
legibus, sin minùs earum verbis, certè scopo, &
fini, ac volantati contraria est =.

Utque idem prosequitur *num. 5.*, licèt plerum-
que Sacri Canones, & Patres verba faciant de
Beneficiis, quæ duplicia sunt propter implica-
tam residentiæ, aut regiminis animarum neces-
sita-

sitatem, attamen, quæ ab illis tela vibrantur,
69 ejusmodi sunt, quæ omnium prorsus Beneficio-
rum pluralitatem confingant, peræque enim in
simplicibus, & minoribus Beneficiis perversum,
& propudiosum est de rebus Ecclesiæ, quæ pa-
trimonium sunt Pauperum, tantum ab uno dis-
sipari, quantum pluribus sufficeret, uniuscujus-
que superllua redundantia tàm multos turpi
mendicitate conflictari, ut fere his verbis loqui-
tur *d. num. 5. vers. & ille quidem*. Vehementis-
simè pariter contrà hanc veteris disciplinæ, &
Ecclesiastici Ordinis perturbationem iovehunt
Gaufridus Abbas, discipulus *S. Bernardi in de-
clamationibus de colloquio Simonis cum Jesu*,
collectis ex sermonibus dicti Sancti, ex quibus
Opusculum suum confecit, ut habetur *cap. 13., & seqq., Div. Thom. quadlibeto 9. artic. 15., Card. Papiensis Epistol. 547., & 548. ad Card.*
70 *Mantuanum*. Nam simplicia quoque Beneficia
in Ecclesiæ patrimonio, & Christi hereditate
sunt, *Abb. in Cap. Dudum Ecclesia 54. num. 19. de elect., Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 1. §. Final.*, in qua, & per quam Ecclesiæ stipen-
diis substentari debent, qui Divinis obsequiis
adscribuntur = *cum secundùm Apostolum, qui Altari servit, vivere debet de Altari: & qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede* = ut
rescripsit Innocentius III. *Zamorensi* Episcopo
in Cap. Cum secundum 16. de Præbend., idemque lib. 1. Epist. 82. ad Auxitanum Archiepisco-
pum ait, quod *Dignitates, & cætera Beneficia Ecclesiastica pia fidelium devotione constituta fuerunt, certis assignanda personis, ut per ipsas personas in Ecclesiis devotum servitium jugiter impendatur* =, *Van. Espen. in Jus Ecclesf. universf. tom. 2. tit. 28. cap. 1. ex Tridentina Synodo sess. 21. cap. 3. de reformat. dicens = Beneficia ad Divinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda esse constituta*: idcircò etiam illa comprehen-
duntur sub regulis à Sacris Canonibus constitutis
super recta Beneficiorum, & redituum Ecclesia-
sticorum dispensatione, ne Christi Patrimonium
improvide disperdatur, *Abb. in d. Cap. Dudum Ecclesia num. 26. in fin. in annot. ad dec. 90. par. 9. rec. tom. 1. à num. 45. ad tot. num. 51., & in annot. ad decis. 254. ejusdem partis 9. tom. 1. n. 148. & seq. & ibidem num. 157. & seq*

Præclari autem, & in hac tractatione præstan-
tissimi Authoris, *Thomasini* nempe vestigia se-
71 quendo, animadvertendum est, quod, si distin-
ctio duplicium, & simplicium Beneficiorum in-
cognita prorsùs antiquis Canonibus, eò quòd
Beneficiorum collatio ab ipsa ordinatione sepa-
rata non esset, & ordinari ad aliquam Ecclesiam,
eique in ipsa ordinatione adscribi, juxtà antiqui
temporis disciplinam, esset illius Ecclesiæ Be-
neficiatum constitui, ut superius dixi, & latè
apud *eundem part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 9. & duob. seqq. cap. 4. num. 5., & cap. 6. num. 3. & seq., & eadem part 2. lib. 3. cap. 34. num. 1.*, ubi inter ce-
tera notat, quod mille, & ducentum amplius
72 annis nulla fuere vestigia, ac nè umbra quidem
ejus distinctionis, quâ alia dicuntur compatibi-
lia, alia incompatibilia esse Beneficia, & rursus
alia strictæ, alia liberæ residentiæ, *& num. 2. & seqq., Van. Espen. in Jus Ecclesf: universf. tom. 2. tit. 20. cap. 1. num. 799.*; si, ut dicebam, talis
Beneficiorum distinctio à primævo Ecclesiæ in-
stituto penitùs aberrans, non aliunde ortum
duxit, quàm à torpore, & oscitantia Pastorum,
vel à Clericorum supinitate, solventium vincu-
lum illud, quo Beneficiarii residendi lege illi-
gabantur; errori huic per necessariam toleran-
tiam dissimulato, gravior alius adjiciendus non
est error, ex temeraria Beneficiorum coacerva-
tione, paritèr pristinis Canonibus ignota, eo 73
palliata velo, quod soluta jam sint ex residentiæ
vinculo, ut optimè ipse admonet *d. lib. 3. cap. 7. sub num. 5. §. Adde quod ea distinctio*, quando
inde promanant plurima mala, quibus Ecclesia-
sticus ordo pervertitur, & Ecclesiastica discipli-
na æquè deformatur, tam si plura duplicia, quam 74
etiam si plura simplicia io una, eademque
persona cumulentur; quæ mala licet compen-
diosè attigerim superioribus locis, singillatim
tamen mox illa persequar, demonstrando, plu-
rimas deformitates, & inordinationes conside-
ratas in pluralitate Beneficiorum duplicium,
scandalo, & offensioni esse etiam respectu sim-
plicium.

Prima autem deformitas, & inordinatio,
ob quam damnatur Beneficiorum pluralitas, est
quia cum illa oriatur ex radice avaritiæ, & im- 75
probæ cupiditatis, ut ex *Canone 15. 7. Synodi relato num. 14., & in d. cap. dudum 54. de election. cap. quia nonnulli 3. de Cleric. non resident. capit. quia in tantum 5. ubi Hostiens., Joan. Andr. Butr., Abb., Barbos. num. 2. & alii, cap. cum jamdudum 18., & cap. de multa 28. de Præbend., & Dignitat., Joannes XXII. in d. Extravag. Execrabilis eodem tit. de Præbend.*, inquiens = *Execrabilis quorundam tàm Religiosorum, quàm Secularium ambitio, quæ semper plus ambiens, eò magis fit insatiabilis*, = quibus demum additur
Sacrosancti *Tridentina Synodus cap. 17. sess. 24. de reformat.*, de quo suo loco loquar: ex eadem
pariter vitiosa radice pullulat prava cupiditas
consequendi plura Beneficia simplicia, *Abb. in cap. jamdudum 18. num. 8. de Præbend.*, ubi de
illis loquens ait, quod = *aut sufficit unum ad congruè substentandum Clericum, & non licet tenere plura Beneficia propter utilitatem propriam, imò est peccatum mortale, cum sit sibi vitium ambitionis, & avaritiæ, & occupet stipendia aliorum pauperum*, = quibusmet verbis loquitur
etiam *Alphons. Villagut. in suis consult. decisiv. decis. 16. num. 19., Passeriu. in lib. 1. 6. Decretal. de Consuetudin. cap. Consuetudinem 1. quæst. 2. art. 1. num. 341., & 342., Sotus de justit., & Jur. lib. 3. quæst. 6. artic. 3. col. 2. vers. esca, & fomentum, & in d. annot. ad decis. 90. par. 9. recent. tom 1. num. 40.*

Imò vero justâ ratione dici potest, quod ad
hujusmodi simplicia Beneficia aucupanda, ma-
gis quam ad quærenda majora, alia nempè, quæ 76
duplicia sunt, impellat sola improba turpis lucri
cupiditas, quod illa, absque ullo tamen Digni-
tatis augumento afferunt, & quidem vel cum

nullo, vel nonnisi cum exiguo onere recitandi horas canonicas: quando e contrario majora, Episcopatus nempè, cum Dignitatis incremento, & Beneficia curata, aliaque residentiam requirentia, licèt afferant lucrum, gravia tamen, & assidua annexa habent onera, si eadem ab illorum Possessoribus cum suæ, & Subditorum animarum salutis periculo, & jactura minime detrectentur.

At gravior est altera inordinatio pariter oriens ex pluralitate Beneficiorum, tàm duplicibus,
77 quàm simplicibus Beneficiis communis: nàm, ut ait Divus Hieronymus, relatus distinct.44. ante Canonem 1. de Altario vivere, non luxuriari permittitur = cui concordat Divus Bernardus Epist.2. ad Fulconem, dicens = Conceditur ergo tibi, ut, si benè deservis, de Altario vivas, non autem ut de Altario luxurieris, ut de Altario superbias, ut indè compares tibi fræna aurea, sellos depictas, calcaria deargentata, varia, griseaque pelliceu à collo, & manibus ornatu purpureo diversificata = ubi demum concludit his verbis = denique quidquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de Altario detines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est = cujus sententia refertur in annotatione ad decis.460. num.102., & seqq. tom.2. par.4. rec., & rursus in annotat. ad decis.254. num.194. tom.1. par.9. rec., An autem ferenda forte erit pluralitas ista respectu Beneficiorum simplicium, quibus etiam = vitiorum sentibus fomentum periculosè præbetur? ut in d. Extravaganti Execrabilis vers. & vitiorum, ubi Glossa in verb. fomentum dicit = Superfluæ etenim, & exquisitæ deliciæ sunt vitiis alimenta: = Nonne ex tali redituum Ecclesiasticorum affluentia undecumque illi proveniant, dissolutioni præparatur materia? Ut in cap. Cum singula. 32. de Præbend. lib.6., in vestibus videlicet, & moribus, Glos. in cap. final. verb. dissolutionis de rescript., & in cap. quia in tantum 5. de Præbend. & dignit. ac in verb. dissolutionis notarunt. ibi = Hostiens. & Jo: Andr. Card. in 4. notab., Abb. ibidem sub num.3., Fagnan. in cap. quia in tantum de Præbend. num.4., ubi post illos allegatos, bene ait = ex adipe prodit iniquitas, ut dicitur psalm. 72., & rursus in Cantico Moysis Deuteron. 32. 15., incrassatus est dilectus, & recalcitravit, impinguatus, incrassatus, dilatatus = tom.4. in 1. par. 3. Decretal. fol.92., Gonzal. in d. cap. de multa num.10. sub initium, Passerin. in lib.1. 6. Decretal. de Consuetudin. cap. Consuetudinem 1. quæst.2. artic.1. num.343., Rebuff. in prax. benefic. tit. de pluralit. Benefic. num.12. & seq., Cobassut. in jus Canon. lib.2. cap.26. sub num.6.; Quamobrem Thomassinus tom.2. d. lib.1. cap.1., postquam retulerat, qualis priscis seculis fuerit in temporali, & in spirituali Ecclesiæ administratio num.7. in fin. animadvertit, quod ex illius novatione pedetentim introducta = emersit illa portentosa in Cleri disciplina fœditas, de qua dolent, gemuntque mirum in modum pii, & cordati omnes, alios rebus necessariis destitui, dum alii sacras opes, & patrimonia pauperum otio, & luxu diffluenter dilapidant.

At ex eodem Thomassino d. lib.3. cap.7. num.4. & seqq., non minus dolendum, gemendumque est, quod ex occupatione ab uno facta plurium 78
stipendiorum, quæ distribui possent in plures Clericos pauperes, meritisque præstantiores sequitur maxima inæqualitas, & læsio justitiæ distributivæ, ut animadvertit Div. Thomas quodlibeto 9. art.15., ibi = Sequitur etiam inæqualitas, dum unus pluribus Beneficiis abundat, & alius nec unum habere potest = quod detestatur dicta Extravagans Execrabilis, verbis illis = interdùm unius, qui unicum, quamvis modicum vix officium implere sufficeret plurimorum sibi vindicat stipendia, quæ multis literatis Viris, vitæ puritate, ac testimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant, possent abundè sufficere æquà distributione collata, = Abb. in cap. cum jamdudum 18. n.8., dicens = cum sit ibi vitium ambitionis, & avaritiæ & occupet stipendia aliorum pauperum = Fagnan. in cap. quia nonnulli num.2. in fin. de Cleric. non resident. tom.4. in 1. par. 3. Decretal. & in dicta cap. quia in tantum sub num.9. de Præben., Passerin. sæpecitat. quæst.2. artic.1. sub num.347. in princip., & sub eodem num. vers. quarta est inæqualitas, Sotus de just. & Jur. lib.1. quæst.6. d. art.3. col.2. vers. & quarta indè sequitur, Rebuff. in prax. benefic. par.2. tit. de dispensat. ad plura Beneficia num.1. 9. & seq., Van. Espen. in jus Eccles. univ. tom.2. tit.20. cap.1. num.9., Anaclet. Reinfestuel. theolog. moral. tract. 11. distinct.2. quæst.1. sub num.1., Cabass. loco mox allegat., Amayden. de styl. Datar. lib.1. cap.16. §.3. num.27., & in annot. ad d. decis.90. num.42. & 54. tom.1. par.9. rec.

Ejusmodi autèm perniciosa inæqualitas destruens universas justitiæ distributivæ & rectæ dispensationis regulas, quantùm abominanda sit, confirmatur ex gravi sententia Divi Ambrosii in Canon. Sicut ii §. Nunquid iniquus est Deus, distinct.47. ajentis = nunquid iniquus est Deus, ut nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? Ut tu quidem esses affluens, & abundans, aliis verò deesset, & egerent? An idcircò magis quia, & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu verò susceptis Dei muneribus, etsi in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, si tùm multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tàm injustus, tàm avidus, tàm avarus, quàm qui multorum alimenta suum non usum, sed abundantiam, & delicias facit? Neque enim minùs est criminis habenti tollere, quàm cum possis, & abundes indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terram defodis. Tot ergo scias invadere Bona, quot possis præstare quod velis = Divo Ambrosio consonat S. Gregorius VII., qui in Concilio Lateranensi Canon.7. relato in Canone 1. §. Has verò decimas caus.16. quæst.7. ita loquitur = Has verò decimas sub manu Episcopi fore censemus, ut ille, qui cæteris præest, omnibus justè distribuat, nec cuiquam personæ honorabilius exhibeat, undè alis scrupulose

corde

corde moveantur : sed sint omnia communia : quia inhonestum videtur, ut alii Sacerdotes habeant, alii verò detrimentum patiantur : sed sicut una est fides catholica, ità necesse est, ut ille, qui provisor est loci, quamvis multæ sint Ecclesiæ, omnibus tamen fideliter distribuit = quem *Gregorii* locum beoè ad rem nostram expendit *Fagnan. in d. capit. quia nonnulli superiori §. Allegatus*.

Accedit his, quod, quando quis præripit plura Beneficia, quorum unum sufficiens esset illius
79 substentationi, indè sequitur diminutio cultus Divini, & officia, propter quæ dantur Beneficia omittuntur, *cap. final. de rescript. lib.6.*, *Glost. in cap. final. verb. perpetuas Vicarias in fine de offic. ordin.*; ut enim ait *Rebuff. in prax. benefic. par.2. d. tit. Dispensatio de non residendo num.2. fol.208.*, prò servitio spirituali institutum est Beneficium, quemadmodum pro temporali servitio constituta sunt Feuda. Ex cumulatione quippè plurium Beneficiorum in uno minuuntur
80 Ecclesiastici Operarii, & Beneficiarii, qui horas canonicas singulis diebus recitent, & preces Deo prò Fidelibus offerant, ut benè arguitur ex *Divo Thoma d. quodlibeto 9. art.15. vers. in numera harum actionum*, *Sotus d. quæst.6. artic.3. colum.2. vers. primum quia ratio*, *Passerin. dict. cap. Consuetudinem quæst.2. art.1. num.347. versic. secunda causa est*, *Fagnan. d. cap. quia intantum num.9.*, *Paris. de resignat. lib.5. quæst.6. num.117.*, *Anaclet. Reinfestuel. dict. quæst.1. num.1.*, *Rebuff. in prax. benefic. tit. de dispensat. ad plura Beneficia num.17. fol.168.*, & *Van. Espen. in Jus Eccles. univ. tom.2. tit.20. cap.1. num.10.*

Nèc sanè desunt aliæ inordinationes multæ (quas tamen consultò omittò, nè longiùs progrediatur oratio) manantes ex tali pluralitate,
81 quam, ut dictum est §. *Quamobrem rectè non excusat quandoque necessitas, cui se charitas accommodat*, scandalum videlicet, & oblocutiones, frustratio voluntatis, & intentionis Testatorum,
82 Beneficia instituentium, ut augeantur in Ecclesia Operarii, non ut in uno illa cumulentur; Consequens etiam his est studiorum neglectus,
83 dum spes Bonorum debilitatur, quia meritorum ratio non habetur, & quia avida Ditiorum avaritia impedimento est Pauperibus, nè promoveantur, & denique universus Ordo Ecclesiasticus perturbatur, ut benè animadvertunt Doctores, superioribus locis allegati, & probant *Div. Thomas dict. quodlibeto 9. artic.15. vers. sequitur etiam in aliquibus*, *Sotus d. artic.3. col.2. vers. & sextò id in causa est*, & *col.5. vers. addiderim autem*, *Thomasin. de Benefic. par.2. lib.3. cap.9. sub num.11. §. His ille rationes*, & *§. seq.*, & *latiùs sub numer.17. §. Itaque accumulari*, & *§. Seq.*, *Anaclet Reinfestuel. loc. mox citat.*, & *in annot. ad dec.254. par.9. rec. tom.1. num.141. & seqq.*

Jure igitur, meritòque, ob tot inordinationes, quibus Ecclesiasticus Ordo pervertebatur, & deformitates, quibus Ecclesiastica disciplina fœdabatur, omnesque demùm justitiæ distributivæ regulæ penitùs perfriogebantur, pluralitas Beneficiorum, nedùm tamquàm omnibus positivis Legibus contraria, sed tanquam naturali 84
juri inimica, ubique damnata reperitur, *Van. Espen. in Jus Eccles. univ. tom.2. tit.20. cap.1: num.13. cap.2.*, & *cap.5. utrobique num.1.*; proptereaque animam ducere dicitur ad certum interitum, quia, si cum dispensatione non concurrat justa causa, sinè peccato plura Beneficia 85
retineri non possunt, ut ex *Divo Thoma*, & ex antiquioribus Canonistis tradit *Fagnan. in pluries citato cap. quia in tantum num.6. de Præbend.*, *Acunba in 1. par. Decreti Can. Singula num.4.* *aliique relati in annotat. ad decis.254. num.157. & seq. & rursùs num.187. & seq. par.9. rec.*, *ut dictum est suprà*, & latiùs hæc probabo in §. IV. cum agam de dispensatione à prohibitione retinendi plura Beneficia. Non omittendo tamèn hìc ex *Spondano in continuatione Annal. Card. Baronis ad annum Christi 1238. num.15.* referre miserandum exemplum Philippi Cancellarii Parisiensis, qui à Guillelmo Parisiensi Episcopo, scientiâ & pietate præclaro = *cum in ægritudine ab eo monitus plura, quæ habebat, Beneficia, una pinguiore excepto, dimittere, miser negando respondisset, experiri sè velle, utrum id esset damnabile. Magna proculdubio fiducia, quasi facile esset post hanc vitam ab ejusmodi experimentis resilire, majorique vitæ æternæ despectu, ut tantillo momentanei commodi usu, seù potiùs abusu, inferre iste non dubitaverit, tanquam lude tesserarum in periculum æternorum cruciatuum* = ad quæ sè esse in perpetuum damnatum, apparens post mortem, eidem Guillelmo Episcopo significavit; cui exemplo à pluribus etiam ex nostris relato, idem *n.16.*, aliud non absimile addit, à *Jacobo de Vitriaco* egregiæ doctrinę, & famæ Cardinali relato *in Vita B. Mariæ Oegniacensis* cœlesti prudentiâ, & pietate fœminæ, quod pariter refertur à *Thomas. par.2. lib.3. cap.9. num.12.*

Quamquam verò tantis malis ex superflua Beneficiorum qualicumque pluralitate provenientibus, Romani Pontifices, & Concilia efficacia remedia adhibere curaverint, ut *ex Van. Espen. d. tit.20. cap.2.*; nihilominùs tamen cum raro fructu plerumque id eveniebat, quia prò temporum quandoque ratione, atque infelicitate patienter toleranda, atque dissimulanda fuerunt, quum videlicet effrenata ubique regnabat licentia, quâ unus importunâ improbitate plurima extorquebat Beneficia, quibus suam execrabilem ambitionem, & insatiabilem expleret cupiditatem; incidebant enim eæ quandoque temporum angustiæ, ubi, cùm nèc mala sua mortales, nec remedia ferre possent, eo certè tempore restaurari non poterat primigenia, & canonica Beneficiorum, etiàm simplicium disciplina, unitasque, quam demùm, ut loquitur *Thomasin. d. cap.7. num.6.*, sanctissimè feliciterque restituit *Sacrosancta Tridentina Synodus sess.24. de reformat. cap.17:*, quo sancitur, quod = *Cum Ecclesiasticus ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum; sanctè Sacris Canonibus cautum fuit, neminem*

oportere in duabus Ecclesiis conscribi. Verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu sè ipsos, non Deum decipientes, ea, quæ benè constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul Beneficia obtinere non erubescunt, Sancta Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens præsenti Decreto, quod in quibuscumque personis quocumque titulo etiamsi CARDINALATUS honore fulgentibus, mandat observari; statuit, ut in posterum unum tantum Beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur. Quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominùs aliud simplex Beneficium, dummodò utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. =

Clara hæc, & perspicua verba Conciliarii Decreti, quamquàm non indigeant Glossâ, & interpretatione, ut ait Card. de Luca de Benefic. disc.119. num.2. in fin. in supplement. par.4.; nihilominus tamen Fagnanus in d. cap. cum jàmdudum num.31. & seqq. de Præbend. tom.4. in prim par.3. Decretal. fol.120. ait, quod in d. Decreto = ponderanda sunt singula verba, quæ videntur studiosè adposita propter dissidentes antiquorum opiniones = ideoque Sancta Synodus non solum in usum restituere voluit antiquos Canones super pluralitate Beneficiorum, qui, vel per jura posteriora, aut per contrariam consuetudinem videbantur abrogati, sed novum jus inducere voluit, quo, quoad fieri poterat, respectu etiàm Beneficiorum simplicium instauratis pristinis regulis, eorum pluralitas prohiberetur, ut tradunt Fagnan. in cap. de multo num.3., & seq. de Præben. & Dignit. tom.4. in 3. par.1. Decretal. fol.143., Gollemart., & Barbos. ad d. Decretum, idem Barbosa de offic., & potest. Episc. par.3. alleg.62. n.1., Paris. de resign. lib.5. qu.6. n.115., Ugolin. de offic., & potest. Episc. cap.14. §.2. n.1. circà fin., Garz. de Benefic. par.11. num.1. in fin. lib.3. de Præbend., Salzed. ad Diaz. in prax. crimin. Canonic. cap.48. tit. Beneficia plura possidens verb. quamvis simplicia lit.C. vers. quæ opinio, & etiam de Decretis Sac. Congregationis id declarantibus fit mentio tum in d. annotatione ad decis.90. par.9. rec. num.66., tum apud alios mox allegatos Authores.

Hoc autem Decreto ambigi nequit comprehendi quoquè S. R. E. Cardinales, tum quia in
86 eodem expreisè nominantur, tum etiam quia
ratio in proemio ejusdem expressa, quod videlicet = Ecclesiasticus Ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum =, & rursus permissio quod, si unum tantùm Beneficium ad Beneficiarii substentationem non sufficiat aliud simplex sufficiens liceat eidem conferri, tàm S. R. E. Cardinalibus, quàm quibuscumque aliis quavis majori dignitate fulgentibus personis æquè convenit, Fagnan. in d. Cap. Cum jamdudum num.33. de Præbend., & meliùs idem in Cap. Si quis sanè num.33. §. Limitatio autem inquiens = quam quidem decentiam, & honestatem contemplata etiam fuit Tridentina Synodus, dum in Decreto cap.17. sess.24., quod in quibuscumque personis etiam S. R. E. Cardinalibus mandat observari, statuit, ut in posterum unum tantùm Beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur; quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, honestè substentandam non sufficiat, liceat nihilominùs aliud simplex sufficiens eidem conferri, de pecul. Cleric. tom.4. in primam part.3. Decretal. fol.313., Ugolinus de offic., & potest. Episcop. d. cap.14. §.2. num.1. in fine, Paris. de resignation. lib.5. quæst.6. num.115. & seq., dicens = ratio autem erit, quæ ponitur in principio dicti Decreti &c. cum Ecclesiasticus ordo pervertatur, quando unus plurium Officia occupat Clericorum =, Barbosa ad Concil. Trident. d. cap.17. num.2., & de offic., & potest. Episc. part.3. allegat.62. num.1. in fine, ibi = & loquitur Concilium etiam de Cardinalibus = Ricc. decis. Cur. Archiepiscop.
part.4. decis.236. num.1. in fine; quinimò d. De- 87
cretum tanquam generalissime loquens habere locum in provisionibus etiam Apostolicis factis quibuscumque personis, post Gonzalez. ad regul.8. Glos.15. num.35. ait Pax Jordan. variar. elucubrat. tom.2. lib.10. tit.28. num.47. sic inquiens = quod autem d. caput 17. Tridentini procedat etiam in provisionibus Apostolicis, deducitur ex generalissima literæ dispositione omnes personas majores, & minores, etiam S. R. E. Cardinales comprehendente, sentitque Gonzalez &c., & in d. annot. ad decis.254. num.144., num.425. part.9. Recen.

Sancta namque Synodus lenire cupiens offensionem quam afferebat pluralitas Beneficiorum, illam pluribus locis moderata fuit respectu quoquè S. R. E. Cardinalium, in usum restituendo antiquos Canones, probè enim noverat, ex il-
lorum multitudine, tametsi coacervata in uno 88
ex Eminentissimis Patribus, prodire inordinationes superioribus locis enumeratas, quod nempè, ut supra dictum est, alii rebus necessariis destituantur, dùm alii Sacras opes, & patrimonia Pauperum, otio, & luxu diffluentes dilapidant, quemadmodum olim loquendo de S. R. E. Cardinalibus deplorabant Alvarus Pelagius de planctu Ecclesiæ lib.2. cap.16. colum.3. fol.50. à tergo, & Cardinal. Papiensis alibi citata Epistola 548.

At, quoniam, ut alibi notatum est, cum juxtà Rescriptum Innocentii III. ad Episcopos Galliæ
nonnunquam tamen sit toleranda pluralitas, statu 89
personæ providâ consideratione pensato =, & rursus idem in Concilio Generali Lateranensi relato in Cap. De multa 28. in fin. statuerit, quod = circa sublimes tamen, & literatas personas, quæ
majoribus sunt Beneficiis honorandæ: cum ratio 90
postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari = de Præbend., & Dignitat.: idcircò Sancta Synodus, quæ ità probibuit Beneficiorum pluralitatem, ut viceversâ providere voluerit congruæ substentationi illius, cui Beneficia con-
ferenda sunt, quæ quidem sufficientia metienda 91
est ex dignitate, gradu, nobilitate, & scientia personæ majoribus reditibus honorandæ, juxta Gloss. in Cap. Cum adeò 17. verb. sufficientiam de rescript., & in Cap. Conquerente eodem verbo de Cleric. non residen., Acunba in primam part.
De-

Decreti Canon. neminem num.3. distinct.70., Fa-
gnan. loc. citat. num.32., & in Cap. Episcopus
num.13., & seqq. de Præbend. ubi ait, quod spe-
92 ctandus etiam sit mos Patriæ, & Regionis requi-
rentis majores, vel minores expensas tom.4. in
primam part.3. Decretal. fol.86., Fragos. de re-
gim. Reipub. Christian. tom.2. disput.9. §.2. n.4.,
& seqq., Barbos. ad Concil. d. cap.17. num.17.,
Rosa de recta distributione redituum Ecclesiasti-
93 cor. cap.1. num.63., potiori sanè jure Cardinales
ob summam eorum dignitatem à Summo Pon-
tifice dispensandi erunt ad pluralitatem Benefi-
ciorum, quibus tàm ipsi, quàm familia, quæ
ipsi inservit, commodè, & honestè substentari
queat, Jo: Andr. in addition. ad speculat. tit. de
legat., Innocent. in Cap. Jamdudum de Præbend.,
Abb. in Cap. De multa num.5. & 6., ibique
etiam Gonzalez sub num.4. eodem tit., Felin. in
Cap. Nonnalli num.63. de rescript., Gomez. in
proemio regul Cancellar. quæst.4., & ad regul.
de idiomat. quæst.3. vers. sed positis, Germon. de
Indult. Cardinal. §. Tibi quoad vixeris num.14.
fol.431., & Azor. Instit. moral. part.2. lib.6.
cap.12. quæsit.5., ubi plures affert rationes favo-
re ipsorum.

Enim verò san: mem: Innocentius XII. ani-
madvertens, justum modum, quem absque Or-
dinis Ecclesiastici turbatione Sancta Synodus
constituerat respectu quoque S. R. E. Cardina-
lium servandum, à suis Prædecessoribus trans-
gressum fuisse, qui prodigè non raro distribue-
rant Beneficia in Consanguineos, aliasque bene-
volas personas; edere idcircò decrevit Constitu-
tionem, quâ innovando Saerorum Canonum
præcepta, & regulas, justa præscriberetur nor-
ma, deinceps à suis Successoribus servanda, ut
legitur in d. Constitutione, quæ, spectatâ cano-
nicâ disciplinâ, quam in ea restituere velle pro-
fessus fuit d. Summus Pontifex, restringi nequit
ad solos Consanguineos, sed comprehendit Fa-
miliares quoque, aliasque similes personas, qui-
bus posthabitis justitiæ distributivæ regulis, ex
immoderata animi affectione multitudo Benefi-
ciorum conferretur, ut sequenti §. probabo.

§. III.

*Que probatur, dictam Innocentianam Constitutio-
nem restringendam minimè esse ad solos Consan-
guineos, vel Affines Romani Pontificis, seù
eorum loco adlectos, sed sub eadem comprehen-
di Familiares etiam, Aulicos, similesque Perso-
nas, Summi Pontificis servitio addictos.*

ANtequam aggrediar probationem assumpti,
quod in hoc §. Mihi proposui, abs re mi-
94 nimè esse reor admonere, quod agitur de
Constitutione favorabili, qualis, spectatâ inten-
tione illius Conditoris, unicè ad hunc effectum
95 attendenda, est illa, de qua agitur, Spad. con-
sil.18. num.22. lib. primo, Suarez. de legib. lib.5.
cap.2. num.12. & seqq., & lib.6. cap.4. num.5.,
bon: mem: R. P. D. Fattinell. ad Bull. Baron. ob-
serv. primo num.3. & seqq., Rota dec.117. num.1,
num.5. & 6. part.1. divers.; Summus namque
Pontifex id unum per eam intendere, atque in
id unum vota omnia sua, veluti in causam fina-
lem dirigere velle pluries, pluriesque declara-
vit, videlicet, ut se conformando ad Canonica 96
Instituta, & Ecclesiasticam disciplinam, for-
mam, normamque præscriberet, quâ Beneficia
secundùm prudentiæ, æquitatis, & justitiæ re-
gulas ministrantibus in Ecclesia prò uniuscujus-
que merito assignentur, nullâ prorsus carnis,
aut sanguinis ratione habitâ, omnique humani
affectus propensione posthabitâ; ambigi autem
nequit, quin hujusmodi Constitutio, quâ instau-
rantur, firmiùsque coustabiliuntur hæ sanctissi-
mæ regulæ, favorabilis dicenda sit, qualis sem- 97
per reputatur lex materiam reducens ad termi-
nos Juris antiqui, Fattinell. d. observ.1. num.2.,
Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. §. Primo proe-
mial. num.47., & §.6. proem. num.28., Paris. de
resignat. lib.11. quæst.11. num. final., clar. mem.
Card. de Luc. de regular. disc.2. num.12., Rot.
coram Crescentio decis.3. de privileg. num.6., in
recen. decis.36. num.45. part.5. tom.1., decis.179.
num.82. part.9. tom.1., & coram Eminentissimo
D. Card. Falconerio decis.12. num.3. tit.29. de
Rescript. tom.3.

Ut etiam, si talis reputanda est lex omnis, quæ,
explosis corruptelis, & abusibus, quibus cupidi-
tate, ambitione, & avaritiâ Ecclesiasticorum, 98
non sinè peccato canonica Instituta eludeban-
tur, omnia ad rectæ justitiæ tramites reducit,
Gonzal. ad regul.8. Cancel. in §.6. proemial. nu-
mer.32., & duob. seqq., & num.42. & seqq. &
num.39. & seqq., Paris. de resignat. lib.11. qu.1.
num. final., & lib.12. quæst.2. num.19., Pani-
mol. decis.164. num.9. & 19. tom.3.; indè enim
oritur summa illa, atque suprema ratio, quæ
longè favorabiliorem legem reddit, quia nem- 99
pè consulit saluti animarum, Ja: Andr. in Cap.
Ex tenore num.5. vers. illa enim Constitutio qui
fil. sint legitimi, Felin. in Cap. Auditis num.32.
de præscript., Fagnan. in Cap. Eam tè num.26. de
rescript., Geminian. cons.66. colum. final. in princ.,
Ancaran. cons.304. num.3., Imola cons.123. n.3.
Tusch. practicab. conclus. lit.O. conclus.67. n.46.
favorabilis proculdubio censenda est Constitutio
nostra, quia, sublatâ immoderatâ Beneficiorum
pluralitate, coercet improbitatem eorum, qui 100
nunquam satiati, plura semper aucupantur Sa-
cerdotia, vel illos, qui improvidè eadem quæ-
runt, admonet, quod ne temporalia lucra se-
ctando æternæ salutis jacturæ sè exponant; &
præter mox allegatos tradunt Bald. in cap. pri-
mo §. Si quis per sè si de feud. fuerit controv. in-
ter Domin., & agnat. de usib. feudor., Abb. in
cap.1. de postulat. Prælat., Paris. de resignat.
lib.10. quæst.7. num.9. & seqq., & lib.12. qu.2.
num.16. & 17., & num.21. ubi concordan., Man-
tic. de tacit. & ambig. lib.8. tit.7. sub num.36.,
& num.37., Palma allegat.348. num.25. & 26.
tom.4. Cum itaque manifestum sit, quod, si lex
ulla favorabilis dici potest, talis existimanda,
reputandaque sit d. Constitutio, justum modum 101
constituens distributioni Beneficiorum, quæ
con-

contrà canonicas regulas in Ecclesia fiebat ; inde sequitur, eandem favorabili prorsus interpretatione intelligendam esse, per Textum in leg. sancimus la 2. vers. cum enim Cod. de Sacros. Eccles., & cap. quamquam de censib. in 6., Pignatell. consult. can. tom.6. consult.85. num.258. vers., & tunc latior, Rota in Recent. decis.412. num.55. part.9. tom.2., in Leodien. Canonicatus primo Julii 1707. §. Minùs relevat. coram clar. mem. Card. Scotto, & d. decis.12. num.3. tit. de rescriptis coram Eminentissimo Falconerio tom.3.;
102 comprehendendo nimirum sub ejusdem censura casus, & personas omnes, quæ continentur sub amplitudine rationis, & causæ, ob quam promulgata est, etiamsi litera deficeret, Glossa in cap. primo de tempor. ordinat. in 6., Baldus in leg. illud post n.6. cod. de Sacros. Eccles., Spad. consf.102. num.9. & seqq. tom.1., Pignatell. consult. canon. tom.1. consult.109. num.6., & seq., consult.146. num.18., & consult.179. num.14., & melius, ac latè tom.4. consult.174. num.14. & duob. seqq.

103 Nam, si humanis legibus ex solæ res, & personæ comprehensæ dicendæ essent, quæ in eisdem expresse nominatæ leguntur, frustrà ex Cicerone secundo Rethoricar. admoneremur, multa in Legibus esse prçterita, quæ idcircò prçterita non arbitremur, quod ex ceteris, de quibus scriptum sit, intelligi possunt, ideoque, ut ibidem subdit = oportet conjecturà ex eo, quod scriptum sit, ad id, quod non scriptum sit perveni-
104 re, & neminem posse omnes res per scripturam amplecti, sed eum commodissimè scribere, qui curet, ut quædam ex quibusdam intelligantur = & rursus l.2. de inventione animadvertendo, quod = non
105 omnia scriptis sed quædam, quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus caventur = prò regula generali tradit non verba, sed voluntatem, & mentem loquentis spectandam esse, inquiens = nullam rem neque Legibus, neque scripturâ, nulla denique nè in sermone quidem quotidiano, atque imperiis domesticis, rectè posse administrari, si unusquisq; velit verba spectare, & non ad voluntatem ejus, qui verba habuerit, accedere = quamobrem rectè Modestinus lib.4. excusationum tradens in legibus,
106 & Constitutionibus interpretandis potiùs mentem, quàm verba spectanda esse, scripsit, quod etsi maximè verba Legis hunc habeant intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult, ut in leg. scire leges 13. §. Aliud etiam invenimus ff. de excusation. Tutor., Suarez. de legib. lib.6. cap.7.
107 sub num.11., quippe scire Leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim, ac potestatem, ex Cel-
108 so in leg. scire leges 17. ff. de legib., id est mentem, & voluntatem, ut explicat Gerard. Noodt in comment. ad lib.1. Digest. tit.3. §. At ambiguitas;
109 non enim licèt Jus civile calumniari, neque verba captare, sed qua mente quid dicatur animadvertere convenire, juxtà verba Pauli in leg. penult. ff. ad exhibendum.

Si igitur non possunt omnes articuli singillatim aut legibus, aut Senatus Consultis comprehendi,
110 sed cum in aliqua Causa sententia eorum manifesta est, is, qui Jurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita jus dicere debet = Leg. non possunt 12. ff de Legib., & ut rectè Ulpianus in leg. sequenti ait ex Pedio = quotiens lege aliquid unum, vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certè Jurisdictione suppleri = quod ipsum eleganti sententia explicavit Quintilianus declamation.31., dicens = Multa ergo invenientur frequenter, quæ Legum verbis non teneantur, sed ipsa vi, & potestate teneantur. =

Ut etiam, si idcirco juxta naturalis potius,
quàm legalis rationis dictamen = Non debet ali- 111
quis verba considerare, sed voluntatem, & intentionem quia non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni = ex sententia Divi Gregorii lib.26. moral. cap.7. relata in Canon. Humanæ aures 11. caus. 22. quæst.5., & in cap. Secundò requiris 41. de appellat., & Cap. intelligentia 6. de verb. signific.; quippè fraudem legi facere diceretur is, qui salvis verbis Legis, mentem ejus circumvenit, leg. contra legem facit 29. ff. de legibus = Fraus enim legi fit, ubi quod fieri nolait, fieri autem non vetait, id fit = ut in leg. seq. eodem tit., & leg. Non dubium 5. Cod. eodem pariter tit., cujus legis sententia, & verba referuntur a Bonifacio VIII. in Cap. ultim. de regul. Jur. in 6., ita loquente = Certum est, quod is com-
mittat in legem, qui legis verba complectens, con- 112
tra legis nititur voluntatem = atque etiam a Divo Thoma 2. 2. quæstion. 120. artic. 1. in responsione.

Profectò ex his certò constat pro Lege haben-
dum esse non quod scripto tantum, sed quod 113
voluntate continetur, ut observat Noodt. in commenc ad librum primum Digest. tit.3. §. Ac ambiguitas vers. Non est hinc, & ut dictum est præ verbis voluntatem, & mentem Legislatoris in interpretatione Legis spectandam esse, ut in Cap. In his 15. de verbor. signif., Suarez. de legib. lib.6. cap.1. num.2., Engel. in Jus canonic. tit. de Constit. num.74., Pirhing. in compend. Jur canonic. tit.2. sect.3. num.1., ubi quod intentio dicitur anima legis, & latiùs in Jus canon. lib.1. t.2. sect.3. §.1. num. 104., Anaclet. Reinfestuel. theol. moral. tract.2. de Legib. distinct. 4. quæst.1.

Quamobrem, cum sçpe eveniat, quod interpretatione opus sit, tum quando verba Legis latius patent, quàm ejus sententia, tum etiam quando verba angustiora sunt; & utroque casu justam illius interpretationem assequemur intuendo voluntatem, & mentem Legislatoris, ità quidem accepta Lege, ut primo casu perinde ac
si plus dixerit, minus verò significaverit, sequen- 114
da sit interpretatio restrictiva, de qua nihil ad rem nostram: secundò autem casu si scriptum Legis angustum est, interpretatio diffusa esse debet, ex Senecæ sententia contr.27.; propterea que licèt ille minùs dixerit, plus tamen significare voluisse censetur, justa quidem, ac recta inter-
pretatione Legis, quæ dividitur in comprehensi- 115
vam, & extensivam, ut apud Konig. ad lib. primum Decretal. tit.2. §.12. sub num.27. vers. extensiva est, Pirhing. in Compend. Jur canonic. tit.2. Sect.3. §.2.

Com-

Comprehensiva autem interpretatio ea est,
116 per quam lex lata intelligenda est de persona,
vel casu, verbis sanè non expresso, sed mente,
& voluntate Legislatoris comprehenso, *Koning.
loc. mox cit. vers. comprehensiva est, Piringh. loc.
pariter citat. idemque in Jus canon. lib. 1. tit. 2.
Sect. 3. §. 2. num. 111.* rem concludit his verbis =
*eum enim in omni Lege præcipuè attendi debeat,
ad mentem Legislatoris, & non præcisè ad verba,
quibus usus est: Si quæ decisio, sive dispositio sit
secundùm mentem Legislatoris, quæ ex lege pro-
babiliter colligi potest, in ipsa lege comprehensa
censeri debet = Sylvester verb. lex num. 18., Suarez.
de legib. lib. 6. cap. 3. num. 9., Bonden. collect. legal.
tom. 2. collect. 20. num. 221., Rota coram Coccino
decis. 893. num. 10., & in Mantiss. ad Card. de
Luc. de Statut. Success. decis. prima num. 86.*

Extensiva verò interpretatione uti proprie di-
cimur, quando ob paritatem, vel similitudinem
rationis dispositio legis extenditur ad personam
vel casum, neque verbis, neque mente Legisla-
toris comprehensum, *ita Konig. d. §. 12. vers. pu-
rè extensiva*, & melius *Pirbing. eodem pariter
§. 2., Suarez. de legib. loco supra citato, Layman.
in Cap. Translato 3. num. 4. de Constitut.* Quæ po-
rò extensiva interpretatio ob paritatem, solam-
117 que rationis similitudinem facienda, quia suà-
pte naturà legibus inesse, eisdem convenire cre-
ditur, probatur ex verbis alibi citatæ *Legis non
possunt 12. & leg. seq. ff. de legib., & leg. Ideo
quia 27. eodem tit.*, *ubi Tertullianus lib. 1. quæ-
stionum* ita respondit = *Ideo quia antiquiores Leges
ad posteriores trahi usitatum est: & semper quasi
hoc Legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque
personas, & ad eas res pertineant, quæ quandoque
similes erunt* = utroque enim casu *Jurisconsultus*
indicavit, extensivam interpretationem, non
solùm præter verba, sed præter, & ultra, non
autem contra Legislatoris mentem faciendam,
quando id, quod in lege deerat, Jurisdictione
supplendum dixit, & ob similitudinem usitatum
esse ad posteriores trahi antiquiores Leges, qua-
rum Conditores nec verbis, nec mente personas,
& res, quæ quandoque similes futuræ erant,
respexisse dici nequeunt. Licèt autem extensiva
hac interpretatione minimè egeamus, quia ca-
sus, de quo præsens quæstio vertitur, apertè
comprehensus, & inclusus videtur sub ratione
dictæ Innocentianæ Constitutionis, & volunta-
te, & mente illius Conditoris; nihilominus ta-
men, quando illa opus esset, eum ejusdem Con-
stitutionis sententia manifesta sit, ex paritate
rationis ad hunc quoque persimilem casum pro-
cedendum esset, juxta mox citata Juris loca.

His autem retentis elementaribus regulis, pro
recta Legum, & Constitutionum interpretatio-
ne præscriptis, perspicuum cuique fiet, dictam
Constitutionem restringi minime posse ad solos
Consanguineos, Affines, aliosque in Pontificiam
Familiam cooptatos, sed quatenus verba deesse-
sent, per interpretationem comprehensivam,
atque etiam extensivam, qua tamen, ut dictum
est, non egemus, sub eadem includi Familiares
quoque, & alias similes personas, si quæ fortè
inveniantur, quæ instar Consanguineorum, nul-
lis quidem meritis, sed solo immoderato favo-
re, & Summi Pontificis gratia, quam versutia,
artificiisque aucupatæ fuerunt, redituum Ec-
clesiasticorum copia maxima ditentur contra
Sacrorum Canonum regulas, superiori §. fu-
siùs explicatas.

Ambigi sanè de hoc nequibit, si totus dictæ
Constitutionis tenor, & contextus spectetur;
Initium autem faciens à proemio, sivè illius 118
præfatione, ex qua eum rectè desumatur ratio,
& causa finalis Legis, ac mens Legislatoris. ad
*Text. in leg. regul. 9. §. final. ff. de Jur., & fact.
ignor., leg. final., & ibi scribentes ff. de hæred.
instit., Alexand. cons. 54. num. 7. lib. 4., Spad.
cons. 25. num. 3. lib. 1., latè Menoch. de præsum.
lib. 9. præsum. 2. ex num. 2. usque ad 15., Castrop.
oper. moral. par. 1. tract. 3. disput. 5. punct. 3. §. 3.
num. 10., Rota in rec. decis. 41. num. 1. par. 1.
decis. 339. num. 7. par. 5. tom. 1., coram Mantica
d. 104. num. 3., cor. Emo Falconerio in tom. Mi-
scellan. d. 75. num. 8., & in Romana, seù Floren-
tina Pecuniaria 24. Januarii 1724., §. Cum
enim*; Inde fit, quod, *si intelligentia dictorum
ex causis est assumenda dicendi = cap. Intelligen- 119
tia 6. de verbor signif.*, quoties ex præfatione Le-
gis colligi potest ratio, & causa finalis indicans
mentem, & voluntatem Legislatoris, rectè ex 120
eadem præfatione præbetur intellectus toti Legi,
*Roman. cons. 16. sub num. 4., cons. 38. num. 1.,
Menoch. loco mox citato*; idque locum habet in
Pontificiis etiam Constitutionibus, *Roman. con- 121
sult. 180. num. 6., Gomes. ad regul. Cancellar. in
præfation. ad regul. de verisimili notitia obitus,
Menoch. d. præsum. 2. num. 6.*, ex illo nimirum,
omnium ore vulgato, & verissimo effatu, quod
nimirum causa finalis, & ratio Legis *est anima 122
Legis*, de quo apud *Pirbing. in Jus Canon. lib. 5.
tit. 2. sect. 3. §. 1. num. 104., Anaclet. Reinfest.
theol. moral. tract. 2. de legib. distinct. 4. quæst. 1.
num. 4., Layman. eodem tract. lib. 1. tract. 4. ca-
pit. 18. num. 4.*, & per consequens ex ejusmodi
ratione, & causa finali contenta in proemio,
certificati dicendi sunt casus quoque, & perso- 123
næ, quæ sub eâ comprhenduntur, ad tradita per
Rotam coram Coccino decis. 2305. num. 60.

Optimus autem ille, Maximusque Pontifex
in proemio dictæ suæ Constitutionis profitetur,
velle, quemadmodum *Romanum decet Ponti-
ficem, tamquam fidelem servum, & prudentem,
quem constituit Dominus super Familiam suam,
in Ecclesia Catholica conspectu actum suum ità
ordinare, ut ipse quidem in diebus suis placeat Deo,
& inveniatur justus, fiatque forma Gregis ex animo,
& bonus sit Christi odor in omni loco; Ceteri verò
Antistites &c. ejus exemplo, atque præceptis,
caduca Mundi hujus despicere, carnisque, & san-
guinis laqueos effugere, ac de Bonis, & rebus Ec-
clesiasticis juxta æquitatis, & justitiæ Leges dispo-
nere condiscant &c.*

Eidemque retentà ratione, rem prosequitur
his verbis = *Hinc ad ea Sacrorum Canonum Insti-
tuta, quæ Episcopis, nè Bonis, & reditibus Ec-
clesiæ Consanguineos suos augere studeant, interdi-
cunt,*

cunt, considerationis nostræ aciem convertentes, eam nobis in suprema Beati Petri &c. Sede constitutis, ab ipso Pontificatus nostri primordio servandam proposuimus, & hactenùs, Deo adjuvante, servare studuimus disciplinam, ut in Bonorum, & redituum, ad hanc S. Sedem, & Cameram nostrum Apostolicam spectantium, distributione, justitiæ, atque prudentiæ Leges, & regulas accuratè custodientes, summam meritorum, nullam autèm carnis, & sanguinis, aùt cujuscumque humani affectus rationem haberemus. =

Intuendo igitur rationem, & causam finalem,
quâ Summus Pontifex in præfatione sè motum
profitetur ad hanc novam Constitutionem eden-
124 dam, hæc alia certè non fuit, quàm ut Eccle-
siastici reditus distribuerentur secundum Sacro-
rum Canonum Instituta, & disciplinam, ad quę
ipse considerationis suæ aciem convertens, que-
madmodum se gessisse declaravit, ità sibi suc-
cessuros Romanos Pontifices, omnesque univer-
sim Antistites sesè gerere velle, edixit, tan-
quàm videlicet fideles servos, & prudentes à
Domino super Familiam suam constitutos. Hac
autem spectatâ ratione, & unicâ causâ finali
præ mente, oculisque habitâ à Legislatore, di-
cendum est, non solos carnis, & sanguinis la-
queos, sed cujuscumque etiam *humani affectus*
illecebras, ab illis effugi voluisse, quibus nimi-
rùm contrà justitiæ, & prudentiæ regulas, Sa-
crorumque Canonum Instituta Ecclesiastici re-
ditus nullâ habitâ ratione meritorum dissipa-
rentur. Ideoque non Consanguinei tantum, & Af-
125 fines, sed Familiares quoque sub d. legis dispoti-
tione comprehensi proculdubio sunt. Quonam
enim pacto fidelis servus, & prudens redituum
Ecclesiasticorum dispensator dici posset ille,
qui, licèt parcus erga suos Consanguineos, im-
prudenter tamen, & prodigaliter illa profun-
deret in Familiares? Sacri namque Canones
prohibendo immoderatam redituum Ecclesia-
sticorum elargitionem, non solum illam da-
mnant, quando fit in Consanguineos, & conjun-
ctas personas; sed etiam quando iidem suprà ju-
stum modum distribuuntur in Familiares, ut suo
loco probabitur, & generaliter de ejusmodi im-
providis, & injustis distributionibus in quem-
cumque alium factis latè dictum est superiori §.

Rursùs, si nullâ habitâ ratione carnis, & san-
guinis, aut cujuscumque *humani affectus* voluit,
quod sui, & Romani Pontificis exemplo, à ce-
teris etiam Episcopis prò meritis, & secundum
canonicas regulas Ecclesiastici reditus distri-
buerentur, qualenam exemplum eisdem præ-
beretur, si servando sacra, ac recta Instituta
respectu dumtaxat Consanguineorum, effrena-
to humani affectus arbitrio Familiares nullo
meritorum præsidio fulciti, sed pleni dumtaxat
favoris, & gratiæ, Beneficiis, & Sacerdotiis lo-
cupletarentur? quando, ut mox dictum est, Ro-
mani Pontificis exemplum Episcopos admonere
debet, ut religiose observent Canonica Institu-
ta, ubique, & quoad omnes præcipientia justam,
rectamque distributionem, juxtà uniuscujusque
merita faciendam, ut mox dictum est.

Neque verò prò restringenda ratione, & cau-
sa finali expressa in d. Constitutionis proemio,
obesse potest, quod in illo Summus Pontifex 126
modum ponere voluisse videatur *Bonorum, &
redituum ad Sanctam Sedem, & Cameram Apo-
stolicam spectantium distributioni*, quę contra
justitiæ, atque prudentiæ leges fierent: Aut etiam,
quod in eodem proemio nominatis, seu enume-
ratis personis Consanguineorum, Affinium,
aliorumque in Pontificiam Familiam cooptato-
rum: prætermittantur Familiares, & his simi-
les personæ; Nàm licet utraque hujus objectio-
nis pars latiùs, & opportuniùs infrà suis loci
submovenda sit, non pigebit tamèn prò ea re-
fellenda nonnulla hìc ex ipso proemio afferre.

Porrò, quod attinet primam, mirum videri
deberet, quod Optimus ille Pontifex *in Bono-
rum, & redituum ad S. Sedem, & Cameram
Apostolicam spectantium distributione, justitiæ,
atque prudentiæ leges, & regulas accuratè custo-
diens*, adeòque enixè commendans; easdem re- 127
ligiosè servari non intenderit in redituum quo-
que Ecclesiasticorum, Beneficiorum nempè
dispensatione, quando licèt Summus Pontifex
sit supremus dispensator Bonorum omnium, &
redituum S. Sedis, & Ecclesiæ, attamèn majo- 128
ri cum libertate disponere potest de reditibus il-
lis, quos percipit uti Dominus temporalis ex
universa Ditione Ecclesiastica, & Provinciis,
in temporalibus etiam sibi subditis; quippè in
illarum dominio consideratur tanquàm verus
Rex, & Princeps temporalis, argumento *Textus
in cap. Cum inter 18. in fin. ibique Gloss. in verb.
regia de elect., cl. me. Card. de Luca de Jurisdict.
disc. 116. sub num. 5. in supplement. part. 1.*, qui
etiam alibi in eodem Summo Pontifice distin- 129
guit personam Papæ, & illam Regis, seù Princi-
pis secularis: quamvis enim eædem Provinciæ,
& Ditio, uti Patrimonium Ecclesiæ possidean- 130
tur à Papa prò tempore existente; reditus tamèn
qui ex illis percipiuntur, non habent eam in-
trinsecam qualitatem insitam Beneficiis, & re-
ditibus, qui ex his, aliisque titulis Ecclesiasticis
percipiuntur, ideoque reditus, qui tributorum,
vectigalium, aliove his simili nomine ex statu
temporali percipiuntur, tanquam suàpte naturâ
temporales, accessoriè tantùm sunt Ecclesiasti-
ci: At contrà alii Ecclesiastici reditus, utpotè 131
ortum habentes ex diversa origine, ex Beneficii
nempè, aut aliò Ecclesiæ titulo, qui est merè
spiritualis, diversam prorsùs ex eo sortiuntur
naturam, ut, ex *Cajetano 2. 2. quæst. 185. num. 7.*
tradit *Episcopus de Rosa de recta distributione re-
dituum Ecclesiasticorum cap. 3. num. 112., & seqq.*,
& confirmatur ex *Navarro de reditib. Eccles.
quæst. 1. monit. 21. num. 5.*, ubi agnoscit, domi-
nium secularium Bonorum, quod habet Papa, 132
liberius esse illo, quod habet respectu Benefi-
ciorum, eorumque redituum; quamobrem,
cum verba, quibus concepta est pars proemialis
nullo pacto resistant, spectanda, sequendaque 133
erit ratio, & causa finalis, quâ motus fuit con-
ditor Constitutionis non solum conveniens, sed
longè magis urgens prò comprehensione sub
d. Con-

d. Constitutione Beneficiorum quoque, in quorum recta distributione eò religiosius, & accuratius servanda sunt sancta Instituta, & Sacrorum Canonum regulæ, quantò magis hæc differunt à Bonis temporalibus, ob intrinsecam nimirum qualitatem tituli merè spiritualis, quam habent, eorumque destinationem prò stipendio assignando ministrantibus Altario.

Quod verò attinet alteram objectionis par-
134 tem: In dicto proemio, expresse quidem nominati non leguntur Familiares; at nihilominus implicitè saltèm in litera, multò tamen magis, &, ut dicitur, à fortiori, seù potiori jure, quam Consanguinei, comprehensi videntur sub ratione, & causa finali Constitutionis. Et sanè, si spectemus literam, postquàm Summus Ponti-
135 fex enixissimè commendaverat, in Bonorum Ecclesiasticorum distributione = *carnis, & sanguinis laqueos* fugiendos esse, & rursus, quod nullus *carnis, & sanguinis* respectus haberetur; quibus certè verbis soli Consanguinei designabantur; dum deindè subdidit, quod cujusvis etiam humani affectus causa procul haberetur, ibi = *aut cujuscumque humani affectus rationem haberemus* =, manifestum inde fit, alias personas, quàm illas Consanguineorum octis verbis
136 designatas, atque comprehensas fuisse. Satis id probari posset ex dictione illa = *aut* = quæ, sive tanquàm adversativè accepta, potius dicatur inter diversa; sivè etiam adhibita continua sit inter similia, *Barbos. de dictionib. usufreq. dict. aut num.6., & seq., Brunor. à Sole in loc. commun. verb. alternativa num.1., Rota decis.374. num.4. part.17. rec.*, efficit, quod sequentia verba connotent, & intelligi debeant de personis diversis à Consanguineis superiùs expressè nominatis, ut tradunt *Spad. cons.25. sub num.8., 9., & 10. tom.1., Rota coram Coccino decis.1849. num.10. & 15., coram Cardin. Caprara decis.175. num.3. & seqq. tom.1., decis. 58. num.8. coram Bichio, in rec. decis.255. num.4. part.5.*, & confert idem *Spada cons.19. num.3. eodem lib.1.*

Clarius id evincitur ex eo quod Legislator verbis superioribus cavens, carnis, sanguinisque, laqueos fugiendos esse, omnemque hujusmodi respectum abjiciendum, his verbis expressit spe-
137 cialem rationem Consanguineis dumtaxat convenientem, at dum *nullam cujuscumque humani affectus rationem* spectandam esse præcepit; procuIdubio hac ratione magis generali & non solis Consanguineis, sed aliis quoque personis convenientem, comprehendere voluit etiam Extraneos sub dicta magis generali ratione venientes, ad tradita per *Spad. cons.25. num.7., & seqq., & num.10. & 21. tom.1., Rota in Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1705. §. Rursus, & seqq. coram bo. me. Ansaldo*. Voluit namque hoc loco Summus Pontifex frænum injicere im-
138 moderato affectui, atque immodicæ animi propensioni erga aliquem, quæ tanquàm rationi contraria, ex *Calvino in Lexicon. verb. affectio*, dicitur *nimius animi motus rationi oppositus*, & priùs ita ab *Alcinoo Platonico lib. de doctrina Platonis cap.31.*, definitus reperitur affectus, quod nempè sit *ratione carens animi motus*, *Azor. Instit. moral. tom.1. lib.3. cap. 18.*, ubi immoderatos animi affectus rationi adversantes, bene distinguit ab illis, qui virtutis, & prudentiæ regulis accommodantur. Cum autem ambigi nequeat, persæpe contingere, personas extra- 139
neas magis diligi, & humanum affectum magis in illas ferri, quàm in Consanguineos, ut experientiâ compertum est, & probatur argumento ducto à *Textu in leg. nemo dubitat 58.* ibi = *qui frater non est, si fraternâ charitate diligitur, rectè cum nomine suo, sub appellatione fratris heres instituitur* = *ff. de Hered instit.*, cum pluribus exemplis, quæ extare apud *Symmach. lib.2. Epistol. 20., & 45. cum seq.*, testatur *Gratian. discept. forens. cap.135. sub num.46. tom.1.*, dicendum propterea est, Summum Pontificem, hoc loco prohibere voluisse immoderatas distributiones, quæ non in Consanguineos, sed in Extraneos ex immodico, atque rationi contrario animi motu, contrà prudentiæ, & justitiæ regulas fierent, & quæ utpotè non infrequentes, frequenter pariter damnatæ reperiuntur Sacrorum Canonum regulis, ut mox probaturus sum, progrediens ad examen partis dispositivæ nostræ Constitutionis.

In ea enim Summus Pontifex ubique constanter præ mente, animoque habens sancta Ecclesiasticæ disciplinæ instituta, quorum religiosâ custodiâ, atque observatione voluit, Romanos Pontifices *bonum exemplum* esse iis etiam, nempè Episcopis, ad quos Bonorum Ecclesiasticorum dispensatio pertinet, postquàm §. 2., & seqq. plurima saluberrimè constituerat, quibus prohibebatur quævis Bonorum, & redituum ad S. Sedem, & Rev. Cameram Apostolicam pertinentium largitio, donatio, aut quævis alia distributio quocumque colore, quinimò meritorum etiam prætextu facienda in Consanguineos, §. 6. agens de iis, qui inter illos Ecclesiasticam vitam eligerent, ità disposuit =

Porrò, si nostri, Successorumque nostrorum Romanorum Pontificum prò tempore existentium Fratres, Nepotes, & alii quicumque Consanguinei, seù Affines, sive veri, sive, ut præfertur, adlecti, & adsciti, vitam Ecclesiasticam elegerint, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, aliorumque Beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac annuarum Pensionum super eorum fructibus consecutionis capaces fuerint, eam in redituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributione eis facienda, servari volumus moderationem, ut, nonnisi juxta eorum merita, & non ultrà congruam progradus, vel dignitatis, quem, vel quàm in Ecclesia obtinuerint, nullo ad consanguinitatem, affinitatem, seù adlectionem ergà Romanum Pontificem habito respectu, sustentationem ejusmodi reditus, & proventus Ecclesiastici eis distribuantur, quo custodita in omnibus Ecclesiasticæ disciplinæ, atque justitiæ distributivæ regula, nemini relinquatur conquerendi, vel obloquendi occasio, sed Ecclesiastica stipendia Ministrantibus in Ecclesia Dei æqua lance prò uniuscujusque meritò assignentur.

Sequenti verò §.7. Non absimilem moderationem servari cupiens ergà illos Consanguineos, seù Affines Romanorum Pontificum, quos ob eorum merita ad sublimem Cardinalatus dignitatem assumi contingeret, constituit = *Quoad illos autem ex Fratribus, Nepotibus, aliisque Consanguineis, seù Affinibus Romanorum Pontificum prò tempore existentium præfatorum, sivè veris, sivè, ut præfertur, adlectis, & adscitis, quos eximiis eorum ità exigentibus meritis ad sublimem Cardinalatus dignitatem assumi cotigerit, eam quoque de cetero servari volumus moderationem, ut Ecclesiæ, Monasteria, Commendæ, aliaque cujusvis generis Beneficia, & Officia Ecclesiastica, ac Pensiones annuæ super illorum fructibus, unicuique eorumdem respectivè conferenda, commendanda, & concedenda, ac reservanda, & assignanda, verum valorem annuum duodecim millium scutorum monetæ romanæ, computatis insimul Beneficiorum, & Officiorum quibuscumque fructibus, & Pensionum quantitatibus, in totum non excedant: in ea tamen taxatione non comprehendantur emolumenta Officiorum ejusdem Apostolicæ Sedis, & Romanæ Curiæ S. R. E. Cardinalibus demandari, seu concedi solitorum, aliorumque munerum, quæ ipsis non ad vitam, vel in perpetuum, sed ad tempus, seù beneplacitum Romani Pontificis prò tempore existentis demandata, seu concessa fuerint. Declarantes, quod deinceps præfati, qui vitam Ecclesiasticam elegerint, seù ad sublimem Cardinalatus dignitatem fuerint assumpti, quoscumque titulos fructuum reservationibus gravatos, sivè præventivas, vel eventitias Pensiones ultrà moderationem, ut suprà respectivè præscriptum, nullatenus assequi valeant* =

Quoniam verò optimus Legislator noverat, ejusmodi præcepta, atque prohibitiones facilè eludi, nisi efficaciora adhibeantur remedia, sequutus idcircò fuit exemplum *Innocentii III.*,
140 qui animadvertens, quod Decreto Concilii Lateranensis sub *Alexandro III.* Prædecessore suo celebrati, *propter præsumptiones, & quorundam cupiditates nullus hactenus, aut rarus de prædicto Statuto fructus proveniebat*; propterea, ut observat *Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom.2. tit.22. cap.2. num.10., & seq.*, Sapientissimus ille Pontifex novo Decreto edito in alio Concilio Lateranensi, evidentiùs, & expressius edixit, quod recipiens *aliquod Beneficium, curam habens animarum annexam, si prius tale Beneficium habebat eo sit ipso jure privatus: & si forte illud retinere contenderit, etiam alio spolietur* ut in *Capit. De multa de Præbend. & Dignit.* Quod *Innocentii III.* Decretum, licet loquatur de Parochialibus, optimum tamen Conditori nostræ Constitutionis præbuit exemplum, quo præcluderetur aditus omnis illam
141 eludendi, quamobrem §.8. præcepit = *quod si forsan (quod absit) modus circa præmissa sic congruentèr salubriterque præscriptus in posterum excedatur, curæ erit Romanis Pontificibus Successoribus donationes gratuitas, seù lucrativas dispositiones excessivas subventiones, munerum, & Officiorum, seu illorum stipendiorum, & emolumentorum concessiones, ac redituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributiones, nec non collationes, Commendas, concessiones, reservationes, & assignationes, aliaque præmissa contra, vel ultra modum, ut præfertur, præscriptum factas, seù facta rescindere, revocare, & in nihilum redigere, ac ut præfertur, donata, elargita, concessa, collata, commendata, reservata, & assignata à Consanguineis, & Affinibus, sivè veris, sivè adlectis, & adscitis præfatis, eorumque heredibus, & successoribus respectivè etiam manu regia, & de Apostolicæ Potestatis plenitudine vindicare, & conferre, ac Cameræ Apostolicæ applicare, & incorporare, aliisque respectivè conferre, commendare, & assignare, ac alias desuper opportunè providere, seù disponere* =

Libuit ad literam exscribere dictæ partis dispositive nostræ Constitutionis loca, quia melius, quàm dicendo, glossandoque explicari possit, ex illis patet ratio, & causa finalis ejusdem, ex qua consequenter manifestum redditur, quas personas, & quos casus Legislator mente, & voluntate sua comprehendere voluerit; Ipse enim, licèt, ut dictum est in proemio, perspicuis, & conceptis verbis declarasset constanti animo sequi velle Ecclesiæ disciplinam, & sacrorum Canonum Instituta, quæ sibi proposuerat tanquam finem, ad quem nova ejus Constitutio collimabat, melius tamen, feliciusq. id expressit providendo casibus, in quibus fre-
quentius inBeneficiorum distributione aCanoni- 142
cis Institutis Prędecessores suos recessisse noverat, ideoque *d.§.6.* in eorum distributione facienda Consanguineis, seu Affinibus, Sacra Purpura nondum decoratis &c., servari volens justam moderationem, præcepit, ut illa eisdem assignarentur *juxta eorum merita, & non ultra congruam pro Gradus, vel Dignitatis, quem, vel quam in Ecclesia obtinuerint, nullo ad consanguinitatem &c. habito respectu* = quod sanè congruit Canonum regulis, quibus licet prohibeatur Be-
neficiorum pluralitas; prohibetur tamen illa, 143
quæ est superflua, at non etiam illa, quæ juxta canonicam æquitatem convenit dignitati, ac meritis, seu sublimitati personarum, ut dictum est ex Sententia *Innocentii III.* relata *§.Quamobrem & §.At quoniam*.

At magis urget ratio, ob quam eodem *§.6.*,
Summus Pontifex expressit, in distributione 144
proventuum Ecclesiasticorum facienda Personis, Romano Pontifici conjunctis, ejusmodi moderationem servari omnino velle, ut nempe *custodita in omnibus Ecclesiasticæ Disciplina, atque justitiæ distributivæ regula, nemini relinquatur conquerendi, vel obloquendi occasio, sed Ecclesiastica stipendia in Ecclesia Dei æqua lance pro uniuscujusque merito assignentur* = At verò, si ut latius probatum est *§.* superiori, Beneficio-
rum pluralitas, ob eam præcipuè rationem, tan- 145
quam inimica Canonibus, prohibita, atque damnata reperitur, quia ex illorum cumulatione facta in uno Beneficiario, præter plurimas inordinationes, quas secumfert, læduntur justitiæ distributivæ præcepta, quibus enixè commendantur,

datur, ut stipendia Ecclesiastica destinata, ac debita ministrantibus in Ecclesia Dei, ita pro uniuscujusque merito distribuantur, ut, eliminata prorsus quacumque lucri, ambitionis, & proprii commodi cupiditate, tollatur etiam maxima illa inæqualitas, qua unus ebrius est, & tamen non satur pluralitate Beneficiorum, alter verò esurit, dum unus sibi vindicat stipendia
146 plurimorum, quippè vix possunt plura Beneficia ad unum pervenire sine paupertate plurium servientium Altari, *Rebuff. in prax. Benefic. p. 2. tit. de dispensatione ad plura Beneficia num. 19., & 20. fol. 168.*, aliique cum eo allegati *n. 25.*, dicendum profectò est, quod, dum Legislator in universa sua Constitutione declaravit, sequi, ac religiosè servari velle canonica Instituta, quibus immoderata Beneficiorum pluralitas prudentiæ, æquitatis, & justitiæ regulis contraria
147 prohibetur; dicendum, inquam, est, quod generalis isthæc ratio restriugi nequeat ad solos Consanguineos, sed comprehendat etiam Extraneos, quibus eadem ratio æquè convenit, juxta *optimum Textum in leg. Libertum 64. ff. de rit. nuptiar.*, ubi *Callistratus lib. 2. quæstion.* respondit = *Senatus Consulti, quo probibentur Tutores,*
148 *& filii eorum pupillas suas ducere, puto heredem quoque Tutoris extraneum sententia apprehendi, cum ideo probibuerit hujusmodi nuptias, ne Pupillæ in re familiari circumscribantur ab his, qui rationes eis gestæ tutelæ reddere compellantur* = & ibi *Bald. num. 1., Roman. cons. 429. num. 5. & seqq., & cons. 464. per tot., & præcipue num. 4., Ramon. cons. 3. num. 67., Tusch. litter. E conclus. 661. n. 25., & seqq., Villagut. in tract. de extens. leg. prælud. 5. num. 17.*

Juxta cujus *Textus* dispositionem, si *Senatus Consultum* loquens de filiis Tutoris, ob identitatem rationis, & ob publicum favorem, comprehendit heredem etiam extraneum Tutoris, licet, ut notant allegati Doctores, ibi agatur de materia pœnali, potiori proculdubio jure, non soli Consanguinei, sed Familiares quoque comprehensi dicendi erunt in nostra Constitutione, in qua cum agatur de restituenda confirmandaque Disciplina Ecclesiastica, qua occurritur tot malis, & tolluntur tot deformitates, orientes ex pluralitate Beneficiorum,
149 favorabilis procul dubio dicenda est, utpotè favorem Ecclesiæ, ejusque Ministrorum incolumitatem respiciens; ideoque in illa interpretanda servanda sunt ea Juris præcepta, quibus edocemur, quod, ubi ratio expressè descripta legitur in Lege, ipsius anima est regens totam dispositionem, & consequenter id, quod dicta
150 ratio exigit, dispositum censetur, licet verba deficiant, semper comprehendendo casum habentem eandem rationem, quippè separandi non sunt, quoad Juris dispositionem, casus illi, quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis; adeo quidem ut, quando hæc generalis est,
151 seu amplior dicto, vel specialiter disposito in aliqua lege ritè, & rectè eadem lex extendatur ad casus omnes, in quibus militat ejus generalis ratio, ut, præter ea, quæ sub initium hujus *§.*

adducta sunt, probatur omnium ore tritis regulis congestis apud *Antunez de Donat. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 10. num. 109., & seqq., Barbosa axiomat. Jur axiom. 197. num. 3., & seqq., Rota in una Virdunen. Abbatiæ 3. Aprilis 1702. §. Ex qua historica coram 60. me, Molines, & in una Bononien. Hospitalis super sequestro 16. Decembris 1707. §. final. coram 60. me: Omanna*, ubi pro comprehendendo ob identitatem rationis casum in quadam Pontificia Constitutione minime expressum, referuntur verba illa = *æqualitas servetur, & justitia inter omnes æquâ lance ministratu sit* = similia iis, quæ præcedenti *§.* retulimus ex nostra Constitutione.

Et rursus, quod ratio d. *§. 6.* nostræ Constitutionis, & præcedenti numero relata, non solos Consanguineos, sed Extraneos quoque, Familiares nempè, de quibus est quæstio, comprehendere debeat, confirmatur ex eo, quod ex
generali ratione illis quoque conveniente, ideo 152
Summus Pontifex = *Ecclesiasticæ disciplinæ, atque justitiæ distributivæ* = regulas servari voluit, ut = *nemini relinquatur conquerendi, vel obloquendi occasio* = si Ecclesiastica stipendia ministrantibus in Ecclesia Dei, pro uniuscujusque merito minimè assignentur. Cum autem conquereodi, & obloquendi occasio oriatur ex scandalo, sive offensione, quam cunctis affert inju-
sta, atque immoderata Beneficiorum distribu- 153
tio, sive illa fiat in Consanguineos, sive in Familiares, *Rodenc. Acunba in prima parte Decreti in Canon. Decenter 6. num. 1.*, inde certè sequitur, quod ratio, & causa motiva Legislatoris communis tam Consanguineis, quam Familiaribus, utrosque necessariò comprehendat.

Hactenùs actum est de recta Constitutionis nostræ interpretatione desumpta ex fine, & causa, sive ratione motiva, ob quam lata fuit, & ex quibus, ut probatum est, colligitur mens,
& voluntas illius Conditoris: Verùm non mi- 154
nus justa ejusdem interpretatio elicitur ex materia legis, *Pirbing. in jus Canon. lib. 1. tit. 2. sect. 3. §. 1. num. 104.*, dicens = *colligitur autem ea mens, & voluntas tum ex materia legis &c.* & confert *Rota decis. 464. num. 11. vers. & primo suadet subjecta par. 5. tom. 2. rec., & prius dec. 46. num. 15. eadem part. 5. tom. 1., & coram Duran. decis. 67. num. 11.* cum aliis infra citandis, & præcipuè *Polland. sive Soll. de Scient. leg. par. 1. cap. 3. §. 1. num. 135. vers. mens autem Legislatoris cognoscenda est primo ex materia legis, Layman. theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 18. sub num. 9. vers.* ceterum ibi = *considerata materia ejus* = Materia autem circa quam versatur dicta Constitutio, est dispensatio Beneficiorum, & hæc quemadmodum communis est Consanguineis, & Familiaribus, ita pariter secundùm canonica Instituta, & justitiæ distributivæ regulas fieri debet, sive Consanguineis, sive Familiaribus conferantur; respectu quippe harum omnium personarum, & casuum, in quibus frequentiùs peccabatur contra Sacrorum Canonum præcepta Summus Pontifex per modum generalis regulæ, inviolabiliter servandæ, profes-

ſus fuit ſe conformare velle ad Eccleſiaſticam
diſciplinam, & Canonica Iuſtituta, quæ diſtri-
ctiùs prohibent inordinatas Beneficiorum diſtri-
butiones.

Ex Divi enim *Hieronymi* ſententia *Luca 9.* = *Si ſuper Patre, & Matre pollui nobis non licet, quanto minus ſuper Fratribus, Sororibus, Conſobrinis, Familiaribus, Servulis* = Dolendum ſane
eſt., quod ſemper frequens peccandi contra di-
155 ctas regulas occaſio non minùs ex naturali pro-
penſione erga Conſanguineos, quam ex nimia
erga Familiares, & Servitores affectione orta
fuerit, ut ex *Concilio Toletano X. cap.3.* legitur
in Canone Decenter 6. diſtinct.89., ubi *Acuuba*,
& Can. Pervenit. 13. cauſ.1. quæſt.3., eumque
malum hoc, tam latè emanaſſet, ut nulla prorſus moderatione adhibita, Epiſcopi effunderent
Beneficia in Conſanguineos, Familiares, & perſonas prorſus immeritas, Pontifices illorum diſtributioni manum adponere cæperunt, Regum, Epiſcoporum, & Sanctorum Virorum
precibus, teſte *Thomaſino de Benefic. par.2. lib.1. cap.43. num.6.*, *& quidem id fiebat interpellatione, & inſtigatione Francorum ipſorum Regum, Principum, Epiſcoporum, Abbatum, Virorum Sanctitatis laude clarorum, qui Pontifices ipſos ad hæc ſtimulabant* = Idque libentius ferendum
eſſe ſubdit dicens, quod = *tanto clementiores eſſe nos in his decet, quod totum fiebat in gratiam Francorum ipſorum Civium, & plerumque Diœceſanorum, quibus & merita ſuffragabantur, & obſequia Eccleſiæ præſtita, & demum luculentiſſima omnium ſuffragatrix paupertas* = idemque ſequenti cap.44. num.4. refert, audacius
aliquando, contumaciùſque reclamatum fuiſſe,
quum turbæ Nepotum, Proximorum, & Extraneorum Beneficia prodigebantur.

Cum itaque Summus Pontifex dictam Conſtitutionem condiderit, ut modum, finemque
poneret profuſionibus Beneficiorum, quæ tanquam ex cauſa magis frequenti oriente tum ex
carnis, ſanguiniſque coniunctione, tum etiam
ex humani affectus in Familiares, & Servos propenſione, conquerendi, vel obloquendi occaſionem relinquebant, parvi refert, quod ſolos
156 Conſanguineos in dicta Conſtitutione nomina-
verit, id enim egit, quia Summi Pontifices magis proni præſumuntur ad dandum conjunctis
perſonis, ut benè obſervat *Gloſſa in d. Canon. Decenter 6. verb. aut ſanguine diſtinct.89.*, & alia
pariter *Gloſſa in fin. d. Cap. Pervenit 13. cauſ. prima quæſt.3.*, non autem ut excluderet Familiares, aut alias Perſonas, erga quas nimia gra-
157 tia, aut favor illos impelleret ad Beneficia in
eoſdem prodigenda; id enim non ſolùm adverſaretur generalibus Sacrorum Canonum regulis, ſed repugnaret peculiari rationi d. *§.6.* Conſtitutionis expreſſæ, vitandi videlicet conquerendi, & obloquendi occaſionem. Nam licèt,
non ita frequenter, ut Conſanguinei, non raró
tamen Familiares immoderata Beneficiorum
multitudine contra juſtitiæ diſtributivæ præcepta cumulantur, & quidem cum ſcandalo, & offenſione forſan minùs toleranda, quia erga illos
conſiderari ſolummodò poteſt is ſolus vitioſus
animi motus ratione carens, de quo loquutus
ſum *§. Clarius id evincitur*, ex quo idcirò major conquerendi, & obloquendi præbetur occa-
ſio, quam ſi Beneficiorum pluralitate largius 158
ditentur Conſanguinei, quorum favore naturalis charitas quid majus indulgendum eſſe ſuadere videtur.

Si igitur ratio tum generalis, tum ſpecialis
toties in dicta Conſtitutione expreſſa, atque
propoſita veluti regula, & norma, quam omnes
Pontifices ſequi deberent, evincit, Summum
Pontificem prohibere omninò voluiſſe ejuſcemodi Beneficiorum Collationes, nulla canonica moderatione ſervata, factas; certis etiam Juris noſtri regulis confirmatur, Conſanguineorum
expreſſionem nequaquam præſeferre excluſionem Familiarium, quos etſi ſpecialiter non no-
minatos mens tamen, & ratio Conſtitutionis 159
ſuadet eſſe comprehenſos: nam in his terminis,
ut ait *Textus in leg. Quæſitum 13. ff. de Teſtib.* = *quod legibus omiſſum eſt, non omittetur religio-
ne Judicantium* = cum caſus verbis Legis minime 160
comprehenſus, adhuc dicatur ſub eadem incluſus, ſi mens, & ratio Legis illi conveniat, quippe
nunquam omiſſa dici poteſt perſona, quæ licèt
non incluſa verbis, ſententia tamen Legis conti-
netur *leg. ſciendum eſt 3. ff. de leg. Pompeja de* 161
Parricid., ibi = *Sed & Noverca, & Sponſa perſonæ omiſſæ ſunt, ſententia tamen legis continentur* = quodque nota dignum eſt, d. lex loquitur
de materia pœnali, *Bald. in leg. Per diverſas 21. ſub num.6. Cod. mandati*, inquiens *quod verum credo, quia non videtur omiſſum, quod eadem
ratione concluditur* = *Alexand. conſ.54. num.7.* 162
lib.4., *Pariſ. conſ.83. num.14. lib.3.*, *& alii apud Antunez. & Rotam in illa Bononien. Hoſpitalis ſuper ſequeſtro ſupra allegat. num.58.* Non attenta ſpeciali expreſſione Conſanguineorum;
quippe, ut dicebam, cum ea facta cenſeatur ad
exprimendum caſum magis obvium, & faciliùs
contingibilem, cui regulariter Leges providere 163
ſolent, ad *Textum in leg.10.*, *& tribus ſeqq. ff. de
legib.*, non reſtringit Legem juxta optimam *Gloſ-* 164
ſam in Clement. prima de reſcript. verb. poſſidentes lit.D. ibi: *Et licèt de Religioſis loquutur, idem tamen de ſecularibus, qui ſimili modo præeſſent: ſed quia id rarum, hoc frequentatum eſt, ideo de religioſis loquitur* = & prius dixerat alia
Gloſſa in cap.2. de Confeſſis in 6. verb. Reus lit.D., *Alexand. conſ.54. ſub num.6. lib.4. Tuſch. practic. concluſ. lit. E. concluſ.547. num.2. & 6.*, *& benè concluſ.659. num.3.* Ideoque non excludit Fami-
liares propter identitatem rationis in illa com- 165
prehenſos, benè *Pirbing. in Compend. Jur. Canon. ad tit.2. de Conſtit. ſect.3. §.2. verſ. illa comprehenſiva*, ibi: *quia meritò præſumi poteſt Legiſ-
latorem expreſſiſſe quidem aliquem caſum exem-* 166
pli gratia alios tamen ſimiles caſus, in quibus omninò eadem ratio pugnat, & abſque iniquitate, & abſurdo aliud dici non poteſt, pari modo decidendos in animo habuiſſe: & latiùs idem rem
proſequens, exemplis confirmat *in Jus canon. lib.1. tit.2. Sect.3. §.2. num.112.*, *Robert. Konig.*
ad

ad lib.1. Decretal. tit.2. §.12. num.27. ubi ait,
quod *alioquin vel lex esset frustratoria, & nul-*
lius momenti, vel contineret injustitiam, vel
aliam absurditatem, optime *Spad.cons.102.n.16.*
tom.primo, ibi: *& licèt postea subdant de Con-*
sanguineis, & Affinibus intra quartum gradum,
tamen hoc censetur appositum ratione exempli,
tamquam casus frequentiùs contigibilis, juxta
regulam legis nam ad ea cum seqq. ff. de legib.,
& non propterea dispositio hujus Capituli debet
restringi ad istos Consanguineos tantum, sed de-
bet generaliter intelligi secundùm generalitatem
præcedentis dicti, & præcedentis rationis =, Rot.
coram Crescentio decis.2. de Success. num.3.,
& consonant *Svarez. de legib. lib.6. cap.3. n.4.,*
& cap.4. num.2., Layman. theolog. moral. lib.1.
tract.4. cap.18. num.9.

Imo vero, si, ut loquitur *Cicero* loco in fine
hujus §. allegando = *Scriptorem ipsum, si con-*
stat factum hoc probaturum; & idem ipsum si ei
167 *talis res accidisset, facturum fuisse*; atque si *id*
est de jure servandum, licèt non sit statutum,
quod verisimile est statutum fuisse, si hoc quæsitum
fuisset = ut notabiliter ait *Glossa in leg. Tale pa-*
ctum 40. §. final. lit.F. versus finem ff. de pact.,
Castrens. in leg. Titius §. Lucius num.4. ff. de
liber., & posthum., Alexand. cons.24. num.34.
lib.2., ibique Adden. lit.M.M., & cons.54. n.6.
lib.4., Paris.cons.83.num.15. lib.3., latè Tiraquell.
in leg. Si unquam in præfat. num.56., ubi pluri-
bus allegatis *ex Baldo* dicit, hanc *Glossam* esse
notandam, & menti tenendam, eandemque
procedere in omni materia, *Gabriel commun.*
conclus. lib.6. de regul Jur conclus.10., Gerard.
Nood. lib.primo Digest. tit.3. §. At ambiguitas
sub vers. viceversa; Profectò quis diceret, quod
si a Conditore nostræ Constitutionis quæsitum
fuisset, num in illa nominando Consanguineos,
excludere intenderit familiares, quis, inquam,
168 hoc diceret? Quando indè sequeretur absurdis-
sima Legis interpretatio, qua contra omnia ju-
stitiæ distributivæ, & Canonum præcepta per-
mitteretur in Familiares immoderata Benefi-
ciorum profusio, ea sola ratione prohibita res-
pectu Consanguineorum, quibus alioquin non
sola conjunctio sanguinis, & naturalis charitas,
sed plerumque suffragatura essent merita quæsi-
ta ex laboribus assidue impensis in levando Sum-
mum Pontificem ab ingenti mole curarum,
quas secumfert S. Sedis, & Ditionis Ecclesiasti-
cæ spirituale, & temporale regimen; ea sola
inquam ratione prohibita, ut juxta Canonica In-
stituta Beneficiorum distributio fieret pro uniuf-
cujusque merito, & ne eisdem paucos ditando,
pluribus in Ecclesia ministrantibus, necessaria
vitæ subsidia præriperentur.

Quæ cum ita sint, & ex hactenus deductis
argumentis adeo clarè constet de ratione, & cau-
sa finali, qua Legislator motus fuit ad d. Con-
stitutionem condendam, ut in dubium revoca-
ri nequeat, quin vi comprehensiva Familiares
etiam ex ejusdem mente, & voluntate dictæ
novæ Legis censuræ subjiciantur, non egemus ar-
gumentis ductis ex ratione a simili, quibus ta-
men si de mente Legislatoris manifestè non
constaret; nihilominus statuendum esset, illos
quoque ab ejusmodi justissima Constitutione
exemptos minimè esse. Nam, si *est Viri pru-*
dentis non hoc tantum agere quod Lege, jussu-
que Superioris expressè definitum est, sed similia 169
quoque ad eam normam componere, qua expressa
sunt inclusa, ex Thesmero ad Hug.Grot.in Prole-
gomenis §.7. lit.K.; procedendo namque a simi-
libus ad similia, occurrente casu non expresso, 170
habente tamen similitudinem cum expresso,
de eo judicandum est ad normam expressi, ut
præter Juris loca allegata sub initium hujus §.
probatur ex *Cap. Inter cetera 4. in fine ibique*
Glos. final. de rescript. in cap. Translato 3., ubi
Felin. *num.10. de Constitut. Cap. Cum dilecta 4.*
§. Nos igitur, ubi Glossa lit. C. de confirmat.
util. vel inutil., Glos. in Cap. Dudum 54. versus
finem verb. idem de elect. in Cap. De mu ta 28. verb.
hoc idem in Personatibus de Præbendis, Pirbing.
in Jus canon lib.1. tit.2. sect.3. §.2. num.114. in
fin., & duob. seqq., ubi ait necesse non esse,
quod unum alteri simile sit quoad omnia, sed 171
sufficere similitudinem in eo, in quo æquipa-
rantur, *Konig. ad d. lib.1. Decretal. tit.2. §.12.*
sub num.27., Engel. in Jus canon. lib.1. tit.2. §.4.
num.82., Gerard. Nood. lib.1. Digestor. tit.3. §. At
ambiguitas vers. viceversa, ibi = *Si angusta sint*
legis verba, & late porrigatur ejus sententia, po-
test interpretatio tanquam Legis permissu ex eo, 172
quod scriptum est, ratiocinando procedere ad non
scriptum, nec cogitatum, modò si esset cogitatum,
probabiliter fuisset scripto comprehensum; Est
verò hæc interpretatio eo majoris usus, quia ne-
que Leges, neque Senatus Consulta ita scribi pos- 173
sunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint
comprehendantur, sed sufficit, ea, quæ plerumque
accidunt, contineri, & cum in aliqua Causa ma-
nifesta est sententia, his qui Jurisdictioni præest,
ad similia procedere, atque ita jus dicere debet =
Polland. Sive Soll. de scientia legum part.1. cap.3.
§.2. num.144., Sylvest. verb. lex quæst.18., Laym.
theolog. moral. lib.1. tract.4. cap.18. num.11.,
Azor. Instit. moral. lib.5. cap.16. col.3. lit.B.,
maxime verò ejusmodi argumentandi modus
de similibus ad similia locum sibi vindicat
quando agitur de Lege, & materia favorabili,
qualis, ut initio hujus §. dixi, proculdubio est
nostra, *Pirbing. in Compend. Jur. canon. dict.*
tit.2. §.2., Polland. sive Soll. de Scient. leg. p.1.
cap.3. §.2. num.144., & quando favoris ratio
à Lege intenti, magis quam in casu in illa ex-
presso, locum sibi vindicat in casu simili, ta- 174
metsi non expresso, ut certè contingit in casu no-
stro, in quo publicus favor exigens, quod Be-
neficia Ecclesiastica secundùm justitiæ regulas
pro uniuscujusque merito distribuantur, magis
quam contra Consanguineos, ut sensui patet,
urgere videtur contra Familiares extraneos o-
mni prorsus merito destitutos, sed solo Distri-
butoris Beneficiorum favore, & gratiâ ful-
citos.

Verùm enim verò, licèt, ut hactenùs proba-
tum est, quoties ex ratione, sententia, & causa
finali

finali expressâ in lege manifesta redditur volun-
tas, & mens Legislatoris sub tali Lege compre-
hendendi casum, & personam aliquam in illa
minimè nominatam, non egeamus verborum
præsidio, quia, si hæc etiam concurrerent,
quæstio esset de re non dubia, & frustrà dispu-
taretur, an persona, & casus nedum compre-
175 hensus sub ratione Legis, sed prætereà ejus quo-
que verbis designatus caderet sub illius disposi-
tione, ex omnium ore vulgata lege Ille, aut il-
le, quâ præcipitur, quod cum in verbis nulla
ambiguitas est, non debet admitti voluntatis
quæstio ff. de legat.3.: nihilominus tamen ver-
borum quoque adminiculo minimè caremus.
Justissimæ enim dictæ Constitutionis Conditor
§.2. ejusdem non respexit solos Consanguineos,
sed considerans, evenire posse, quod Extranei
quoquè in Familiam Pontificiam cooptarentur,
176 prohibuit, ne in eos prodigendo Beneficia, illo-
rum multitudine locupletarentur, quia hoc
quoque casu peccabatur contra justitiæ distribu-
tivæ regulas præcipientes, quod Ecclesiastica
Stipendia Ministrantibus in Ecclesia Dei æquâ
lance pro unius cujusque merito assignentur.
Et rursus §.3. Extraneos, & Consanguineos
177 æquiparavit, dum providit casui, quo Fratres
Nepotes, Consanguinei, vel Affines, seu illo-
rum loca adepti, sive adsciti præfati inopia labo-
raverint, poterit Romanus Pontifex pro tempo-
re existens pro timorata sua conscientia illorum
paupertatem eodem omninò modo sublevare, quo
pauperum extraneorum inopiæ subvenire fas est =
sequendo nimirum præceptum Canonis Aposto-
lici, relati in Canone quisquis Episcopus 19.
caus.12. quæst.2., admonentis, quod, si pauperes
fuerint, ut pauperibus largiatur, sed non sub ho-
rum occasione, quæ sunt Ecclesiæ defraudentur =
& Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi cap.1. Sess.25.
de reform. quæ similiter respiciens Canones Apo-
stolicos, prohibentes Episcopis = ne res Eccle-
siasticas, quæ Dei sunt, Consanguineis donent:
178 eisdem permittit, quod, si pauperes sint, iis, ut
pauperibus distribuant; eas autem non distrahant,
nec dissipent illorum causa, Alvarus Pelagius de
planctu Ecclesiæ lib.2. cap.15. col.9. post med. fol.
mihi 48. a terg. impress. Venet. Francesc. de Eccles.
Cathedral. cap.6. num.128., & seqq.
At verò, cum clarè ex his appareat, Summum
Pontificem non semel æquiparasse Extraneos,
179 & Consanguineos, eadem debet esse de illis di-
spositio, Barbos. tractat. var. axiom.14. num.1.
& seqq., Pelland. sive Soll. de Scient. leg. part.1.
cap.3. §.2. num.145., Rota in Tridentina Man-
sionariæ, seu Beneficii 28. Aprilis 1725. §. Cete-
rum coram R. P. D. Ratta; Præsertim verò,
180 quando, ut in præsenti hypothesi, adest omni-
moda similitudo in eo, in quo facienda dicitur
æquiparatio, Barbos. tract. var. Loc. commun.6.
num.1. & seq., Rot. in rec. Decis.6. n.3. par.3.;
propterea ex hujusmodi æquiparatione facta in
certis casibus, rectè infertur, illam volitam
fuisse in aliis etiam casibus, maximè, cum in
eisdem concurrit nedum similitudo, sed iden-
titas ipsa, imò majoritas rationis: ne alioquin
sequatur absurda interpretatio, considerata per
Konig. ad lib.1. Decretal. tit.2. §.12. sub n.27.
§. Comprehensiva, ut certè sequeretur in casu
nostro, in quo si sustineri posset, quod illo In- 181
nocentianæ Constitutionis loco, quo prohibitâ
immoderatâ Beneficiorum distributione in
Consanguineos, justus modus, & norma res-
pectu eorum præscripta legitur, non compre-
hendat Familiares, & similes personas, eo quod
in illa haud quaquam nominati legantur; ob
hanc eandem rationem sustineri pariter posset,
quod licèt Summus Pontifex §.2. dictæ Consti-
tutionis adeo conceptis verbis, & clausulis pro-
hibuerit donationes, largitiones, & distribu-
tiones quascumque redituum, & Bonorum, ad
S.Sedem, & Rev. Cameram Apostolicam perti-
nentium, quocumque titulo, imo prætextu
etiam meritorum illæ Consanguineis fieri atten-
tarentur; nihilominus tamen sub tali prohibi-
tione haud comprehendantur Familiares, & Ex-
tranei, quia ibidem nominati non leguntur.
At vero si istiusmodi dictæ Constitutionis in-
terpretatio adeo absurda est, ut manifestè ad-
versetur voluntati, & menti Legislatoris, in-
de magis semper, magisque confirmatur, quod
pro statuendo an persona, & casus aliquis sub 182
illa comprehensus dici valeat, non tam spectan-
da sint verba, & litera, quàm ratio, & causa
finalis, ob quam ad novam hanc Constitutio-
nem promulgandam motus fuit Optimus, Ma-
ximusque ille Pontifex.
Hæc igitur cum ita se habeant & tanta ratio-
num, & argumentorum copia demonstrata vi-
deri possit vera, & germana intelligentia nostræ 183
Constitutionis, frustrà quærimus verba, quan-
do voluntatis Legislatoris recti Interpretes esse
debemus, ut eleganter de Legis interpretatione
scripsit Cicero 2. Rethoricorum, ita loquens =
Scriptorem ipsum si constat, factam hoc probatu-
rum: & idem ipsum, si ei talis res accidisset,
facturum fuisse: & ea re Legis Scriptorem certo
ex Ordine Judices, certa ætate præditos consti-
tuisse, ut essent, non qui scriptum suum recita-
rent, quod quivis puer facere posset, sed qui co-
gitatione assequi possent, & voluntatem inter-
pretari. Deinde illum Scriptorem, si scripta
sua stultis hominibus, & barbaris Judicibus
committeret, omnia summa diligentia perscri-
pturum fuisse: nunc verò, quod intelligeret, qua-
les Viri judicaturi essent, idcircò eum, quæ per-
spicua videret esse, non adscripsisse: neque enim
vos scripti sui recitatores, sed voluntatis interpre-
tes fore putavit.

§. IV.

In quo respondetur contrariis objectionibus.

ETSI ex iis, quæ duobus præcedentibus §§. de-
ducta sunt, sublatæ videri possint contra-
riæ omnes objectiones, utpotè quia suppositâ
clarâ voluntate, & mente Legislatoris, frustrà
prò ea interpetranda afferuntur argumenta, & 184
conjecturæ; quippè Lex omnis ex illius sola vo-
lun-

luntate, & potestate vim accipit, ad *Text. in leg.*
Prospexit legislator 12. *ff. qui*, *& à quibus ma-*
numis., *& leg.* 1. *ff. de Constit. Princip.* id quod
si adeò verum est, ut *interdum*, *& præter ratio-*
nem voluntas, (videlicet Legislatoris) *semet ex*
vi libertatis suæ determinat, *quod ad obligatio-*
nem producendam sufficit, ut ait *Hug. Grot. de*
jur. bell. & pac. lib. 2. *cap.* 16. *§.* 8., potiori pro-
culdubio jure id sibi locum vindicabit in nostra
hypothesi, in qua ratio unica finalis, quâ Le-
gislator ad Legem ferendam motus, atque de-
terminatus fuit, manifestè demonstrat, casus, &
personas, circa quas versatur hodierna contro-
versia, comprehensas dicendas esse sub censurà
Legis, ab ipso latæ; nihilominus tamen non ut
Causæ, quæ plana esse videtur, sed ut rationi
scribendi satisfaciam, non pigebit singillatim
refellere ea, quæ in contrarium afferri posse ra-
tus sum.

Parvi itaque refert, quod, quemadmodum
Beneficia jure positivo constituta sunt, eodem
pariter jure positivo prohibita dicenda sit illo-
rum pluralitas, indè inferendo, quod si Ponti-
fex Maximus in Beneficialibus est absolutus Do-
minus, prò arbitrio suo dispensare valeat super
eorumdem superflua multitudine, adeò quidem
ut ex ejus dispensatione plura Beneficia conse-
quutus, justè illa retinere queat, fretus hujusce-
modi dispensatione, in qua sola ejus voluntas
prò ratione habetur. Verum nulla istiusmodi
objectionis pars subsistit.

Quod enim attinet primam; verum quidem
est, Beneficia jure positivo instituta esse, quoad
videlicet Præbendarum divisionem post plura
secula in Ecclesia introductam, ut animadver-
185 titur in ipsa contraria objectione, post autem
hanc divisionem jure merè scripto, & positivo
inventam, licèt cum illorum pluralitate constitu-
ta sit eorum diversitas, ob qualitates, & natu-
ram diversam eisdem in eorum institutione indi-
tam; nihilominus tamen Beneficia omnia ut-
potè destinata substentationi Ministrantium Al-
tario, dicuntur esse patrimonium Ecclesiæ, &
Christi; eisdemque debita Divino, ac naturali
Jure, juxtà illud Christi Domini, dicentis = *di-*
gnus est Operarius mercede suâ = & juxtà illud
Apostoli qui Altari servit, de Altari vivere
debet = latè *Azor. Institut. moral. part.* 2. *lib.* 6.
cap. 1. *in princip.*, *atque in fine*, *Fragos. de Re-*
gim. Reip. Christ. tom. 1. *disput.* 9. *§.* 2. *num.* 49.
fol. 386.; propterea que, ut latè probatum est
§. II., & III., cum præcipuæ inordinationes
orientes ex pluralitate Beneficiorum eæ sint,
quod per illam non solùm subtrahuntur necessa-
ria vitæ præsidia servientibus Ecclesiæ, licèt
ejs suffragentur paupertas, pietas, doctrina, &
merita, & præter alia plurima mala, eadem plu-
ralitate alitur avaritia, cupiditas, & luxus eo-
rum, qui superfluâ redituum Ecclesiasticorum
copiâ locupletantur, indè sequitur quod prohi-
bitio eorum multitudinis in uno Beneficiario,
tametsi expresse jure Divino sancita minimè
fuerit; nihilominus tamen eadem subnixa sit
Divino, & naturali Jure, efflagitante, quod
æquâ lance distribuantur Ministrantibus Eccle- 186
siæ, ut præcipitur in dicta Constitutione,
ideoque, quemadmodum antè ejusmodi divi-
sionem iidem alebantur ex communi patrimo-
nio, atque reditibus Ecclesiæ; ità etiam cum
vix possint plura Beneficia ad unum pervenire,
sine paupertate plurium, nè ab eo uno pluribus
auferantur alimenta, inter hos, pro uniuscujus-
que merito distribuenda erunt, explosâ illorum
pluralitate, nedùm Legibus positivis, sed juri
etiam naturali contraria.

Quamobrem frustrà obtenditur suprema, & 187
absoluta potestas competens Romano Pontifici
quoad res omnes, & Beneficia Ecclesiastica,
quia fidelis Dispensatoris Leges servare debet,
ex sententia Divi *Thomæ* 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 1.
ad 7., ita loquentis = *quamvis enim res Ecclesiæ* 188
sint ejus, *ut principalis Dispensatoris*, *non tamen*
sunt ejus ut Domini, *& possessoris* =, *Fragos. de*
regimin. Reipub. Christ. tom. 2. *disput.* 9. *§.* 1.
num. 5. *&* 6. *fol.* 377., *& §.* 2. *num.* 116. *fol.* 397.
latissimè apud *Frass. de Reg. Patron. Indiar.*
cap. 33. *num.* 29. *& seqq.*, *ubi num.* 32. refert ver-
ba *Francisci Sarmienti Sacri Palatii Auditoris*
lib. 1. *selectar. cap.* 1. *num.* 25. ità testantis de *S.*
Pio V., quod = *sæpissimè Sanctissimus Dominus.*
Noster Pius V. dicere solet, *qui non Dominos*
Beneficiorum, *sed Dispensatores se*, *& alios Ro-*
manos Pontifices profitetur = quem *Sarmienti*
locum pariter affert *Frogos. d. §.* 1. *num.* 5., *Rey-*
noso observ. 12. *num.* 17., *Sotus de Justit. & Jur.*
lib. 3. *quæst.* 6. *art.* 3. *col.* 5. *circa finem vers. Quo-*
niam Papa, *Alvar Pelag. de planctu Eccles. lib.* 2.
cap. 15. *col.* 13., *Diana resol. moral. part.* 10.
tract. 13. *in Miscellan. cap.* 3. *resolut.* 1. *de pluralit.*
Benefic. §. Et tandem, aliique relati in sæpius
citata annotatione ad *decis.* 254. *num.* 159.
part. 9. *rec.*.

At verò, si liberrimum illud dominium à po-
sitivis Legibus exemptum, quod in Beneficiali-
bus Summo Pontifici tribuitur, ità intelligen-
dum est, ut non prætergrediatur Supremi Ad-
ministratoris, atque Dispensatoris regulas, illud 189
certè alligatum erit Juris naturalis, vel Divini
Legibus, quibus ejus administratio circumscri-
betur, adeò quidem, ut licèt nullâ legitimâ
causâ interveniente, validè possit prò ejus vo-
luntate potestatem suam exercere, licite tamen,
& absque gravi animæ suæ periculo id non fa-
ciet, *Selva de Benefic part* 1. *quæst.* 39 *sub num* 5.,
vers. & ideò non debet, *Minanno in Basi Pontifi-*
ciæ Jurisdictionis tract. 2. *fundam.* 1. *quæst.* 4.
num. 24. *in medio vers. nos. verò tutiorem eligen-*
tes viam, *in fine* subdens illud *Apostoli* 2. *ad Co-*
rinth. scribentis = *Nam*, *etsi amplius aliquid glo-*
riatus fuero de potestate nostra, *quàm dedit No-*
bis Dominus in ædificationem, *& non in destru-*
ctionem vestram non erubescam juxtà quam Apo-
stoli sententiam ità pariter loquitur *Bossius in*
moral. tom. 1. *part.* 2. *tit. de Benefic. §.* 1. *sub num.* 21.
ibi = *Summus Pontifex non est Dominus Benefi-*
ciorum, *sed tantùm Dispensator*, *quam potesta-*
tem dedit ei Deus in ædificationem Ecclesiæ, *non*
in destructionem, *quare*, *ut quilibet Dispensator*,
non

non potest pro suo arbitrio distribuere Bona, sed juxtà rationabilem voluntatem =

Si igitur Pontificia potestas in ædificationem,
non in destructionem exercenda est, si, ut licitè exerceatur, requiritur, quod justa tum gratiæ, tum justitiæ causa interveniat; manifestum
indè fit, quod, ut licitè ab uno retineri valeant
190 plura Beneficia, requiratur, quod simul cum
dispensatione concurrant justæ causæ, sivè circumstantiæ, quibus tollatur deformitas, inordinatio, & injustitia, quas alioquin secum illa
fert, ut ex *Divo Thoma* probat *Fagnanus in d. Cap. Quia in tantum num.10., & seqq. num.12., & 13.* dicens, jure Ecclesiastico prohibitum esse plures Præbendas obtinere absque dispensatione, etiam supervenientibus circumstantiis illis, quæ tales inordinationes tollant, quibus è contrario cessantibus, nec etiam cum dispensatione lici-
191 tum est plura Beneficia obtinere, eò quod dispensatio non auferat ligamen Juris naturalis, sed solum ligamen Juris positivi, & in hoc ait idem tandem resident hic Canonistæ nostri, quem *Fagnani* locum refert, & laudat *Van. Espen. tom.3. suorum Opusculorum in dissertatione Canonica de dispensationibus cap. 1. §. 4. vers. Neque sola f.l.376.*, *idemque in Jus Eccl. univ. part.2. tit. 20. cap. 1. num. 11. 13. & 14.*, ubi, postquam retulerat ejusdem Divi *Thomæ* verba, subdit, quod = *ni concurrant circumstantiæ, quæ omnes illas inordinationes, quas pluralitas illa in sè continet, abstergant, ipsa pluralitas Beneficiorum manent prohibita jure naturali, nulloque consuetudine, aut dispensatione justificari queat* = & dispensatio in hisce circumstantiis nequaquam erit efficax ad salutem dispensati, instar petentis dispensationem, quia cæcus, mancus, vel curvus sit, qui talis remanet etiam post dispensationem, prout ex *Rota in decis.50. num.37. part.5. recent.*, *& cum Hojeda in tract. de Cleric. & eorum exempt., & de incompatibilit. Benefic. cap.19. part.1. num. 13. & 15.* ratiocinatur *annotans ad d. decis.254. num.163. & duob. seqq. part.9. rec.*

Hæ autem justæ causæ, & circumstantiæ tales esse debent, ut non privatum commodum Pro-
192 visi, sed publicam Ecclesiæ utilitatem, aut necessitatem respiciant, ex Divo *Bernardo Epistol. 71. ad Comitem Theobaldum*, ibi = *Nam nec cuiquam vel adulto plures in pluribus Ecclesiis habere licet, nisi dispensatorie quidem, ob magnam, vel Ecclesiæ necessitatem, vel personarum utilitatem* = quæ utilitas hic referenda est non ad personam Provisi, sed ad Ecclesiam, ut scilicet, quemadmodum propter necessitatem, ità etiam ob utilitatem, quam persona aliqua afferre possit Ecclesiæ, illa dispensatoriè admitti possit ad plura Beneficia obtinenda; Idque etiàm, quod videlicet justa causa, ac circumstantiæ licitam reddentes dispensationem ad obtinenda plura Beneficia respicere debeant Ecclesiæ necessitatem, aut utilitatem, communiter ex *Divo Thoma in d. Quodlibeto 9. art. 15. vers. ut puta si sit necessitas*, tradunt *Gonzal in Cap. De multa 28. num. 4. de Præbend., & Dignitat.* ubi ait, id supponi in d. *Textu*, *Passerin. in Cap. Consuetudinem primo quæst.2. art.1. sub num.351. vers. solent verò* ibi = *Solent verò justæ causæ conferen-* 193
di plura Beneficia assignari quinque &c. Sed unica est causa religionis Christianæ exigentia, sivè Ecclesiæ Christi utilitas, quia tam officia, quam fructus officiorum ideoque Beneficia, sunt Christi patrimonium, & ad incrementum Ecclesiæ ordinata, ideò aliæ causæ non valent, nisi in quantum isti subordinantur = fol. 297., *Fagnan. in Cap. Dudum num.28. & 29. de elect.*, *Sotus de justit. & Jur. lib.3. quæst.5. art.3. col.3. in fin. à vers. est tamen hic consultò animadvertendum, & vers. attamen neque illud*, *Card. Bellarmin. in monitione seu Epistola ad Nepotem controv.6.* ibi = *sine urgentissimà causâ, eademque Ecclesiæ necessaria, non potest citrà atrocem culpam super hoc dispensari* =; quem refert, & sequitur *Thomasin. part.2. lib.3. cap.5. num.16.*, *Lyman. theolog. moral. lib.4. tract.2. cap.8. sub num.2. vers. secundò utilitas Ecclesiæ*, *& Diaz. in prax. criminal. canonic. cap. 48. num. 4.*

Quamobrem, si is, qui vigore dispensationis in pluralitate Beneficiorum, securus esse desiderat, necessariò expendere debet, an concurrant circumstantiæ, & causæ, quæ tollant inordinationes eas, quæ illam illicitam reddunt; adeoque nihil supersit, quod ipsam pluralitatem jure naturali illicitam reddat; sed solùm jus positivum dispensatione solubile obstet, ut his fere verbis loquitur *Van. Espen. d. cap.1. nu.14.* 194
dicendum profectò est, quod, deficientibus his circumstantiis, is, *qui non unus est, sed plures est in Beneficiis, non unus, sed plures erit in suppliciis* = ut ex *Divo Bernardo*, relato à *Divo Thoma quodlibeto 9. art.15.*, ait *Fagnan. in d. cap. Quia in tantum num.15. & seq. de Præbend.*, qui *Divi Bernardi* locus refertur à *Fragosio etiam de Regimin. Reipub. Christ. tom. 2. lib. 3. disput.9. §.2. num. 47. fol.385.*, *& à Thomasino de Benefic. tom.2. lib.3. cap.5. num.16. in fin.*; lethali namque crimine obstringi eum qui plura Beneficia
tametsi simplicia occupet, quando unum ejus 195
congruæ substentationi sufficeret, præter allegatos *§. Prima autem, & §. Jure igitur*, tradunt *Navar. consilior. lib. 3. cons. 10., & cons. 13., utrobique num.1. de Præbend.*, *Leo in thesaur. for. Eccles. decis.3. cap.1. num. 26.*, *Jacob de Grassis in suis decisionibus lib.2. decis.97. num.17. & 30., & in annotat. ad decis. 90. num.154., & seqq. part.9.*; pluralitas enim ista rationi naturali resistit, *Cap. Ratio nulla 3. de Præbend.* ubi *Gregorius Anthemio subdiacono* sic rescripsit = *ratio nulla permittit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur propriis cujusquam usibus applicetur* =, *& Cap. Ad hæc 13. de Præbend.*, *Abb. in Cap. Jamdudum 18. num.8. de Præbend.*, *& præter Fragos. de regim. Reip. Christian. tom 2. disp.9. §.2. num. 47. fol.385.*, *Selva de Benefic. d. part.3. quæst.39. num.5. in princip.*, *Sylvester in Summ. in verb. Beneficium il 4. num.4.*, de quo *in annotat. ad d. decis. 254. num. 146., & seq.*, & prius ibidem *à num.131 ad 136.*, & alii superius allegati.

Ex *Divo* namque *Hieronymo* relato *§. At gravior*,

vior, si de Altario vivere, non autem de Altario luxuriari permittitur, si ex eodem, quod, præter necessaria vitæ subsidia, retinetur, *rapi-*
196 *na est, sacrilegium est* quia illud subtrahitur aliis eo indigentibus ad propriam substentationem, ideoque furtum committi dicitur ab *Abbate in Cap. Dudum 54. num. 5. de elect.*; Si denique ex affluentia redituum Ecclesiasticorum, præparatur materia dissolutioni, sola idcircò dispensa-
197 tio; si cum ea non concurrat justa causa, à crimine non liberabit illum, qui contra tot rationis naturalis præcepta plura occupat Beneficia; quamobrem jure meritòque communi omnium consensu traditum est, quod dispensationes Apostolicæ valent quidem in Foro externo, at patrocinium, quo conscientia tuta sit acciri inde non potest, nisi justæ sint, & ad publicam Ecclesiæ utilitatem dirigantur dispensationum causæ, latè *Abb. in Cap. Dudum 54. num. 26. de elect.* ob eam rationem, quod = *hoc casu non solùm alteratur humani Juris dispositio, sed etiam Christi Patrimonium injustè disperditur* = & reprobato Innocentio, subdit, quod *non solum hic versetur jus humanum, sed potiùs Divinum*, idemque repetit *num. 36.*, *Passerin. in lib. 1. 6. Decretal. tit. de consuetud. cap. Consuetudinem 1. quæst. 2. artic. 1. num. 358. fol. 297.*, *Selva de Benefic. part. 3. quæst 39. à num 5.*, *Paris. de resignat. Benefic. lib. 1. quæst. 6. num. 129. vers. ille cum quo fuit dispensatum*, *Joan. de Lignano in tract. de incompatibilit. Beneficior. sub num. 18. vers. ex quo sequitur, quod apud Deum non est tutus is, cum quo sic dispensatur*, *Petr. de Baraf. in suo Director. elect. cap. 12. à num. 3. vers. dispensatus à Papa super pluralitate Beneficiorum causâ legitima non subsistente, non est tutus apud Deum. &c.* & cum aliis *in annotat. ad d. decis. 254. num. 156. & seq. part. 9 rec.*, *Cajetan. in summa in verb. Beneficium §. Mortale autem*, *Alvar. Pelag. de planctu Ecclesiæ d. cap. 15. col. 12. post med.*, *Van. Espen. in Jus Eccles. univ. tom. 2. tit. 20. cap. 5. num. 5.*, *sequens Abbatem in cap. Dudum de elect.*, *& num. 6. ubi sequitur Fagnan. in cap. Ex parte de Cleric. non resident*, *idem tom. 3. in Dissertatione de dispensationibus cap. 1. §. 4. in fin.*, *referens illud S. Bernardi ad Nepotem Epistol. 1.* = *& quid tibi frustra quispiam blanditur, cujus conscientiam Divina tenet ligatam sententia* =, *Thomasin. de Benefic. part. 2. lib. 3. cap. 5. num. 16.*

Culpæ autem non solùm obnoxius fit, super-
198 fluam Beneficiorum pluralitatem sinè justa causa dispensatoriè obtinens, sed etiam ab ea non eximitur dispensationem prò sola sua voluntate concedens, modò tamen cum *Divo Bernardo epistol. 7.* relato à *Van. Espen. d. cap. 5. num. 8.*, dici non valeat, *quod tamen Summum fecisse Pontificem nequaquam crediderim, nisi aut circumventum mendacio, aut importunitate victum,*
199 ut reverâ hujusmodi Pontificias dispensationes circa superfluam Beneficiorum pluralitatem, plerumque subreptitias censendas esse, sentit *Thomasin. d. part. 2. lib. 3. cap. 9. sub num. 11. §. Exceptionem denique*, *Selva de Benefic. q. 39. sub num. 5. vers. quis enim nesciat*, *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. glos. 15. num. 34.*, ubi plures, *& ex Extravaganti Execrabilis notat Carol. de Grass. de effect. cleric. in prælud. num. 137. vers. Et licet ex dispensatione*. Nam, deficiente justâ justâ excusatione ex *Angelico Doctore 2. 2. qu. 97. artic. 4. in corpore*, potestatem habens dispensandi, si *absque ratione pro sola voluntate illam tribuat, non erit fidelis in dispensatione, aut erit imprudens: infidelis quidem, si non habet intentionem ad bonum commune: imprudens autem, si rationem dispensandi ignoret* = quamobrem, cum Summus Pontifex, ut dictum est, sit justus Beneficiorum dispensator, nullaque urgente justâ causâ, ejuscemodi dispensationes concedendo fidelis dispensatoris partes non adimpleat, prohiberi ab eo non potest, quin dispensatio injusta, & ei exitio sit, qui petit, & qui petentem audit, ut loquitur *Thomasin. cap. 5. d. num. 16.*, *Alvar. Pelag. de planctu Eccles. d. cap. 15. col. 12. circa finem*, dicens = *Sit ergo fidelitas ex parte dispensantis, & ex parte subditi obedientis* =, *Rebuff. in prax. Benef. part 2. tit. de dispensat. ad plura Benefic. num. 55.* ibi = *Non est tutus quoad Deum*
Papa, qui sinè causa dispensat, nec dispensatus, 200
quia Papa ad ædificationem positus est, non ad destructionem &c., *Sotus de just.*, *& Jur. d. ar. 3. col. 3 in fin. vers. hi autem duo casus*, *& col. 5. vers. Itaque, & Papa*, *Anton. Gambar. de auctorit. Legat. à Later. lib. 5. num. 86. vers. irrationabiliter dispensando*, *Hoieda de incompatibil. Benef. part. 1. cap. 19. num. 13.*, *Jacob de Grassis decis. aur. decis. 195. num. 26.*, *& seq. & alii in annot. ad decis. 254. nu. 145. & seq.*, *& nu. 156.*, *& seqq. part. 9. rec.*

Cum itaque in nostra hypothesi deficiente ju-
stâ causâ, non dispensatio, sed dissipatio dicen- 201
da sit, ac dispensans dissipator appelletur, *Fagnan. in cap. Ex parte num. 65. de Cleric. non resident*, ubi agens de dispensatione Papæ super pluralitate Beneficiorum, probat sententiam *Joannis de Lignano*, docentis, quod si Papa dispensaret prò nuda sua voluntate, *non foret dispensator, sed dissipator*, ac deindè cum eodem de *Lignano* concludit = *ex quò sequitur, ut quoad Deum non sit tutus is, cum quo sic dispensatur, imò verius dissipatur* =, *Selva de Benefic. part. 3. quæst. 39. num. 4.*, *Alvar. Pelag. de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 15. col. 12. post med.*, *Van. Espen. in Jus Eccles. univ. tom. 2. tit. 20. cap. 20. num. 6.* ubi sequitur mox citatum *Fagnani* locum, manifestum indè fit, quod, quum agitur de dispensatione concessa prò superflua Beneficiorum multitudine obtinenda, sola voluntas non stet prò ratione, quia id quidem verum est, quando agitur de tollendo per dispensationem ligamine Juris merè humani, & positivi, at secus est, quando agitur de dispensatione contrà jus positivum, Divino tamen jure, seu naturali rationi subnixo, in annot. ad *Abbat. Cap. Dudum 54. num. 26. lit. D. de elect.*, *& ex Felino* tradit *Diaz. in practic. crimin. canon. cap. 48. tit. Beneficia plura possi-*
dent num. 4., inquiens, quod *licèt Papa habeat* 202
potestatem dispensandi in omnibus Statutis Eccle-

sit solâ voluntate, tamen illud intelligitur, nisi Lex positiva habeat in se quandam rationem Divinam, vel naturalem, ut est Lex prohibens pluralitatem Beneficiorum, ut ex *Angelo de Ancharano in tract. de Eccles. potest. quæst. 68.*, tradit *Rebuff. in prax Benefic. part.2. tit. de dispensat. ad plur. Benefic. num.22.*, *Passerin. in lib. primo 6. Decretal. cap. consuetudinem prima quæst.2. artic.1. sub num.353.*, *Thomasin. tom.2. lib.3. cap 9. num.13. in fin.*, *Fragos. de regim. Reipub. Christ. tom 2. disput. 9. §. 2. num.48.*, *Hoieda de incompatibil. Benef. part. prima cap.19. num.17. in annot. ad d. decis. 254. num. 129. & seqq.*, *ac num.188. & seqq., ac num. 254. & seqq., ubi alii part.9. rec.*

Quæ omnia fusiùs fortè, quam ratio Causæ exigat, explicavi, ut demonstrarem, quod frustra obtenderetur contraria quævis Consuetudo; tum quia hæc solvere quidem posset vinculum residentiæ, at non etiam tollere alias deformitates, & inordinationes, quas illa secumfert,
203 & ob quas Sacri Canones licèt nullo quandoque, aut exiguo cum fructu, semper tamen tanquam exitiosam, ejusmodi consuetudinem naturali Juri, omnibusque positivis Legibus adversantem, ab Ecclesia eliminare prorsus curarunt, uti ex multiplicibus *Conciliorum Decretis*, ideoque teste *Alexandro III. in Cap. Cum non ignores 15. de præbend. & Dignit.*, cujus Decretalis integer tenor refertur a *Gonzal. tit. de Præbend.*, *& Van. Espen. in Jus Eccles. univers. tom.2. tit.20. cap.1. num.8.*, quamvis sæpe eadem non potuerit præ multitudine delinquentium emendari, indè tamen nullatenus inferri potest, fuisse unquam approbatam, tametsi multitudinem haberet sequacem, & pro temporum infelicitate ab Ecclesia toleraretur, ut id ipsum in hac eadem materia probat *Innocentius III. Cap. Cum jamdudum 18. de Præbend.*, subjiciens hanc regulam: *cum multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in Judicium exigente justitia, non debent tolerari*: ut bene ex dictis Juris locis argumentatur *Van. Espen. locis citatis*, *Passerin. in dicto Cap. Consuetudinem il primo quæst.2. art.1. num.354.*, *Barbos. ad Concil. Trident. cap. 17. Sess.24. de reformat. num.7. & de Offic., & potest Episcop. part.3. alleg.62. num.8.*, *Paris. de resignat. lib.5. quæst.6. num.119. & seq.*, ibi: *tamen hæc communis observantia non excu-*
204 *sabit retinentem plura Beneficia simplicia, quorum unum est sufficiens, a peccato mortali &c.*; Ratio, quia prætata *Consuetudo est contraria juri naturali, rationi, & juribus*, *Sotus &c.*; ideo *tanquam irrationabilis, & nutritiva peccati, non excusat*, *Dec. in Cap.2. &c. Nam illud, quod dicitur Consuetudinem excusare a pœna, Gloss. in Cap. Cum venerabilis &c. procedit, ut*
205 *excuset a pœnis temporalibus, non autem ab eternis, & Divinis &c.*, *Garz. de Benefic. par.11. cap.5. num.270., & 279.*, *Hoied. de incompatibil. Benef. part.1. cap.19. num.1. in fine, & num.8.*, *Pax. Jordan. variar. elucubrat. lib.10. tit.28. num.58. in fine, & in alias citat. annot. ad decis.254. a num.420. ad 430. p.9. rec.*, *Ricc. decis. Cur. Archiep. part.4. d.236. num.5.* dicens, quod licèt illa excuset a temporalibus pœnis, non tamen eximit ab æternis, & Divinis.

Idque confirmatur nedum ex obligatione petendi semper dispensationem, sed etiam ex eo, quod *non potest dispensatio super pluralitate Be-* 206
neficiorum concessa Impetranti prodesse, qui aliquod quantumcumque modicum Beneficium subticuit in eadem: ut rescripsit *Bonifacius VIII. in Cap. Non potest 21. de Præbend. lib.6.* Quinimò satis non est id narrasse, sed præterea requiritur, quod petatur dispensatio super tali pluralitate, 207
sola namque expressione plurium Beneficiorum facta Papæ illa inducta diei non valet, ut ex eodem *Cap. non potest. §. final.*, ibi: *Cum verò tibi (non obstante quod aliud Beneficium obtinere noscaris) a Sede prædicta de aliquo Beneficio provideri contingit; per hoc tecum, ut primum Beneficium retinere valeas, non intelligitur dispensatum*: per quem *Textum* ita benè arguit *Novar. in tract. de oratione Cap.22. Miscell.16. n.64. & seq.* quem sequuntur *Gonzal. ad regul.8. Cancellar. Gloss.15. num.27. & seq.*, *Pax. Jordan. var elucubrat tom.2. lib.10. tit.28. num.45. & seq. ac in annot. ad d. decis.90. num.76. & seqq. par.9. rec.* Ex quibus præterea demum elucescit etiam, quam justa est pœna in §.8. nostræ Constitutionis in casu contraventionis sancita, cui nihilominus, quia lex clara est, locum esse oporteret tametsi sustineri posset sententia illorum, qui censent, superfluam pluralitatem Beneficiorum præsertim simplicium prohibitam quidem esse, sed non idcircò lethale crimen incurrere illa obtinentem.

Minus verò obesse potest, quod Constitutio nostra, nominatis solis Consanguineis, Familiares prætermiserit; quinimò ex eo, quod, dum voluit personas aliquas extraneas sub eadem comprehendi, id expresse declaraverit, indè justa ratione inferatur, quod cum illas omisit consultò omisisse censenda sit. Huic enim obiectioni plene satis factum arbitror toto §.111., & futilis reddi videtur ea sola animadversione, quod, si Familiares quoque, aliæve similes personæ in illa nominatæ reperirentur, quæstio esset de re dubia, nulloque pacto 208
quæri posset, an dispositioni Legis subjectæ sint personæ illæ, quæ in tali Lege expresse nominatæ leguntur: hujusmodi namque quæstio institui potest eo solum casu, quo deficit ejusmodi personarum nominatio; quamobrem, dum pro illarum non comprehensione affertur argumentum desumptum ex sola omissione nominationis, hujusmodi argumentum rejiciendum est ea sola ratione, quod peccet vitio petitionis principii, *Casaunt. cons.50. num.22.*, *Rota in Romana, seu Reatina Fideicommissi 2. Decembris 1697. §. Hæc enim argumenta coram cl. me. Card. de la Tremoille*. Ut enim probatum est §.111. cum certi, exploratique Juris sit, quod in Legibus, & Constitutionibus frequenter, passimque comprehenduntur casus, & personæ in illa minimè nominatæ, quando certò constat de mente, & voluntate Legislatoris, confirmata insuper

ex

ex ratione, & causa finali, qua ad illam edendam determinatus fuit; si pro earum non com-
209 prehensione afferatur sola omissio nominationis, pro resolutione quæstionis afferri, & præsupponi dicitur id, de quo disputatur, quod improbatur a *Rota coram Seraph. decis. 1486. num. 18. vers. ultera conjecture*. Demonstrandum itaque esset, Familiares omissos in Constitutione, sub illa contineri non posse, quia nec ex voluntate, & mente Legislatoris, nec ex ratione, & causa finali, qua idem motus fuit minimè comprehendi possunt.

Ut etiam non officit, quod dicta Constitutio nimis rigida censenda sit, dum in taxanda quantitate redituum Ecclesiasticorum, assignari permissa Consanguineis comprehenduntur Pensiones, & proventus Officiorum, qui nullam incompatibilitatem habent cum Beneficiis. Nam quod attinet Pensiones Ecclesiasticas, justa ratione sustineri posset, idem judicium de
210 illis ferendum esse quod fertur de reditibus Beneficiorum, juxta ea, quæ habentur apud Episcopum *Rosa de recta distribut. redit. Eccles. cap. 1. num. 109. & seqq.*, verum quæstio hæc omitti potest in nostra hypothesi, quia Optimus dictæ Constitutionis Conditor animadvertens, illam facilè eludi posse, si Pensiones Ecclesiasticæ, & emolumenta perpetuorum Officiorum in annuo reditu scutorum duodecim millium computanda non essent, idcirco, ut ipse loquitur initio §. 4., videlicèt = *ne autem, quod directè prohibetur, directè permittatur* = prudentèr, sapientèrque præcepit, quod in dicta quantitate scutorum duodecim millium, Pensiones quoque, & alia mox dicta emolumenta computari deberent.

Frustra etiam, pro excludenda comprehensione Familiarium obtenditur, quod dicta Constitutio odiosa sit, ideoque, stricta interpretatione intelligenda, quia restringit supremam potestatem Summorum Pontificum Successorum, atque etiam quia quodammodo derogat Privilegiis, quæ S. R. E. Cardinalibus deberi agnovit Joannes XXII. in *Extravag. Execrabilis de Præben.* Nam, ut initio §. 111. probatum est, cum Constitutio nostra sit omnium maximè
211 favorabilis, non stricta, sed amplissima interpretatione intelligenda est, & ob publicum, ac quidem summum favorem, quem continet, odiosa dici nequit, quasi restringat Pontificiam Potestatem; tum quia in illa præcipitur id, quod omnes Summos Pontifices servare decet, sequi nimirùm Sacrorum Canonum regulas, & Ecclesiasticæ disciplinæ Iostituta, quibus mandatur, ut *Ecclesiastica Stipendia Ministrantibus in Ecclesia Dei, æqua lance pro uniuscujusque merito assignentur*; tum etiam quia in delatione Pilei, in Conclavi, atque in assumptione ad Summum Pontificatum religiosa observantia illius, cum aliis ejusmodi Constitutionibus juratur ab omnibus S.R.E. Cardinalibus, quæ Constitutiones cum veluti Leges fundamentales ordinentur ab bonum regimen tum Spirituale, Ecclesiæ Romanæ, tum temporale S. Sedis, dici nequeunt derogare Supremæ Potestati Pontificis, qui sponte, & ob bonum publicum, quod unicè respicere, ac curare debet, illas amplexus fuit, & jurisjurandi religione se illas servaturum promisit. Dum verò dicitur, quod Constitutio ita intellecta adversatur *Extravaganti Execrabilis*; respondetur, quod magis adversabantur Sanctissimæ Ecclesiæ disciplinæ exempla, quæ Legislatorem moverunt ad hanc novam Legem condendam, eo sanè libentiùs ita, ut dictum est, intelligendam, quia sequitur normam generaliter a Sacris Canonibus, & a Sacrosancta Tridentina Synodo, ut probatum est §. *Quamquam vero, & seqq.* respectu quoque S.R.E. Cardinalium præscriptam.

Neque etiam officit, quod si immoderata Beneficiorum collatio prohibita in dicta Constitutione, comprehenderet Familiares eximia Cardinalatus dignitate decoratos, veluti ex voluntate Legislatoris comprehensos sub prohibi- 212
tione illorum distributionis, contra justitiæ regulas facta, ex eadem ratione extendenda esset, atque afficere deberet ceteros omnes S. R. E. Cardinales, Nam ut probatum est §. *Haclenus actum est, & seqq.*, cum dicta Constitutio providere voluerit specialibus casibus, magis frequentibus, quum videlicèt Summi Pontifices carnis, & sanguinis laqueis irretiti, vel humana ducti affectione, & deliniti obsequiis, quibus circumveniuntur a Familiaribus, in ejusmodi personas prodigunt Beneficia, & ingentes redi- 213
tus Ecclesiasticos unde *relinquitur conquerendi, vel obloquendi occasio*, perrarò autem, aut ferè nunquam id accidat respectu aliorum S. R. E. Cardinalium, qui persæpe carent quodammodo congrua alimentaria, idcircò iidem sub dicta Constitutione comprehensi dici nequeunt; Leges namque satis habent id, quod plerumque accidit respicere, quæ autem rarius contingunt, communibus regulis constringenda sunt, *Hug. Grot. de Jur. bell., & pac. lib. 3. cap. 4. §. 4. n. 3.*, & fortè ob similitudinem rationis sustineri posset, ad alios quoque S.R.E. Cardinales d. extensionem faciendam esse, si nulla adesset Lex, quæ moderaretur distributionem Beneficiorum eisdem faciendam; dici namque tunc posset cum 214
eodem *Grotio loc. citat*, esse id latius, quam sine norma vivere, aut normam cujusque arbitrio permitti. At qua regula, & quo justo, ac æquo arbitrio providendum sit S.R.E. Cardinalibus, præter antiquos Canones, disponitur a *Sacro Concilio Tridentino d. Cap. 17. Sess. 24. de reformat.*, ubi, ut alibi dictum est, S. Synodus animadvertens, quod = *Ecclesiasticus Ordo pervertatur, quando unus plurium occupat officia Clericorum ideoque S. Synodus debitam regendi Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, Decrete, quod in quibuscumque personis quocumque titulo, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant* = mandavit observari, & rursus *Cap. 1. Sess. 25. de reform.* eadem *S. Synodus* ea, quæ Episcopis, de moderata supellectile, frugalitate, & simplicitate observanda prescripserat, ad S. etiam R.E. Cardinales pertinere, decrevit, ita statuens = *quæ verò de Episcopis dicta sunt; eadem non solum in* qui-

quibuscumque Beneficia Ecclesiastica tàm secularia, quàm regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observari, sed ad S. R. E. Cardinales pertinere decernit; quorum consilia apud Sanctissimum Romanum Pontificem cum universalis Ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest, non iis etiam virtutum insignibus, ac vivendi disciplina eos fulgere, quæ meritò omnium in se oculos convertant = & bene utrumque Concilii locum ad rem expendit *Fagnan. in* alibi citat. *Cap. Si quis sanè num.* 33. *§. Limitatio autem de peculio Clericorum*. Sancta itaque Synodus providit quidem honestæ substentationi gradus, quem obtinebant, & dignitatis, qua fulgebant, sed non idcircò permisit superfluam, immoderatamque multitudinis Beneficiorum collationem Sacris Canonibus inimicam. Quamobrem, cum per Sacros Canones, & Tridentinam Synodum satis provisum videatur quoad alios S.R.E. Cardinales, Constitutio ad illos extendi non debet, sed eos tantùm comprehendere dicenda est, quos peculiariter respicit specialis ratio ejusdem Constitutionis, & erga quos profusio redituum Ecclesiasticorum faciliùs contingere potest, & solet;
215 nam ut ait *Ulpianus in leg.* 1. *§. Sed etsi quis ff. de Carboniano Edicto* = *Magis consulendum est iis, quibus majus periculum intenditur* = & consonat
216 *Textus in Cap. Ubi periculum* 3. *de elect. lib.* 6., ideoque *lex in dubia, debet trahi ad casum magis necessariam*, ut inquit *Bald. cons.* 25. *sub num.* 2. *vers. sed res in dubio lib.* 2., undè *Senatus obligata mulieri succurrere voluit, non donanti, quia*
217 *faciliùs se mulier obligat, quàm alicui donet*, ex eodem *Ulpiano in leg. Sed si ego* 4. *§. Sed etsi tibi ff. ad Senat. Consul. Vellejan.* ex quibus rationibus bene ad rem nostram, pro excludenda extensione Constitutionis ad casus minus frequen-
218 tes, sub aliis alioquin Legibus comprehensum, benè argumentatur *Farinac.*, *sive incertus Author apud ipsum cons.* 65. *num.* 115. *& seq. & n.* 129. *& seqq. tom.* 1.

Sublatis igitur contrariis exceptionibus, immota manet Constitutio nostra, in qua si ex voluntate, & mente Legislatoris comprehendun-
219 tur Familiares Summi Pontificis, aliæque similes personæ, illius absoluta acceptatio, & promissio eandem observandi cum Juramento facta, Jurantem obstringet respectu omnium qui sub illa comprehenduntur, argumento *Textus in leg. Jurisjurandi a Debitore* 40. *ff. de Jurejur.*, *Bonacin. oper. moral. tom.* 2. *disputat.* 4. *quæst.* 1. *punct.* 16. *proposit.* 2. *n.* 5. *in princip.*, *& duob. §. §. seqq. pariter in princip.*, *Panimol. decis.* 172. *n.* 45. *& seqq. tom.* 3., *Rot. in rec. decis.* 403. *num.* 5. *p.* 5. *tom.* 1. Neque enim oportet personas etiam eas, de quibus est quæstio, in illa fuisse nominatas, quia, ut probatum est §. præcedenti, satis est ex voluntate, & mente Legislatoris, confirmata ex ratione, & unica causa finali, quæ illum movit ad Legem ferendam, in ea contineri; ipse enim illam tulit ad tanta sapientia præditos Viros: tantaque dignitate florentes Judices constituit, *ut essent, non qui scriptum suum recitarent, quod quivis puer facere posset, sed qui cogitationem assequi possent, & voluntatem interpretari* ex sententia Romani Oratoris relata in fine §. præcedentis.

Eadem Quæstio acta in superiori dissertatione, an scilicet Constitutio S.M. Innocentii XII., moderationem præscribens in Bonorum, & Redituum Ecclesiasticorum distributione, quoad Consanguineos, seu Affines Summorum Pontificum, comprehendat etiam Familiares, aliosve in Summi Pontificis cognationem non adlectos, judicio pariter cl. me. Eminentissimi Cardinalis Lanfredini definita est, elucubratâ ab eo dissertatione, quæ hic adjicitur.

220 *Constitutio* XI. *Innocentii XII. an locum habere possit quoad Familiares, seu Ministros Romani Pontificis?*

221 *Constitutio* XI. *Innocentii XII. lata est quoad certas personas, nempe Consanguineos Summi Pontificis, vel in ejus Familiam cooptatos.*

222 *Sub eaque proinde non comprehenduntur meri Ministri, vel Familiares.*

223 *Cui verba Legis non conveniunt, nec ipsa Lex convenire censetur.*

224 *Familiaribus Summi Pontificis non convenit conditio consanguinitatis neque veræ, neque adscititiæ.*

225 *Familiares nominatim expressisset* Innocentius XII. *in ejus Constitutione* XI., *si eos comprehendere voluisset*, *&* num. 283.

226 *Familiares Summi Pontificis, etiam Cardinales quum comprehendere voluit* Innocentius XII., *id fecit posteriori ejus* Constitutione XXXII.

227 *Non tam verba Legis, quàm ratio spectanda est.*

228 *Constitutio* XI. *Innocentii XII. eam habet rationem, ut ad normam æquitatis fiat Beneficiorum dispensatio; Quæ ratio nedum Consanguineis Summi Pontificis, sed ejus etiam Familiaribus omnibus rectè convenit.*

229 *Ejusdem Constitutionis verba* cujuscumque humani affectus *ad alias etiam non conjunctas personas referenda sunt.*

230 *Prout etiam verba illa* = Nemini relinquatur conquerendi, vel obloquendi occasio =

231 *Beneficiorum immoderata profusio æquè occasionem obloquendi præbet, tam si fiat in Familiares, quàm si in Consanguineos, Immo majorem, si in istos fiat*, ibid.

232 *Moderatam Beneficiorum dispensationem per antiquos Sacros Canones demandatam quoad Consanguineos Episcopi Sacrum Concilium Tridentinum, etiam quoad Familiares procedere declaravit.*

233 *In* Burdegalensi *itidem* Concilio *anno* 1583, *&* 1624. *Decretum editum fuit etiam Familiares comprehendens.*

234 *Sic etiam* Pius IV. *in ejus Constitut.* XIV. *non solùm*

solùm de Consanguineis, sed etiam de Familiaribus locutus est.
235 Et Pius V. Familiares exæquavit Consanguineis, ejus Constit. 58.
236 In Concilio Toletano agitur de Cognatis, aliisque Extraneis, quasi de personis inter se consimilibus.
237 Atque ex doctrina S. Hieronymi ac S. Thomæ par absurditas est circa Consanguineos, ac circa Familiares Beneficiis auctos.
238 Constitutio XI. Innocentii XII. etiam ad Familiares Summi Pontificis pertinere censenda est non interpretativè, sed per veram comprehensionem inductam ex vi rationis.
239 Legis ratio facit, ut tam latè pateat Lex ipsa, quàm latè patet ratio.
Procedit, juxta nonnullos, etiam in Lege pœnali n. 245.
240 Lex est quidquid in ejus ratione continetur.
241 Ubi eadem est ratio, non dicitur fieri extensio Legis, sed enucleatio ejus, quod sub ipsa comprehenditur.
242 Ubicumque viget ratio expressa in Lege, casus expressus dicitur.
243 De similibus idem habendum judicium.
244 Pœna uti accessoria Legi, & tendens ad tutiorem illius executionem non mutat substantiam Legis.
246 Constitutio XI. Innocentii XII., licèt pœnalis, favorabilis potius censenda est.
247 Lex primariò tendens in alicujus favorem, favorabilis censetur, licèt in alterius odium, & damnum cedat, & n. 48.
249 Et ex rationis identitate extendenda est.
250 Constitutio XI. Innocentii XII. propriè pœnalis dici nequit.
251 Immo absolutè favorabilis est judicanda, & ratio ibid.
252 In Constitutione XI. Innocentii XII. Familiares non comprehenduntur nec in propria, nec in impropria, nec in lata, neque in stricta significatione.
253 Nec ad eos comprehendendos sufficit rationis identitas.
254 Rationis identitas quandoque comprehensionem inducit aliarum etiam personarum, & casuum ex conjecturata Conditoris Legis voluntate.
255 Talis autem voluntas excluditur, quoties pro subjecto Legis determinatæ apparent certæ personæ, & casus.
256 Legis obligatio non excedit id de quo fuit dispositum.
257 Textus in cap. 1. de tempor. ordin. prohibitio ordinandi extra Patriam, directa ad Episcopos Italiæ, non extenditur ad Germaniæ Episcopos, licèt rationis identitas concurrat.
258 Consimile exemplum in Cap. Constitutionem de Regul. Jur. in 6.
Et sub extravaganti cum detestabile de simonia non comprehenditur Simonia circa pensiones commissas, licèt ei ratio dictæ Legis rectè conveniat n. 259.
259 Pensiones Ecclesiasticæ materiam idoneam Simoniæ constituunt.
260 Appellatione Beneficiorum propriè non veniunt Pensiones.
261 In Lege pœnali stricta est adhibenda interpretatio.
262 In Officiis etiam Ecclesiasticis si pecunia interveniat locum habet Simoniæ crimen.
263 De Officiis Ecclesiasticis licèt habeatur mentio in extravag. cum detestabile, intelligendam id est de Officiis quæ sint Beneficiis adnexa, seu veriùs sint ipsa Beneficia.
264 Apostolicæ Constitutiones prohibentes confidentiam Beneficiariam, odiosæ censendæ sunt.
265 Nec ad Pensiones extendi debent.
266 Filios illegitimos Clericorum non posse quodcumque etiam dissimile Beneficium obtinere in Ecclesiis, ubi eorum Patres Beneficium habeant, vel habuerint, decrevit Sacrum Concilium Tridentinum.
267 Hanc verò prohibitionem extendi non debere ad Patrem, decisit S. Rota cor. Seraphino, & S. Concilii Congregatio.
268 Extensio ob identitatem rationis in Lege sive favorabili, sive pœnali tunc solùm admittenda videtur, ubi Legis verba quoquomodo convenire possint personæ, vel casui, de quo quæstio oritur.
269 Natura ipsa proclives magis facit ad benefaciendum Propinquis, quàm aliis.
270 Tempore, quo Constitutio XI. Innocentii XII. edita fuit, plura aderant exempla Cognatorum, qui Beneficiis aucti fuerant a Summis Pontificibus, rarissima verò exempla profusionis Beneficiorum factæ in aliquem Familiarem.
271 Ideo igitur de Consanguineis, non autem de Familiaribus cogitavit, & quoad illos dumtaxat remedium adferre voluit & n. 286
272 Legislatores providere solent circa ea, quæ frequentius accidunt, & d. n. 286.
273 Legis prohibitio dirigitur in eum actum, ad quem major proclivitas esse solet.
274 Faciliùs se mulier obligat, quàm alicui donet.
275 Consanguinei Sum. Pontificis si Ecclesiasticis ditentur Beneficiis, magis id offensioni esse potest Christianis Populis, quàm si ditentur Familiares.
276 Consanguinei magis quàm Familiares, chari, & accepti solent esse.
277 Consanguineis etiam æquè dignis collata Beneficia, malo exemplo esse possunt.
278 Ratio Legis, ut ob ejus identitatem fiat extensio, debet esse adæquata Legi, & omnibus casibus tam expressis, quàm omissis.
279 Constitutio XI. Innocentii XII. favorabilis dici nequit.
280 Lex aliqua non ideo est dicenda favorabilis, quia publica bono consulit, aliter nulla esset Lex, quæ odiosa dici posset, ibid.
281 Leges multæ ad crimina coercenda editæ, licèt ordinatæ ad publicum bonum, odiosæ a Doctoribus appellari solent.

282 Cu-

283 *Constitutiones probibentes confidentiam beficiaiem adiosa sunt, licè publicam utilitatem respiciant.*

285 *In Legibus ferendis voluntas non potest ferri ad id, quod mens non cogitat.*

286 *Legis obligatio quanta esse debeat, pendet a Legislatoris voluntate non quam habere potuisset, sed quam habuerit, quum Legem condidit.*

287 *Ex quo Legislator comprehendisset sub Lege aliquem casum, si de illo cogitasset, non fit hunc pro comprehenso habendum esse.*

288 *Exempla cooptationis Extraneorum in Familiam Pontificiam.*

289 *Juxta Constitutionem* XI. *Innocentii XII. Cooptatus in Familiam Pontificiam dici debet etiam is, cui titulus Nepotis, aut Consanguinei a Pontifice sit collatus absque etiam cooptatione in propriam Familiam.*

290 *Id tamen exigit externam aliquam actionem, vel declarationem; nec sufficit, quem diligi a Summo Pontifice quasi suus Nepos esset, vel Consanguineus & seqq.*

292 *Summi Pontifices Constitutionem* XI. *Innocentii XII. servare tenentur non in vim ipsius Constitutionis, sed juramenti ab eis præstiti quoad illius observationem.*

293 *Ad Legem Divinam pertinet observatio juramenti, & voti.*

Eidem subjiciuntur non minus Summus Pontifex, quàm alii omnes, ibid.

294 *Obligatio ex juramento, & voto non patitur latiorem interpretationem, nec extensionem de casu ad casum, etiam ex identitate rationis.*

295 *Juramentum non obligat ultra id, quod promissum est.*

296 *Ex vi Juramenti emissi quoad Statuta jam edita, non tenetur quis posterius Statutum observare, licet ad id aliunde teneatur.*

297 *Nisi intenderit se obligare ad omnia Statuta præterita, & futura.*

298 *Sub Constitutione Innocentiana Familiares Summi Pontificis comprehensos non esse, indicat factum plurium Pontificum, qui Familiaribus, in quantitate excedente, Beneficia contulerunt.*

299 *Summus Pontifex non præsumitur violare voluisse fidem suam, obligatam juramento, & voto.*

Juramenti, & voti super eadem re emissi, duo sunt inter se distincta, ac diversa vincula. ibid.

300 *Piano Constitutio de infeudandis Castris non comprehendit casum confiscationis ob delictum Feudatarii, licèt eadem concurrat ratio.*

301 *Usitatæ verborum significationi est inhærendum in interpretatione Legis.*

302 *Maximè juramenti, & voti,*

303 *Canonici scienter in Episcopum eligentes mutilatum, vel bigamum, vel excomunicatum, an ipso jure incurrant pœnas inflictas ab* Innocentio III. *in Concilio Lateranensi?*

SAluberrima illâ Constitutione sub annum 1692. edita quæ tantam ejus Authori gloriam, & Sedi Apostolicæ, Romanæque Curiæ existimationem apud omnes Gentes, & Nationes conciliavit, sanxit Innocentius XII., nè Romani Pontifices = *ad favorem suorum Fratrum, Nepotum, & aliorum quorumcumque Consanguineorum, seu Affinium, sive illorum, quos in locum Nepotum, aliorumque Consanguineorum per cooptationem in Familiam, vel aliter adlegi, seu adsciscì contigerit* = de Bonis, pecuniis, & Juribus, ad Sedem, vel Cameram Apostolicam spectantibus disponant supra veram rationem servitiorum, vel meritorum, quæ talem exigant remunerationem ex Lege justitiæ.

Præterea, nè Personæ illæ Ecclesiasticis proventibus immoderatè, effusèque augerentur, ità cavit = *Porrò, si nostri, Successorumque nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium Fratres, Nepotes & alii quicumque Consanguinei, vel Affines sive veri, sive, ut præfertur, adlecti, & adsciti, vitam Ecclesiasticam elegerint, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, aliorumque Beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum, ac annuarum Pensionum super eorum fructibus consecutionis capaces fuerint, eam in redituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributione eis facienda servari volumus moderationem ut nonnisi juxtà eorum merita, & non ultrà congruam prò gradus, vel dignitatis, quem, vel quam in Ecclesia obtinuerint, nullo ad consanguinitatem, affinitatem seu odlectionem erga Romanum Pontificem habito respectu, substentationem ejusmodi reditus, & proventus Ecclesiastici eis distribuantur, quo custodita in omnibus Ecclesiasticæ Disciplinæ, atque justitiæ distributivæ regula, nemini relinquatur conquerendi, vel oblequendi occasio, sed Ecclesiastica stipendia Ministrantibus in Ecclesia Dei, prò uniuscujusque merito assignentur.*

Quoad illos autem ex Fratribus, Nepotibus, aliisque Consanguineis, seu Affinibus Romanorum Pontificum pro tempore existentium præfatorum, sive veris, sive, ut præfertur, adlectis, & adscitis, quos eximiis eorum ità exigentibus meritis ad Sublimem Cardinalatus Dignitatem assumi contigerit, eam quoque de cetero servari, volumus moderationem, ut Ecclesiæ, Monasteria, Commendæ, aliave cujusvis generis Beneficia, & Officia Ecclesiastica, ac Pensiones annuæ super illorum fructibus unicuique eorumdem respectivè conferendo, commendanda, & concedenda, ac reservandæ, & assignandæ verum valorem annuum duodecim millium scutorum monetæ Romanæ, computatis insimul Beneficiorum, & officiorum quibuscumque fructibus, in totum non excedant. In ea tamen taxatione non comprehendantur emolumenta Officiorum ejusdem Apostolicæ Sedis, & Romanæ Curiæ S. R. E. Cardinalibus demandari, seu concedi solitorum, aliorumque munerum, quæ ipsis non ad vitam, vel in perpetuum, sed ad tempus, seu beneplacitum Romani Pontificis prò tempore existentis demandata, seu concessa fuerint.

rint. Declarantes, quod deinceps præfati, qui vitam Ecclesiasticam elegerint, seu ad sublimem Cardinalatus dignitatem fuerint assumpti, quoscumque titulos fructuum reservationibus gravatos, sive præventivas, vel eventitias Pensiones ultrà moderationem, ut supra, respectivè præscriptam nullatenus assequi valeant =

Quod si modus ita præscriptus minimè servatus deinceps fuerit excessum corrigi à Pontifice Successore, voluit, his verbis = *Statuentes, quod si forsan (quod absit) modus circà præmissa sic congruenter, salubriterque præscriptus in posterum excedatur, curæ erit Romanis Pontificibus Successoribus, Donationes gratuitas, seu lucrativas dispositiones, excessivas subventiones, munerum, & officiorum, seu illorum stipendiorum, & emolumentorum concessiones, ac redituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributiones, nec non collationes, Commendas, & assignationes, aliaque præmissa contrà, vel ultrà modum, ut præfertur, præscriptum factas, seu facta rescindere, revocare, & in nihilum redigere, ac, ut præfertur, donata, elargita, concessa, collata, commendata, reservata, & assignata à Consanguineis, & Affinibus, sive veris, sive adlectis, & adscitis præfatis, eorumque Heredibus, & Successoribus respectivè, etiam manu regiâ, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, vindicare, & auferre, ac Cameræ Apostolicæ applicare, & incorporare, aliisque respectivè conferre, commendare, concedere, & assignare, ac alias desuper opportunè providere, seu disponere* =

Denique ejusdem Constitutionis inviolabilem observationem interpositâ Jurisjurandi religione promitti jussit ab omnibus Cardinalibus in Pilei assumptione, eandemque juratam promissionem ab eis iterari postquam Pontifices creati fuerint, quemadmodum religiosissimè servatum hactenus fuit.

Nuper tamen cum in dubium venire contigerit, an quidquid in memorata Bulla constitutum est circa Pontificis Consanguineos, & Affines sive veros, sivè adscitos, vindicet etiam sibi locum quoad alios Extraneos, ac præsertim Familiares, sive Ministros Romani Pontificis, meam de hac quæstione sententiam aperire jussus, respondeo, probabiliùs mihi videri, tales personas ea lege minimè affici.

Etenim, si verba, quibus Lex illa concepta
220 est, attendantur, satis constat, eam non esse latam ad præscribendum generalitèr, & circa quascumque personas modum a Pontifice servandum, vel in donationibus rerum, & pecuniarum Cameræ Apostolicæ, vel in Beneficiorum, aliorumque Ecclesiasticorum redituum concessionibus; sed subjectum talis Legis esse certas, & particulares personarum species, sive personas, certo modo qualificatas, videlicet primo loco Consanguineos, & Affines Pontificis, qui tales sint per veritatem naturæ: secundo autem loco eos, qui, licèt nullo sanguinis vinculo conjuncti verè sint Pontifici, per civilem tamem fictionem tales fuerint effecti, hoc est, qui in locum Nepotum, vel Consanguineorum per cooptationem in Familiam, vel aliter adsciti fuerint. De his quippe sub initium disertè loquitur Constitutio, & ad eos, utpotè unicum subje- 221
ctum totius Legis referuntur omnes aliæ, quæ sequuntur partes, commemorando semper easdem personas his verbis = *Fratres, Nepotes, aliique Consanguinei sive veri, sive, ut præfertur, adlecti, & adsciti*.

Cum itaque in iis, qui Administri, vel Fami-
liares Pontificis sint, non verificetur conditio 222
consanguinitatis sive veræ, sive adscititiæ, planè sequitur, eos minimè comprehendi sub eâ Constitutione, nam cui verba Legis non conve-
niunt, ei nec etiam Lex ipsa convenire censetur, 223
ad *Textum in Cap. Is qui de sentent. excommunicat.*, & *in leg. 4. §. Toties ff. de damn. infect.*, *leg. quod. constitutum ff. de militar. Testam.*, *Bartol. in d. leg. 4. §. Prætor ait num. 25.*, *Tiraquell. in leg. si unquam verb. libertis num. 2. Cod. de revocan. Donation.*, *Rota decis. 952. num. 7. coram Emerix Jun.*

Enim verò, si Legislator eâ mente fuisset, ut sibi, suisque Successoribus frænum injiceret, nè immodice aut pecuniam Cameræ Apostolicæ, aut proventus Ecclesiasticos in quascumque per-
sonas profunderent, generalibus verbis, atque 224
idoneis comprehensioni quarumcumque personarum usus fuisset, vel si saltem de Familiaribus etiam providere voluisset, facilè de iis etiam
mentionem facere potuisset, & fecisset, cum 225
ignorare non posset, iis haudquaquam convenire qualitatem, & conditionem consanguinitatis, neque veræ, neque adscititiæ, ac per consequens ipsa usurpatio verborum specialem illam, & particularem qualitatem præseferentium pandit animum, consiliumque Legislatoris non includendi alias diversas personas, quæ conditione, & qualitate illâ careant, juxtà *Text. in leg. unic. §. Sin ad deficientis Cod. de Caduc. tollendo* ibi = *nam, si contrarium volebat, nulla erat difficultas conjunctim ea disponere* = & *in Cap. Inter corporalia de translation. Episcop.*, ibi = *unde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse* = & *in Cap. Ad audientiam de decim.*, ibi = *nam, si intelligeremus tantummodo de novalibus, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus* = & ponderat *Na ar. cons. 11. num. 7. de Constit. lib. 1.*, *Faguan. in Cap. Cum in cunctis §. Inferiora à num. 26. ad 35. de elect.*, *Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 18. num. 9.*, *Spad. cons. 16. num. 13. lib. 1.*, *Bonacin. tom. 2. tit. de legib. disput. 1. quæst. 1. punct. 8. num. 26. vers. sed mihi dicendum*.

Confirmari id etiam potest ex quo idem Pon-
tifex Innocentius XII. aliam de inde anno 1693. 226
promulgavit Constitutionem, quæ 32. est in ordine, ubi commemorat Bullam ipsam, de qua agimus, a se priùs editam, in hæc verba = *Et propterea sicut aliis nostris anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo X. Kalendas Julii expeditis Literis, modum circa donationes, & redituum Ecclesiasticorum di-*

distributionem in Consanguineos, vel Affines Romani Pontificis prò tempore existentis, inviolabiliter servandum salubri moderatione praescripsimus: quae quidem verba haud obscure declarant, Pontificem eâ mente fuisse, ut talis Lex non alias respiceret personas, quàm Consanguineos, vel Affines Pontificis. At ex diverso, cum aliam posteriorem Constitutionem moderatoriam Indultorum testandi promulgare vellet non quoad solos Cardinales Consanguineos, vel Affines Pontificis, sive veros, sive adscitos, sed etiam quoad alios, qui Indulta similitèr ampliora consuetis fortasse obtinuerant, verba adhibuit, exprese comprehendentia etiam alios Cardinales, non Consanguineos, nec Affines, neque veros neque adscitos. Inquit enim = *omnia quaecumque, & singula Indulta testandi, seu alias disponendi, & respective ab intestato succedendi, omnibus, & singulis Cardinalibus praefatorum Romanorum Pontificum Praedecessorum, qui illa concesserunt, Consanguineis, vel Affinibus, seu eorum loco adlectis, & adscitis, & forsan etiam NONNULLIS aliis quomodocumque &c., & ex quacumque causa etiam meritorum, seu remunerationis laborum, & onerum &c. concessa, prorsus, omninò, & irrefragabiliter moderamur, & ad terminum, modum, tenorem, & formam ordinariam Indultorum testandi, seu alias disponendi, & respective ab intestato succedendi omnibus aliis ejusdem S. R. E. Cardinalibus concedi solitorum, penitus, omninò, ac in omnibus, & per omnia reducimus.*

Sed cum ex confutatione objectionum, quae afferri possunt, clarior sit futura sententiae no-
227 strae ratio, jam statim ad eas opponendas aggredior. Opponi igitur potissimùm potest, non tàm verba Legis, quam rationem Legis esse spectandam, ac praesertim eam quae in ipsa Lege expressa sit, rationem verò, qua Innocentius XII.
228 ad eam Constitutionem promulgandam motus fuit, aperit ipsius Constitutionis exordium, quod sic habet = *Romanum decet Pontificem, tanquam fidelem servum, & prudentem, quem constituit Dominus super Familiam suam, in Ecclesia Catholica conspectu actum suum ità ordinare, ut ipse quidem in diebus suis placeat Deo, & inveniatur justus, fiatque forma Gregis ex animo, & bonus ps Christi odor in omni loco; Ceteri verò Antistites, & Ecclesiarum Praelati in partem sollicitudinis, cujus ei commissa est plenitudo, vocati, aliique Christifideles quos cura sua divinitùs creditos in visceribus paternae gerit charitatis, ejus exemplo, atque praeceptis caduca Mundi hujus despicere, carnisque, & sanguinis laqueos effugere, ac de Bonis, & rebus Ecclesiasticis juxtà aequitatis, & justitiae Leges disponere, & spiritualium remigio alarum ad caelestia contendere, atque evolare, auxiliante Domino, condiscant. Hinc ad ea Sacrorum Canonum Instituta, quae Episcopis, nè bonis, & reditibus Ecclesiae Consanguineos suos augere studeant, interdicunt; considerationis nostrae aciem convertentes, eam nobis in suprema B. Petri Apostolorum Principis, cui caro, & sanguis non revelavit, Sede constitutis, ab ipso Pontificatus nostri primordio servandam proposuimus, & hactenus Deo adjuvante servare studuimus disciplinam, ut in Bonorum, & redituum ad hanc S. Sedem, & Cameram nostram Apostolicam spectantium distributione, justitiae, atque prudentiae Leges, & regulas accuratè custodientes, summam meritorum, nullam autem carnis, & sanguinis, aut cujuscumque humani affectus rationem haberemus. Et licet in Dei misericordia speremus tales nobis successures Romanos Pontifices, qui non minùs hac in parte, quàm in reliquis munus suum impleant, & Ecclesiam universam spiritualium aromatum odore perfundant: nihilominus ea, quae nobis licere non patimur, aliis indicare, salubremque in S. Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre, & Magistra, circa praemissa normam, & legem constituere, atque stabilire decrevimus.*

Patet igitur rationem praescribendae moderationis in Bonorum, & redituum Ecclesiasticorum distributione positam in eo fuisse, ut ad normam aequitatis, & justitiae fieret illorum dispensatio, habito solum respectu meritorum, quae sane ratio non vindicat sibi locum dumtaxat quoad Consanguineos, sed etiam quoad omnes alios, qui alio titulo florentes gratia apud Pontificem, idcircò ejus animum abducere possunt a recta meritisque singulorum consentanea distributione.

Huic autem rationi, quae excedit limites personarum, vinculo sanguinis conjunctarum, adstipulantur etiam verba illa = *summum meritorum,* 229
nullam autem carnis, & sanguinis, aut cujuscumque humani affectus rationem haberemus: mentio enim haec: *cujuscumque humani affectus*: & quidem adjecta post expressionem consanguinitatis, non videtur coercenda ad eas solum personas, in quibus vigeat ratio carnis, & sanguinis, sed referenda est ad alias etiam personas, in quas cadat quicumque humanus affectus minimè conjunctus cum meritis. Quare *Innocentius III. in Cap. Grave nimis de Praebend* generaliter his vocibus utitur: *& carnalitatis sequentes affectum, non judicium rationis; unde quanta Ecclesiis damna proveniant, nemo sanae mentis ignorat*: itemque *in cap. unic. Ut Ecclesiastica Beneficia*, ibi: *non ex affectu carnali, sed discreto judicio debuisti Ecclesiasticum Officium, & Beneficium in persona magis idonea dispensare.*

Praetereà voluit etiam Pontifex per hanc Constitutionem eripere occasionem querelarum, & oblocutionum, quibus aditum dare 230
solet distributio redituum Ecclesiasticorum non regulata a sola ratione meriti, quemadmodum Pontifex ipse iterum expressit in §.6., ibi: *Quo custodita in omnibus Ecclesiastica disciplina, atque justitiae distributivae regula, nemini relinquatur conquerendi, vel obloquendi occasio, sed Ecclesiastica Stipendia Ministrantibus in Ecclesia Dei aequa lance pro uniuscujusque merito assignentur*: certè verò conquerendi, & obloquendi occasio non minùs datur si Ecclesiasticorum 231
proventuum profusio fiat in Familiares, veteri solùm gratia, non autem merito commendatos, quàm

quàm si talis immoderata largitio fiat in Consanguineos. Quin etiam fortasse major in priori casu præbetur ansa perstringendi maledictis Largitorem, quia magis videtur excusabilis (humano saltèm judicio, atque opinione) profusio, quam impetret sanguinis conjunctio, quam ea, quam sola vis gratiæ, & benevolentiæ exegerit.

Denique animadverti etiam potest, quod, juxta superiùs recitata exordii verba, Pontifex hanc Constitutionem edidit, ut in Summo Ecclesiæ Præside ea eluceret disciplina, quam Sa-
232 cri Canones statuunt servandam ab Episcopis; inquit enim = *Hinc ad ea Sacrorum Canonum Instituta, quæ Episcopis ne Bonis, & reditibus Ecclesiæ Consanguineos suos augere studeant, interdicunt, considerationis nostræ aciem convertentes* = indeque speravit Legislator fore ut Episcopi talem disciplinam certiùs, firmiùsque retinerent, uti eam viderunt ab ipso Episcoporum Pastore, videlicet Summo Pontifice servari; subjunxit enim = *salubrem in S. Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre, & Magistra circà præmissa normam, & legem constituere, atque stabilire decrevimus* = & infra ibi = *ad omnipotentis Dei gloriam, Apostolicæ Sedis honorem, ac Antistitum, Prælatorum, aliorumque Ecclesiasticorum ædificationem, & bonum exemplum*.

At verò, quamvis prisci Canones, qui Apostolici appellantur, locuti solum fuerint de Cognatis, ut videre est in *Canon.* 37., qui sic habet = *Omnium rerum Ecclesiasticarum curam Episcopus gerito, & eas dispensato quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto quidpiam ex iis sibi tanquam propriam assumere, aut Cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt* = Idque ipsum legatur constitutum a *septima Synodo in Canon. quisquis* 12. *quæst.* 2. *& in Canone Episcopus* 10. *quæst.* 2.; Nihilominus Sacrum Concilium Tridentinum antiquiores illos Canones, qui simpliciter loquebantur de largitione rerum Ecclesiasticarum in Consanguineos Episcopi, declaravit procedere etiam quoad Familiares, quasi nimirum in istis obtinente locum tum eadem ratione humanæ affectionis, pervertentis rectam judiciis normam, tum eadem causa scandali in Ecclesiam manaturi, unde in *Cap.* 1. *Sess.* 25. *de reformatione* sic statuit = *Omninò verò eis interdicit, ne ex reditibus Ecclesiæ Consanguineos, Familiaresve suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, Consanguineis donent* = ut observat *Navar. de redit. Eccles. quæst.* 1. *cap.* 28. *num.* 1.

Atque hinc in Provinciali *Concilio Burdegalensi anno* 1583. editum fuit hoc Decretum =
233 *Sciant omninò eis interdictum, ne ex reditibus Ecclesiæ, qui Dei proprii sunt, Consanguineos, Familiaresve suos locupletiores efficiant, cum id Apostolorum Canonibus adversetur* = Iterumque in alio Concilio Burdegalensi habito *anno* 1624. ita statutum fuit = *Præcipuè perpendant, reditus Ecclesiæ Bona Christi, & Pauperum patrimonia esse. Quare videant, ne ex eisdem reditibus Consanguineos Familiaresve suos augeant, & ditent* = ut refert *Thomasin. de veter., & nov. Eccles. discipl. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 46. *n.* 13.

Ob eandem rationem *Pius IV. Constitutione* 14. interdixit, ne Beneficia per privationem 234
vacantia conferri possint, *non solùm Consanguineis, sed etiam Domesticis, & Familiaribus* eorum Judicum qui cognoverint Causas aut civiles, aut criminales, in quibus talium Beneficiorum privationi locus fuerit.

Sic quoque Pius V. Familiares exæquando cum Consanguineis propter indentitatem rationis in 235
Constitutione 58. §. 5. ita sancivit = *Præcipimus, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alii Collatores de Beneficiis, & Officiis resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium Consanguineis, Affinibus, vel Familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in Extraneos collationum, audeant providere*.

Veterem pariter Ecclesiæ disciplinam adstipulari colligitur ex Decrèto *Concilii Toletani*, 236
relato in *Cap. Decenter distinct.* 89., ubi agitur de Cognatis, ac de aliis Extraneis, sola gratia, & favore devinctis, quasi de personis inter se consimilibus; verba Textus hæc sunt = *Decenter omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Quicumque igitur Pontificum deinceps, aut sanguine propinquis, aut favore personis quibuscumque sibi conjunctis*, (vel ut alia habet lectura, *devinctis*) *talia lucra commendare tentaverit ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod jussum fuerit devocetur in irritum, & qui ordinaverit annuæ excommunicationi subjaceat* = illa enim verba: *Personis favore conjunctis*: intelligunt omnes Doctores de amicis, qui gratia polleant apud Episcopos, & alioquin minùs idonei sint muneri Ecclesiastico, quod eis fuerit commissum, ut videre est apud *Geminian*, ibidem *n.* 1., *Archidiacon. in Cap. Judicatum d. distinct.* 89. *in fine, & in dicto Cap. Decenter num.* 2., *Præposit. in iisdem locis, Turrecremat. ibid.*

Argumentum præterea ab hac materia non alienum sumi potest ex doctrina *Sancti Hiero-* 237
nymi relata in *Cap. Moyses* 8. *quæst.* 1. cujus verba hæc sunt: *Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus est, potuit utique Successores Principatus filios suos facere, & Posteris propriam relinquere dignitatem: Sed extraneus de alia Tribu eligitur Jesus, ut sciremus Principatum in Populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ. At nunc cernimus, plures hanc rem Beneficium facere, ut non quærunt eos in Ecclesia erigere columnas, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quos, ut ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus majorum quispiam rogaverit*: Hoc autem Sancti Hieronymi testimonium laudat, & sequitur *S. Thomas in quodlibeto* 4. *quæst.* 8. *circa fin.* & uterque refertur a *Turrecremat. & a Præposito in Cap. Decenter distin.* 90. Constat igitur duos illos Sanctos Doctores parem absurditatis rationem considerasse circa Consanguineos Ecclesiasticis dignitatibus, & Be-

& Beneficiis auctos, de quibus primo loco lo-
cuti sunt, ac circà Extraneos, non vitæ, & do-
ctrinæ merito, sed gratiæ, & favoris præsidio
nitentes ad easdem Dignitates, vel Beneficia
obtinenda.

Cum igitur ratio Innocentianæ Constitutio-
nis, de qua agimus, non solùm subintellecta,
sed etiam disertis verbis eadem esse videatur,
tam quoad Consanguineos, præsertim adsciti-
tios, quam quoad Familiares, qui gratia apud
238 Pontificem excellant, ad istos etiam Legem il-
lam pertinere dicendum erit, non quidem per
modum interpretationis extensivæ, sed potius
per veram comprehensionem inductam ex vi
rationis, quæ facit, ut Lex censeatur adæquata
239 rationi suæ, adeoque tam latè pateat Lex ipsa
sive circà personas sive circà casus, quem latè
patet ratio, in quam potissimum mentis aciem
conjecit Legislator, & cui minimè esset satisfa-
ctum, si non intelligerentur comprehensa etiam
ea, quæ verbis propriè non continentur: Unde
Legem esse quidquid in ejus ratione continetur,
240 & in ratione ipsa per Legislatorem expressa con-
sistere Legem, inquiunt *Abb. in Cap. Ratio n.2.
de Præbend., Ancharan. in Cap. Canonum Statuta
de Constit., Bald. in Leg. 1. Cod. de Interdict.,
Rota decis. 471. num. 12. & seqq. coram Merlin.*;
241 Ubi verò eadem est ratio, non dicitur fieri ex-
tensio Legis, sed enucleatio ejus quod sub ipsa
comprehenditur, *ad Text. in Leg. si postulaverit
§. Sed si negavit ff. de adult., leg. Hic solis vers.
Sartis tamen Cod. de revoc. donation., Fagnan. in
Cap. Quod nonnullis num. 22. de privil & in Cap.
242 Nuper num. 4. de Decim.* Sique ratio sit expres-
sa in Canone, ubicumque ratio illa viget, casus
dicitur expressus, juxtà *Text. in Cap. 2. de
Translat. Episcop.*, ibi: *Licèt usque ad tempora
ista quod cautum fuerat de Episcopis, expressum
non fuerat de electis, propter expressam tamen
similitudinem, vel identitatem potius, nemini po-
243 terat videri dubium, subtiliter intuenti, cum
de similibus idem judicium sit habendum, Bel-
lamer. in Cap. non liceat 12. quæst. 2. num. 19.,
Fagnan. in Cap. Ne innitaris nu. 224. de Constit.
& in Cap. Nuper num. 24. de Bigam., Calderin.
cons. 147. ut lit. penden.*

Idque multi existimant admittendum esse
etiam in Lege pænali, quia in tali Lege princi-
paliter consideratur prohibitio, sive præceptum,
244 quod ex authoritate Legislatoris, & ex vi dire-
ctiva tantam imponit obligationem, & necessi-
tatem parendi, quantam solet imponere quæ-
cumque alia Lex, proindeque non est, cur ex-
cludatur a Lege pænali interpretatio comprehen-
siva ex vi rationis, quæ in ceteris Legibus absque
dubio admitti solet; Pœna autem, quæ prohi-
bitioni addita sit, utpotè quid accessorium,
245 & tendens ad tutiorem Legis executionem, non
mutat substantiam Legis, nec principale ejus
subjectum, exigens eam latitudinem, quam po-
stulat comprehensio sub ratione Legis, & sub
quacumque etiam lata verborum significatione,
ut explicat *Glossa in Clement. 1. verb. eligatur
de elect., Glos. in Cap. cupientes &c. Denique
verb. instructus eodem tit., Brut. in Cap. final.
num. 58. de Consuetud., Angel., Imola, & Gemin.
in Cap. 7. de tempor. ordin. in 6., Abb. in Cap. ni-
hil num. 9. de elect. & in Clem. 1. num. 1. de re-
script., Covar. in Cap. Alma mater part. 2. §. 4.
num. 7., Gomez. var. resol. tom. 1. cap. 5. num. 1.
& Cap. 11. num. 22., Guttier. canon. quæst. lib. 1.
cap. 10. num. 3., Fagnan. in Cap. Nuper a Nobis
num. 42. & seqq. de Bigam., Suarez. de Legib.
lib. 6. cap. 3. num. 8., & cap. 4. num. 2., Spad. cons. 25.
num. 22. & seqq. & cons. 73. per tot. & præsertim
num. 10. & seqq. lib. 1., Gratian. discept. 920. n. 2.
& 3., Rot. decis. 117. part. 1. divers.*

Potissimum verò, quia Constitutio, de qua
disserimus, licet ex capite pænæ videri possit
odiosa, adeoque restringenda; nihilominus, ex
alio, & præcipuo capite tam magnum continet 246
favorem in commune bonum Christianæ Reipu-
blicæ, in ædificationem Fidelium, in Ecclesia-
sticæ disciplinæ tuitionem, ut potius censenda
sit favorabilis, juxta bonum *Text. in Cap. statu-
to §. Statuimus de Decim. in 6.*, ibi = *Cum non sit
dicendum asperum, sed potius pium, & benignum* = 247
Ex primario enim fine Legis judicari solet, num
ea sit odiosa, an favorabilis, nam si præcipuum
intentum sit aliquid statuere in favorem alicu-
jus, Lex censetur favorabilis, quamvis cedat
in odium, & damnum alterius, ut deducitur ex 248
*Glossa in Cap. Si propter verb. primi anni de
rescript. in 6. & alia Glos. in Cap. sciant. cuncti
verb. alias de elect. in 6., Franc. in utroque loco
Spada cons. 23. num. 5. & 6. lib. 1., Tiraquel. de
retract. lignag. §. 10. Glos. 1. num. 2. & seqq.,
Sanchez. de Matrim. lib. 1. disput. 1. num. 4., Suarez.
de Legib. lib. 6. cap. 4. num. 5., Rota decis. 625.
num. 25. tom. 3. coram R̃mo Crispo*; Unde Le-
gem quamvis correctoriam, & pænalem, ta-
men latam principaliter in favorem Ecclesiæ,
vel in utilitatem animarum ad occurrendum
peccatis, & scandalis, favorabilem esse, & ex 249
rationis identitate extendendam, docent *Ho-
stien. in Cap. penult. qui fil. sint. legit., ibique
etiam Joan. Andr. num. 5., Anton. num. 9., An-
charan. nu. 5., Abb. num. 5. & 6., Boich. num. 10.,
Alexand. de Nevo num. 7., Præposit. num. 3.,
Campanil. Diversor. Jur rubr. 11. Cap. 26. n. 81.,
Sanchez. de Matrim. lib. 2. disp. 39. n. 5. & lib. 3.
disput. 1. num. 8. & lib. 7. disput. 9. num. 8., Gut-
tierez. Canon. quæstion. lib. 2. Cap. 10. num. 3.,
Lezan. Oper. moral. tom. 4. cons. 40. num. 17. & seq.,
Rot. d. 298. n. 6. p. 2. divers.*

Quin etiam addi posset propriè pænalem nul-
latenus videri Constitutionem Innocentianam:
nulla enim vox pænæ adjecta legitur in ea Bulla, 250
ipsaque privatio redituum excessivè collato-
rum, non fuit concepta sub formula pænali,
sed solum excitando, & admonendo Pontifi-
cem successorem, ut curet exequi id, quod
erat suàpte naturà consectarium prohibitioni su-
perius constitutæ. Inquit enim Innocentius:
*Quod si forsan modus circà præmissa sic congruen-
ter, salubriterque præscriptus in posterum exce-
datur, curæ erit Romanis Pontificibus Successo-
ribus &c. redituum, & proventuum Ecclesiasti-
corum*

rerum distributiones, nec non collationes, Commendas, Concessiones, reservationes, & assignationes, aliaque præmissa contra, vel ultra modum, ut præfertur, præscriptum factas, seu facta rescindere, revocare, & in nihilum redigere &c. aliisque respectivè conferre, commendare, concedere, & assignare.

Quod igitur Pontifex Successor rescindat Concessiones redituum Ecclesiasticorum ab Antecessore factas, ultra modum præfinitum in Bulla, eosque deinde conferat aliis Personis, non est pœna per modum peculiaris dispositionis inflicta personis, quæ excessivas concessiones obtinuerint, sed est potiùs executio effectus consequentis violatam prohibitionem excedendi modum in Bulla præscriptum. Itaque, cum talis effectus præseferens speciem odiosæ dispositionis, distingui, ac sejungi commodè nequeat a principali dispositione, quæ consistit in
251 præscriptio Concessionis modo, & in excessus prohibitione (qua sane ex parte dispositio est favorabilis) sequitur, ipsam Legem absolutè judicandam esse favorabilem, adeoque latè interpretandam, juxtà regulam circà id traditam a *Covar. var. resol. lib.1 cap.2. sub num.5.* ubi theoricam communiter admissam de spectando primario fine, & proposito Legis ad discernendum, an favorabilis ea sit, vel odiosa, adeoque, an latè, vel strictè interpretanda, sic explicat = *Hæc ipsa theorica licèt vera sit, est intelligenda, quoties odium a favore distingui non potest, at si odium, & favor distingui commodè queant, favor, odium ut odium æstimandum est* =, *Sanchez de matrim. lib.1. dispret.1. num.4. in fine*, ibi = *Sed ea doctrina communis, ut vera sit intelligenda est, quoties odium a favore distingui non potest, at si odium, & favore distingui commodè queant, favor ut favor, odium ut odium æstimandum est, Sanchez de Matrim. lib. 1. disput.1. num. 4. in fine*, ibi = *Sed ea doctrina communis, ut vera sit, intelligenda est, quando odium a favore distingui nequit: tunc enim ex principali intento favoris, aut odii judicanda est favorabilis, aut odiosa, quoties vero favor, & odium distingui commodè possunt, tunc verùm habet alia doctrina hic tradita, ut extendenda sit quatenus est favorabilis, restrigenda verò quatenus, est odiosa.*

Libuit objectionem hanc fusè, accuratèque proponere, ut ejus momenta a sapientissimis Viris, ad quos pertinet, commodiùs perpendi possit. Sed tamen mihi non videtur discedendum a sententia, quam ante aperui. Cum enim certum sit, Familiares, aliosque in Pontificis
252 cognationem non adlectos, minimè comprehendi sub verbis Innocentianæ Constitutionis, in significatione ulla, videlicèt neque propria neque impropria, neque strictè, neque latè accepta, hinc sola similitudo rationis, imò etiam
253 identitas minimè videtur sufficere ad hoc ut ea Lege includantur personæ diversæ ab iis, de quibus Pontifex locutus fuit, & Legem condere voluit, nam extensio ad personas, vel casus in Lege omissos ideo quandoque fit ex vi ratio-

nis, quia ratio a Conditore Legis expressa præbet argumentum, quod ejus mens fuit comprehen- 254
dere etiam casus, & personas non expressas. hoc autem argumentum eliditur ex alio potentiori, quod oritur ex verbis constituentibus subjectum Legis; Quippè cum pro subjecto Legis apertissime determinaverit Pontifex certas per- 255
sonas, in quas conferri Ecclesiasticorum redituum largitiones ultrà quantitatem ibi præscriptam vetuit, videlicet Consanguineos, aut naturaliter, aut per civilem fictionem tales, manifeste intelligimus eundem Pontificem, non id sibi proposuisse, aut alias personas, quibus istiusmodi qualitates nullo modo conveniunt, sub præcepto prohibitivo comprehenderet. Quod autem Lex obligationem inducat ex vi ipsius Legis, a voluntate potissimum Legislatoris proficiscitur, proindeque, licèt Legislator ea, quam expressit, motus fuerit ratione, potuit tamen a tali ratione sumere motivum disponendi, non cum tanta universalitate, & amplitudine, quanta inerat in ratione, sed cum particulari respectu ad certas Personas, vel certos casus, in quibus censuit magis expedire prohibi- 256
tionem firmari per Legem, ac per consequens obligatio Legis non excedit id, de quo dispositum fuisse apparet ut advertunt *Bonacina tom.2. tit. de Legib. disput.1. quæst.1. punct 8. num.23. vers. Respondeo, Suarez. de legib. lib.6. cap.3. num.12., Cyriac. controv.345. num.15. & seqq., Castropal. oper. moral. tract.3. disput.5. punct.3. §.4. num.2., Roderic. quæstion. regul. tom.1. quæst.67. artic.2. circa princ.*

Exemplum subministrat *Text. in cap. primo de temp. ordinat. in 6.*, ubi prius exponitur ratio- 257
generalis evitandi periculum, quod indigni promoveantur ad Ordines, si extra Patriam in locis remotis, ad eos admittantur, & nihilominus deindè prohibitio dirigitur ad Episcopos Italiæ. Quamvis autem *Glossa* moveat quæstionem, an prohibitio afficiat etiam Episcopos Germaniæ, quoad ordinationem Italorum eo peregrinantium, & prius dubitet, propter rationis identitatem, postremo tamen affirmat, admittendam non esse extensionem.

Aliud quoque exemplum habetur in *Cap. Constitutionum de regul. Jur. in 6.*, ubi cum antea 258
Alexander.IV. prohibuisset, ne quis ante completum probationis annum admitteretur in Religionem Fratrum Prædicatorum, & Minorum, Bonifacius VIII. eam Legem extendit ad alios Ordines regulares sic inquiens = *Undè nos pari similitudine rationis inducti, declarationem eandem ad aliorum Mendicantium Ordines prorogamus* = ergo licet eadem verè subesset ratio quoad Religionem Dominicanam, & Franciscanam, & quoad alias Religiosas Familias, tamen hæ non censebantur comprehensæ sub præcedenti Constitutione, utpote de duabus illis loquente, ut ponderat *Joan. Andr. in Cap. Odia num.10. de regul. Jur. in 6.*

Nec dissimile est & illud, quod subjiciemus exemplum. Porrò Pensiones Ecclesiasticas con- 259
stituere materiam idoneam Simoniæ, commu-

niter tradunt Doctores, nec est, qui non intel-
ligat, quantum boni habeat arcere pestem hanc
260 a Christiana Republica. Et tamen Simoniam
circa Pensiones commissam non comprehendi
sub *Extravaganti cum detestabile de Simon.*, ad
effectum, ut pœnis ibidem inflictis subjiciantur,
communis quoque est Doctorum Sententia pro-
pterea quod, licèt ratio in ea Constitutione
expressa, rectè conveniat Simoniæ in quacum-
que materia commissæ; nihilominus verba di-
261 spositiva loquuntur de Beneficiis, quorum appel-
latione propriè non veniunt Pensiones, & in Le-
ge pœnali stricta est adhibenda interpretatio,
*Barbosa in d. Extravag. num.9., Sanchez. consil.
moral. lib.2. cap.3. dub.107. num.4., Suarez.
tom.1. de relig. lib.4., de Simon. Cap.55. n.22.,
& Cap.57. n.45., Layman. lib.4. tract.10. Cap.7.
num.72., Garz. de Benefic. part.1. cap.5.num.20.
& 23., Ugolin. de Simon. Tab.1. Cap.28. §.3. n.8.,
& Tab.4. Cap.5. num.3., del Bene de Immunit.
tom.2. cap.19. Dub.14. num.16., Smalzgrueb. in
Decretal. lib.5. tit.3. num.266., Campanil. diverf.
rubr.11. cap.27. num.28., Fermosin. tract.1. crim.
ad cap. final. de Simon. quæst.3. num.7., Giballin.
de Simon. quæst.23. confect.6.*

Imo, quamvis in Officiis etiam Ecclesiasticis,
262 si pecunia interveniat, locum habeat crimen
Simoniæ, juxta *Constitutionem Urbani II. in
Cap. Salvator I. quæst.3., nec non Innocentii III.
in Cap. Consulere de Simon.* Ac præterea tam-
etsi in *d. Extravaganti cum detestabile*, non so-
lum de Beneficiis, sed etiam de Officiis Eccle-
siasticis habeatur mentio; nihilominus retinen-
do regulam de stricta interpretatione accomo-
danda Legi pœnali, existimant tam Theologi,
quàm Canonistæ, Legislatorem ibi sensisse de
263 Officiis Ecclesiasticis, quæ sint Beneficiis anne-
xa, seu verius sint Beneficia ipsa, utpotè quæ
fortè alicubi appellantur Officia, propter adjun-
ctum exercitium muneris spiritualis, ideoque
sub ea Lege non comprehendi Officia Ecclesia-
stica seorsum accepta a Beneficiis, ut videre est
apud *Barbos. in hac Extravaganti num.9., Azor.
instit. moral. part.3. lib.12. de Simon. cap.21.
quæst.6. ad fin., Bonaccin. tom.1. de Simon. disp.1.
quæst.7. §.2. num.4., Navar. in manual. Cap.23.
sub num.111., Ugolin. de Simon. Tab.4. cap.5.
num.2., del Bene de Immunit. tom.2. cap.19.
dub.24. num.15., & seqq., Giballin. de Simon. q.23.
confect.7., Sanchez. conf. moral. lib.2. cap.3.
dub.107. num.3.6. & seqq., Suarez de relig. tom.1.
lib.4. de Simon. cap.67. num.14. in fin. & cap.58.
num.46. & 49., Fermosin. tract. crim. ad cap. fin.
de Simon. q.3. num.6., Rota in Colonien. Cano-
nicatus 21. Januarii 1729. §. Verum & seq. co-
ram R.P.D. Calcagnino.*

Confert itidem ad rem nostram quæstio,
quam ex professo examinat *Paris. de Confident.
Benefic. quæst.13.*; videlicet an Apostolicæ Con-
264 stitutiones prohibentes confidentiam beneficia-
riam, censendæ sint favorabiles, vel odiosæ,
adeoque latè, vel strictè intelligendæ. Multa
quidem proponit argumenta, quibus suaderi
posset, judicandas esse favorabiles ob utilitatem
publicam, Animarum salutem, Ecclesiasticæ
disciplinæ cultum, & repressionem malarum
artium, quibus utuntur ambientes Beneficia.
At nihilominus concludit, prædictas Constitutio-
nes censendas esse odiosas, quia in odium Simo-
niacæ pravitatis editæ sunt, proindeque in iis
strictam esse adhibendam interpretationem intra
limites propriæ significationis verborum. Idem-
que antea luculenter firmaverat doctissimus
*Navarr. in Conf.11. de Constit. lib.1. juxta Venet.
impress. anni 1601.*, ubi potissimum demonstrat
Bullas Pii IV. & Pii V. prohibentes, & punien- 265
tes confidentiam in Beneficiis non extendi ad
Pensiones, utpotè quæ ibidem non leguntur
expressæ.

Denique non minus adstipulari videtur casus
discussus tam *in Sacra Congregatione Concilii*,
quàm in *Sacro Auditorio Rota*. Cum enim
Tridentini Patres in cap.15. sess.25. de reformat.
decreverint filios illegitimos Clericorum obti- 266
nere non posse quodcumque etiam dissimile Be-
neficium in Ecclesiis, ubi eorum Patres Benefi-
cium aliquod Ecclesiasticum habeant, vel ha-
buerint, exorta fuit dubitatio, an viceversa
etiam Patres intelligatur prohibitus assequi quod-
cumque etiam dissimile Beneficium in ea Ec-
clesia, in qua filius illegitimus aliquo potiatur 267
Beneficio. Urgebat quidem pro affirmativa
opinione ratio prohibitionis expressa in Decreto
Concilii, nimirum ut paternæ incontinentiæ me-
moria longissimè arceatur a locis Deo consecra-
tis, quos maximè puritas, sanctitatque decet.
Quæ sane ratio non minùs Patri, quàm Filio
videbatur convenire, ad excludendum non mi-
nus Patrem, quàm Filium a Beneficiis, in ea-
dem Ecclesia obtinendis. Quin etiam potiori
ratione arcendus videbatur Pater, cujus inconti-
nentia dederat causam Decreto exclusivo inson-
tis Filii. At nihilominus non esse discedendum
a verbis Decreti, quod solùm loquitur de Filiis,
nec prohibitionem extendi debere ad Patrem
sub verbis Legis minimæ comprehensum deci-
sum fuit a *Sacra Rota decis.1442. coram Sera-
phino*, & hanc *Rotæ* sententiam deindè appro-
bavit *Sacra Congregatio Concilii*, ut recognosci
potest *apud Barbos. d. cap.15. num.7., Rebuff. in
prax. Benefic. tit. de dispens. super defect. natal.
num.29., Fagnan. in Cap. Ex transmissa num.29.
de fil. Præsbyt., Garz. de Benefic. part.7. cap.3.
num.75., Campanil. Diversor. Jur. rubr.11.
cap.13. num.7.*

Hæc itaque exempla multùm ponderis habent
ad determinandam quoque eam quæstionem,
de qua nunc agitur, cum, ut satis per se con-
stat, Verba Innocentianæ Constitutionis apertè
designent Personas diversas ab iis, quæ addictæ
sint servitio Pontificis, citrà tamen qualitatem
Cognationis, aut veræ, aut adscititiæ. Exten-
sio autem comprehensiva ob identitatem ratio-
nis tunc solum videtur admittenda, sive in dis-
positione favorabili, sive in Lege pœnali, & odio- 268
sa, ubi verba Legis in aliqua saltem lata signifi-
catione convenire possunt casui, vel Personæ,
de qua oritur quæstio, ut in specie Legis favora-
bilis

bilis advertit *Bonacin. tom.2. tit.de legib.disp.1. q.1. punct.8. num.26. vers. Sed mihi dicendum*, *Castropal. Oper. moral. tract.3.disput.5. punct.3. §.4. num.2. & 6. & seq.*, *Surd. dec 9.n.16. vers. Non etiam obstat.*, *Rota d.471. num.19. coram Merlino*, ibi: *Nec refert hujusmodi Statutum exclusivum sororum propter fratres, esse favorabile, tanquam fundatum in ratione conservationis familiarum. Quoniam hic favor debet regulari intra suos limites, quos propria verborum significatio præscripsit*: Et in terminis Legis pœnalis docent *Abb. in cap. Grave nimis n.7. de Præbend.*, ibi: *Ex quo potes colligere notabile dictum, quod in materia pœnali provisio concepta in veram personam non extenditur ad fictam, & repræsentatam*, *Alphons. de Castro de Leg. pœnal. cap.7. document.3.*, *Laymann. lib.1.tract.4. cap.18. num.9. in fin.*, *Suarez. de legib. pœnal. cap.3. l.6. num.14. & 16. & cap.4. n.1. in fin. & num.3. in fin.*, *Spad. cons.25. num.22.& seqq. lib.1.*

Ceterum licèt rationes in Bulla expositæ, si in
abstracto considerentur, eæ videantur con-
venire tàm Consanguineis sivè veris, sivè in
Pontificis Familiam cooptatis, quàm Familiari-
bus, apud eum gratia prævalentibus, verè ta-
men plures circumstantiæ reddebant rationes il-
las majoris ponderis relatè ad prædictos Con-
sanguineos, quàm relatè ad alios, ideoque ma-
269 gis impellere potuerunt animum Legislatoris ad
providendum circà unum genus personarum,
quàm circà alterum; siquidem natura ipsa ma-
gis pronos facit, & proclives ad beneficentiam,
& liberalitatem exercendam in Propinquos, quàm
in alios, ut advertit *Glossa in Canon. Decenter
distinct.9.verb.aut sang.* ibi: *Sed quare hoc prohibet
de propinquis? Ideo quia magis proni sunt Episcopi
ad dandum conjunctis personis, quam aliis*: *Card.
Turrecremat.in d. Canon. Decenter circà fin.* ibi:
*Hic surgit. quæstio ex quo idem est de Consangui-
neis, & Extraneis, quia idem præsumitur de
utrisque; quare potiùs prohibetur de Consangui-
neis, quàm de aliis? Respondetur, quia pronior
est Prælatus ad benefaciendum suis, quam alienis,
non propterea quod major culpa sit.*

Exempla insuper Cognatorum, qui nimis li-
beraliter, prolixèque aucti fuerant Ecclesiasti-
cis proventibus à Romanis Pontificibus, plura
erant, multùmque usitata in eo etiam ipso Se-
culo, in quo vixit Innocentius XII., ut nemi-
nem latet. Hæc autem consuetudo, casuum-
que frequentia offensioni erat Christianæ Reipu-
blicæ, quæ in Sanctissimis Christi Vicariis, Su-
premisque Ecclesiæ moderatoribus exigens ab-
solutissimum virtutum omnium exemplar, ægrè
ferebat, eos adeò indulgere carni, & sangui-
ni, terrenisque affectionibus ad commodum
propriæ Familiæ adeo obnoxios esse. Ex di-
verso autem rarissimum erat exemplum similis
profusionis factæ in aliquem Familiarem, nec
timeri poterat, facilè deinceps eventurum
270 istiusmodi casum, prout tamen erat valdè per-
timescendum, ne Successores Pontifices in suis
Consanguineis ditandis imitarentur recentia
Prædecessorum exempla, quæ jam mitigato
pudore, videbantur sternere viam ad imita-
tionem.

Hæc itaque vel sola diversitas, & discrepan-
tia inter Consanguineos vigens, & Familiares,
potuit movere Innocentium, ut rationibus illis
in Bulla commemoratis uteretur ad injicien- 271
dum frænum Pontificiæ liberalitati erga Consan-
guineos, impediendamque prosecutionem an-
tecedentis consuetudinis, & proclivitatis à na-
tura inditæ, quia tunc temporis huic malo me-
dicinam fieri oportebat. Quo verò ad Familia-
res, cum tunc non ità necesse esset afferri reme-
dium, idcircò mirum non est, quod de Fami-
liaribus sub eâ Lege comprehendendis non co-
gitaverit Pontifex; nam Legislatores providere 272
solent circa ea, quæ frequentiùs accidunt, non
autem circa ea, quæ raro eveniunt, ut monet
Textus in leg. nam ad ea ff. de legib., Ipsaque
major proclivitas ad unum actum vitiosum effi-
cit, ut Legis prohibitio in eum dirigatur non 273
verò in alium, ad quem minor consuevit esse
propensio, tametsi vigeat in eo ratio non di-
spar, ut inquit *Ulpianus in leg. sed si ego in fin.
ff. ad Senat. Consult. Vellejan.*, ibi = *Senatus
enim obligatæ mulieri succurrere voluit, non do-
nanti. Hoc ideo, quia faciliùs se mulier obligat*, 274
quam alicui donet = & advertit etiam *Glossa in
cap. Decenter. dist. 89. verb. aut sanguine*, *Jo-
an. Andr. in cap. Odia num. 10. in fine de regul.
Jur. in 6.*, ibi = *Quia plus homines in casibus ibi
expressis delinquere consueverant, ideo in illis
casibus statutæ sunt pœnæ.*

Ad hæc accedit, quod locupletari à Pontifi-
ce Consanguineos suos Bonis, & proventibus
Ecclesiasticis, potest forsan majorem offensio- 275
nem præbere Christianis Populis, & plus exem-
plo nocere, quàm si iis quandoque augeatur
aliquis ex Familiaribus; Tum quia exteræ Na-
tiones dum à Pontifice Propinquos suos ditari
audiunt, statim opinantur, id esse factum solo
intuitu, impulsuque cognationis. Circa Fami-
liares verò ignorant saltem ii, qui absunt à Ro-
mana Curia, vel pro explorato non habent,
num propter eorum merita, an ob solam animi
affectionem, & gratiæ vim id acciderit: Tum
etiam, quia multo facilius est, Episcopos exem-
plum istud sequi circa Propinquos, qui omnibus
chari, & accepti vulgò esse solent, quàm circa 276
Familiares, quos adeò gratiosos esse, ut aufe-
rant eum, cui inserviunt, ejusque judicium in
Ecclesiasticorum redituum dispensatione per-
vertant, non ità verisimile est. Quare S. *Tho-
mas de Consanguineis* loquens tàm facilè putat
capi posse malum exemplum, ut cavendum af-
firmet, ne scandalum oriatur, ex quo Propin-
quis etiam æquè dignis, ac idoneis Beneficia 277
Ecclesiastica ab Episcopo conferantur, Verba
S. Doctoris *in quodlibeto 4. artic. 15.* hæc sunt =
*Respondeo dicendum, quod aliter est dicendum
de Consanguineo Prælati æquè idoneo, & aliter
de minus idoneo, si enim æquè idoneus potest
Prælatus suum Consanguineum præferre, nisi
fortè ex hoc scandalum oriatur, vel aliqui exin-
dè malum exemplum accipiant, ut probabiliter*

præ-

præsumi possit, quod alii Prælati, hoc exemplo inducantur ad dandum suis Consanguineis, etiam minùs dignis = idemque ait *Turrecremat. in Canon. Decenter distinct. 89., Boich. in cap. Grave num. 1. de Præbend.*

Ex quo igitur *Innocentius XII.* ob diversas,
quas commemoravi, circumstantias, expedire
quidem, atque oportere, judicaverit Legem
ferre de Consanguineis, at non item tantam
putaverit urgere necessitatem condendi talem
Legem circa Familiares Pontificios, planè conficitur,
non esse locum extensioni comprehensivæ ex vi rationis,
licèt in Bulla expressæ, &
per se valentis convenire utrique Personarum
278 generi, cum ad effectum extensionis, ob ipsam
quoque rationis identitatem, necesse sit, rationem
Legis esse omninò, & juxta omnes conditiones,
& circumstantias adæquatam Legi,
& omnibus casibus tàm expressis, quàm omissis,
ut egregiè docent *Joan. Andr. in cap.
Odia à num. 26. usque ad fin de regul. Jur. in 6.,
Suarez. de legib. lib. 6. cap. 3. nu. 7. 20. & 21.,
Pirhing. in Decretal. lib. 1. tit. 2. sect. 3. n. 112.
in fine, Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 18. num. 9.,
Rot. decis. 1442. nu. 9. & seqq. coram Seraphin.*

Et hæc regula, quam in Legum interpretatione
habendam præ oculis esse, admonet *Suarez.* proximè
citatus, haud quaquam evertitur,
ex quo Constitutio Innocentiana videri possit
279 favorabilis, ut supra observatum fuit in objectione
exponenda: Si enim Lex illa dicenda esset
favorabilis, proindeque latè & extensivè intelligenda,
propterea quod publico bono atque
Ecclesiasticæ disciplinæ consulat, jam nulla
280 alia esset lex, quæ itidem favorabilis existimanda
non esset, cum finis omnium Legum
vere sit publica utilitas, & omnes Ecclesiasticæ
sanctiones ad Christianæ Reipublicæ bonum sint
ordinatæ. Et tamen multæ, quæ ad crimina
281 coercenda editæ sunt, & in quibus aut contrarii
actus irritatio, aut alia pœna decernitur, odiosæ
solent a Doctoribus appellari, ideoque censentur
strictâ interpretatione dignæ, ut agen-
282 do de Constitutionibus prohibentibus confidentiam
beneficialem notat *Navarr. consil. 11.
lib. 1. de Constit. num. 5.*, ibi = *Non obstat dicere, quod prædictæ Constitutiones respiciunt utilitatem publicam animarum, ne scilicet peccatis inficiantur. Tum quia non sufficit ad hoc, ut lex sit favorabilis, quod quomodocumque respiciat utilitatem publicam, nam si hoc sufficeret omnis lex, etiam macedoniana esset favorabilis, quia omnis lex aliqua modo respicit utilitatem publicam, tum quia secundùm Fortunium, omnes Leges etiam civiles fiunt ad quærendam felicitatem æternam, quæ est omnium utilitatum publicarum & privatarum maxima, & suprema, & ita nulla lex etiam secularis dici posset odiosa, quod est falsum, secundùm omnes &c. Respondeo etiam, quod nos cum communi sequimur Glossam solemnem in cap. Cum contingat de jurejurand. quæ habet, Leges Canonicas factas esse ad finem quærendi felicitatem æternam, & ita sequeretur saltem, quod nulla lex Canonica esset odiosa si sufficeret ad hoc, ut esset favorabilis, quod fieret quomodocumque propter utilitatem publicam, quod est falsum secundùm omnes* = idemque ait *Parif. de confident. Benefic. quæst. 13. num. 18.*

Ex quo autem in aliis Ecclesiasticis Legibus,
& Pontificiis Constitutionibus, quas retulimus
à *§. at verò ad §. Argumentum*, non solum de
Consanguineis, sed etiam de Familiaribus expressa
habeatur mentio, inferri potiùs valet,
Familiares non haberi pro comprehensis ex vi 283
rationis æquè vigentis quoad ipsos, ac quoad
Consanguineos, & proindè, sicuti quoties Legislatores
comprehendere etiam voluerunt Familiares,
nomine proprio eos designare consueverunt,
ità verisimiliter fecisset *Innocentius XII.*,
si eâ fuisset mente, ut Constitutio
afficere deberet etiam Familiares Pontificis.

Postremò hoc saltem certò concludi posse
videtur, *Innocentium XII.*, quo tempore Constitutionem
promulgavit, non cogitasse de tali
casu, quo nimirum Familiaris aliquis immode- 284
ratè abutens facilitate & benignitate Pontificis
se esset ingurgitaturus Ecclesiasticis proventibus.
At, si cogitatio hujus casus, quem *Innocentius*
nunquam viderat, neque audiverat evenisse,
ejus animum minimè subiit, ergò non
potest affirmari Legislatorem voluisse de tali
casu disponere; voluntas quippè non potest fer- 285
ri in id, de quo mens non cogitat. Sique deficit
voluntas Legislatoris circa illud genus personarum,
& circa talem casum, consequens quoque
est, eum non esse obnoxium Legi jam editæ,
nam Legis obligatio quanta esse debeat, &
quænam personæ eâ sint afficiendæ, pendet a 286
Legislatoris voluntate, non quam habere potuisset,
sed quam re ipsâ habuerit quum Legem
condidit, ut advertit *Suarez. de legib. lib. 6.
cap. 3. num. 6. & seq., Castropal. tract. 3. disput. 5. punct. 3. §. 4. num. 2. & 3.*; Et quamquam
ego nullo modo dubitem, quin Religiosissimus
ille Pontifex fuisset pariter de Familiaribus
constituturus id, quod statuit de Consanguineis,
si ex fonte Familiarium prævidisset
aliquando manaturum esse in Ecclesiam illud
ipsum scandalum, quod antea manare consueverat
ex fonte Propinquorum, id tamen non
sufficit ad hoc, ut dispositio, quæ facta non
fuerit, haberi debeat pro facta, neque hæc argumentatio
ducta ab opinativa verisimilitudine
prohibitionis a Legislatore faciendæ, si de ejus
necessitate cogitasset, congruit interpretationi
istiusmodi Legis, quæ cum tendat ad præscribendam
certam normam agendi, debet simili- 287
ter esse omninò certa apud omnes, certumque
præseferre subjectum prohibitionis, non autem
vagari in incertum, prout eveniret, si nimium
vario singulorum hominum judicio, ac opinioni
reservatum esset facere judicium de eo, quod
Legislator fortassè fuisset constituturus, si de
tali casu cogitavisset, quemadmodum observat
Castropal. tract. 3. disput. 5. punct. 3. §. 3. nu. 2.

Præter objectionem præcipuam, quam hactenùs
refutavi, considerabam, opponi etiam
posse, quod Bulla, ubi agit de Personis in locum

cum Consanguineorum adscitis, non videtur restricta ad cooptationem in Familiam, & agnationem Pontificis, sed habere respectum cujuscumque modi, per quem persona extranea adhibeatur, vel tractetur instar Consanguinei, inquit enim in §. 2. = *Nec à nobis, nec ab ullo Romanorum Pontificum Successorum nostrorum ad favorem nostrorum, sive suorum respectivè Fratrum, Nepotum, aliorumque quorumcumque Consanguineorum, seu Affinium, sive illorum, quos in locum Nepotum aliorumque Consanguineorum per cooptationem in Familiam, aut aliter adlegi, seu adsciscì contigerit &c.* Quoties verò contingat Familiarem aliquem ita se penitùs insinuare in gratiam, & benevolentiam Pontificis, ut ob hanc causam opimis ditetur reditibus, quid aliud hoc esse videtur, quàm occupare locum Consanguineorum? Aliter quidem quàm per cooptationem in Familiam, sed tamen per modum comprehensum in ipsa Bulla, quippè quæ, ut diximus, non solùm respicit cooptationem Personæ extraneæ in Familiam, sed præterea & generaliter complectitur quemcumque alium modum, per quem Extraneus adsciscatur in locum Consanguineorum.

Verùm ad hoc responderi posse puto, Legis-
288 latorem primo loco considerasse exempla, quæ superioribus temporibus pluries acciderunt, cooptationis scilicet Personarum de extranea familia in Familiam Pontificiam, quemadmodum memoriæ proditum est, fecisse *Pium II.*, qui *Cardinalem Jacobum Ammannatum* vulgo *Papiensem* in suam Familiam Piccolomineam adicivit: Julium III., qui Familiæ suæ de Monte aggregavit Cardinalem Innocentium obscuro loco natum adolescentem: Sixtum V. qui Alexandrum Cardinalem de Montalto adlegit in Familiam suam Perettam: Clementem VIII., qui Cinthium Cardinalem Passerum in Aldobrandinam Familiam transtulit: Paulum V., qui Scipionem Cardinalem Caffarellum Familiæ Burghesiæ adscripsit: Innocentium X., qui Camillum Cardinalem Astallium Familiæ suæ Pamphiliæ cognomine decoravit, ac denique Clementem X., qui Cardinalem Palutium Albertonium in Alteriam Familiam vocavit.

At secundo loco præter hunc ordinarium modum cooptationis in Familiam Pontificiam con-
289 siderasse videtur Innocentius, evenire etiam posse, ut Pontifex Extraneum aliquem excipiat in suum Nepotem, vel Consanguineum sine cooptatione in propriam Familiam, sed solùm ei conferendo Titulum sui Nepotis, vel Consanguinei; Et hunc quoque casum sub ea Constitutione comprehendere voluit: Cæterum hoc manifestum est, quod juxta verba Bullæ verificari oportet adlectionem, sive ad-
290 scitionem in locum Nepotum, aliorumve Consanguineorum: id autem necessariò exigit externam aliquam actionem vel declarationem, ex qua talis qualitas producatur, ac talis conditio in lege expressa perficiatur, proindeque non potest solum residere in animi affectione, per hoc scilicet, quod Extraneus a Pontifice diligatur, quasi esset suus Consanguineus; hæc enim interna affectio, cujus conjecturam præbeant magna beneficia in extraneam personam collata, non videtur esse posse subjectum conveniens Legi humanæ, & externæ.

Porrò eam, quam tradidi interpretationem, confirmant etiam aliæ ejusdem Bullæ partes, nam ubique Pontifex hac verborum formula uti consuevit = *Consanguinei, seu Affines, sive veri, sive, ut præfertur, adlecti, & adsciti*. Debet ergo probari adlectio personæ extraneæ in Con- 291
sanguineum, & hoc genus adlectionis verificari oportet, vel in ea specie, quam supra Pontifex expressit (videlicèt cooptationem in Familiam) vel in alia specie, designata superiùs ea voce, *vel aliter*, quæ tamen alia species debet esse similis expressæ, hoc est resultanti ex adoptione in Familiam, adeoque debet esse talis, ut ei conveniat illud genus adlectionis in numerum Consanguineorum. Id quod fanè non videtur posse affirmari de illo, qui quamvis maximè gratia, & favore valeat apud Pontificem, nullo tamen titulo Consanguinei fuerit ab eo decoratus.

Ex iis, quæ hactenùs dixi, satis demonstratum esse videtur, Domesticos, & Familiares, sive Ministros Pontificis non esse comprehensos sub Innocentiana Constitutione. At nihilominus alia etiam addi posset ratio, qua id multò magis planum, & manifestum redditur. Propriè enim Successores Pontifices non obligantur ea Lege ab Innocentio XII. edita ex vi, & autho- 292
ritate ipsius Legis, cum par in parem nequeat exercere imperium, ut habetur *in cap. Proposuit de concess. Præbend. & in cap. Innotuit. de elect.*, sed ideo quidquid in ea Constitutione sancitum est servare tenentur Pontifices Successores, quia & dum Cardinales creati fuere, & postquam ad Sacrosanctam Petri Sedem evecti sunt, Juramenti, votique religione interposita Deo Optimo Maximo promittunt, se inviolatè observaturos ea, quæ in memorata Constitutione præscripta sunt. Per hoc autem fit, ut quod erat materia, & subjectum Legis, evadat deinde materia, & subjectum Juramenti, ac Voti, quo quidem obstringuntur ipsi Pontifices, non secus
ac ceteri quicumque privati, cum Legi Divinæ, 293
ad quam pertinet observatio Jurisjurandi, & Voti, non minus Pontifex, quam alii omnes, subjectus sit, ut docent Canonistæ *in cap. 1. de Constit.*, *& præsertim Butr. num. 10.*, *Abb. n. 7.*, *Felin. num. 13. idemque Butr. & Abb. in Cap. Quanto num. 8. vers Ex quo i fertur de Jurejurand.*, *Felin. in Cap. Constitutus num. 18. de rescript.*

Cum igitur controversia, quæ nunc examinatur, sit potius decidenda juxta regulas, quæ
de juramento, ac de voto constitutæ sunt, nemo 294
est, qui ignoret, obligationem ex Juramento, votoque proficiscentem, non pati latiorem interpretationem, nec extensionem de casu ad casum, etiamsi eadem vigeat ratio, sed obligationis vinculum coerceri intra limites significationis magis propriæ, & rigorosæ verborum, quibus

bus consonam fuisse censetur mentem Jurantis, ac voventis, cum verisimile sit, eum voluisse obligare se quam minimum potuit, ut sequentes regulam traditam *in leg. quidquid adstringendæ ff. de verbor. obligat.* ibi = *quidquid adstringendæ obligationis est id nisi palam verbis exprimitur, omissum est* = de Juramento tradunt *Archidiacon. in cap. nequit. 22. quæst. 2., Abb. in cap. Cum Clerici in fin de verbor significat., & in cap. Clericus de jurejuran., Spad. cons. 97. num. 14. lib. ..., Suarez. de Religion. to. 2. lib. 2. cap. 12. n. 70. & consult. 22. num. 26., Panimoll. decis. 172. n. 42. tom. 3., Capyc. latr. consult. 49. num. 58. & 61., Rot. decis. 15. num. 7. coram Ludovis., & dec. 156. num. 6. coram Dunoz. Sen.* Et de voto notant Canonistæ *in Cap. Literaturam de Vot. & in cap. non solùm de regular. in 6., Faguan. in cap. Explicari num. 25. de observ. jejunii, Sanchez. ad præcept. Decalog. lib. 6. cap. 2. num. 28., Panimoll. decis. 172. num. 42. tom. 3. cum aliis copiosè relatis apud Suarez. de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 7. per tot.*

Quamobrem quidquid sit ao ex aliis rationibus debeat Pontifex abstinere ab augendis suis Domesticis, & Familiaribus ultrà meritum, vel pecuniâ ad Cameram Apostolicam spectante, vel Beneficiis, aut Pensionibus Ecclesiasticis, & aliter faciens nequiter faciat (quod in præsentem discussionem non cadit) hoc tamen cer-
295 tum erit eum ad hoc non obligari præcisæ ex vi juramenti, & voti emissi de observanda Constitutione Innocentiana, utpotè loquente de personis omnino diversis Familiaribus, & Domesticis, ut distinguit *Gregorius IX. in cap. Clericus de jurejurand.* ubi ait Clericum, qui juravit se Statuta Ecclesiæ edita servaturum, teneri quidem aliundè ad observandum quoque Statutum postea editum, sed tamen ad id oon teneri ex vi emissi Juramenti, quod referebatur ad Statuta jam edita, idque etiam docet *S. Thom. 2. 2. quæst. 98. artic. 2. ad 4.*, ibi = *Canonicus, qui jurat se servaturum Statuta edita in aliquo Collegio, non tenetur ex juramento ad servandum futura, nisi intenderit se obligare ad omnia Statuta præterita,*
296 *& futura; tenetur tamen ea servare ex ipsa vi Statutorum, quæ habent virtutem coactivam.*

Hæc autem nostra assertio roboratur etiam ex facto. Cum enim re ipsa constet, aliquem Pontificem, qui Bullæ Innocentianæ præscriptum
297 solemni ritu juraverat se observaturum, nihilominus alicui suo Familiari contulisse Beneficia, & Pensiones Ecclesiasticas in quantitate excedente normam in ea Bulla constitutam circa Consanguineos Pontificis, vel in ejus Familiam cooptatos, utique hoc ipsum factum (dubitatione alioquin vertente circa jus) magno argumento est, non comprehendi tales personas sub ea Constitutione, cum existimari nequeat eum Pontificem violare voluisse fidem suam, quam
298 Deo obligaverat publico Juramento, & Voto, adeoque tam graviter duplici diversa ratione peccasse contra virtutem Religionis, cum duo in-
299 ter se distincta, ac diversa sint vincula voti, & jurisjurandi super eadem re emissi, ut probant *Azor. Institut. moral. lib. 2. cap. 10. q. 2. §. Alii tamen, Enriquez. lib. 5. de pænitent. cap. 5. n. 6., Sanchez. de Matrimonio libr 7. disputat. 27. num. 26.*

Plurimum quoque ad rem nostram facit exemplum deductum ab alia Constitutione *Sancti Pii V.* de non infeudandis Castris ad Came- 300
ram Apostolicam quomodolibet devolutis, vel devolvendis, quam pariter Constitutionem observare, tum Cardinales, tum Summi Pontifices jurameoto, votoque edito promittunt. Etsi autem par, & eadem ratio, ob quam prohibetur oova infeudatio Castrorum procul dubio locum sibi vindicet tam io casu, quod d. Castra ad Cameram Apostolicam revertantur ob lineam finitam sivè expirationem præcedentis Investituræ, quàm in casu, quo illa ad eandem Cameram redeant ex titulo, & causa confiscationis factæ ob delictum Feudatarii; nihilominus posteriorem hunc casum non censeri comprehensum sub memorata Constitutione, pro veritate consultus respondit *Spada cons. 16. lib. 1.*, ea præcipuè motus ratione, quod *Bulla Piana* strictè intelligenda sit juxta propriam significationem verborum, & usitatum loquendi modum, quo inspecto, vox *devolutionis* diversa est a voce *confiscationis*. Idque ipsum quoque declaraverat *Gregorius XIII. in Constitutione 6. §. 8.* quas commemorat *Faguanus in Cap. Ex parte n. 8. de Feud.*

Potiori igitur jure dicendum erit, Constitu-
tionem Innocentii XII. non comprebendere Fa- 301
miliares, & Ministros Pontificis; nam profectò juxtà communem loquendi morem, & usitatam verborum significationem, cui inhærendum est in interpretatione Legis, multòque magis Juramenti, & Voti, nemo intelligit venire eos, qui alterius servitio, vel ministerio addicti sint. Unde nullus certè esset [ut opinor]
qui judicaret violatorem Juramenti Episcopum 302
illum, qui cum jurasset, se nihil Ecclesiasticorum proventuum daturum Consanguineis suis, vel in locum Consanguineorum adscitis, tamen eosdem proventus liberalitèr contulisset in Familiarem suum, quidquid sit, an alia de causa, alioque respectu eum peccasse dicendum esset.

Hæc sunt momenta rationum, quibus adducor, ut credam, Familiares Pontificios, qui nec Consanguinei verè sunt, nec in eorum locum adsciti, non comprehendi sub Constitutione Innocentii XII., sed tamen expedire videtur, ut à Sanctissimo Domino Nostro nova edatur Constitutio ad effectum comprehendendi etiam prædictas personas, quemadmodum io simili quæstione respondit *Joan. Andr. in cap. Odia num. 10. de regul. Jur. in 6.*, ubi cum exami-
nasset articulum, an Canonici scienter in Epi- 303
scopum eligentes mutilatum, vel Bigamum, vel excomunicatum, incurrant ipso jure pœnas ioflictas ab *Innocentio III. in Concilio Lateranensi*, de quibus *in cap. Cum in cunctis de elect.* in hæc verba concludit = *Puto, quod Canonicus iste non incurrit ipso jure pœnas ipsas Con-*

Concilii Lateranensis. Et puto, quod Papa de jure consultus sic declarando responderet. Æquum tamen esset, quod illos pœnas prorogaret ad alias indignitates, etiam ibi non expressas propter rationis identitatem.

ARGUMENTUM.

In hac Dissertatione agitur de Jure adstandi Summo Pontifici in Throno sedenti ad Ursinam, & Columnensem Familiam spectante, & quæritur; An extinctâ lineâ Ducum Brachiani, qui hoc clarissimo honore fruebantur, extinctum quoque in Familia Ursina hujusmodi Jus videatur? seu potius in illud Philippus Bernuardus Ursinus Gravinæ Dux succedere debeat? Libratis hinc inde rationum momentis pro veritate respondetur, Excellentissimum Gravinæ Ducem, ejusque Descendentes tali honore potiri debere, adjectâ tamen conditione, quod Romæ Palatium, & Feudum in Ecclesiastica Ditione acquirat. Explicatur natura ejusdem Juris honorifici, & ostenditur, illud in hisce Familiis præclarissimis omnium, & potentissimis repræsentare universum Romanorum Baronum Ordinem, qui priscis temporibus unà cum Præfecto, Senatore Urbis, Vexillifero, Regum Oratoribus, Pontificis Consanguineis, & Exteris, supremisque Principibus pro tutela, & custodia Apostolici Solii vigilantes semper adstabant. Hac occasione raptim sermo habetur de antiquitate, nobilitate, potentia, & opibus celeberrimæ Ursinæ Familiæ. Nonnullæ ex Regiis, & Supremorum Principum cognationibus recensentur. Illustres Viri, qui ad altissimos Ecclesiasticæ, & secularis Dignitatis gradus fuerunt evecti, Copiarum Duces, & Exercituum Imperatores, qui sæpissimè à Summis Pontificibus, aliisque Principibus eorum auxilio acciti, ubique Terrarum militari gloriâ floruerunt, indicantur. Celebratur supra omnes Eminentissimus, & Reverendissimus Frater Vincentius Maria Ordinis Prædicatorum Archiepiscopus Beneventanus, postea Sum. Pont. Benedictus XIII. paucisque ejus fortitudo in vindicanda Ecclesiastica disciplina, pietas in restituendo Templis nitore, & Domui Dei decore, charitas erga pauperes, & egenos, & in restauranda Beneventana Civitate terræmotu labefactata, gloria demùm, quâ plures Ecclesias feliciter gubernavit, extollitur. Monumenta Summorum Pontificum, quibus præclara facinora ab Ursina Gente pro Sancta Romana Sede perpetrata commendantur, in medium afferuntur. Fædera, & pactiones inter Reges, in quibus unà simul cum Supremis Principibus Ursina Familia fuit comprehensa, & probatissimi Scriptores, quorum operibus constans, & perennis hujus Familiæ virtus, & amplitudo est consignata, innuuntur. Describitur Genealogia Ducum Ursinorum, & probatur, utramque stirpem Ducum Brachiani, & Gravinæ ab Joanne Comite Tagliacotii communi Ascendente descendere, & honore adstandi Pontificio Throno tàm Duces Brachiani, quàm Gravinæ antiquitùs gavisos fuisse probè constituitur. Hujusmodi gratiâ non peculiarem Ducum Brachiani Ursinam stirpem, sed caput totius Ursinæ Familiæ honestatum fuisse demonstratur. Enumerantur honores, ad quos Augustissimus Imperator, & Serenissima Venetorum Respublica Gravinæ Duces restituit. Suadetur deniquè validissimis rationibus, argumentis, & authoritatibus ab ultima antiquitate desumptis, Ducem Gravinæ, ejusque Descendentes, non solùm ob famam immortalium Familiæ Ursinæ meritorum, verùm etiam ob Supremæ Pontificiæ Majestatis decorem, quampluribus stipatam esse Proceribus decet, ad hunc honorem, à quo tamen nunquam deciderunt, restituendos esse. Et ut optimo Jure Baronum Romanorum Cœtum valeant repræsentare, Palatii in Urbe, & Feudi in Ecclesiastica Ditione acquisitio præscribitur. Tota res plurimis exemplis ab Jure petitis confirmatur, & quæ objici possent, facili negotio diluuntur.

DISSERTATIO III.

1 *In Summi Pontificis potestate sunt Nobilitatis, & Dignitatum thesauri*, & num. 10.
2 *Et, quem vult, summis honoribus exornare potest.*
3 *Gratia reintegrationis ad jus honorificum adstandi Summo Pontifici, sedenti in Throno, utpotè ad justitiam distributivam pertinens, non est sinè delectu, & libera prorsùs aut boritate concedenda.*
4 *Jure honorifico adstandi Summo Pontifici in Throno sedenti, regnante* Alexandro VI., *gavisus est Gentilis Virginius Ursinus, ac deinceps ceteri ejus Descendentes.*
5 *Gentilitium stemma, seù Genealogia præclarissimæ Ursinæ Familiæ exponitur.*
6 *Honorificum jus adstandi Summo Pontifici, in Throno sedenti, radicatum in linea Ducum Brachiani eâdem extinctâ lineâ, transferendum non videtur in lineam Ducum Gravinæ, nec comprehensam, nec contemplatam in ejusmodi Juris concessione, sed vid.* num. 64.
7 *Tale jus exercentes repræsentant cœtum Romanorum Baronum, qui, velut Tutores, & quodammodo Custodes Throni Apostolici, semper ejus incolumitati invigilent*, & num. 15. 80. & 88.
8 *Quæ autem ad jus ejusmodi assequendum requirantur*, vid. num. 8.
9 *Carens qualitate requisita, ad idem jus assequendum & ob absentiam obire non valens minero illi injunctâ donandus eo non est*, & n. 98.
10 *Summus Pontifex in conferendis honorum, & dignitatum thesauris utitur jure suo.*

11 In concessione Juris honorifici Supremus Princeps facilior esse debet, ubi temporis, dignitatis, ac meritorum ratio servetur, & num. 88.

12 In Romani Pontificis potestate duo sunt gladii, spiritualis, scilicet, & temporalis.
Uterque autem figuratur à Personis circumdantibus Pontificium Thronum, Ibid.

13 Duo Cardinales assistentes Pontificio Throno, figurant duos Levitas, Arcam custodientes.

14 Præsulum corona, sedentium a sinistris Pontificii Throni figurat spiritualem gladium.
Materialem verò repræsentat status secularis Principum à dextris manentium, ibid.

15 Romani Pontifices Principibus secularibus concesserunt a dextris Pontificii Throni manere, non autem sedere.

16 Principis Regale Solium, culmen appellatur.
In eoque sedens Princeps, circumstipari debet Proceribus, ejus potestatem, & Gentes ipsi subjectas repræsentantibus, ibid.
Ipsosque numero plures esse decet num. 17.

17 Fama Domini crescit ex ornatu, & claritate Servientium.

18 Pontificio Throno adstantes Principes, plures esse debent, & num. 88.

19 Pontificio Throno, præter Præfectum, ac Senatorem Urbis, priscis temporibus adstare consueverunt Vexillifer, Regum Oratores, Regnantis Pontificis Consanguinei, aliique exteri Principes, & plures è Romanorum Baronum ordine.

20 At deinde institutum est, ut eidem Throno adstarent capita Familiarum Ursinæ, & Columnensis, veluti universum Baronum ordinem repræsentantia.

21 Ducum Bracchiani extincta linea, Pontificio Throno adstat dumtaxat Dux Paliani Magnus Comestabilis Columna.

22 Cappellæ Pontificiæ Ecclesiasticas functiones decorè celebrari convenit, antiquis scilicet servatis Institutis.

23 Ut in lata gente gloria, sic in illius diminutione contritio Principis.

24 In Duce Gravinæ capite, & reliquo ex Ursina Familia æquum valdè ostenditur, ut honorificum jus adstandi Pontificio Throno conservetur, & num. 25., & seq.

25 Aviti honores faciliùs ab illustribus Familiis retinentur, quàm in eas inferantur.

26 Præsertim quum validiores pro iis retinendis adsunt tituli.

27 Principes viros Pontificio Throno adstantes, nobilissimos, & præclarissimos esse oportet.

28 Familiæ Ursinæ genealogica historia a Sansovino conscripta.
Ejusdem Familiæ eximia decora exponuntur num. 29., & seq.

29 Antiquitas pretium addit nobilitati.

30 Regia flumina quo remotiora sunt a sua origine, eò majori aquarum copia redundant.
Sic etiam illustres Familiæ eò sunt clariores, quò remotior, a nostra cognitione earum est origo, ibid.

31 Nobilitas opibus in suo fulgore se substentat.

32 Fortes creantur fortibus.

33 Virtus, quæ nobilitati initium dedit, in Posteros transfusa præsumitur.

34 Generis virtus nobilitas est.

35 Gravinæ linea ex Ursina profecta ostenditur, & num. 36., & seq.

36 Gentilitium stemma ex authenticis erutum documentis, Familiæ originem satis probat.

37 Bracbiani, & Gravinæ linea ex eodem communi stipite profecta.

38 Scriptoribus ex professo agentibus de alicujus Familiæ origine plena fides adhibenda.

39 Familia Gravinæ eadem origo cum Ursina, & num. 40., & seq.

40 Familiæ identitas ex admissione ad nobilitatem rectè probatur.

41 Item ex rebus judicatis.

42 Familiæ identitas ex rebus judicatis superlative probatur, & quidem ad effectum vindicandi Bona ab Heredibus extraneis ultimi gravati, tùm etiam a Tertiis.

43 Eòque magis ad effectum retinendi jura honorifica, eidem Familiæ concessa.

44 Nobiles, & ingenui sibi rationabiliter honores arrogant.

45 Ad honores obtinendos maximè valet Majorum commendatio.

46 Ex nobilium Familiarum dignitate splendor nedum, atque ornamentum, sed robur accedit Principatui.

47 Majorum merita Posteris prodesse oportet.

48 Maximè pro retinendo jure honorifico, quasi in vim immemorabilis Majorum possessionis, & num. 52.

49 Majores ex Ursinorum Familia ab immemorabili quasi tempore nuncupati sunt Principes Solii.

50 Duces Gravinæ, qui ad gradum adstandi Pontificio Throno ascenderunt, plures referuntur.

51 Testimoniis Magistrorum ceremoniarum in re, ad eorum munus pertinente, maxima est authoritas.

53 In adipiscendis Patriæ honoribus præferendi ii sunt, quorum Majores publicis honoribus fuerunt decorati.

54 In Primogenituris datur possessionis continuatio Primogenitis deinceps succedentibus.

55 Ad Jus honorificum in Familiam illatum quilibet ex ea, si cetera non desint, jus proprium habere dicitur, & nu. 59., & 60.

56 Principis tot videntur concessiones, quot sunt personæ in gratia contemplatæ.

57 Negligentia Majorum, qui non curaverint exercitium Juris honorifici, in eorum Familiam illati, posteris nocere nequit.

58 Quæ non a Patre, sed a genere, Civitate, a rerum natura tribuuntur, ea Posteris incolumia manere debent.

60 Honorifica Familiarum jura rectâ viâ in omnes transeunt.

61 Honorifica Familiarum jura, post longissimum etiam tempus a Successoribus per viam sal-

saltem reintegrationis repeti possunt, & num. 63.

62 *Reintegratio ad nobilitatem, & sedilia Nobilium Successoribus concedi solet.*

64 *Jus honorificum adstandi Pontificio Throno non fuit ita privativè concessum Lineæ Ducum Brachiani, ut penitus exclusæ fuerint ceteræ lineæ, & præsertim illa Ducum Gravinæ.*

65 *Juris honorifici exercitium licèt actu penes unum, tamquam caput Familiæ resideat, habitu tamen penes alios de eodem Familia esse potest.*

66 *In successione jurium honorificorum ordo fideicommissariæ, & feudalis successionis servandus est.*

67 *In fideicommissi ordinatis, vel in concessione Feudi facta favore alicujus Familiæ in genere, ordine successivo veniunt omnes de Familia.*

68 *Jus honorificum in aliquo ex lineis jam divisa residens, ejus linea extincta, reviviscit in alio alterius lineæ.*

69 *Jura præeminentialia, & honorifica, ordine quodam successivo primogenituræ deferuntur.*

70 *De juribus merè honorificis ubi agitur, vocati censentur omnes quoque deferentes eadem arma, & cognomen, non solùm de effectiva, sed etiam de contentiva Familia tàm proxima, quàm remota.*

71 *Jura sepulchralia apud omnes de Familia conservantur.*

72 *Juspatronatus facilè ad omnes de Familia porrigitur*, & num. 74.

73 *Juspatronatus honorificum jus est.*

74 *Juspatronatus benignum exposcit interpretem, & faciliùs, quàm fideicommissa, conservatur.*

75 *Jura honorifica faciliùs ad omnes de Familia protrahuntur, quum nullus concurrit vel tamquam proximior, vel ex peculiari alio titulo.*

76 *Jus honorificum adstandi Pontificio Throno eò magis congruit Duci Gravinæ, utpotè qui olim etiam retinuit dignitates, capiti Familiæ Ursinæ collatas.*

Maximè autem quia per rem judicatam declaratus fuit Successor in ejusdem Familiæ fideicommissis antiquissimis, num. 77.

77 *In decernenda retentione Bonorum, rigidiori censurâ, quàm jurium honorificorum proceditur.*

78 *Jura honorifica faciliùs transmittuntur ad illos de Familia, præsertim, quando hæredes sunt Bonorum.*

79 *Ex Aulæ Romanæ usu, honores, & præeminentiæ faciliùs transmittuntur ad illos de Familia, præsertim Hæredes Bonorum; hicque usus servandus est.*

80 *Ursini, & Columnenses Principes Pontificio Throno adstare consueverunt non uti de linea Ducum Brachiani, vel Ducum Poliani, sed uti capita Domorum Ursinæ, & Columnensis.*

81 *Et uti capita earumdem Domorum aliis etiam negotiis præpositi fuerunt.*

82 *Ursina, & Columnensis* Familia *quoad jus adstandi Pontificio Throno contemplatæ censentur collegiativè, & instar alicujus Universitatis, sive politici corporis, repræsentati per earum caput.*

83 *Primogenituræ ordinatæ favore Primogeniti plurium linearum, aut Familiarum, collectivè contemplatarum, non expirant extinctâ lineâ Primogeniti primo loco admissi, sed gradatim ad omnes deferuntur.*

84 *Jus honorificum faciliùs defertur, & conservatur penes omnes de Familia, & lineas collectivè contemplatas.*

85 *Observantia in jurium honorificorum, & præeminentialium quæstionibus optima censetur interpres.*

Præsertim, quum non constat de initio, & forma certa, num. 86.

86 *Consuetudo ex actibus, ex quibus initium habuit, modum, & formam debet recipere.*

87 *Honorificum jus adstandi Pontificio Throno non congruit ei, qui Palatium Romæ non habeat, ubi residere queat, nullumque in Ditione Ecclesiæ Feudum possideat*, & n. 88.

89 *Duci Gravinæ non aliter concedendum esse gratiam adstandi Pontificio Throno Author concludit, quàm objectâ conditione illa: modò Romæ Palatium, & in Statu Feuda adquirat.*

ETSI gratia concessionis sivè reintegrationis ad jus honorificum adstandi Summo Pontifici sedenti in Throno, quam petit Excellentissimus D. Don Philippus Dux 1
Gravinæ, & inclytâ Ursinorum gente, nullum præseferat melius patrocinium, quàm ipsius Pontificis clementiam, & liberam voluntatem, *sic* enim, ut legitur in *lib. Ester. cap. 7. sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare*: in ejus quippè potestate cum sint nobilitatis, & Dignitatum thesauri, *Bald. in cap. 1. tit. quis dicatur Dux, Amaya in leg. fiscal. cap. 3. num. 23. Cod. de Decurion. lib. 10., Valenz. consil. 82. n. 23., Ann. alleg. 57. num. 2., & allegat. 130. num. 3., Mierez. de majorat. part. 1. quæst. 26. num. 114., Arayseus de jur majest. lib. 2. cap. 3.*, cum aliis apud *Pegas. ad ordinat. Reg. Portugall. tom. 1. lib. 1. tit. 2. §. 12. num. 40. & seq. fol. mihi 424., Antunez. de Donat. tom. 1. lib. 1. cap. 1. sub n. 7., Christianeus decis. Belg. Volum. 1. dec. 145. n. 45., Rota coram Royas dec. 129. in fine*, potest, quem vult summis honoribus exornare, ad *Text. in* 2
leg. 1. Cod. de Metropol., Beryto lib. 11., Loffred. consil. 39. num. 1., & ut ait *Marcus Terentius* Eques Romanus ad *Tiberium Imperatorem* apud *Tacitum annal. lib. 5.* = *non est nostrum æstimare, quem supra ceteros, & quibus ex causis extollas, tibi summum rerum judicium Dii dedere* = nihilominùs sub Imperio sapientissimi Principis, qui eam dumtaxat sui arbitrii causam sibi constituit, quam Jus, & æqui, bonique ratio præscribit, idcircoque vult tales, *proveheri, ut, quoties Procerem suum dignatus fuerit*

vit inspicere, *toties videat se rectu Judiciu habuisse*, *Cassiodor. varior. lib.4. Ep.stol.3.*, ut prudenti judicio, & justâ ratione id concessum iri videatur, jussus sum inquirere, ac pro veritate coram Illustrissima ista Congregatione, huic Causæ cognoscendæ deputata, exponere momenta rationum, quibus Clementissimus, ac justissimus Princeps ad hanc gratiam benignè
3 elargiendam, vel ad illam justè denegandam moveri queat; eadem enim utpotè pertinens ad justitiam distributivam, quæ suum habere debet medium rationis, non est sinè delectu, & libera prorsùs auctoritate concedenda, ex *Div. Thoma 2.2. quæst.61. artic.3.*, *Albert. Bolognet. in tract. de Lege, Jure, & æquitate cap.3. n.5.*, *Tiber. Gambarut. in discurs. politic. cap. de Justitia conveniente Principi*, *Lel. Zecch. lib.1. de Princip. cap.6. num.19.*, *Simanch. de Republic. cap.21.*, *Kinkner. eodem tract. disp.19. in princip.*, *Bodin. de Republic. lib.5. cap.540. & seqq.*, *Jo. Chochier. lib.2. thesaur. aphorismor. politic. cap.3.*

Injuncto itaque mihi muneri manum admovens in nonnulla primo aspectu incido suadentia, præfato D. Duci Gravinæ hoc Jus honorificum impartiendum minimè esse, ipse enim illud veluti suum, & à Majoribus suis ad se transmissum nullo justo titulo repetere hodiè posse videtur. Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, &
4 memoriam rerum recordari ultimam, inde usque repetens, video, Gentilem Virginium Ursinum Dominum Brachiani, regnante Alexandro VI., adstitisse in Pontificio Throno, *Summaria num.5. lit. I. & L.*, ac deinceps ceteros ejus Descendentes Primogenitos, quorum postremus fuit clar. mem. Dux Flavius Ursinus ex linea Ducum Brachiani, eodem honore, tamquam præcipuo d. lineæ, exornatos fuisse, ut ex *Summario numer.1. usque ad 6.*; Ille autem Gentilis Virginius erat Pronepos Joannis Ursini
5 Comitis *di Tagliacozzo*, & communis Parentis Caroli Avi ejusdem Gentilis Virginii, ex quo linea Ducum Brachiani, & Francisci Præfecti Urbis, ex quo illa Ducum Gravinæ, veluti à communi stipite derivantur, ut ex gentilitio stemmate Illustrissimis PP. distributo, & latiùs per plures Tabulas impresso apud *Imhoff. in Genealogia viginti illustrium Familiarum Italiæ ex fol.307.* . Jus igitur istud diu post dd. linearum
6 separationem radicatum in illa Ducum Brachiani, eâdem extinctâ, transferri nequit in lineam Ducum Gravinæ quasi in ejusmodi Juris concessione, nec comprehensam, nec contemplatam, ad *Text. in leg.1. Cod. de imponen. lucrativ. descript. lib.10.*, *Bellug. in specul. Princip. cap.19. num.54.*, *Tamburin. de Jur. Abbat. disput.17. quæst.2. sub num.7. vers. nam si privilegium tom.1.*, *R. P. D. Ansald. de commerc., & mercat. disc. 26. num. 36., & duob. seqq.*, & *R. P. D. Fattinell. respons.21. num.6. tom.2.*

Plurimùm etiam contra d. Gratiæ Petitorem ur-
7 get ejusdem Juris honorifici natura. Etenim Proceres, qui a dextris adstant Romano Pontifici Sedenti in Throno, repræsentant Cœtum Romanorum Baronum, qui *velut Tutores, & quodammodo Custodes Throni Apostolici semper invigilent* ejus incolumitati, ut ex Ceremoniali *Paridis de Grassis* advertit *D. Justinianus Chiappanus in suo Voto signato lit. B.* Quamobrem oportet, illos esse de numero; & ordine Principum Virorum 8
Urbis, in ea possidentium Palatium, in quo resideant, ut sic parati semper sint ad obsequia Summo Pontifici exhibenda, eosdemque in Ditione Ecclesiastica obtinere Castra, & Feuda, quorum Dominatu ipsis tribuatur qualitas Romanorum Baronum, quibus injuncta est tutela, & custodia Trhoni Apostolici; hæc autem expleri nequeunt ab Exteris, atque commorantibus extra Principatum, qualis censendus est D. Dux Gravinæ, cujus linea a tribus ferè seculis separata a communi stipite Ursinorum de genere Romano, lares transtulit in Regnum Neapolitanum, in Urbe domicilium non retinuit, nullum in ea Palatium habet, in quo residere valeat, nulla denique in Ditione Ecclesiastica possidet Feuda, ob quæ Baronum Romanorum Ordini accenseri queat, proindeque donandus minimè videtur hoc Jure 9
honorifico utpote carens qualitate pro eo assequendo requisita, & ob absentiam obire non valens munera illis injuncta, ut de primo est *Text. in leg. si duas 6. §. Excedere ff. de excusat. Tutor.*, *leg. ex eo 43. ff. de milit. Testam.*, *Jason. in Leg. filius a Patre §.1. num.3. & 4. ff. de liber. & post.*, *Menoch. cons. 905. num.11.*, *Anton. Faber. in Cod. lib.9. tit.30. definit.9. num.10. in allegat.*, *Cyriac. contr.687. num.31., & seq.*, *Rot. in Collect. decis. ac Rer. judicat. apud Balducc. tit de prælat. decis.16. num.11.* & de secundo ait, *Baldus in Authent. Non omninò num. 22. Cod. ne Uxor. pro Marit.* *Alex. in addit. ad Bartol in leg. Cunctos Populos in 3. quæst. princip. num.23. lit. H. Cod. de Sacros. Trinitat.*, *Abb. cons.13. num.8. & 9.*, *Ruger. cons.9. n.72. lib.2.*

Quamquam verò primo oculorum conjectu, hæc contra D. Ducem Gravinæ urgere videautur; nihilominus plura, & quidem validiora stant pro eo momenta rationum, ob quas Summus Pontifex propensior esse debet ad petitum illi honorem indulgendum. Agitur enim de 10
Jure merè honorifico, ex cuius concessione, quoties nec publicum, nec privatum ullum præjudiciom promanat, Supremus Princeps, in cujus potestate, Honorum, & Dignitatum thesauros esse dictum est §.1., in illis conferendis utens Jure suo, *de Ponte cons.7. num.1. & num.6. lib.2.*, *Pegas. ad Ordinat. Reg. Portugal. tom.1. lib.1. tit.2. §.12. Glos.49. num.41. fol. mihi 421.* 11
id unum prospicere debet, ne inconsultò eos conferat, videlicet præter temporis, atque honestatis rationem, vel in Personas immeritas illos effundendo, nam si temporis, ac Dignitatis, & meritorum ratio servetur, faciliorem in eisdem decernendis eum esse oportet, per ea, quæ tradunt *Capyc. Latr. consult.50. num.21.*, *de Luc. ad Franch. decis. 357. num.3. juncto num.2. §. Alii* di-

dicunt, *Revertter. decis.428. in fin.*, hunc casum
distinguendo ab alio, in quo ex tali admissione
ad honores Tertius læderetur, ut apud *Valenz.*
cons.90. num.196., *Copyc. latr. consult.12. n.77.*,
Carol. Anton. de Luca de lin. legal. lib.1. art.25.
num.19. ad fin., *& ad Franch. decis.207. num.4.*
Quod autem temporis, & meritorum justa ra-
tione servata istiusmodi Juris honorifici conces-
sio, sive restitutio hodie postuletur a D. Duce
Gravinæ suaderi videtur, tum ex qualitate gra-
tiæ, tum etiam ex dignitate Personæ, tum
denique ex circumstantiis, ac statu rerum, in
quo illa petitur. Etenim ad Pontificii Throni
Majestatem pertinet illum plurium Procerum,
atque Principum Virorum, Summo Pontifici
adstantium, corona exornari: Quod cum de-
ceat omninò, congruere etiam videtur, ho-
norem hunc præfato D. Duci, veluti præcipuo
quodam Jure esse deferendum. Nec denique
gratiam hanc si certus eidem adjiciatur modus
remorari debent argumenta pro ea deneganda
superius adducta.
Rem igitur ordiendo a prima assumpti parte,
12 *in Extravag. unam Sanctam de Majorit., & obed.*,
Evangelicis dictis instruimur, in Romani Pon-
tificis potestate duos esse gladios, spiritualem
videlicet, & temporalem, utrumque verò figu-
rari a Personis circumdantibus Pontificium
Thronum, observat *Paris de Grassis in suo Ce-*
remoniali relat. in d. Voto Domini Chiapponi
13 *lit. B.*, inquiens, quod duorum S. R. Ecclesiæ
Cardinalium *Diaconorum assistentium comitatus,*
Solium ipsum observantium tamquam duorum Le-
vitarum Arcam custodientium; & frequens,
ac religiosa Præsulum corona sedentium a sini-
14 stris, figurat spiritualem gladium, qui ab Ec-
clesia exercetur; materialis verò gladii, qui
ut in *d. Extravag.* subjicitur Spirituali, & pro
Ecclesia tuenda exercendus est, signum exhibet
status secularis Principum, quibus Romani Pon-
tifices a dextris *manere concesserunt ea tamen*
conditione adjecta, ut semper stare deberent,
nunquam sedere possint; Quod propterea sic insti-
15 *tutum fuit, ut ipsi, quos armatos juxta Thronum*
esse, sedulò oportet, velut Tutores, & quod-
ammodo Custodes Throni Apostolici semper invi-
gilent = Quemadmodum itaque Princeps Regni
16 Dominus, *ut in Leg. Deprecatio 9. ff. ad Leg.*
Rhodiam. de jactu, sedens in Culmine, quo no-
mine ejus regale Solium appellatur *in leg. bene*
a Zenone Cod. de quadrien præscript., *& in Canon.*
Principes 20. caus.23. quæst.5., circumstipari de-
bet Proceribus ejus potestatem, & gentes ipsi
subjectas repræsentantibus, *Petr. Bellug. in*
Specul. Princip. rubr.6. num.1. fol.26., & illo-
rum *proceritas, & honor non privatus Aulæ est*
sed publicus, tendens in Supremæ Majestatis pu-
blicæ decorem, & ornatum, & ait *Salsed. in*
Theatr. Honor ad lib. 16. tit. 1. lib.4. recopil.
Glosf.33. num.59. eosque numero plures esse
17 decet, cum ex ornatu, & claritate servientium
crescat fama Domini, *Cassiodor. lib.4. Epist.3.*,
Bellug. ad rubr.6. num.23., *Maurit. de Apicell.*
allegat.13. num.32. usque ad fin., sic etiam Prin-
cipes Viri, qui Pontificio Throno adstantes re-
præsentant ejus temporalem Jurisdictionem, 18
plures esse debent, idque edocemur ex Libris,
& regestis magistrorum Ceremoniarum, qui-
bus compertum sit, priscis temporibus, præ-
ter Præfectum, ac Senatorem Urbis, Vexillife- 19
rum, Regum Oratores, Regnantis Pontificis
Consanguineos, aliosque Principes exteros, plu-
res è Romanorum Baronum Ordine ad Solium
accersiri consuevisse ut in foliis signatis *lit. A.*,
& seqq., *& Summario num.1.*, *& seqq.*, ne au-
tem, quod aliquando fortè evenerat, ut in
Summario n.5 lit. I. in fin., sinè delectu, minores
etiam Barones in Solium deinceps obrepere
contingeret, institutum fuit, ut Capita præcla-
rissimarum, atque potentissimarum Familia- 20
rum Ursinæ, & Columnensis, veluti repræ-
sentantia universum Romanorum Baronum Or-
dinem, Throno Pontificio adstarent, ut perspici
potest ex dictis Libris, & regestis: Cum verò
jamdudum Præfectus, & Senator Urbis, ac
Vexillifer a Solio recesserint, summaque reli-
gione Sanctissimorum Pontificum, carnem,
& sanguinem suum minimè agnoscentium, ad
illud non evocentur eorum Consanguinei, & ex- 21
tincta linea Ducum Brachiani, in eo adstet Ex-
cellentissimus dumtaxat Dux Palliani magnus
Conestabilis Columna tamquam caput Fami-
liæ Columnensis: tum decor Ecclesiasticarum 22
functionum in Cappella Pontificia peragenda-
rum exigit, ut decorè celebrentur, servatis nem-
pè antiquis Institutis, ad tradita per *Romaguer. ad*
Synod. Gerunden. lib.3. tit.17. cap.11. num.11.,
Sugad. de Supplication. ad Sanctissimum par.1.
num.29. cum seqq., *Azeved. cons.37. num.15.*,
Olibau. de Jur. Fisc. cap.13., *Annæus Robert. rer.*
judic lib 3. cap.1. num.1. cum seq., tum etiam pu-
blica Pontificii Throni majestas exposcit, quod
alter subrogetur loco Capitis Domus Ursinæ, 23
nam, ut in lata gente gloria, sic in illius dimi-
nutione contritio Principis est, ut, *ex Canon. Ec-*
clesia 11. §. Sic & navicula Jonæ caus.1 quæst.4.,
benè ad rem notat Maurit. de Apicella d. alleg.13.
num.32.
Quamobrem, si decet alium ad Solium acciri
Procerem, congruit sanè quod his sit D. Dux
Gravinæ, ut suadetur ex eo, quod rationes illæ,
quæ tanti valuerunt apud tot, eosque antiquissi-
mos Sanctissimi Domini Nostri feliciter Re-
gnantis Antecessores, ut ab immemorabili tem- 24
pore honorem hunc Familiæ Ursinæ detulerint,
& nunquam interrupta possessione ab ejus Capite
retineri permiserint, ut ex *Summario num.1.*,
& *plurib. seqq. usque ad 6.*, eædem, in quam, ratio-
nes exposcere videntur, ut honor ille conserve-
tur, sive propagetur D. Duci Gravinæ, qui ho-
die caput est, & reliquus ex inclytissima gente
Ursina; Faciliùs enim, quàm in eas inferantur, 25
ab illustribus Familiis aviti retinentur honores,
Cassan. cons.64. num.35., *Anton. Fab. in Cod.*
lib.9. tit. 29. de dignit., *& nobilit. definit.1.*,
& 2., *Masuer. tit. de Taliis, seu Collect. vers.*
Item illi, qui sunt nobilitate decorati, *Rebuff. de*
mercat. minut. venden. art.1. Glos.1. n.21. tom.1.,
Tira-

Tiraquell. de nobilit. cap.27. num.5., Gratian.
discept.976. num.5., Sadarin respons.29.num.18.,
Guid.pap.decis.196.n.1.in fine, ibique Ranchin in
addit. in princ., & decis.391. num.2. in princip.
præsertim verò, quum pro eisdem retinendis,
26 nedum vigent, sed validiores redditi fueruot
antiqui illi tituli, quibus aliquando motus Su-
premus Princeps Familiæ alicui eos decrevit, pro-
ut, ex *Text. in canon Ferrum. 50. distinct.* ad-
vertunt *Card. Alexand. in Canon legem column.*
ultim. 53. distin., Adden. ad Dyn. in Cap. Se-
mel malus de regul. Jur. in 6., Vasq.contr.illustr.
lib.1. cap.11.ex num.13.ad plures seqq., Gratian.
discept.976. num.9. & 17.

Si enim Principes Viros Summo Pontifici in
27 Throno adstantes, nobilissimos, & præclarissi-
mos esse oportet, talis profectò est D. Dux Gra-
vinæ. Mei consilii non est retexere originem,
largiùsque differere de nobilitate *Familiæ Ursi-*
28 *næ*, quam *Sansovinus* genealogica illius historia
fol.1. decus Romani nominis, & Italiæ totius
appellat, atque etiam summoperè celebrant alii
Scriptores, ne prolixior sim, indicati in foliis
signatis *lit. E.*, sed satis erit Reverendissimos
Patres admonuisse, quod dignitati, ac nobili-
tati illi, quæ pluribus abhinc seculis Familiæ
huic ad Solium confundendum viam aperuit,
maximum certè incrementum accessit se-
rie, & ulteriori antiquitate seculorum, de-
29 inceps decursorum, quæ pretium addunt no-
bilitati, argumento *Textus in leg.2. §. Quæ*
omnia Cod. de veter. Jur. enuclean. leg. pro-
videndum Cod. de postuland. leg. 1. Cod. de
Jur. aureor. anulor. leg.1. ff. de Cens cum aliis
adductis *a Valenz. cons.1.num.27., Tiraquell. de*
nobilit. cap.19. num.1. & seqq., Ottalor. eodem
tract. cap.3. num.20., Garz. de nobilit. Hispan.
Glossa.7. num.27. Glossa.12. num.6., Antunez. de
30 *Donat. Reg. part.1. cap.17. num.21.* Instar enim
regiorum fluminum, quæ quo remotiora a sua
origine, eo majori aquarum copia redundantia,
devolvuntur, sic etiam illustres Familiæ, eo
clariores sunt, quo eorum origo a nostra cogni-
tione remotior est, *ad Text. in leg. providendum*
Cod. de postulan., leg.1. Cod. de Jur. aureor. anul.
leg.1. in princ. ff. de Cens., Petr. Bellug. in Specul.
Princip. tit. de Princip probibent. milit. guerrific.
col.5., Ottalor. de nobilit. Hispan. cap.3. num.19.
§. Septimum, Mierez. de majorat. Hispan. part.1.
quæst.51. num.108., Tiraquell. de nobilit. cap.19.
num.1. & seqq.

Consultò etiam omitto verba facere de
ejusdem Familiæ potentia, & opibus, quibus
31 nobilitatem ipsam in suo fulgore se substentare
ex *Aristotele politic. lib.4. cap.8.* ait *Tiraquell.*
de nobilit. cap.3. per tot. & cap.25.; illa enim
non unius Regionis circumscriptam finibus Di-
tionem habuit, nam qua ferè tota Europa pa-
tet, in Gallia nempè, Germania, & Italia
potens fuit, ut apud *Sansovin.*, aliosque relatos
in foliis signatis *lit. E.* & tanta quidem potentia
tantisque florens opibus, ut hæc Familia, illis Su-
premorum; Principum æquiparata videri possit
quemadmodum demonstrant affinitates connu-
biaque ab Ursinis Proceribus pluries pluriesque contracta, atque adornata quorum locupletes Testes sunt *Sansovin. Imboff.*, aliique Scriptores, hujus inclytæ Familiæ Historiam genealogicam texentes, quos præterea, ne longiùs, quam Causa, de qua agitur ratio postulat, excrescat oratio; contentus retulisse unum dumtaxat ex nostris, *Menochium* videlicet *cons.1.*, qui *num.59.* loquens de Bonifacio March. Montis Ferrati, ejusque filiis, hæc habet. *Bonifacius hic moritur anno 1254. duobus post se relictis filiis masculis Guglielmo scilicet cognomento magno ex Constantia Comitis Amadei Sabaudiæ filia, & Joanne ex Beatrice Hispaniarum Regis filia: reliquit pariter tres filias, quarum una, Jolanta scilicet nupsit Andronico Paleologo Imperatori, altera Alphonso Castiliæ Regis filio, Tertia verò Poncello Ursino* =, Tanta profectò ejusmodi nuptiarum celebritas manifestat, quantus esset, & quam maximus haberetur Poncellus, veluti dignitate tantis necessitudinibus non impar.

Et denique silentio prætereo, quæ vix adnumerare possem, præclara nomina illustrium Virorum, quorum hanc progeniem feracissimam fuisse perspici potest ex dictis foliis, Primas namque omnes Dignitates illa attigit, Exarcatus scilicet, quæ locum Imperatoris in Occidente obtinebat, & Pontificalem, quæ maxima est Terris. Cardinalium verò nulla fortè Familia majorem habuit numerum, deditque eadem Ursina Gens Præfectum Urbi, Senatui Viros graves, & strenuissimos Bello Duces, atque Exercituum Imperatores quamplurimos a Summis Pontificibus eorum auxilio accitos, ac præsidio designatos, ut non immeritò de Ursinorum genere dici posse videatur,

. . . . Sed fixus in omnes.
Cognatos procedit honos: quemcumque requiras.
Hac de Stirpe Virum, certum est de Consule nasci.
Per fasces numerantur Avi, semperque renatâ.
Nobilitate virent, & Prolem fata sequuntur.

ut ex *Claudiano in Consulatu Probini* dixit *Adden. ad Bellug. in Specul. Princip. d. rubr.6.*

Qui sanè præclarissimi, atque strenuissimi Viri, nihil antiquius, sibique proprius habuerunt, quàm Sedem Apostolicam tueri, & omissis penè innumeris monumentis summorum Familiæ Ursinæ erga illam meritorum, tamquam præcipuum lineæ Ducum Gravinæ proferre mihi dumtaxat liceat præclarum testimonium Eugenii IV. in Diplomate, quo Franciscum Ursinum, stipitem d. lineæ creavit Præfectum Urbis in hæc verba loquentis = *Dum ad insignem Generis claritatem, inconcussamque constantiam, devotionis, & fidei & præclara opera Domus, & Familiæ Ursinorum ergu conservationem, & defensionem, & incrementum etiam status, & honoris Ecclesiæ, Romanorumque Pontificum hactenùs per eam impensa, & quæ per te etiam more Prædecessorum tuorum gesta sunt, & quotidiè lau-*

laudabiliter gerantur, *dirigimus aciem nostræ*
mentis, *decens*, *& dignum meritò existimamus*,
ut Personam tuam sicut inter alios præcipuâ qua-
dam virtutum, *& meritorum laude præfulget*,
ita specialis, *& præcipui honoris titulo decore-*
mus &c. ut apud *Contitor. de Præfect. Urb. fol.*
85., *Summario num.*11., Jure igitur meritòque
Sansovinus in historia ejusdem Familiæ fol.2.
summatim illius in Ecclesiam merita attingens,
ait = *e defendendo le ragioni di Santa Chiesa*
acquistorono di tempo in tempo ricchezze spiritua-
li, *e mondane*.

Quoniam verò *fortes creantur fortibus*, ut
32 ex *Horatio* notarunt *Cassan.* in *Catalog. glor.*
*mund. part.*2. *considerat.*24., *Valenz. consil.*163.
*num.*102. *lib.*2., *Gregor. Ritter. in præfat. axio-*
mat. politic. & similitudinem morum felix vena
custodit, ex *Cassiodor. lib.*8. *Epist.*16., quem
33 refert *Valenz. consil.*166. *num.*40. *lib.*2, virtus
illa, quæ nobilitati initium dedit, propter in-
sitam naturam, & propter exempla Majorum.
in posteros transfusa esse præsumitur, nam ex
*Peripatethicorum Principe politic.*3. *cap.*8. *con-*
sentaneum est, *ex melioribus ortos esse meliores*,
est enim generis virtus nobilitas, quod ipse acce-
34 perat a Divino suo Præceptore in *Alcibiad lib.*1.
docente, *meliores esse naturas ex nobili genere*,
& argumento *Text. in Canon. si gens Anglorum*
*dist.*56., ex nostris docuerunt *Lucas de Penna*
*in leg. mulieres col.*3. *Cod. de Dignitat. lib.*12.,
Afflict. in Constitution. post Mundi machinam no-
*tab.*10., *Valenz. cons.*166. *num.*21., *Tiraquell.*
*de nobilit. cap.*20. *num.*20., *Alciat. de præsumpt.*
*regul.*1. *præsum.*48., *Menoch. eodem tract. lib.*5.
*præsumpt.*1. *num.*6., *& præsumpt.*56. *num.*1., *&*
seqq., *Mastrill. de Magistrat. lib.*2. *cap.*8., *Bo-*
*badill. politic. lib.*4. *cap.*4. *numer.*14., *Antunez.*
*de Donat. reg. lib.*2. *cap.*17. *numer.*21. Nil pro-
pterea mirum, quod avita virtus eorum Viro-
rum, qui longè, latèque Ursinæ Gentis glo-
riam amplificarunt, & cum aliis, tum etiam il-
lo adstandi Summo Pontifici sedenti in Thro-
no dignati fuerunt honore, transmissa fuerit
in Posteros Toga, & Sago clarissimos, Domi,
& Bello consentiente omnium laude celebra-
tos, ut in dd. Foliis *lit. E.*, inter quorum nomi-
na, *velut inter ignes Luna minores*, emicat illud
Eminentissimi, & præstantissimi Præsulis, qui
vigilantissimus Ecclesiasticæ disciplinæ vindex
feliciter eam revocavit in Ecclesias, quibus præ-
fuit, nitorem Templis, ac decorem Domui Dei
restituit, Civitatem Beneventanam terræmotu
labefactatam instauravit, egeno denique nun-
quam defuit.

Nec est, cur studium, operamque ullam im-
pendam ad originem D. Ducis Gravinæ ab illu-
35 stri, præclaroque hoc genere tamquam rivum è
sua vena deducendam, id enim clare demon-
strat gentilitium stemma designatum in Folio
Illustrissimis Patribus distributo, quod sane in
nostra hypothesi satis superque probare, ac con-
cludere videtur, tum quia erutum ex authenti-
36 cis documentis, ut in specie tradit *Andreol. con-*
*trov.*337. *num.*20. Tum etiam quia, confirma-
tur testimonio Historicorum, ex professo agen-
tium de hujus Familiæ origine, progressu, &
incrementis, atque agnoscentium ex eodem
communi stipite utramque Brachiani, & Gra- 37
vinæ lineam profectam fuisse, ut apud *Sansovin.*,
Imhoff., *Gamurinum in histor. Genealogic. famil.*
tom. 2. de Familia Ursina fol.20. dicentem =
Francesco, *e Carlo divisero tra di loro*, *a Fran-*
cesco, *che era Prefetto di Roma*, *Padrone del*
Contado di Nerola in Sabina &c., aliosque rela-
tos in Foliis *lit. E.*; Scriptoribus verò hisce ple-
nam fidem adhibendam esse, ex *Textu in leg.*1. 38
ff. de Offic. Quæstor. & aliis juribus, docuerunt
*Jason. in leg.*1. *num.*25. *ff. si cert. petat.*, *Gloss.*
*in Canon. Veterum verb. Græci distinct.*9., *Abb.*
*in cap.*2. *num.*11. *de feud.*, *& in cap. cum Cau-*
*sam num.*1. *de probat.*, *Paris. cons.*1. *n.*5. *lib.*1.,
*Caball. cons. decis.*95. *num.*16. *lib.*2., *Menoch.*
*cons.*816. *n.*48., *Francisc. de Pret. cons.*2. *nu.*2.
*cons.*14. *num.*13., *cons.*10. *num.*6., *& consil.*53.
*num.*7., *Mascard. conclus.*287., *Garz. de nobilit.*
*Glos.*18., *de Angel. in sua apologia in tract. de*
*confess. nu.*5. *& seqq.*, *Caput. de Regimin. Rei-*
*public. cap.*1. *num.*37., *Altimar. ad Rovit. con-*
*sil.*83. *num.*12., *Carol. Anton. de Luca in observ.*
*ad Capyc. latr. consult.*50. *numer.*10., *Bellamer.*
*decis.*70., *Rota in rec. decis.*229. *num.*5. *part.*10.

Eandem communem originem demonstrare 39
etiam possem ex cognominis, ac gentilitiorum
Insignium identitate, ex continuata possessio-
ne Feudi Gravinæ, primò quæsiti à Francisco
Ursino, Urbis Præfecto, &, ut pluries dictum
est, filio Joannis Comitis *di Tagliacozzo* com-
munis stipitis lineæ Ducum Brachiani, & illius
Ducum Gravinæ, ex inscriptione, quæ inscul-
pta legitur Januæ majori Palatii apud Plateam
Agonalem, & refertur a *Torrig. de Crypta Va-*
*ticana part.*2. *fol.*395., ex ejusdem Insignibus
affixis fronti Ecclesiæ S. Mariæ supra Minervam
*Martinellus de Roma Sacra fol.*225: ceterisque
demùm obviis argumentis, a Doctoribus in
probanda communi origine, & Familiarum iden-
titate usurpari consuetis: sed frustrà eis uterer
in re non dubia, nemo enim est, qui D. Duci
Gravinæ hanc status controversiam faciat, nec
hodierna quæstio in eo vertit, an ipse descen-
dat nec ne ex progenie Ursinorum, qui Ro-
mæ prærogativa Solii gavisi fuerunt? Quam-
obrem id compertum habens Augustissimus Im-
perator, Diplomate suo D. Ducem cooptavit 40
inter Magnates Hispaniæ primæ Classis, eum
veluti ab ejusdem ultimi Genitoris sanguine
profectum, subrogando in locum clar. mem.
Flavii Ursini postremi Ducis Brachiani, & hu-
jus Familiæ capitis; ut etiam Serenissima Res-
publica Veneta anno 1671. in Librum aureum
Nobilium referri jussit Eminentissimum Domi-
num Cardinalem Ursinum, & clar. mem. Du-
cem Dominicum ejus fratrem tanquam descen-
dentes a Francisco Ursino Urbis Præfecto, in
quorum altero, Duce nempè Dominico, ob
senescentem ætatem Ducis Flavii, Ursinæ Gentis
memoria conservari poterat; hoc autem argu-
mentorum genere superlativam constitui pro-
batio-

bitionem descendentiæ passim docuerunt Do-
ctores, atque pronunciarunt Tribunalia, ut de
admissione ad nobilitatem Venetam ait *Rota*
decis.339. num.31. & seq. part.17. rec., de simili
adscriptione nobilitati Juvenensi *Palma nep. in*
allegat. impress. in 2. Tom. decis. Lucens.179. ex
num.18., & apud Balducc. in collect. decis. & rer.
Judic. tit. de Legat. decis.9. num.11., & seqq.,
de aggregatione nobilitati Capuæ *Sac. Rota in*
una Neapolitana, seu Civitatis Castelli De-
scendentiæ 14. Junii 1700. coram Eminentissimo
Priolo apud. Balducc. d. tit. de legat. decis.10.
sub num.13., de reintegratione ad honorem sedi-
lis Nidi in Civitate Neapolitana *Capyc. latr.*
consult.94. num.20., & de admissione ad habi-
tum S. Jacobi de spata *Rota decis.130. num.9.*
part.17.

Et denique, ne in re, omnibus nota ullus
41 dubitationi locus relinqueretur, communis
istiusce origo, atque Familiarum identitas con-
stabilita reperitur auctoritate rerum judicata-
rum, duarum videlicet Sententiarum, quarum
prima a R. P. D. Bancherio, altera vero pro
nunciata legitur a claræ mem. R.P.D. Philippuc-
cio Judicibus deputatis, eisdem enim Pater mo-
derni D. Ducis Gravinæ in contradictorio Ju-
dicio declaratus fuit Successor fideicommisso-
rum agnatitiorum, quæ a communibus d. Fa-
miliæ stipitibus ordinata, & per obitum Ducis
Flavii ultimi de linea Brachiani illius favore
purificata fuerant, *Summ. num.*., quod agnitum
fuisse in Sacro etiam Consilio Neapolis in simi-
libus Causis antiquorum fideicommissorum
ejusdem Familiæ testatur *Prut. observat.80.n.11.*
& dis. ept. forens. tom 3. cap. 21., quæ tamè Sen-
tentiæ, atque Judicata, si superlativè probant
42 Familiarum harum identitatem, & quidem
etiam ad effectum vindicandi Bona, tum ab
Heredibus extraneis, tum etiam a Tertiis, ad
tradita *per Capyc. latr. consult. 94. num. 20.*,
Merlin Pignatell. contr.32. num.10. cent.4., de
Angel de Confess. lib.1. quæst.1. effect.5. num.41.
& seqq., *Palm. nep decis. Lucen.179. num.19.*,
Rota coram Bichio decis.79. num.2. & seqq., *in*
rec. decis.339. num.31. & seq. part.17., & decis.34.
num.13. part. 19., potiori certè Jure eandem
43 probasse dicenda erunt pro retinendis juribus
honorificis, eidem Familiæ concessis, ut alibi
opportunius demonstrabitur.

Jam vero, si claritas generis D. Ducis Gra-
44 vinæ quidam congruentiæ ratione ejus peti-
tionem honestat, nobiles namque, & ingenuos
sibi rationabiliter honores arrogare docuit *Ari-*
45 *stotel Politic. lib.3. cap.8.*, ad eosque obtinen-
dos maxime valere commendationem Majorum,
ait *Callistratus leg. honor.14. §. De honoribus*,
ibi = *Item origo natalium ff. de muner., & honor.*
ut apud *Theodoricum*. Regem plurimam valuisse
testatur *Cassiodor. Epistol.15. lib.2., relatus ab*
Antunez. de reg. Donat. par.1. cap.2. num.10.,
ita quidem, ut non ultima Principis cura esse
46 debeat honoribus augere, ac exornare illu-
stres Familias, ex quarum dignitate nedum
splendor, & ornamentum, sed robur accedit

Principatui, ut ait *Annæus Robert. rer. judic.*
lib.2. cap.4. verbis illis = *Nos autem Monarchiæ*
sim, & robur, & regalis potentiæ firmamentum
ex nobilium Familiarum dignitate reportamus,
bene *Luc. de Penna in leg. quicumque 7. num.13.*
Cod. de omn. agr. desert. lib 12., si præter gene-
ris claritatem, egregia Majorum merita eum
commendant Clementissimo Principi, qui a
Clemente V. Prædecessore suo admonetur,
Majorum merita Posteris pro se se oportere, ut 47
in *Extravag. meruit de privileg.* verbis illis =
& Progenitorum suorum præclara merita meruе-
runt = sinere namque pie non debet, quod il-
la cum suis Authoribus extinguantur, sed ut ait
Claudianus, efficere, quod *in prolem transcur-*
ras gratia Patrum, quippe *utile est Reipublicæ,*
nobiles homines esse dignos Majoribus suis, & quia
valet apud nos clarorum hominum, & benè de
Republica meritorum memoria etiam mortuorum,
ut loquitur *Cicero in Oration. pro Publio Sexto*,
& docuerunt *Bald. cons.335. col.2. lib.1., Roman.*
cons.29., Soccin. cons.84. col.4. lib.3., Valenz.
cons.183. num.156., Tiraquell. de nobilit. cap.20.
num.22., Boter. de ration. stat. lib.9. fol. 167.,
Bovadil. polit. lib.4. cap.2. num 76. Hæc, inquam,
omnia, quanto fortius mentem, animumque
Summi Pontificis inducere debent ad elargien- 48
dam D. Duci Gravinæ retentionem eximii ho-
noris, qui novus, & insolens non est in Ursino-
rum Familia, ejus namque Majores, ex innu-
merabili quasi possessione adsistendi in Solio
Pontificio apud omnes pervulgata, a pluribus
spectata, confirmata denique tum testimoniis
relatis in toto *Summ. num.1., & seqq.* tum etiam
Diariis, atque regestis Magistrorum Ceremo- 49
niarum, ut in foliis signatis *lit. A. & seqq.*,
nuncupabantur honorifico illo titulo Principum
Solii, *Sprenger. in Roma nova lib.2. cap.1. de Cap-*
pella Papali.

Neque vero Duces dumtaxat Brachiani, quod
etiam sufficeret (quia non alio titulo id eis con-
cedebatur, nisi, ut suo loco dicam, quod es-
sent capita Familiæ Ursinorum) sed ipsi etiam
Duces Gravinæ, tamquam participes prærogа-
tivæ standi in Solio, ad hunc honoris gradum con- 50
scenderunt, nam Dux Gravinæ in Solio adstitit *Leo-*
ni X., ut in folio signato *lit. A.*, & in alio signato
lit. B. §. Insuper, & præter Antonium Ducem Gra-
vinæ, & Sanct. Rom. Ecclesiæ Generalem, Osti-
lius etiam ejus frater sub Gregorio XIII. eodem
honore decoratus fuit, & more Principum Solii
in Cappellis Pontificiis gestavit Cereum, & Pal-
mam Papalem, quod munus defertur Principi-
bus dumtaxat Solii, ut ex *Ceremon. Roman.*
lib.2. Sect.1. cap.28. notatur *fol. signat. lit. A.*
& in alio signato *lit. B.* loco mox citato. Quam-
obrem *Paulus Alaleonus* Magister Ceremonia-
rum, disertis verbis affirmare non dubitavit,
illum Jure suo locum obtinuisse in Solio, ejus-
que Majores in hac quasi possessione jamdudum
extitisse, ut in quadam attestatione, ab eo edi-
ta anno 1616. *Summ. num.2. lit. A., & B.* = *Che*
l'Eccellentissimo Signor suo fratello aveva il luo-
go del Soglio de Jure, ed è in possesso dalla terza
gene-

generazione, che io so di certo, e sicuro, e l'Illustrissimo Signor Cardinale Orsino di bo. me. mend appresso di se il Signor Duca di Gravina suo fratello, e le fel. mem. di Gregorio XIII. lo
51 *fece stare in Soglio* = loquitur hic de Duce Ostilio fratre Card. Flavii; quanta autem auctoritas sit testimoniis editis a Magistris Ceremoniarum in re ad eorum munus pertinente, edocemur *ex Sacr. Rota* in una *Romana Juris tumulandi 5. Martii 1703. §. Et quod valde coram Emo D. Card. Priolo,* impressa apud *Torr. variar. Jur. quæst. tom. 2. inter miscell. decis. 16. num. 22., & seqq. fol. mihi 648.* Etenim illa desumuntur ex publicis diariis atque regestis, quæ ab ipsis conficiuntur, ut ex eo, quod in eisdem aliquando factum esse adnotatum reperitur, petatur exemplum, & statuatur certa regula ejus, quod deinceps faciendum est.

Nil ergo proponi posse videtur, quod moretur gratiam petitam ab eo, pro quo efficaciter exorant.

Fortia facta Patrum, series longissima rerum.

Per tot ducta viros antiquæ ab origine Gentis.

Vigil. Æneidum Libro Primo, & cui non
52 additur novus honor, sed is redditur honos, quo, præjudicato veluti examine, digni ejus Majores habiti sunt, quod perjucundum Principi esse debere apud *Cassiod. lib. 3.*, ajebat Rex *Theodoricus* eis verbis = *multò nobis probatur acceptius, quoties Dignitatibus reddimus eos, qui de ipsa Curiæ claritate nascuntur, quia non sunt de vobis examina nostra sollicita, dum præjudicata Bona transfunditis, qui merita cum luce præstatis: origo ipsa jam gloria est, & idem vobis est dignitatis, quod vitæ principium* = Inveteratis quippè Familiis si, ut ait *Arnisæus de Republic. tit. de temperan. elect. cap. 2. sect. 1.*, censetur inesse quid Sacrum; maximo cum suæ gloriæ incremento Princeps eas fovet, excitat, & pristino decori restituit; quod *Plinius Jun.* præcipuæ laudi tribuebat *Trajano*, inquiens = *illos ingentium Virorum nepotes, illos posteros libertatis, nec terret Cæsar, nec pavet; quinimo festinatis honoribus amplificat, atque auget, & Majoribus suis reddit, si quid unquam stirpis antiquæ si quid residuæ claritatis hoc amplexatur, & resovet, & in usum Reipublicæ promit. Sunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina ex tenebris oblivionis, indulgentia Cæsaris, cujus est, ut nobiles, & conservet, & efficiat* = quo loco utitur *Tiraquell. de nobilitat. cap. 20. sub num. 7.* hac idcircò ratione *num. 8.* subdens,
53 *quod optimo jure in adipiscendis Patriæ honoribus, qui antiquiore, nobiliorique sunt genere, ceteris sunt anteponendi. Nempè, qui Parentes, Avos, Majoresque suos publicis honoribus honestatos habuerunt, ii quasi hereditario quodam Jure, ut elegantissimè differuit Patric., Reipublicæ curam accipiant, in eumque amplificandam intendant; propius verò est. Namque ut ager bene admodum committitur Indigenis suis, qui Cæli, solique rationem per naturam optimè callent: ita ex Senatoribus orti, munera publice adimplere, quasi patria, avitaque disciplina didicerunt, eorum imperium longè facilius Populus omnis tolerat. Nec indignum sibi videtur filium Magistratum gerere, cum meminerit Majores ejus eodem munere functos extitisse.*

Nec munificentissimi Principis animus a consilio hanc gratiam concedendi abduci ex eo debet, quod quasi possessio standi in Solio apud Majores D. Ducis continuata non fuerit, sed longissimis temporum intervallis interrupta reperiatur; pro hujusmodi namque objectione submovenda satis est animadvertere, d. quasi possessionem perpetuò mansisse penes caput Familiæ Ursinæ, ideoque, quemadmodùm in 54
Primogenituris datur illius continuatio Primogenitis deinceps succedentibus, *Gregor. Lopez. ad leg. 45. Thaur. num. 101., Roxas de incompatib. part. 5. cap. 3. num. 14., Mierez. de Majorat. part. 3. quæst. 11., Nogverol. allegat. 31. num. 58., Castill. quotidian. contr. Jur. lib. 5. cap. 91. n. 50., Rot. apud Torr. de Majorat., & Primogen. Ital. decis. 74. num. 2. post Mel observat forens. decis. 67. num. 2., & seq., in Beneventana manutentionis 20. Junii 1698. in princ. coràm Emo. Card. de la Tremoille, in Senogallien. Feudi Stacciolæ 27. Junii 1712. coràm R.P.D. Falconerio, in Romana, seu Nicien. Fideicommissi 6. Martii 1713 §. Attamen coram eodem*, ita etiam ad jus istud honorificum de Pontificiæ munificentiæ thesau- 55
ris in Familiam Ursinam illatum, quilibet de ea, si cetera non desint, habere dicitur jus proprium sibi adveniens ex beneficio Principis, cujus quodammodo tot videntur concessiones quot sunt personæ in Gratiæ elargitione contem- 56
platæ, *Isern. in Cap. Imperialem §. Præterea Ducatus num. 4. de prohibit. Feud. alienat. per Frideric., Corn. in Leg. 1. Cod. de condit. insert., Paul. de Castr. in leg. si pecuniam num. 11. ff. de condit. ob caus., Bellamer. cons. 70., Soccin. Jun. cons. 118. num. 8. lib. 2., Roland. cons. 15. num. 3. lib. 4., Alciat. parergon. Jur lib. 8. cap. 15., Molin. de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 1. num. 17. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. Gloss. 9. part. 1. num. 18., Cutell. de Donat. tract. 2. special. 17. disc. 1. num. 53., Rocc. disput. Jur. select. cap. 20. num. 9., Gamm. decis. Lusitan. 174. num. 21., Rot. coràm Merlin. decis. 404. num. 7., & coram Card. Cels. decis. 221. num. 5.*

Imò verò iste non usus, & quasi possessionis interruptio, tametsi non processisset ex eo, quod locus, & gradus Solii occupatus a capite Familiæ Ursinæ, non admitteret alium ex ea- 57
dem Familia, sed adscribenda esset negligentiæ Majorum D. Ducis Gravinæ, qui licèt possent, ac deberent; tamen Iure suo uti non curassent; nihilominus, id illi nocere non posset = *quia hoc non judicio ejus ad eum pervenit, sed principali providentiâ* = ut respondit *Ulpian. in leg. si adrogator 22. ff. de adoption.*; Quamobrem nec *sequentium causa propter Superiores in posterum lædi debet*, ut loquitur *Papinian. in leg. peto 69. §. Fratre ff. de legat. 2.* & quæ *non à* 58
Patre,

Patre, sed à genere, à Civitate, à rerum na-
tura tribueretur, ea manere eis incolumia, ait
Alphen. in leg. eum, qui 3. ff. de interdic., &
relegat., & consonant alia Iuris loca in leg. Ju-
ra libertorum, & leg. Divi fratres ff. de Jure-
patr., leg. emancipatum 7. §. final., & leg. fi-
liam Senatoris 9. ff. de Senator., ac docuerunt
etiam Castrens. cons. 162., & consil. 164. lib. 2.,
inquiens, in similibus concessionibus jus quæsi-
59 tum dici non per viam transmissionis de unà
personà in aliam, sed ex persona propria, eve-
niente casu, quod prior e medio tollatur, Dec.
cons. 468. num. 28., Bertrand. cons. 234. lib. 3.,
Fab. de Anna consil. 16. cum duob. consil. seqq.,
Franc. de Petr. consil. 30. num. 13., & consil. 53.
num. 17., Rovit. cons. 80. num. 2. vers. nec obstat,
Tiraquell. de nobilit. cap. 35. num. 5., & de Primog.
quæst. 40. n. 108., Tell. Fernand. in leg. 27. Thaur.
num. 1. & seqq., ubi quod similia Jura rectà vià
60 in omnes derivantur, Gregor. Lopez. in leg. 23.
partit. 13., Suarez. in quæst. majorat. num. 18.,
Azeved. tit. 2. lib. 6. recopilat. in rubric. n. 191.,
Adden. ad Molin. de Primag. lib. 4. cap. 8. nu. 3.
vers. sexto limitatur, Carvallo de utraque quar-
ta part. 1. num. 477., Guttierez. practic. quæst.
lib. 3. quæst. 15. num. 140., Valeron. de Transact.
tit. 3. quæst. 2. num. 24. & seqq., Urceol. eodem
tract. quæst. 55. nu. 51. & seqq., Capyc. latr. con-
sult. 129. num. 51., Noal. de Transmiss. cas. 29.
n. 25., Excobar. de purit. sanguin. par. 2. quæst. 6.
per tot., Garz. de nobilit. Glos. 6. sub numer. 38.
vers. 5., Ottalor. eodem tract. part. 2. 3. part.
princip. cap. 9. num. 11. & seqq., Quamobrem
61 cujuscumque vetustissimi temporis longitudo
efficere nequit, quòminus Jura ista Familia-
rum, atque à genere provenientia per viam
saltem reintegrationis repeti valeant à Successo-
ribus, ut argumento Textus in leg. apparet §.
Hoc interdictum ff. de itiner., actuque privat.,
tradiderunt Tiraquell. de nobilit. cap. 15. num. 1.
& seqq., Garz. eodem tract. Glos. 12. num. 12.,
Apicella allegat. 13. nu. 22., Vincent. de Franch.
decis. 90. num. 6., quam frequenter concessam
62 vidimus in similibus Causis reintegrationis ad
nobilitatem, & sedilia Nobilium, Rovit. dict.
cons. 80. num. 1., & cons. 83. in princ. & num. 6.,
ibique Altimar. num. 8. lib. 1., Franc. de Petr.
cons. 39. num. 33., & cons. 53. num. 4., Paschal.
de virib. patr. potest. part. 3. cap. 2. n. 70., Capyc.
latr. consult. 128. num. 1. & num. 25., inquiens,
63 quod si per mille annos accessus ad Sedile inter-
mittatur, nihil ei præscribitur, quod repetit
etiam consult. 129. num. 50., Carol. Anton. de
Luc. ad eundem consult. 50. num. 11., & de lin.
legal. lib. 1. artic. 25. num. 12., Thor. in compend.
decis. verb. nobilis ex genere fol. 431., Vincent.
de Franch. decis. 357. in princ., & ex numer. 3.,
Reverter. decis. 428.

Hæc igitur cum ita se habeant, & plenè de-
monstratum dici posse videatur, quod favore
D. Ducis Gravinæ pro impetranda hujus Juris
honorifici continuatione in sua Familia, ne-
dum concurrunt plurimæ congruentiæ ratio-
nes, fusius superioribus locis deductæ; Verùm
etiam illius petitionem coadiuvat antiquissima
quasi possessio suorum Majorum, reliquum
modò est, ut examinem contrarias objectiones.
Porrò quod attinet ad primam, quæ dicebatur,
post extinctam lineam Ducum Brachiani simile
jus transmittendum non esse ad lineam Ducum
Gravinæ, eò quod illud longe post illarum se-
parationem radicatum fuisset in d. prima linea,
licèt d. objectio sublata videri possit ex dedu-
ctis in §. Neque verò, quibus ostendi, tale jus
non fuisse ita privativè concessum lineæ Ducum 64
Brachiani, ut penitùs exclusæ fuerint ceteræ li-
neæ, & præsertim illa Ducum Gravinæ, de
qua Alaleones, relatus mox citato §., dixit,
quod = aveva il luogo del Soglio de Jure, & è
in possessa dalla terza generazione, che io sò di
certo, e sicuro =, attamen, ut plenius Causæ
satisfaciam, demonstrare non pigebit, quod
sive intueamur intrinsecam naturam, & essen-
tiam juris honorifici, de quo agitur, sive spe-
ctemus Facti circumstantias, quæ in concreto
casus nostri concurrunt, nulla justà ratione affir-
mari potest, quod illud ita privativè collatum
fuerit lineæ Ducum Brachiani, ut eà extin-
ctà, ceteræ lineæ & ille, qui subrogatur, sive
locum obtinet Capitis Familiæ Ursinæ, hoc
honore, & Jure decidisse dicendus sit.

Si de primo res sit, agitur de Jure honorifi-
co, cujus exercitium sive usus, tametsi esset
penes unum dumtaxat, eum nempe qui gere- 65
ret figuram Capitis Domus Ursinæ, nihilomi-
nùs id non efficiebat, quominus idem jus ha-
bitu penes alios de eadem Familia resideret,
Angel. in summ. leg. si communem ff. quemadmod.
servit. amittat., Roman. cons. 195. num. 5., Soc-
cin. Jun. cons. 110. num. 6. lib. 4., Roger. cons. 2.
nu. 136. lib. 1., Card. de Luc. de Emphyt. disc. 2.
num. 5. vers. quamvis, & num. seqq., & de præ-
emin. disc. 4. n. 20., Gob. consult. dec. 61. n. 49.,
& sanè ut in contraria dubitandi ratione dicitur,
si in successione similium Jurium honorifico- 66
rum servandus esset ordo, quo deferuntur suc-
cessiones fideicommissariæ, & feudales, per
ea, quæ tradiderunt Card. de Luca de fideicom.
disc. 50. num. 18., Paulut. differt. 86. num. 40. &
meliùs num. 45., Rot. coram Durun. decis. 115.
n. 6. & seqq., in Forolivien. Loci Consilii 5. Maii
1704. §. Nihil afficiente coram Reverendissimo
Molines, confirmata 7. Maii 1706. §. Et hoc co-
ram Eminentissimo D. Card. Priulo; attamen
quemadmodum in fideicommissis ordinatis, 67
vel in concessione Feudi facta favore alicujus
Familiæ in genere, ordine successivo veniunt
omnes de Familia, ut de fideicommissis nota-
runt Valenz. cons. 69. num. 19. & 65., Tiraquell.
de Jur. Primogen. quæst. 40. num. 91. num. 93. &
seqq., Peregrin. de fideicommis. art. 28. num. 5.,
& artic. 41. n. 16. vers. quarta conclusio, Giarb.
de success. Feud. §. 2., Glos. 6. num. 13. & seqq.,
Torr. de Majorat., & Primogen. Ital. part. 2.
quæst. 10. num. 1. & num. 19., & quæst. 37. n. 11.
& seq. quæst. 50. num. 40., Rot. in rec. decis. 183.
num. 19. part. 10., Rota Jannen. in Jannen. Pri-
mogenituræ de Inurea 7. Maii 1711. numer. 138.
coram

coram D. Auditore Bricbie, & de Feudo dispo-
nitur in cap.1. de natur. success. Feud., Isern. in
tit. de iis, qui Feud. dar. poss. num.3. circa med,
Valenz cons.278. num.5., Curt. de Feud. par.5.
tit.10. quib. caus. feud. amittat. num.5., Intri-
gliol. eodem tract. cent.2. artic.40. num.14., &
art.45. n.45., Giurb. de success. Feud. cap.118.
§.2. Gloss.10. num.28., Amat. resol.1. num.24.,
Paulut. dissert.86. num.40. & seq., Tapia decis.
Neapolit.2. num.31. & seq., Ita etiam simile
Jus honorificum in aliquo ex linea jam divisa
68 residens, licèt consopitum, atque sepultum di-
ceretur in alio alterius lineæ, in eo tamen revi-
visceret extinctâ lineâ illius, penes quem actu,
& exercitio manebat, ut egregiè more suo ra-
tiocinatur Card. de Luca de Fideicom. disc.1.
num.10. & 11., inquiens, Jura ista præeminen-
69 tialia, & honorifica deferri ordine quodam suc-
cessivo Primogenituræ favore illorum, qui fa-
ciunt figuram Capitis Domus, idque confirmat
exemplo quodam desumpto à nobilissima Fa-
milia Orilia Neapolitana, & id ipsum repetit
in tract. de Jurepatr. disc.36. nu.6., & disc.61.
num.7.

Jam verò, quum non agitur de conservandis
70 Bonis, sed de retinendis Juribus merè honorifi-
cis in Familia, benigniori quadam interpreta-
tione vocati censentur omnes deferentes eadem
Arma, & Cognomen, non solùm de effectiva,
sed etiam de contentiva Familia tàm proxima,
quàm remota, Bart. in leg. Tutelas num.4. ff.
de Capit. minution., Alexand. cons.213. num.3.
lib.6., Grat. cons.67. num.10. cum. seq. lib.2.,
Antonin. variar. resol. cap.82. num.7. lib.1., &
apud eum Rota §. Ex verbis, & seqq., clar. mem.
Card. de Luca de fideicom. disc.50. n.20. & seq.;
ad quæ si quærantur exempla, sese offert, tum
illud desumptum ex Juribus sepulchralibus,
71 quæ conservantur apud omnes de Familia, ad
Text. in leg. Jus Sepulchri 13. Cod. de relig.,
& sumpt. funer., ubi Glossa verb. ad Familiam,
& in leg. Jus familiarum, ubi Salycet. num. 2.
vers. nota, quòd omnes de agnatione, & in fine
versic. ex prædictis nota, Alexand. ab Alexand.
genial. dier. cap.14. vers. cumque tota Familia
lib.6., Molin. de Primogen. lib.1. cap.24. n.41.
vers. si Sepulchrum familiare sit, Garz. de expens.
cap.8. num.4., Kirchman. Lubecen. de funer., Ro-
man. lib.2. cap.3. vers. familiaria verò Sepulchra,
Rota coram Dunoz. Jun. decis.894. nu.4.; Tum
etiam illud promanans à Jurepatronatus; licèt
72 enim in eo agatur de protrahenda servitute Ec-
clesiæ, nihilominùs facilè porrigitur ad omnes
de Familia, Gabriel. cons.132. numer.59. lib.1.,
Lambertin. de Jurepatr. lib.1. part.2. artic.9.
quæst.2. princip. num.12. vers. & hanc conclusio-
nem, Vivian. eodem tract. part.1. lib.4. cap.9.
num.35. & seq., Rota apud Antonin. Macera-
ten. lib.1. resol.2. in 2. decis. §. Nec obstat; Ob
73 eam nempè rationem, quod Juspatronatus cum
sit Jus honorificum, Roger. cons.15. n.7. lib.1.,
Covar. var. resol. lib.2. cap.18. num.8. post med.,
Mantic. de tacit. lib.4. tit.12. num.15., Rot. co-
ram Dunozzet. Jun. decis.344. num.12., beni-
gnum, non rigidum exposcit interpretem, & 74
facilius, quàm fideicommissa, conservatur, si-
ve defertur ad omnes de Familia, late Ciarlin.
contr.107. num.50. cum seqq., Card. de Luc. de
fideicom. d. disc.50. num.17.

Quæ benignior interpretatio haud dubiè lo-
cum sibi vindicans, quando cum eo, qui ad
Jus aliquod honorificum Familiæ adspirat, ne- 75
mo concurrit de eadem Familia, qui, tam-
quam proximior, vel aliquo alio peculiari ti-
tulo, ut sibi debitum, illud petat, per ea, quæ
tradunt Andreol. controv.337., & controv. seq.
utrobique num.2. & seq., Card. de Luc. de Jure-
patr. disc.27. num.7., Paulut. dissert.86. nu.47.
& seq. tom.2., Rot. coram Peutinger. dec.309.
nu.1., coram San. mem. Alexand. VIII. dec.102.
num.17., in rec. decis.47. num.18. & seqq., de-
cis.363. num.13. part.9, decis.422. port.18., in
Forolivien. loci Consilii 5. Maii 1704. §. Præmis-
saque in fin. coram Reverendissimo Molines, po-
tiori Jure admittenda, recipiendaque erit in ca-
su nostro, in quo, ut alibi notatum est, D. Dux
Gravinæ a Serenissima Republica Veneta resti-
tutus reperitur cætui Nobilium, in quem Fami-
lia Ursina priscis sæculis cooptata fuerat, & ab 76
Augustissimo Imperatore decoratus fuit Digni-
tate Magnatitia primæ Classis, non quidem per
viam creationis ipsi collata, sed per viam con-
tinuationis, eò quòd tamquam hodie effectus
Caput Familiæ Ursinæ; Jure veluti suo retine-
re deberet eam dignitatem, quæ Ducibus Bra-
chiani, tamquam Capitibus præclarissimæ hu-
jus Familiæ concessa fuerat, licèt in dubium
revocari minime posse videatur, Duces Bra-
chiani, nonnisi longè post harum linearum se-
parationem privativè hoc honore gavisos fuisse.

Quæ sanè peculiaria exempla, quibus edo-
cemur, D. Ducem Gravinæ retinuisse alias avi-
tas Dignitates Capiti Familiæ Ursinæ collatas,
plurimùm valere deberent, ut idem munifi-
centissimi Principis gratiâ exornandus sit etiam
eximio hoc honore adstandi in Solio Summo
Pontifici, ad ea, quæ advertunt Roman. in leg. in
illa numer.30. vers. quarto potest esse ff. de verb.
oblig., Fab. de Anna cons.80. num.5., Pacian.
de probat. lib.2. cap.26. numer.14., Campell. ad
Constit. Ducat. Urbin. decret.30. nu.272., Rota
coram Seraphin. decis.207. num.9., & dec.355.
num.6., Mantic. dec 317. num.7., & seq. coram
Burat., decis.355. num 6. & 10., coram Durano
decis.284. numer.10. & seqq., in rec. decis.229.
n.3. part.16., & decis.130. num.8. & 9. par.17.,
Verùm magis ejus favore urgere videtur, quòd
rebus judicatis Romanæ Curiæ declaratus fuit 77
Successor in Bonis obnoxiis antiquissimis fidei-
commissis, & primogenituris, quæ possidē-
bantur a Ducibus Brachiani, & per mortem
Ducis Flavii, ultimi de illa linea, ejus favore
purificata fuerunt; nam, si rigidiori censura
proceditur in decernenda retentione Bonorum,
& nihilominùs hæc illi decreta fuit, denegan-
da minimè videtur retentio Jurium honorifico- 78
rum, quæ faciliùs transmittuntur ad illos de
Familia, præsertim verò, quando iidem sunt,

Heredes Bonorum, ad *Text. in leg. vel qua 6. ff. de religiof.*, *& fumpt. funer.*, *leg. fi Sepulchrum 4., leg. Jus Sepulchri 13. Cod. eodem, Garz. de expenf. & meliorat. cap. 8. num. 4. §. Ex quibus ex verf. quibus præmiffis*, *clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr. difc. 60. n. 28. in fin.*, *& de*
79 *fideicom. difc. 1. num. 12.*, quod in foliis fignatis *lit. B. §. E per verità*, & feq. edocemur fervari Aulæ Romanæ ufu, & moribus, ex quibus peti debet regula retinenda in honoribus, & præeminentiis deferendis, ad tradita per *Fab. de Anna conf. 80. num. 13. & feqq.*, *Vincent. de Anna alleg. 131. num. 1. lib. 2.*, *& fingular. 584.*, *Mauri. de Apicella alleg. 13. n. 24. & 30.*, *Card. de Luc. de Jurepatr. difc. 60. num. 28. in fin.*

Plenè his omnibus demonftratum videri poffet, quod, infpectâ naturâ Juris honorifici, de quo agitur, idem cum extinctione lineæ Ducum Brachiani, in Familia Urfina effe minimè defierit, fed tranfmiffum dicendum fit in eum, qui modò d. Familiæ Capitis figuram gerit; Verùm enim verò, fi quæ adhuc dubietas fuperelfet, illa penitùs fubmoveretur infpectis peculiaribus circumftantiis, quibus evincitur, nullo pacto dici poffe prærogativam hanc ità conceffam fuiffe lineæ Ducum Brachiani, ut taxativè ad illam reftricta, ad alios de Familia
80 tamquam à Concedente minimè contemplatos, neque comprehenfos, tranfmitti non potuerit; Id verò compertum erit Illuftriffimis, atque Reverendiffimis Patribus, fi mente fecum reputent, quòd non agitur de Jure aliquo conceffo vigore alicujus fpecialis Inveftituræ, fivè diplomatis, in quo exprefsè defignatæ fuerint certæ Perfonæ, aut lineæ, ad quas ità conceffio reftricta dici debeat, ut ex illius litera, & tenore apparere poffit, Concedentem excludere voluiffe alias perfonas in eâ minimè contemplatas, fed, ut apparet ex regeftis, & diariis Magiftrorum Ceremoniarum in foliis fignatis *lit. A. & B.*, *& Summario ex numer. 1. ufque ad num. 6.*, præter Præfectum Urbis, Senatorem, Vexilliferum, Confanguineos Summi Pontificis, aliofque, plurimi alii Romanæ Urbis Proceres, atque Principes Viri, nedum ex Urfina, & Columnenfi, fed ex aliis etiam Familiis ad Solium evocari confueverunt, prout Summus Pontifex illos honorare dignabatur, ut ex *Paride de Graffis* refertur in Folio fignato *lit. B. §. Accenna quivi in fine*, quos, ut ex eodem *Paride de Graffis Summario num. 4.*, cum capere non poffent gradus Pontificii Solii, frequenti Principum Virorum coronâ ornati, prærogativa hæc præcipuo quodam Jure conceffa fuit Familiæ Urfinæ, & Columnenfi tamquam repræfentantibus univerfum Ordinem Romanorum Baronum. Quoniam verò hæ Familiæ plenæ erant Principibus, ac ftrenuiffimis, clariffimifque Viris conftitutum fuit, ut illarum capita Pontificium Solium confcenderent, ut innuitur in Foliis fignatis *lit. A. & B.*, & clariùs declaratur in Foliis fignatis *lit. C. & D.*, in quibus referuntur Tranfactiones inter Familiam Columnenfem, & Urfinam folemniter celebratæ fub San. mem. Alexandro VII., & Clemente X., in illis enim DD. Duces Brachiani, & Paliani tamquam capita Domorum tranfigunt fuper viciffitudinariâ præeminentiâ in ejufmodi Juris exercitio, & denique confirmatur ex d. *Summario numer. 1. & quatuor feqq.*, in quibus Urfini, & Columnenfes Principes in Solio Romano Pontifici adftitiffe dicuntur, non uti de linea Ducum Brachiani, vel Ducum Paliani, fed uti Capita Domorum Urfinæ, & Columnenfis.

Id quod non folùm in hoc Jure honorifico, fed in aliis etiam publicis negotiis, quæ quoquo
modo ad Familias hafce numerofiffimas perti- 81
nerent, fervatum vidimus; in his enim folæ earum Capita, tamquam illas repræfentantia confiderantur; Et omiffis pluribus exemplis, quibus id demonftrari poffet, fatis erit in medium proferre illud defumptum ex *Cap. 29.* Pacis generalis à San. mem. *Clemente VIII.* conciliatæ inter Chriftiani Orbis Reges, ac Principes, in quo inter Principes cum Catholico Rege in Pace comprehenfos, poft plures alios ibi enumeratos dicitur, quod in ea inclufi fint *Dux Mantuæ*, *Dux Urbini*, *Columnæ*, *Urfinæque Domus Capita*, *Sermonetæ Dux*, *Monachi Dominus*, *Finalis Marchio*, *Maffæ Marchio &c.*, ut apud *Mart. de Jurifdict. part. 1. cap. 40. fol. mihi* 124.

Ex his itaque perfpicuum fit, quod dd. Capitum Domorum lineæ non taxativè, fed demonftrativè hoc honore decoratę fuerunt, qui fanè præcipuus illis fuit, fed non privativus, idemque quoad ufum, & exercitium ità illis actu conceffus reperiebatur, ut habitu non folùm penes Capita Domorum, fed penes etiam alios de Familia refideret; Imò verò fi opportunitas id ferret, quia nempè Capita Domorum ad Solium accedere impedirentur, vel præter illa, etiam alii de hifce Familiis admitti poffent, ad Solium evocati fuerunt; Probavi fuperioribus locis id permiffum fuiffe Ducibus Gravinæ; Verùm id conceffum quoque fuit Latino Urfino Nomenti Domino Nepoti Pauli filii Cardinalis Latini Urfini, legitimati a Sixto IV., qui Cardinalis erat filius Caroli ftipitis lineę Ducum Brachiani, & poft Latinum, Virginius illius filius, dum adhuc imberbis adolefcens erat, fub Gregorio XIII. geftavit Palmam, & Cereum Papalem, ut in folio fignato *lit. A.*, *& lit. B. §. In oltre*, & deniquè vitâ functo San. mem. Paulo V., Ferdinandus Urfinus Dux Sancti Gemini, abfente Paulo Jordano Duce Brachiani, unà cum Duce Paliani Magno Comeftabili D. Philippo Columna, poft Supremorum Principum Oratores, Sacro Collegio fidem, opemque fuam pro S. R. Ecclefię tuitione Sede Vacante fpopondit, tefte *Lavor. variar. elucubrat. tit. 1. cap. 9. fub num. 57. §. Alcuni però.*

Cum itaque agatur de Jure honorifico, quod ex litera, & tenore alicujus fpecialis Conceffionis taxativè conceffum dici nequit certę lineæ, fed tacitâ conceffione, elicitâ ex ufu, &
confuetudine, impartitum reperitur Capitibus 82
Domorum Urfinę, & Columnenfis, hę Familiæ,

liæ, & Domus collegiativè, & instar alicujus
Universitatis, sive politici Corporis, repræsen-
tati per earum Caput, contemplatæ censentur,
ità quidem, ut habitu, & aptitudine vocati cen-
sendi sint omnes, qui earumdem Familiarum
collectivè contemplatarum Caput futuri ali-
quando erunt, gradatim ad illos tale Jus defe-
rendo; quòd si procedit in primogenituris,
quæ quum ordinatæ reperiuntur favore Primo-
83 geniti plurium linearum, aut Familiarum col-
lectivè contemplatarum non expirant extinctà
lineà Primogeniti primò loco admissi, sed gra-
datim deferuntur ad omnes, qui Primogeniti
locum occupant, *Mantic. de conject. ultim. vol.
lib.8. tit.10. num.6. & seq., Rodulphin. alleg.12.
num.5., Roxas. de incompatib. par.1. cap.8. n.21.,
Card. de Luc. de fideicom. disc.209. n.2., Mans.
consult.225. nu.3., Torr. de Primog. Ital. par.1.
cap.1. num.49., & cap.33. nu.35. & seqq., Rota
coram San. mem. Alexandro VIII. decis.254.
nu.2., coram bon. mem. Emerix. Jun. decis.1114.
num.14., in rec. decis.284. nu.6. part.18. ad or-
nat. Card. de Luc. de fideicom. decis.40. num.1.,
& in Mantiss. ad eundem sub eod. tit. decis.51.
num.2.*, potiori Jure id locum sibi vindicabit in
Jure honorifico, quod faciliùs defertur, atque
84 conservatur penes omnes de Familia & lineis
collectivè, atque collegiativè contemplatis, ut
optimè observant *Franc. de Pret. cons.19. nu.4.
& 5., Fab. de Anna cons.88. num.42., Vincent.
de Ann. singular.102., Mascard. conclus.753.
num.1., Censal. ad Peregrin. art.43. vers. quar-
to declara, Carol. Anton. de Luc. de lin. legal.
lib.2. artic.97. num 5. §. In materia, Paulut. dis-
sert.86. artic.2. num.36. tom.2., Rota in Asten.
Jurispatronatus coram Eminentissimo D. Card.
dela Tremoille impress. in Mantiss. ad clar. mem.
Card. de Luc. de Jurepatr. decis. 2. nu.18. cum
duob. seqq.*

Jam verò si natura ipsa concessionis factæ Fa-
miliæ compositæ ex pluribus lineis, collectivè
contemplatis, secumfert admissionem non unius
dumtaxat, sed omnium linearum ad participa-
tionem istiusmodi Juris honorifici, multò ma-
gis eadem concedenda videbitur quando, du-
rante adhuc lineà illà, in qua tale Jus radicatum
85 reperiebatur, ceteri etiam, ut demonstratum
fuit, admissi fuerunt, hoc enim casu si quæ du-
bietas quoad similis honorifici Juris pertinen-
tiam superesse posset, ea penitùs tolleretur ob-
servantià, quæ cum in ceteris, tum etiam in
similium Jurium præeminentialium quæstioni-
bus optima censetur interpres, *Fagnan. in cap.
tuæ num.14. & seq. de Cleric. non resident.,
Cyriac. contr.141. nu.38., Altograd. Jun. con-
trov.51. numer.14., Card. de Luc. de Jurisdict.
disc.5. num. final., & de præeminen. disc.30. n.4.,
R.P.D. Petra ad Constit. Apostol. to.2. fol.140.
num.57., Paulut. dissert.86. nu.76. tom.2., Rot.
coram bon. mem. Emerix. Jun. decis.1126. n.5.*,
eademque fortiùs urget, quando expressè
non constat de initio certo, & certa forma,
86 quæ in illorum concessione data, atque præscri-
pta fuerit, sed agitur de præeminentia quæsita
ex usu, & consuetudine, quæ, quemadmo-
dum in origine, & creatione suum initium ha-
buit ex actibus, sic etiam in progressu ex eisdem
modum, & formam recipere, atque declarari
debet, ut docuerunt *Bald. consil.242. numer.5.
lib.3., Cravet. cons.333. n.10., Roman. cons.49.
num.7. lib.1., Casanat. cons.35. numer.22., Ros.
consult.9. num.39., Rocc. disputat. Jur. select.
cap.70. nu.31., Card. de Luc. de Jurepatr. disc.
60. num.28. in fin., Mutu decis. Sicil.81. nu.24.,
Rot. in Romana Juris tumulandi apud Torr. va-
riar. Jur. quæst. tom.2. dec.16. n.26. fol.648., in
Pampilonen. Præeminentiarum 7. Martii 1701.
§. Nec præadducta, & §. Consiito coram Reve-
rendissimo dell'Olmo confirmata 26. Junii 1702.
§. Certiùs cum seqq. coram Reverendiss. Molines.*

Verùm, licèt his omnibus plenè sublata vi-
deri possit ratio pro deneganda D. Duci Gravi-
næ gratia, de qua agitur, primo loco allata;
nihilominus contra eum urgeret secunda, quà
animadversum fuit, quod, cum ipse Palatium
in Urbe non habeat, in quo residere queat, 87
nullumque in Ditione Ecclesiastica possideat
Feudum, illi tribuens qualitatem Baronis Ro-
mani, incapax id circò sit istiusmodi Juris ho-
norifici; enim verò, si Principes Viri, qui ex-
ornant Pontificium Thronum, figurant materia-
lem gladium, ac temporalem Jurisdictionem
à Deo immediatè concessam Romano Pontifi-
ci; si iidem figuram hanc exhibent tamquam
repræsentantes ordinem Romanorum Baro-
num, qui *velut Tutores, & quodammodo Cu-
stodes Throni Apostolici invigilant* illius incolu-
mitati, ut latius dictum fuit in *§. Plurimum
etiam*, si denique ad Pontificiæ majestatis pu-
blicum decorem pertinet, quod Proceres, So-
lium conscendentes, nedum plures numero,
sed actu in illo adstantes parati semper sint ad
obsequia Summo Pontifici exhibenda; profectò
non congruit honorem hunc, & munus deferre
Extero carenti qualitate Romani Baronis; is
enim licèt non Baro Romanus, hunc tamen or-
dinem repræsentaret, & licèt ob absentiam ab
Urbe, & Aula obsequia nulla præstare posset,
decoraretur nihilominus dignitate, & honore,
ob quem illum obtinenti injunctum est munus
invigilandi custodiæ Pontificii Throni, inque
eo inserviendi Summo Pontifici; Id autem ne-
mo non videt, apertè adversari naturæ gratiæ,
quæ petitur, præsertim verò, si, ut notatum
fuit in *§. Rem igitur*, consideretur, quod præci-
pua ratio, quæ ad eam impartiendam Sum-
mum Pontificem movere debet, est illa, resti-
tuendi dignitatem Pontificii Throni decrescen-
tem ob diminutum numerum Procerum, illum
exornantium; Quamobrem, si, ut dictum est
in *§. Quamquam verò*, istiusmodi honores non
inconsultò, sed servatà temporis, & dignitatis 88
ratione conferendi sunt in præsenti rerum statu
D. Dux Gravinæ tali gratià donandus non vi-
detur, ne contra illius naturam eximius hic
honor concessus dicatur Extero adimplere non
valenti munera illa, & finem illum, ob quem
idem institutus est. Etenim, licèt veluti præ-
cipuo

cipuo quodam Jure illi debitus dici posset, quia progenitus est ex præclarissima Familia, tantopere de Sede Apostolica benemerita, atque etiam quia talis honor non uti novus, sed veluti a Majoribus ad eum transmissus illi deceneretur, & non tamquam extinctus cum linea Ducum Brachiani, sed tamquam in eo consopitus excitari diceretur, attamen natura gratiæ
89 exposcit, quod, si ipse huic avito honori restitui cupit, se idoneum reddere debeat ad illum assequendum. Censerem itaque Clementissimi Principis munificentià petità gratià donari posse, adjectà conditione illà, modò Romæ Palatium, & Feuda in Ditione Ecclesiastica acquirat, sic enim effectus Baro Romanus, atque in Urbe residere valens, explere poterit munera, Iuri honorifico, ad quod reintegrari cupit, annexa.

Illustrissima Congregatio deputata, post rem maturè examinatam, retulit fan. mem. Clementi XI., jure optimo ab Excellentissimo D. Don Philippo Bernuardo Ursino Duce Gravinæ petitionem, suisque Descendentibus reintegrationem ad Jus honorificum, de quo agitur, propterea que juste à Sanctitate sua eam concedendam fore, dummodò ab illo servaretur modus, & conditio præscripta, quibus adimpletis, idem voti compos effectus fuit cum subsequuta acceptione quasi possessionis, & exercitio ejusmodi Juris.

ARGUMENTUM.

Jus nominandi ad Iprensem Ecclesiam, ex Indulto a S. M. Paulo IV. concesso Hispaniarum Regi Philippo II., ejusque Successoribus nominandi ad novas Belgii Ecclesias, successorio jure competere Carolo VI. Imperatori, itemque ex Iprensis ipsius Civitatis cessione, a Carolo II. facta Ludovico XIV. Galliarum Regi, qui Carolo VI. eam restituit, extinctum idem jus non remansisse, nec proinde novæ Indulti concessione Carolo VI. opus esse, disertè hic, atque accuratè disseritur.

DISSERTATIO IV.

1 *Paulus IV. plures in Provinciis Belgicis anno 1559. instituit Episcopales, & Archiepiscopales Ecclesias.*
Iprensis Episcopatus institutus a Paulo IV., juxtà Historicos relatos n.2.

3 *Jus nominandi ad novas Belgii Ecclesias, a Paulo IV. institutas, ad Hispaniarum Reges pertinet, non veluti Regiæ Coronæ insitum, vel ex fundatione, aut dotatione quæsitum, sed ex privilegio ab eodem Paulo IV. illis concesso.*

4 *Libera Episcopalium, atque Archiepiscopalium Ecclesiarum ordinatio, atque provisio ad Summos Pontifices pertinet.*
Et nonnisi ex ipsorum largitione potuit in Principes dimanare, ibid.

5 *Nominationum jus, quo antea potiebantur Capitula, Regibus deinde concessum, &* num.15.

6 *Reservatio juris nominandi ad Episcopales Ecclesias facta in earum erectionis Bulla, ejusdem est auctoritatis, ac Leges, & conditiones adjectæ in limine fundationis.*

7 *Jus nominandi ad novas Belgii Ecclesias à Paulo IV. institutas, devolutum ad Carolum VI. Imper.*, num.20.

8 *Jus nominandi ad novas Belgii Ecclesias, non personale, sed reale est, & perpetuum, &* num.11. & seq.

9 *Acta consistorialia erectionis novarum Belgii Ecclesiarum, eorumque verba referuntur.*

10 *Verba itidem Bullæ Pauli IV.*

11 *Privilegium, seù dispositio, realis, & in rem scripta, non autem personalis censenda, quando mentionem facit Successorum ex utraque parte, Concedentis nempe privilegium, ac Privilegiarii.*

12 *Privilegium, seu dispositio, tam ex parte Concedentis, quam ex parte Privilegiarii celebrata Dignitatis nomine, realis est censenda.*
Si secus, personalis potius reputanda est, num.14.

13 *Dignitas cum nunquam desinat, sed perpetua sit, privilegii concessionem realem, & perpetuam efficit.*

15 *Jura quæ ex Legis, vel hominis dispositione perpetua esse debent, tamquam realia, perpetuò etiam apud Successores manere necesse est.*

16 *Exceptio, ex* Cicerone, *facit, ne liceat: & ibi necesse est licere ubi non est exceptum.*

17 *Quod sub una conditione est ademptum, sub contraria datum intelligitur.*

18 *Privilegia a S. Sede concessa Principibus, vel Regibus de ipsa optimè meritis, perpetua esse, justa ratio exigit.*

19 *Munificis largitionibus amplum est premium rependendum.*

20 *Jus nominandi Episcopos Regibus, aut Principibus S. Sedes indulget, ne ad Episcopatum promoveantur Ecclesiastici, eisdem suspecti.*

21 *S. Sedes solita fuit nominationes Episcoporum a Principibus factas adprobare.*

22 *Philippus II. Hispaniarum Rex præclaris laudibus a S. M. Clem. VIII. celebratus.*

23 *Galliarum Reges in Episcoporum nominationibus qualitates, in concordatis præscriptas, exquirere consueverunt.*

24 *S. Sedes plerisque Regibus, ac Principibus Catholicis suarum Ditionum Episcopos nominandi facultatem concessit.*

25 *Favorabilior retentio est, quàm petitio.*

26 *Sacra Tridentina Synodus nil innovavit quoad Imperatores, Reges, aliosque sublimes, ac supremos Principes, jus nominandi Episcopos obtinentes.*

27 *Jura nominandi Episcopos, cessante caussa, ob quam*

quam Regibus, aut Principibus concessæ sunt, resolvantur? Et Ecclesiæ ad suam redeant originariam libertatem, cujus vigore libera earum dispositio, atque ordinatio ad Summum Pontificem pertinet.

28 *Jus nominandi ad novas Belgii Ecclesias, licèt concessum Philippo Regi*, ejusque Successoribus *pro tempore, an nihilominus competat Imperatori Carolo VI., qui cum sit de linea transversali cares propterea qualitate hereditaria, per verbum illud* Successor *requisita? Vid. num.36. & seqq., Et vid. num.40. & seq. an revera Carolus VI. prædicta qualitate hereditaria defici censendus sit.*

29 *Carolus II. Hispaniarum Rex Pronepos Philippi II. Civitatem Iprensem Ludovico XIV. Galliarum Regi cessit vigore pacis ann. 1678 celebratæ.*

30 *Jus nominandi ad Episcopatum Iprensem fuit a S.M. Innocentio XI. anno 1686. concessum Ludovico XIV. Galliarum Regi.*

31 *Ex concessione Civitatis Iprensis facta a Ludovico XIV. favore Austriacæ domus, an dici debeat ad Imperatorem rediisse jus nominandi ad ejusdem Civitatis Episcopatum? vid. num.69.*

32 *Regiarum nominationum jura non considerantur tanquam accessoria, & adnexa locis, sed ipsorum Regum personæ, quandiu eadem loca possident, cohærere censentur.*
Ideoque cum rerum, & locorum possessione non transferantur, ibid.

33 *Jus nominandi, ad Iprensem Episcopatum fuit Regi Christianissimo concessum restrictim ad tempus, quo ipse ejusque Successores Iprensem Civitatem possedissent.*

34 *In concordia cum Batavis solemniter ab Imperatore sancita, potestas eisdem data est Civitati Iprensi præsidium imponendi.*
An autem hinc translata in eos dicenda sit ipsius Iprensis Civitatis possessio, itaut Imperator jure nominandi ad ejusdem Civitatis Episcopatum frui nequeat? num.35., 74. & seq.

36 *Regnorum successiones diverso Jure censentur, ac illæ Privatorum.*

37 *Regnum licèt quoties hæreditario jure defertur, sit hereditas, est tamen separata ab aliorum Bonorum hereditate.*

38 *Populus hæreditarium ordinem succedendi in Regno elegisse censetur solùm, ut in hoc quid certi esset, & reverentia conciliaretur ex sanguine, non ut illud optimo jure esset deferendum.*

39 *Quod Regibus, & Successoribus datur, non ad quosque transmittitur Heredes, & Successores, sed nonnisi pro Heredibus, & Successoribus Regni conservatur.*

41 *Sedes Apostolica Carolum VI. Imper. nedum agnovit in Hispaniarum Catholicum Regem, & in Dominum, ac Possessorem Comitatus Flandriæ, verùm adprobavit etiam nominationem ad Ecclesiam Archiepiscopalem Mechliniensem, & Episcopalem Brugensem, tamquam Flandriæ Comite, ab eo factam, &* num. 63.

42 *Unde jus prodit, interpretatio quoque inde sumenda est.*

43 *S. Sedes Carolum VI. Imperatorem in Successorem Comitatus Flandriæ agnovit.*

44 *Jura nominationum ad Episcopales Ecclesias in libero patrimonio, instar aliorum indifferentium Bonorum non sunt, sed ita hereditario jure deferuntur, ut mixtim cum hereditaria qualitate, illam etiam sanguinis exigant.*

45 *Hereditarius titulus in his juribus respicere non dicitur hereditatem distributivè, sed denominativè.*

46 *Per renunciationem hereditatis censetur quis denominativam etiam heredis qualitatem abjecisse.*

47 *In Regiarum nominationum juribus hereditaria qualitas spectanda, considerandaque est respectu primi Adquirentis, non etiam ultimi Successoris, &* n.56.

48 *In feudo, ac etiam emphyteusi, gentilitiam, & hereditariam qualitatem mixtim requirente sat est, hereditariam qualitatem habita concurrere respectu primi Investiti.*

49 *In feudo, atque emphyteusi a jure succedendi ad jus nominandi rectè infertur.*

50 *Hereditaria qualitas quoad jus succedendi in Regiis nominationibus metienda est ex natura Regnorum, & Ditionum, & cum earum successione idem jus defertur.*

51 *Regnorum, & Ditionum successio ad solos heredes sanguinis pervenire potest.*

52 *Monarchiam Hispaniarum, veluti dotem, Philippo I., filio Maximiliani I. Imperatoris, detulit Joanna unica filia Ferdinandi, Aragoniæ Regis, & Isabellæ, Reginæ Castellarum.*

53 *Flandriæ Comitatum, ceterasque Provincias, ejus Ditioni subjectas, Maximilianus I. Imperator ex nuptiis cum Maria filia, & herede Caroli Ducis Burgundiæ, cognomento audacis, fuit adeptus.*

54 *Genealogicam Comitum Flandriæ successionem refert* Ludovicus Moreri.

55 *Carolus VI. Successor, & heres sanguinis respectu eorum, per quos in Austriacam Domum fuit invecta successio in Monarchia Hispaniarum, tum in Comitatu Flandriæ ceterisque Provinciis.*

56 *In feudo, atque emphyteusi, ad solos heredes sanguinis devolvenda, non ultimo, sed primo adquirenti succedi dicitur.*

57 *Hinc decedente ultimo possessore sinè filiis, successio transmittitur ad Collaterales quoque descendentes a primo Adquirente, qui sit omnium stipes.*

58 *Feudi, vel emphyteusis successio ad solos sanguinis heredes devolvenda, instar hereditariæ successionis, comprehendit jura omnia, sub ejus universalitate contenta.*

59 *Jus nominandi ad Flandriæ Episcopatus cum fuerit*

fuerit concessum Regi Philippo Secundo, ejusque Successoribus, qui pro tempore ejusdem Regionis in temporalibus Domini extiterint, *reservatum eidem censendum est, tamquam Comiti Flandriæ, & Domino ceterarum Provinciarum, Regio nomine denominativè dumtaxat adjecto*.

60 *Proindeque idem jus tanquam cohærens personæ transsit in Successores Flandriæ Comites, earumque Provinciarum Dominos pro tempore existentes.*

61 *In concessione juris nominationum facta Philippo II. uti Flandiarum Comiti, sub hujus Comitatus denominatione reliquæ ejus Provinciæ comprehensæ.*

62 *Nominationes ad Flandriæ Episcopatus expletæ per Successores Philippi II., uti Flandriæ Comites, aliarumque Provinciarum Dominos.*

63 *Eædem a Sede Apostolica receptæ tamquam bis particularibus titulis factæ.*

64 *Observantia est optima privilegii interpres, ac pro Lege servanda.*

65 *Concessio omnis talis habenda est, qualiter observata, ac possessa reperitur.*

66 *Carolus VI. ex titulo successorio sanguinis adeptus unà cum Belgicarum Regionum dominio, jus etiam nominandi ad Iprensem Ecclesiam.*

67 *Carolus VI. jus nominandi ad Iprensem Ecclesiam adeptus independenter a titulo successorio quoad Hispaniarum Regna.*

68 *Regna, & Ditiones consolidatæ in una, eademque Regia persona, considerantur, tanquam discretæ, & unaquæque indipendenter ab alia suas retinet qualitates, & privilegia.*

69 *Carolus VI. per novam cessionem nactus possessionem Civitatis Iprensis, recuperasse etiam censetur jus nominandi ad Episcopatum; & non quidem per viam novæ gratiæ, sed per viam restitutionis*, & n.72.

70 *Jus postliminii efficit, ut per reditum ad antiquum statum, reviviscant pristina omnia jura.*

71 *Per reditum jure postliminii ad primum statum quando pristina facies non mutatur nec notura, conjunguntur tempora; ac pristina jura dormiisse potiùs, quam expirasse dicuntur.*

73 *Jus competens vigore privilegii realis perpetui, ac etiam universalis, si in parte conservatum, in totum retentum censetur.*

75 *Ex jure habendi præsidium in aliqua Civitate, vel Territorio illius possessio, & dominium probatur, quando non alio titulo factum id apparet, quàm vigore jurisdictionis territorialis; & jure Armandiæ; si secus, possessio, & dominium non rectè infertur.*

76 *Jus habendi præsidium in Civitate aliis ex titulis, quàm dominii, adquiri potest, & ex quibus?*

77 *Exempla referuntur ejusmodi juris, aliis ex titulis adquisiti.*

CONTAGIO hæresum è finitimis locis in Belgicas quoquè Provincias profecta, cum per eas serpere jam cœpisset, inque Catholicæ Religionis eversionem magis, magisque in dies glisceret, & paucæ quidem in vastissima illa Regione florente tum Oppidorum celebritate, tum Populorum frequentiâ, institutæ reperirentur Ecclesiæ Cathedrales, perpaucique essent Episcopi, qui tanti Gregis regimen exercere, & undequaque erumpens malum avertere possent, nec ullus etiam intra ejusdem Regionis fines adesset Archiepiscopus, qui illos alacriores, solertioresque ad pastoralia onera subeunda redderet: san. mem. Paulus IV. pro Apostolici muneris officio, curæque pastoralis solicitudine, quà Dominici Gregis sibi commissi saluti invigilabat, & permotus etiam precibus Catholici Regis Philippi secundi exequi cupientis consilia, jamdudum Augustissimi Patris sui Caroli mente concepta, ingruentis mali impetum cohibere decrevit, instituendo in dd. Provinciis plures Ecclesias Metropolitanas, atque Cathedrales, committendas regimini Venerabilium Præsulum, qui prudentiâ, ac sapientiâ illas moderantes, & sanctitate morum, ac exemplo, Gregi, sibi credito, prælucentes, nedum ab omni lue Oves suas incolumes præservarent, rectàque via dirigerent, sed infectas, deviasque ad salutem, semitamque bonam reducerent; Quamobrem Cameracensi, & Ultrajectensi Ecclesiis ad Archiepiscopalem Dignitatem evectis, nobile Melchiniense Oppidum, in Civitatem erectum, ejusdem pariter Dignitatis honore decoravit, plurimis in aliis celeberrimis earumdem Provinciarum locis Cathedralibus Sedibus constitutis, quas distribuit, & Metropolitico Iure subjecit præfatis Ecclesiis Archiepiscopalibus, ut legitur tum in Bulla anno 1559. 4. Idus Maii, & anno quarto à dicto Summo Pontifice edita, ac per extensum data in *Folio signato lit. B.*, tum etiam in actis consistorialibus, quæ illam præcesserunt, relatis a *Raynaldo* in continuatione Annalium Ecclesiasticorum *Baronii tom. 21. p. 2.* ad dictum annum *1559. num. 33.*, & integrè datis in *Folio lit. A.* 1

Eodem verò tempore, quo ceteri in universo Belgio novi Episcopatus fundati fuere, Ipris etiam Episcopalis Cathedra, & ex Morinensis Ecclesiæ suppressæ veluti ruina, ac Furnensis etiam Ditione novus institutus Episcopatus, qui mox sanctionibus quibusdam à Pio IV. Pauli Successore anno 1565. roboratus fuit, Episcopali Sede in insigni Ecclesia Divi Martini collocatâ, *Sanderus in Flandria illustratâ tom. 1. rer. Iprens. lib. 2. cap. 3.*, *& latiùs cap. 4. fol. 361. & seqq.*, *Georg. Brun. tom. 2. Civitat. Orbis tit. de Iprensi Civitate*, *Franciscus Haræus annal., Barbant. tom. 3. ad ann. 1560. fol. 2. & 3.*, *Joan. Buzelin. in sua Gallostandria sacra*, *& propbona part. 2. lib. 11. fol. 517.*, *Aubert. Miræus in Chronic. rer. Belgicor. ad ann. 1559. fol. 415.*, *Arnold. Avens. in tract. de erect. nov. in Belgio Archiepiscopat.*, *Barbos. de offic.*, *& potest. Episcop. part. 1.* 2

part.1. tit.1. cap.7. fol.46., *Baudrand. in Geograph. tom.1.*, *Ludovic. Morery.* in suo Opere inscripto *Le grand Dictionaire Historique*, uterque *lit.I. & verb. Ipre.*, *Van.Espen. in Jus Eccles. univers. part.1. tit.13. cap. 3. num.17.*

Jus autem nominandi ad novas hasce Ecclesias, quod ad Catholicos Hispaniarum Reges pertinere agnoverunt tum fere omnes mox relati Scri-
3 ptores, tum etiam *Guicciardinus* in generali
descriptione Belgicarum Provinciarum fol.62., non est cur ab altiori origine repetamus, nec, ut animadvertit *Thomassin. de veter. & nov. Eccles. disciplin. tom.2. lib.2. cap.35. num. final.*, pluribus indigemus, ut confiteantur Doctores illi, qui similia jura vel quasi agnata, insitaque Regiæ Coronæ, vel tamquam profecta ab antiquis fundationibus, & magnificis Ecclesiarum dotationibus, Regibus quæsita esse censentes, Pontificiis non innituntur concessionibus ad Regias Episcoporum nominationes stabiliendas, cum illæ omninò in nostra hypothesi referendæ sint ad Privilegium à *Paulo IV.* in d. Bulla Philippo Secundo, ejusque Successoribus concessum, ut profitentur omnes jam citati *Auctores*, & quemadmodum in hac specie de simili nominationum jure communiter censent Canonistæ, & Doctores, eâ moti ratione, quod libera Archiepiscopalium, & Episcopalium Ecclesiarum
4 ordinatio, atque provisio, utpotè ad Summos
Pontifices pertinens, nonnisi ex eorumdem potestate, & largitione, veluti ex suo fonte, in Principes dimanare potuit, *Archidiacon in Canon. electio distinct.12.*, *Bald. in cap. quanto de Judic.*, *Covarruv. in regul. possessor. part.2. §.10. num.6.*, *Rebuff. de nominat. quæst.4. n.28.*, *Germon. de Immunit. lib.3. cap.12.*, *Gregor. Lopez. in leg.18. tit.5. part.1.*, *Azeved. in leg.1. tit.6. lib.1. recopilation. legum Castellæ*, *Perez. in leg.2. tit.46. Gloss. 1. vers. ex quo infertur*, *Palat. in introduct. rubric. de Donation. inter Vir. & Uxor. num.24.*, *Lagunez. de fruct. par.1. cap.31. §. 2. num.87. & seqq.*, *Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap.37. numer.2. post ejus decis. part.2.*, *Zipæus de Jurisdiction. Eccles. & civil. lib.2. cap.85. num.16.*, abrogato namque jure eligendi, quod pro temporum ratione, diversis
5 identidem in Ecclesiâ præscriptis modis, in Ca-
pitula profectum, diuque ab ipsis retentum fuit, *Cabede d. cap.37. num.3.* nominationum jus Regibus concessum extitit, *Canon. cum longè distinct.63. latè*, *Thomassin. mox. citat. cap.35. & alibi*, *Garz. de Benefic. par.5. cap.1. ex n.214.*, *Barbos. de Offic., & potest. Episcop. part.1. tit.1. cap.3. num.1. & num.27. & seqq.*, *Vivian. de Jurepatr. part.1. lib.3. cap.1. ex num.27.*, *Frass. de Reg. Patronat. part.1. cap.6. ex num.22., & cap.7. ex num.1. & num.7.*, *Van. Espen. in Jus. Eccles. univers. par.1. tit.13. cap.3. n.9. & seqq.*

Jam verò constabilitâ reservatione juris nominandi ex speciali Summi Pontificis Privilegio
6 attributa Philippo, & illius Successoribus, quæ
eò efficaciori, & benignâ dignior est interpretatione, quia eidem, utpotè factæ in Bulla erectionis dd. Ecclesiarum Episcopalium, inesse

videtur summa illa auctoritas, quam habent Leges, vel conditiones adjectæ in limine fundationis, atque etiam quia nulla ex parte minuens libertatem, quæ illis quæsita jam esset, in ipsa origine vinculum hoc eis injecit, ad tradita per *Junum à Costa in Commentar. ad Decretal., Gregor. IX. in cap. cum venissent 12. de Judic.*, in-
de sequi videtur, earumdem nominationum jus 7
unà cum dd. Provinciarum dominio, & possessione, hodiè devolutum censendum esse ad Imperatorem Carolum VI., nullo novi Indulti adminiculo pro illis explendis indigentem; ita enim suadere videtur tum natura Apostolici Privilegii, tum ratio, ob quam Sancta Sedes illud Principibus elargiri persæpè consuevit.

Porrò si intueamur naturam Privilegii, non quidem personale, sed perpetuum, &, ut no-
stri dicunt, reale ac ad Successores transito- 8
rium esse, clarè præseferre videntur verba Actorum Consistorialium, atque Bullæ Pauli IV. tenor; Acta enim Consistorialia, licèt ea ex
parte, quâ loquuntur de istiusmodi nominandi 9
jure, à *Raynaldo* referantur his breviloquis verbis = *Et Jure, quod nominationis vocant, Philippo Regi attributo*, attamen in illis ex Tabulario Sacræ Congregationis Consistorialis depromptis, mihique communicatis *lit. A.*, ita legitur = *Eidem autem Philippo Regi, ejusque Successoribus, qui pro tempore ejusdem Regionis in temporalibus Domini extiterint jus nominandi Personas idoneas in Theologia Magistros, aut in Decretis Doctores, seu Licentiatos nobilium Universitatum more diligenti examine præcedente promotos ad prædictas Ecclesias tàm hac prima vice, quàm quotiescumque illæ existent pro tempore per sè, & eundem Pontificem in Archiepiscopos, & Episcopos earum ad nominationem hujusmodi instituen. de eadem scientia in perpetuum reservavit, atque concessit ac irritum &c. decrevit &c.* Consonatque his Bulla, in qua Summus Pontifex postquam locutus fuit de quibus-
dam reditibus, quorum meminerant Acta 10
etiam Consistorialia, à Rege Philippo applicatis Ecclesiis recenter erectis, de jure nominandi ad easdem ita disponit = *Eidem autem Philippo Regi, ejusque Successoribus, qui pro tempore ejusdem Regionis in temporalibus Domini extiterint, jus nominandi Personas idoneas in Theologia Magistros, aut in Decretis Doctores, seu Licentiatos nobilium Universitatum more diligenti examine præcedente promotas ad Mechliniensem &c.*, ut post recensitas ibidem ceteras alias Ecclesias, Archiepiscopali, sive Episcopali dignitate decoratas, subdit = *Ecclesias prædictas tàm hac prima vice, quàm quotiescumque illas pro tempore vacare contigerit, nobis, & Romano Pontifici, qui pro tempore fuerit, per nos, & eundem Pontificem in Archiepiscopos, & Episcopos earum ad nominationem hujusmodi instituendos, de eodem consilio, & scientia, ac auctoritate præmissis in perpetuum reservamus, atque concedimus, ac irritum, & inane, si secus super his à quoque quavis &c. attentari, decernimus, non obstantibus &c.*

Ex

Ex quorum verborum forma, & tenore per-
11 spicua sanè redditur d. Privilegii realitas: nam
si dispositio realis, & in rem scripta, non autem
personalis censenda est, quando eadem men-
tionem facit Successorum, ex utraque parte,
ita quidem ut transeat ad Successores utriusque
sive loquatur de Successoribus hereditariis, ad
Text. in leg. Juris gentium §. Pactorum ff. de
pact., sive de Successoribus dignitatis, & ad-
ministrationis, ut ex *Text. in cap. ultim. ut Pre-*
lati vices suas, *Bald. in cap. final. in fin. de sen-*
tent. & re judicat., & *cons. 159. incipien. super*
eo, quod quaritur colum. 1. lib. 3., *Tiraquell. in*
tract. de Jur. Primog. quaest. 35. numer. 21., ex
eodem *Baldo* inquiens = *undè sciendum est, quod*
utrum dispositio Regis sit realis an personalis, co-
gnoscitur pluribus modis. Primò ex forma, nam
si tenor scripturae facit mentionem Successorum
ex utraque parte, ista dispositio est in rem scri-
pta, & transit in Successores utriusque sive lo-
quamur de Successoribus jure hereditario, leg.
Juris gentium &c. sive de Successoribus dignita-
tis, & administrationis, *Salgad. de Reg. proteil.*
part. 3. cap. 10. numer. 58. & seq., *Anton. Faber.*
rational. in pandect. tom. 1. in lib. 2. ad tit. 14. de
pact. ad leg. qui in futurum 57. §. si ex altera sub
vers. ratio decidendi fol. mihi 243. col. 1., iudè
sequitur, quod, cum Summus Pontifex in hoc
Privilegio concessionis Regiae ad Episcopatus
nominationis, mentionem faciat tàm suorum
in Sede Apostolica, quam etiam Philippi II.
12 Successorum, idem reale censendum sit, non
personale, nedum quia in eo mentio sit Succes-
sorum ex utraque parte, Concedentis nempe
Privilegium, & Privilegiarii; Verum etiam
quia concessio isthaec ex parte pariter utriusque
celebrata legitur nomine dignitatis, quae utpo-
13 tè nunquam desinens, & perpetua, perpetuum
quoque, & reale efficit Privilegium, ut ex
Textu in cap. Abbate de sentent. & re judicat.,
& ex Innocentio in cap. Intellecto arguit *Tira-*
quell. loco mox. citat., *Bald. in leg. libertis sub*
num. 26. Cod. de oper. libert., *Muyner. in leg. in*
omnibus Causis n. 50. ff. de regul. Jur., late *Surd.*
cons. 262. nu. 39. & plurib. seqq., *Van. Espen. in*
Jus. Eccles. univers. part. 2. tit. 25. cap. 4. nu. 1.,
hunc casum distinguendo ab alio, in quo age-
retur de jure nominationum, independenter à
14 Regno, sive Regia, vel alia dignitate conces-
so, quod personale potiùs quàm reale reputan-
dum esse, notavit *clar. mem. Card. de Luc. de Ju-*
repatr. disc. 2. num. 25.

15 Realitas Privilegii satis his demonstrata, con-
firmatur ex ejus perpetuitate volita, atque ex-
plicata clausulà illà *in perpetuum*: Jura namque
ea, quae ex Legis, vel hominis dispositione
perpetua esse debent, tamquam realia, perpe-
tuò etiam apud Successores manere necesse est,
Glos. in leg. quod si nolint §. Si quid interveне-
rit ff. de edilit Edict., *ubi Bald. & Angel.*, *idem*
Angel., *& Imola in leg. 1. ff. de usucap.*, *Ancha-*
ran. cons. 327. col. 1. vers. Item causa hujus con-
cessionis, & vers. Secundò principaliter, *Barbos.*
cons. 44. num. 1. cum seqq. lib. 2., *Soccin. cons. 86.*
num. 11. lib. 1., *Surd. cons. 262. num. 45.*, aliique
apud Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. Glos. 2.
num. 17., late *Mieres. de majorat. part. 4. quaest. 21.*
num. 20., *Salgad. de reg. proteil. part. 3. cap. 10.*
nu 61., atque etiam coadjuvatur ex eo, quod
Summus Pontifex eandem Privilegii realita-
tem, perpetuitatemque cessaturam fore, san-
civit eo dumtaxat casu, quo Philippi Secundi
Successores possidere desiissent Civitates, &
Provincias, in quibus hae novae Metropolitanae, 16
& Episcopales Ecclesiae erectae fuerant; quapro-
pter, ut eleganter ait Orator pro Balbo = *Si*
exceptio facit ne liceat, ibi necesse est licere, ubi
non est exceptio: cum exercitium juris nominan-
di, tamquam deficiente conditione, ademptum,
seu suspensum fuerit cessante possessione, hac
manente, permissum censendum erit, ex certo
illo Juris axiomate, quo traditur, id, quod sub
una conditione ademptum est, sub contraria 17
conditione datum intelligi, *ad Text. in leg. si le-*
gatum purè ff. de adimend. Legat., *leg. aliquan-*
do 107. de condit., & demonstrat. Nec denique
deerat justa ratio, ob quam Sancta Sedes Privi- 18
legium hoc, quod in nova dd. Ecclesiarum fun-
datione impartiebatur, perpetuum, & reale
esse voluisset: Viderat enim Summus Pontifex,
illas a Philippo Secundo auctas, locupletatasque
fuisse amplis reditibus, quibus Pastores, eisdem
praeficiendi, dignitatem suam sustinere, & Gre-
gi sibi credito subvenire possent: Ex ea itaque
Sacrorum Canonum dignitate, de qua in *Cano-* 19
ne piae mentis, & Canon. Frigentius caus. 16.
quaest. 7. & in cap. 3., *& cap. Cum autem 24. de*
Jurepatr. cap. unic. eodem tit. in 6., & saepius
alibi, peculiare aliquod, & amplum praemium
adeo munificis largitionibus rependendum erat.

At vero si Privilegium nominandi ad hasce
Ecclesias suapte naturà reale est, ac transmit-
titur ad quoscumque; *qui pro tempore ejusdem*
Regionis in temporalibus Domini extiterint, &
Caesar potitur temporali illius dominio, prae-
sertim verò Comitatus Flandriae, in quo sita est 20
Civitas, & Episcopatus Iprensis, *Guicciardin.*
in description. Flandr. fol. 232., *Baudrand.*, *& Lu-*
dovic. Morery in verb. Ipre, nihil opponi posse
videtur, cur sine novi Indulti auxilio gau-
dere non debeat jure nominandi Pastorem
praeponendum regimini dictae Ecclesiae, hodie
vacantis: Pro illo namque retinendo, liberè-
que exercendo, praeter Privilegii realitatem,
jam abundè probatam, eidem suffragari etiam
videtur ratio, ob quam Sancta Sedes similia
Privilegia concedere consuevit: Illa siquidem 21
aequum non esse, censens, quod Ecclesiastici,
Regibus, aut Principibus suspecti, ad Episco-
patus Dignitatem promoveantur, jus illos no-
minandi eisdem indulget, *Suarez. allegat. 8.*
num. 14., *Cabedo de Patronat. Reg. Coron. cap. 37.*
num. 5., & eo quidem libentius, quia has nomi-
nationes plurimùm conferre posse, sperat ad
consequendum finem illum, quem votis omni-
bus exoptat; enim Sancta Sedes in Ecclesia-
rum ordinatione id unum prae oculis habens,
ut videlicet illarum regimini praeponantur ve-
nera-

nerabiles Præsules, virtute, & sapientia præcla-
ri, cumque longe posita, eorum vitam, ac
mores non ita facilè exploratos habere valeat,
prout iidem spectati esse possunt Principibus,
qui eos nominant, idcircò in relationibus, ab
illis datis quiescere solita fuit, eorumdem no-
minationes probando, ac confirmando, nisi
contrarium sibi aliundè constet, *Gambacurt.
de Immunit. Eccles. lib.6. cap.9. num.8.*, *Frass.
de Reg. Patronat. part.1. cap.6. num.35.* nec se
justa spe frustratam doluit, quippè a Regibus,
& Principibus, tale Jus obtinentibus, hac pia-
mente illas expleri novit: Eo namque nomine
22 Philippum Secundum peculiaribus laudibus a
San. mem. Clemente VIII. celebratum referunt
*Barbos. in Jus Eccles. univers. tom.1. lib.1. cap.8.
num.89.*, *Fras. d. cap.6. num.33. & seqq.* Ut etiam
23 non absimili studio, ac religione qualitates in
concordatis præscriptas Galliarum Reges in No-
minandis exquirere consuevisse, notat *Van.
Espen. in Jus Eccles. univ. part.1. tit.13. cap.4.
num.1. & 2.* Si igitur hæc summa æqui, boni-
que ratio tanti valuit apud S. Sedem, ut eadem,
24 illâ permota, plerisque Regibus, ac Principi-
bus Catholicis suarum Ditionum Episcopos No-
minandi facultatem concesserit, ut notat *Van.
Espen. in Jus Eccles. univ. part.1. tit.13. cap.3.
num.18.*; Quanto eadem efficacior erit pro con-
servando, ac retinendo hoc jure ex legitimo
titulo, & Privilegio Apostolico jam quæsito?
Ut admonemur uedum generali illo omnium
ore trito effato, ajente, favorabiliorem esse re-
25 tentionem, quàm petitionem, de quo apud
Thabor. axiom. Jur. lib.16. cap.65. axiom.1.; Sed
26 in nostra specie edocemur exemplo Sacrosanctæ
Tridentinæ Synodi, quæ nihil innovandum
esse censens quoad Imperatores, Reges, alios-
que sublimes, ac supremos Principes, simile jus
obtinentes, eosdem solummodò monuit, ut
bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ ido-
neos præfici, quosque dignoiores, magisque uti-
les judicarent, non quidem precibus, vel hu-
mano affectu, aut ambientium suggestionibus,
sed eorum exigentibus meritis, promoveri, reli-
giosè diligenterque curarent, *Barbos. in Jus Ec-
cles. univers. lib.1. cap.8, num.89.*, *Fras. de Reg.
Patronat. Indiar. part.1. cap.2. num.4.*, apud quem
concordantes.

Neque verò Privilegio suo, & jure hoc no-
minandi decidisse dici potest Imperator eo sub
27 obtentu, quod similia jura resolvantur, & Ec-
clesiæ redeant ad originariam illam libertatem,
cujus vigore libera earum dispositio, atque or-
dinatio pertinet ad Summum Pontificem,
quoties deficit causa, ob quam illa conce-
duntur: quamobrem cum jus nominandi, de
quo agitur, a Paulo IV. concessum fuerit *Phi-
lippo Regi, ejusque Successoribus, qui pro
28 tempore ejusdem Regionis in temporalibus Do-
mini extiterint*, illud minimè asserere sibi
possit Imperator, eo quod ipse, tamquam
ex linea transversali, careat qualitate here-
ditaria, quam in subjecta materia require-
re videtur verbum illud = *Successor* = ex nota-
tis apud *clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr.
disc.24. num.6.*, ut etiam, licet hodie una cum
Comitatu Flandriæ possideat Civitatem Ipren-
sem, nihilominus cum Rex Carolus II. Philip- 29
pi II. Pronepos Civitatem Iprensem cesserit
Ludovico XIV. Galliarum Regi vigore Pacis,
die 17. mensis Septembris anni 1678. Novioma-
gi celebratæ, deindeque ex concessione die 20.
mensis Maji anni 1686. facta a San. Mem. In-
nocentio XI. tale jus nominationis pervenerit
ad præfatum Ludovicum XIV., ut ex Indulto,
quod datur *lit. C.* & exscriptum fuit ex Inventa- 30
rio Indultorum, Parisiis impresso anno 1688.
eoque ille usus fuerit explendo nominationem
ad Episcopatum dictæ Civitatis; frustra hodie
idem Imperator vigore primævæ concessionis
sibi tribuat jus nominandi, quod ob dimissio-
nem possessionis, ab intermedio Successore fa-
ctam, ammissum jam fuerat, quodque ad ipsum
rediisse non potuit vigore novæ concessionis 31
ejusdem Civitatis a Ludovico XIV. nuper factæ
favore Austriacæ Domus, cum hujusmodi Re-
giarum nominationum jura non considerentur
tamquam accessoria, & annexa locis; sed tam- 32
quam principaliter, & per se subsistentia, ipso-
rum Regum personæ, (quamdiù dicta loca possi-
dent) cohærere reputentur, ideoque cum re-
rum, & locòrum possessione non transferantur,
Lagunez. de fruct. part.1. cap.30. §.3. num.46.,
Certiùs, quia jus nominandi Regi Christianis-
simo concessum, utpote in Indulto expresè re- 33
strictum ad tempus, quo ipse, ejusque Succes-
sores Iprensem Civitatem possedissent, desiit
unà cum possessione, quam ille transtulit in
Imperatorem. His denique omnibus addendo,
quod Imperator plenam, & liberam possessio-
nem Civitatis Iprensis obtinere dici nequeat, eo
quod ex conventionibus, & pactis solemniter 34
sancitis cum Batavis, his data sit potestas præ-
sidium imponendi d. Civitati, cum qua potesta-
te in eosdem translata censetur illius possessio,
ad notata per *Nicolaum Mylerum de Princip. &
Stat. Imper. part.2. cap.78.*, qua deficiente, Im-
perator defici dicitur conditione, in Bulla 35
Pauli IV. requisita, & sinè qua frui nequit exer-
citio juris nominandi. Verùm nulla discursus
hujus pars subsistit.

Siquidem, quod attinet ad primam, ea planè
submoveri videtur ratione illà, quæ admonet, 36
Regnorum successionem modum habere a Popu-
lorum consensu, & voluntate, a publica utili-
tate, a temporum denique ratione, rerumque
statu, propstereaque non ut privatarum heredi-
tatum, ita etiam Regnorum successiones cen-
sendas; sed Regnum, licèt quoties hereditario
jure defertur, sit hereditas, est tamen separata 37
ab aliorum Bonorum hereditate, & Populus
quia Regnum maluisse creditur quàm optimo 38
jure deferri, haud aliter hereditarium ordinem
elegisse censetur, quam ut certi quid esset re-
spectu ordinis succedendi, & reverentia conci-
liaretur ex sanguine, *Hug. Grot. de Jur. Bell.
& pac. lib.2. cap.7. §.19.*, ubi *Thesmer.*, *Waltejus
de Feud. tom.1. cap.9. num.197.*, *Larrea decis.*

Granaten.8. *num*.105.; quamobrem id, quod
Regibus, & Successoribus datur, non transmit-
39 ti ad quoscumque Heredes, & Successores, sed
nonnisi pro Heredibus, & Successoribus in Re-
gno conservari, tradunt *Ernest.Cothoman.resp*.1.
num.189. *& seqq. lib*.5., *Limnaus in notit.Regn*.,
Franc. lib.2.*cap*.2., *&* pluribus argumentis pro-
bat *Hieronym.Leo decis.Valent*.3.*num*.27., quem
cum aliis refert, & sequitur *Fras.de Reg.Patron.
In diar. cap*.18. *num*.50. *& seqq*.; Si igitur, ju-
xta naturam harum successionum in Imperato-
40 re unà cum possessione Regnorum, & Civitatum
quarum respectu concessum fuit jus nominandi
ex præscripto Bullæ Pauli IV. efflagitetur etiam
titulus successorius, sive hereditarius, quanam
justa ratione, hic in eo desiderari dici poterit,
quando Sedes Apostolica, a qua emanavit privi-
legium Regiæ nominationis, illum in ipsum
41 derivatum videns ex sanguine, eundem non so-
lum agnovit in Hispaniarum Catholicum Re-
gem, & in Dominum, ac Possessorem Comi-
tatus Flandriæ, aliarumque plurimarum Regio-
num, pro quibus a dicto Summo Pontifice con-
cessum fuit jus nominandi ad Ecclesias Archie-
piscopales, & Episcopales, in illis erectas, ve-
rum etiam recepit, atque approbavit nomina-
tionem ad Ecclesiam ArchiepiscopalemMechli-
niensem, & Episcopalem Brugensem, tam-
42 quam Flandriæ Comite, ab eo factam? Si enim
unde jus prodit, interpretatio quoque inde su-
menda est, ex sententia *Innocentii III.in Cap.In-
ter alia* 31. *de Sentent. excom*., *apud eundem
in Cap Cum venisset* 12. *de Judic*., & sancitum
fuit a *Justiniano in leg.final. Cod. de Legib*., *Zi-
paus de Jurisdict. Eccles. & civil.lib*.1. *cap*.39.
num.11. Profecto ambiguitatem omnem sustu-
43 lisse videtur ipsa Sancta Sedes agnoscens in Im-
peratore titulum successorium, & illius virtute
eum constituens in quasi possessione hujus pri-
vilegii uti realis, perpetui, & ad ipsum transi-
torii tamquam ad Successorem, dictarumque
Provinciarum Possessorem, *Spad. cons*.125.*n*.7.
lib.3.

Idque nedum non aberrat, imò verò confor-
me est familiaribus Juris nostri regulis, edocen-
44 tibus, quod in similibus juribus, quæ pleno
modo non possidentur, & instar ceterorum Bo-
norum indifferentium, & allodialium, in li-
bero patrimonio non sunt, sed ita hereditario
jure deferuntur, ut mixtim cum hereditaria
qualitate, illam etiam sanguinis exigant ad eo-
rum successionem acquirendam, juxta notabi-
le dictum *Jacobi de Belvisio* relati *à Bald. in
cap* 1. *num*.8. *tit. an agnati, vel filii*, heredita-
rius titulus respicere non dicitur hereditatem
45 distributivè, sed denominativè, ut nimirum,
licèt quis actu non sit, habitu tamen, & po-
tentiâ denominari possit heres, modo tamen
tali habitu seu potentiâ sese non abdicaverit re-
46 nunciatione hereditatis, efficiente, ut jus quo-
que qualitatis denominativæ abjecisse censea-
tur. Quamobrem Doctores communiter tra-
47 dunt, in hisce juribus hereditariam qualitatem
spectandam, considerandamque esse respectu
primi Acquirentis, non etiam ultimi Successo-
ris, *Surd. cons*.63. *numer*.20. *vers. & hoc est*,
Lotter. de re benefic. lib.2. *quæst*.11. *num*. 41. *&
seqq*., *clar. mem. Card. de Luc. de Jurepatr.
disc*.30. *num*.3. *& seq*., *& disc*.60. *nu*.26., *Rota
in una Romana Beneficiatus S. Laurentii in Da-
maso* 6.*Februarii* 1688. *impress. apud modern.
Roman. in suis disceptat. Eccles. post discept*.4.
num.24. *& seq*., & confirmatur exemplo tum
Feudi tum etiam Emphyteusis, quæ gentili-
tiam, & hereditariam qualitatem mixtim re- 48
quirant, in eisdem enim satis est, hereditariam
qualitatem habitu concurrere respectu primi In-
vestiti, ut benè hoc exemplo in proposito pro-
bat *Hug. Grot.* allegat. *Superiori §*. & tradide-
runt *Paris. cons*.23. *num*.86. *lib*.1., *Papon. con-
sil*.1. *numer*.60. *&* 73., *Ludovic. Bell. consil*.24.
num.115. *&* 145., *Surd. cons*.108. *num*.8. *in fin*.,
& cons.305. *num*.10., *Facchin. cons*.33. *nu*.22.
vers. nulla est lib.1., *Menoch. cons*.104. *num*.17.,
Clar. in §. Feudum quæst.9. *nu*.5., *& quæst*.76.
in fin., *Schrader. de Feud. part*.7. *cap*.2. *n*.46.,
& eodem pariter tract. Rosenth. cap. 2. *con-
clus*.33. *nu*.37. *& seqq*., *Giurb. prælud*.6. *nu*.13.
vers. undè succedere, *Intriglial. par*.1. *quæst*.49.
n.187. *& seqq*., *Velasc. de Jur.Emphyt.quæst*.44.
num.10. *§. Contrarium*, late *Robles. de repræsen-
tat. lib*.3. *cap*.18. *num*.9. *& num*.112., *Ojasch. de-
cis*.139. *num*.14., *Rot. coram Card. Cavaler. de-
cis*.622. *num*.5., *coram Dunoz. Jun. decis*.120.
num.3., *in rec. decis*.299. *num*.4. *& seqq. part*.5.
decis.98. *num*.9. *part*.10., indèque recte infer-
tur ad jus nominandi, atque præsentandi, quod 49
cum jure succedendi in Feudo, & Emphyteusi
fraternizare, nostri inquiunt, *Lotter. de re be-
nefic. lib*.2. *quæst*.11. *num*.33., *Vivian. de Jure-
patron part*.1. *lib* 4. *cap*.9. *n*.38., *clar. me. Card.
de Luc. de Feud. disc*.8. *num*.17., *Rota coram
Coccin. decis*.232. *num*.4.

Propterea, cum dubitari non possit, quin, si
in successione, de qua agitur, hereditaria qua- 50
litas requiratur, ea tamen, nonnisi ad Heredes
& Successores sanguinis referenda sit, quippe
illam metiri oportet ex natura Regnorum, &
Ditionum, cum quarum successione jus istud
nominandi deferebatur, quæ, utpotè pleno mo- 51
do non possessæ, plenoque jure proprietatis in
Patrimonio non existentes, ad solos proindè
Heredes sanguinis pervenire poterant, ex notatis
ab *Hug.Grot. de Jur. Bell. & pac. lib*.2. *cap*.7.
§.12.; Hinc est, quod sive jura successoria spe-
ctanda sint respectu Regnorum Hispaniæ, quæ
tamen, ut mox dicetur, ad rem non pertinent,
hæc metienda erunt ex Joanna unica filia Ferdi- 52
nandi Catholici Aragoniæ Regis, & Isabellæ
Reginæ Castellarum, quæ, veluti dotem, Mo-
narchiam detulit Philippo I. Hispaniarum Re-
gi filio Maximiliani Primi Imperatoris; sive
eadem jura spectari debeant respectu Comitatus
Flandriæ, ceterarumque Provinciarum, quæ
Comitis Flandriæ Ditioni subjiciebantur, hæc 53
referenda erunt ad Maximilianum Primum
Imperatorem, Patrem Philippi, qui ex nuptiis
cum Maria unica filia, & herede Caroli Ducis
Bur-

Burgundiæ, cognomento Audacis, Regiones illas
adeptus fuit, ut ex *Horæo annal. Brabant. pag.
449.*, & apud *Ludovic. Morery in d. ſuo Opere
lit. A. verb. Autriche, & lit. F. verb. Flandre*,
54 quo loci genealogicam Comitum Flandriæ ſuc-
ceſſionem refert, proindeque dubitari nequit
quin Imperator Carolus VI., tamquam deſcen-
dens à communi ſtipite Auſtriacæ Domus, tàm
in Hiſpania, quàm in Germania dominantis,
ſit Succeſſor, & heres ſanguinis reſpectu eorum,
55 per quos in illam ſucceſſio tum in Monarchia
Hiſpaniarum tum etiam in Comitatu Flandriæ
ceterisque Provinciis invecta fuit, etiamſi ſucceſ-
ſio vacaverit per mortem Collateralis, quia,
56 cum non iſti, ſed primo Acquirenti ſuccedi dica-
tur, ut, præter alibi relatos, tradunt *Gozzadin.
conſ. 8. num. 2., Caldaſ. conſ. 13. in fin., Albert.
Brun. conſ. 181.*, quod incipit *In cauſa vertente
col. 4. verſ. Tertio quia præſuppoſito*: decedente
ultimo Poſſeſſore ſine liberis, ſucceſſio tranſ-
57 mittitur ad Collaterales quoque deſcendentes à
primo Acquirente, qui ſit omnium communis
ſtipes, *clar. mem. Card. de Luc. de Feud. in Summ.
num. 237.* cum aliis apud *Gobb. de permiſſ.
Feud. alienat. quæſt. 5. num. 29. & ſeq., idem con-
ſult. 10. num. 85., conſult. 60. numer. 15. & 17.,
conſult. 149. n. 52. & ſeq., in Mantuana Eemphy-
teuſis 15. Martii 1597. §. Cum namque hujus co-
ram bon. mem. Urſino, confirmata 29. Aprilis 1699.
& 8. Martii 1700. coram R. P. D. Lancetta*,
58 ajentes, talem ſucceſſionem protrahi in infini-
tum, cumque eadem non particularis, ſed uni-
verſalis ſucceſſionis jure cenſeatur, inſtar nimi-
rum ſucceſſionis hereditariæ, *Rhetius in com-
mentar. Jur. Feudal. lib. 1. tit. 3. §. 6., Knipſchilt.
de Fideicomm. Familiar. nobil. cap. 11. num. 218.,
& ſeq.*, comprehendit idcircò Jura omnia, ſub
univerſalitate ſucceſſionis contenta.

Nec obeſſe poteſt, quod Jus exequendi Re-
gias nominationes ad Epiſcopatus Flandriæ re-
ferri nequeat ad Mariam Caroli Audacis filiam,
ſive ad Joannam Aragoniæ, ſed tribuendum ſit,
59 tamquam primo Acquirenti, Regi Philippo Se-
cundo, reſpectu Auſtriacæ ſtirpis, & lineæ impe-
rantis in Germania, tranſverſali, nam cum jus
iſtud conceſſum fuerit illi, *ejuſque Succeſſori-
bus, qui pro tempore ejuſdem Regionis in tempo-
ralibus Domini extiterint*, reſervatum eidem
cenſendum eſt tamquam Comiti Flandriæ, &
Domino ceterarum Provinciarum, Regio no-
mine demonſtrativè dumtaxat adjecto, & con-
ſequenter tale jus tamquam cohærens perſonæ,
60 unà cum dignitate, & titulo Comitis Flandriæ
illarum dominium, & poſſeſſionem obtinenti,
cum his tranſijt ad Succeſſores ſanguinis, earum-
dem Ditionum Dominos pro tempore exiſten-
tes, per ea, quæ tradit *Van. Eſpen. in Juſ. Ec-
cleſ. univ. part. 2. tit. 25. cap. 4. num. 1. & ſeq.*;
Idque non ſolum agnovere *Georg. Brunus*, &
Sanderus locis ſub initium allegatis, dicentes
jus, de quo agitur, à Paulo IV. reſervatum
61 fuiſſe favore Regis Hiſpaniarum, Flandriarum-
que Comitis Philippi Secundi, quippè ſub illius
denominatione, veluti omnium præcipui, &
potentioris inter Chriſtiani Orbis Comitatus,
comprehendebantur reliquæ Provinciæ, *Guic-
ciardin. in Flandr. deſcription. fol. 454. in fine*
ſed ſervarunt, tum ejuſdem Philippi Succeſſo- 62
res, qui nominationes expleverunt uti Flandriæ
Comites, aliarumque Provinciarum Domini,
tum etiam Sedes Apoſtolica, quæ illas recepit 63
tamquam his particularibus titulis factas à Re-
gibus Catholicis, ut in folio ſignato *lit. D.*, in-
ter quas, ut alibi innuitur, referuntur Proviſio-
nes Eccleſiæ Archiepiſcopalis Mechlinienſis, &
Eccleſiæ Epiſcopalis Brugenſis ad nominatio-
nem *Caroli Hiſpaniarum Catholici, & Roma-
norum Regis, in Imperatorem electi tamquam
Flandriæ Comitis*. Ex quibus ſanè perſpicuis
actibus promanat obſervantia, quæ tamquam 64
optima Privilegii hujus interpres, pro Lege
ſervanda eſt, *leg. ſi de interpretatione 37. ff. de
legib. & cap. cum dilecta 2. de Conſuetudin.*, &
utrobique notant *Scribentes, Zipæus de Juriſdict.
Eccleſ. & civil. lib. 1. cap. 39. num. 11., Rot. in
rec. deciſ. 608. num. 1. part. 2., & deciſ. 59. n. 12.
part. 10.*, eadem igitur cum virtute ſua ità con-
ceſſionem omnem declarare dicatur, ut hæc 65
talis cenſenda ſit qualiter obſervata, & poſſeſſa
reperitur, ad *Text. in cap. cum veniſſent de In-
ſtit. ubi Butr. & Imol., Natt. conſ. 406. n. 28.,
Hyppolit. Riminald. conſ. 213. numer. 37. lib. 2.*,
nullius profectò amplius in interpretatione, at-
que intelligentia hujus Privilegii, dubitationi lo-
cus relictus cenſeri poterit, quando tot, tan-
tiſque ſolemnibus actibus declaratum reperitur,
illud Philippo II., ejuſque Succeſſoribus con-
ceſſum fuiſſe tamquam Flandriæ Comiti, alia-
rumque Belgicarum Provinciarum Domino, ac
Poſſeſſori: Reſpectu itaque earum Regionum,
quarum titulo ſucceſſorio ſanguinis Imperator 66
dominium, & poſſeſſionem obtinet, uti valens
beneficio realis, ac perpetui Privilegii, de quo
agitur, Paſtorem nominare poterit ad Eccleſiam
Iprenſem, illius ſolatio deſtitutam, *Cabedo de
Patronat. Reg. Coron. cap. 6. nu. 3. & ſeq.*, Imo
verò eodem nominationis jure uti, fruique poſ-
ſet, tametſi titulo iſto ſucceſſorio prorſus deſti-
tueretur quoad Regna Hiſpaniarum, utpotè in- 67
dependenter ab illis, ſed contemplatione tan-
tùm dominii, & poſſeſſionis Comitatus Flan-
driæ, ceterarumque Regionum Philippo Secun-
do, illiuſque Succeſſoribus à Sede Apoſtolica
conceſſo, ut notat *Card. de Luc. de Jurepatron.
diſc. 2. num. 25.*; Familiare quippe eſt, quod
Regna, & Ditiones conſolidatæ in una, eadem- 68
que Regia Perſona, conſiderentur tamquam di-
ſcretæ, & unaquæque independenter ab alia re-
tineat ſuas qualitates, ac privilegia, ut, præ-
ter *Card. de Luc. loco mox. citat.* tradunt *Mart.
de Juriſdict. part. 2. cap. 21. num. 20., & part. 4.
cent. 1. caſ. 24. num. 39., Fraſs. de Reg. Patron.
Indiar. part. 1. cap. 7. n. 45. & ſeq., & cap. 61. n. 30.
& ſeqq., num. 60.* dans rationem.

Facilius ſubmovetur altera contrarii diſcur-
ſus pars, quâ dicitur, Regem Carolum II. vi-
gore ceſſionis in tractatu Pacis Noviomagenſis
factæ Ludovico XIV. Francorum Regi unà cum
poſ-

possessione Civitatis Iprensis, decidisse etiam jure nominandi ad ejus Episcopatum ex speciali Indulto eidem Regi Christianissimo deinde concesso, quia, cum Imperator pacifice possideat Comitatum Flandriæ, sive potioris ejus partis,
69 & vigore novæ cessionis nactus quoque fuerit possessionem Civitatis Iprensis, recuperasse etiam censetur primævum jus nominandi ad Episcopatum, quod non per viam novæ Gratiæ, sed per viam restitutionis ad ipsum redijsse dicitur, perinde ac si illud nunquam alteri quæsitum fuisset, *Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 32. num. 49. & num. 60.*

Idque fieri dicitur jure quodam postliminii
70 efficiente, quod per reditum ad antiquum statum reviviscant pristina omnia Jura, latissimè apud *Hug. Grot. de jur. Bell., & pac. lib. 3. cap. 9.*, ita quidem ut conjungendo tempora, & extrema, interim illa dormisse potius, quàm expirasse dicantur, *§. Ab hostibus Instit. quib. mod. Jus patriæ potestatis solvit* ibi = *quia hi, qui ab hostibus capti sunt si reversi fuerint omnia pristina jura recipiunt &c., quia postliminium fingit eum, qui captus est, semper in Civitate fuisse*, *ibique Glos. lit. B.*, *Glos. in §. final. verb. postliminii Instit. quib. non est permiss. facer. testam.*, *Bald. in leg. captum 9. Cod. de postlimin. revers. & leg. si quas fortè 19. Cod. eodem*, cui sane temporum, & extremorum conjunctioni cum semper locus sit, quando non perempto penitus
71 primævo statu, reditus, qui ad illum fit jure postliminii, non fit tamquam ad statum de novo creatum, idemque non dat aliter esse, quàm primum, & pristinam faciem non mutat, nec naturam, ut loquitur *Bald. in Cap. cum accessissent 8. num. 38. de Constit.* verbis illis *Et videtur quod funditus eradicatum, & tandem reparatum, dicatur de novo creatum, quia habet esse post non esse, & hoc certum esset, si haberet aliter esse, quàm primò &c. sed si pristinam faciem non mutat, nec naturam, conjunguntur tempora essentiæ, & interim dicitur potius dormisse quàm expirasse* =; Profecto in casu, de quo agitur, inficiari nemo poterit, quin conjungendo tempora, Cæsar unà cum possessione, &
72 dominio Civitatis Iprensis recuperaverit etiam jus nominandi illius Episcopum, cum respectu utriusque extremi primævus status non tamquam eradicatus, & de novo erectus, sed considerari debeat tamquam vigens, pristinamque retinens naturam & faciem; Nam, quod attinet ad Civitatem Iprensem, eadem semper retinuit Episcopalem Sedem, & jura Episcopalia, solumque contigit extrinseca mutatio personæ, quæ Episcopum nominavit; Prout etiam Philippi Secundi Successores in iis Ditionibus, & Provinciis, quarum possessionem conservarunt, jus nominandi ad Episcopatus perpetuò retinuerunt, atque exercuerunt; Quamobrem, cum
73 agatur de jure competente vigore Privilegii realis, perpetui, atque demum universalis, idem tamquam conservatum in parte, retentum censetur, & extenditur ad totum, illas nempe etiam Ecclesias, quæ sub universali Privilegio comprehensæ fuerunt, ad celebrem *Text. in cap. cum in tua de Decim.*, *Abb. cons. 71. n. 1. lib. 2.*, *Petr. Rebuff. in tract. de Decim. quæst. 14. nu. 20. pag. 58.*, *Covarruv. practic. quæst. quæst. 37. num. 5.*, quem sequitur *Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 11. numer. 31. & seq.*, *Salgad. de reg. protect. part. 3. cap. 10. num. 143. & seqq.*

Superest postrema contrarii discursus pars, quâ dicebatur, quod ob potestatem ab Imperatore datam Batavis præsidii retinendi in Civitate Iprensi, ipse, quasi amplius non retinens liberam, & plenam illius possessionem, nec etiam conservasse dici queat jus nominandi, posses- 74
sioni huic tamquam conditioni alligatum; Verùm colore nullo hac præsidii impositione amissum, vel suspensum dici potest tale jus, Imperatori competens tamquam vero Domino, ac possessori dictæ Civitatis. Licèt enim ex jure habendi præsidium in aliqua Civitate, & 75
Territorio, illius dominium, & possessio probari non rarò dicatur, hoc tamen verum est, quando non constito de alio titulo, id fit, seu factum præsumendum est vigore jurisdictionis Territorialis, & jure Armandiæ, de quo loquitur *Nicolaus Mylerus* in ratione dubitandi allegatus; Verumtamen, si hic titulus, sive justa illius præsumptio cesset, ab hoc territoriali jure, dominio, & possessione loci, cui præsidium imponitur, separabile est jus in eo illud retinendi, cum ex pluribus aliis etiam titulis, videlicet pro Potentioris injuriis propul- 76
sandis, & jure protectionis, pro tuenda communi omnium securitate, pacto denique, & conventione acquiri posse tradit *Abasuerius Fritschius in tract. de Jur. Præsid. cap. 4.*; Idque edocemur tum veteribus, tum recentibus exem- 77
plis. *Lyciscus* Acarnonum Legatus, dum Lacedemonios ab ineundo cum Romanis fœdere contra Macedones absterrere conatur, eos simul monet, ne ita sibi consulant *quemadmodum ii, qui per Bellorum necessitates securitatis suæ causâ præsidia in Urbes suas accersunt, suis ipsorum viribus validiora, ii operâ eadem, & ab hostium metu se liberant, & Amicorum potentiæ sese subjiciunt*, ex *Polibio histor. lib. 9. pag. 569.*, idque periculi Parti imbecilliori imminere notavit etiam *Fritschius d. cap. 4. num. 14. & seqq.* sæpenumero victores nihil victis eripientes *præter injuriæ licentiam*, ut de Romanis mortalium religiosissimis ait *Salust. apud Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 3. cap. 15. §. 2. at cum Imperii concessione victis relicti, simul sua consulerent securitati præsidium in subacta Civitate retinebant*, ut prosequitur idem *Auctor §. 5.*, ibique *Thesmerus in suis notis*; sic Civitati Senarum anno 1555. sub suam potestatem redactæ Carolus V. salvam esse voluit libertatem, ac Magistratuum antiquam auctoritatem, immunitatesque, ac privilegia, ità tamen, ut ad tuendam, & conservandam Urbem, ipsi jus esset, præsidium illi imponendi, ex *Thuario Histor. lib. 15. cap. 459.*; Et denique in Monasteriensi Pace celebrata anno 1648. licèt consensu Imperatoris, ac Imperii Regi Galliæ, ejusque Successores-

cessoribus concessum fuisset perpetuum jus habendi præsidium in Castro Philisburgensi, attamen *ipsa proprietas, omnimoda jurisdictio, possessio, omniaque emolumenta, fructus, accessiones, jura, regalia, servitutes, homines, subditi, Vassalli, & quiquid omninò antiquitus ibidem, & in totius Episcopatus Spirensis, Ecclesiarumque ipsi incorporatarum Districtu Episcopo, & Capitulo Spirensi competebat, & competere poterat, eisdem in posterum quoque salva, integra, & illæsa, excepto tamen Jure protectionis, permaneant*; sunt verba Instrumenti d. Pacis Monasteriensis, relata apud *Abausuerum Fritschium d. cap.4. num.19.*; Si igitur præsidia securitatis solummodò, aut protectionis gratiâ à Victoribus devictis Civitatibus imposita dominium, & possessionem non adimunt, nullaque ex parte antiqui Possessoris jurisdictionem minuunt, quantò minùs hæc adempta censeri poterunt Imperatori, qui non ex Lege ipsi à Victore data, sed solummodo pro communium finium tutela, ut metu liberaret finitimam ac confæderatam Rempublicam, tutò frui posse optantem pace, post diuturna, & atrocissima Bella conciliatâ, eidem transactione Pacis permisit, ut in suis quibusdam limitrophis Civitatibus, atque Oppidis præsidium habere posset.

Hæc sunt, quæ ad mentem Juris examinando Privilegium à Paulo IV. concessum Successoribus Philippi II., observanda mihi sese offerunt, cujus tamen executioni, & intrinseca Juris ratione haud retardandæ, si extrinseca aliqua causa intercesserit, occurrendum illi erit, adhibitis iis temperamentis, quibus Sancta Sedes Ecclesiarum incolumitati, & Privilegiarii Juribus consulere consuevit exemplis illis, quorum recens est memoria.

Consultus hac de re a Clemente XI. etiam fuit Prosper Lambertinus Præsul dignissimus, ad graviora quæque tum Sacerdotii, tum Imperii expedienda negocia semper adhibitus, deindè BENEDICTUS XIV. P. O. M., isque in eamdem abjit cum Auctore sententiam, & pro sua erga eum benevolentia id commemorari benignè permisit, quod & rei, de qua agitur, dignitatem ostendit, & Auctori decus addit maximum.

ARGUMENTUM.

Perpetuo carceri, ex Rescripto Principis, pœnam commutantis, mancipatus Reus, jam anteà pœnâ gladii, & confiscationis Bonorum per contumacialem Sententiam damnatus, ostenditur hic, quod activam adhuc testamenti factionem retineat. An autem, & quando de Bonis etiam confiscatis disponere valeat discutitur.

DISSERTATIO V.

1 *Veritas deprehendi nequit commodiùs, quàm distinguendo, atque objectiones diluendo.*

2 *Ultimum jam jam supplicium subiturus intestabilis efficitur.*

3 *Sic etiam ii, quibus aqua, & igni interdicitur, Deportati in Insulam, damnati ad ferrum, aut ad bestias, aut in metallum.*

4 *Quorum suppliciorum genus Romanis, per quam frequens fuit.*

5 *Intestabiles autem hi omnes sunt quoad factionem testamenti tàm activam, quàm passivam.*

6 *Relegati verò testamenti faciendi jus retinent.*

7 *Damnatus capite, vel ad bestias, vel ad gladium intestabilis efficitur cum Sententiam passus est.*

8 *Idque obtinet etiam ubi ad pias Causas testari velit.*

9 *Communis est autem hæc opinio.*

10 *Intellige de Jure Digestorum, non ita de Jure novissimo Codicis, & Novellarum.*

11 *Damnati ad mortem ideo de Jure Digestorum intestabiles erant, quia Civitas, & libertas illis adimebatur; quia servi pœnæ efficiebantur, & quia eisdem publicatio Bonorum inferebatur, & num. 12. 13. & 14. & 15.*

Quæ rationes hodie cessant, dictis num. 11. 12. & 14. & 15.

Opinio tamen hæc, quam ex Auth. sed hodie Cod. de donat. inter vir, & uxor *viriliter sustinet* Prat. observ. 41. per tot., *communiter rejicitur a Doctoribus, quum* Authentica *prædicta locum habeat dumtaxat in damnatis ad mortem civilem, secus verò in iis, qui capite plectuntur,* n. 16. 17. & 18.

14 *Publicatio, & confiscatio Bonorum damnati ad mortem, præterquam in læsæ majestatis crimine sublata est.*

16 *Damnati ad mortem etiam naturalem efficiuntur servi pœnæ, &* num. 17. 18., & 68.

19 *Hæcque est verior, ac communior opinio.*

20 *Ejusmodi Damnatorum testamenta, spectato, cum antiquo Jure Digestorum, tum novissimo Codicis, & Novellarum, irrita sunt, & inania, etiamsi ante condemnationem condita.*

21 *Quod locum habet etiamsi publicatio Bonorum facta non fuerit.*

Vel ubi damnatus è manibus Curiæ ante Sententiæ executionem aufugerit, ibid.

22 *Damnatus ad mortem, qui ante Sententiæ executionem è manibus Curiæ aufugerit, testari non poterit neque in Territorio Civitatis, a qua est bannitus, neque extra, dummodo in ejus condemnatione servata fuerit forma Juris communis; secus, si Juris specialis, vel Statutorum Loci; tunc enim extra testari poterit,* ibid.

23 *Damnati ad mortem, ex consuetudine ubique recepta, validè testantur, heredesque instituunt.*

24 *Nec*

24 Nec ab ista consuetudine est recedendum.
25 Quamplures, qui eam statuunt, Doctores adferuntur.
26 Consuetudo autem hujusmodi potiori jure attendi debet, quoad Bannitos absentes, & in contumaciam proscriptos.
27 Banniti quamvis in ære, ac persona impunè offendi possint, testandi facultatem retinent.
28 Banniti, in contumaciam proscripti, non efficiuntur servi pœnæ.
29 Atque ex confessione delicti, per Leges contra eos inducta, non amittunt ea, quæ Juris communis sunt, multòque minùs, quæ sunt Juris gentium, seu naturalis, adeoque nec activam testamenti factionem, & num. 35. 52. & 57. & 58.
30 Quæ conclusio nedum communis est, sed in praxi servatur.
31 Atque ita tum Criminalistæ, tum etiam Civilistæ tenuerunt.
32 Banniti nostri temporis deportatis ne an potiùs relegatis æquiparentur, ardua quæstio est.
33 Deportatis ideo in Romana Republica adimebatur testamenti factio, quia hæc dependebat, a Civico Jure, quod ampliùs non habebat.
34 Hodie verò pendet unicè a dispositione Juris, quæ per deportationem non amittitur.
36 Bonorum confiscatio Bannito capitali nequit impedimento esse ad activam testamenti factionem; ratio nn. seqq.
37 Testabilis, vel intestabilis ut quis dicatur, non Bonorum carentia, seu privatio, sed status personæ spectandus est.
38 Testamentum, & hereditas considerantur etiam in eo, qui nihil in Bonis relinquit.
39 Hereditas consistit in intellectu Juris, etiam sine corporibus hereditariis.
40 Testamentum Banniti, qui nihil in Bonis relinquit, prorsus sine utilitate non est.
Qui enim potest testari, poterit, licèt ipse nihil habeat in Bonis, substituere filio suo pupillaritèr; dare tutorem filiis suis, testarique de Bonis suis futuris, num. 41. 42., & 43.
41 Substituere filio suo pupillariter nequit, qui testamenti factionem non habeat.
42 Tutor filiis dari nequit, nisi in testamento, aut codicillis testamento confirmatis.
43 Bona futura non comprehenduntur in publicatione, seu confiscatione Bonorum.
44 Bannitus sicut non amittit jura civilia, ita proinde capax est omniam successionum, quæ jure communi, ex testamento, vel ab intestato deferuntur.
Et quidem tàm respectu Bonorum, quæ sunt extra territorium Bannientis, quàm eorum, quæ sunt in loco, a quo bannitus est, n. 45.
Et ab iis tantùm excluditur, ad quæ ex vi Legum Municipalium adspirare posset, num. 46.
45 Banni virtus non egreditur Bannientis territorium.
46 Statutum licèt possit tollere jura propria suæ Civitatis, non tamen potest tollere ea, quæ sunt communia.
47 Olim amissa Civitate, censebantur sublata ea omnia, quæ erant propria Civium Romanorum, sed non Jus gentium, ac naturale.
48 Ex solo capitali Banno inducta non potest dici incapacitas succedendi, nisi Bona a Delinquente realiter avocentur, ac per effectivam apprehensionem, & incorporationem Fisco quærantur.
49 Banniti, & ii maximè, qui possunt realiter, & personaliter offendi, sunt virtute Apostolicarum Constitutionum ab omni legitimo actu exclusi, & extra Juris protectionem positi.
50 Præsertim, ubi bannimentalis Sententia a Papa, vel Imperatore prodierit; tunc enim omnia Juris beneficia, ac passivam testamenti factionem amittuat.
51 Intellige, hæc procedere de condemnatione propter delictum, non autem propter contumaciam.
52 Ficta confessio, ex contumacia resultans, ad solam restringitur contumaciæ effectum.
Ejus autem natura est non perimere, nisi quatenus Lex perimit, & Judex disponit, ibid. & num. 57.
53 Sententia lata contra contumaces Bannitos, dicitur definitiva, & censetur ob delictum, non verò ob contumaciam lata.
Hæcque est generalis ferè totius Orbis consuetudo, ibid.
Contrariis procedentibus, quando contumacia purgata remansit, vel per comparitionem, vel per restitutionem in gratiam Principis, ibid.
54 Communior tamen hodie opinio est, ut Sententia contumacialis lata censeatur in pœnam potiùs contumaciæ, quàm ob delictum, & num. 57. & 59.
55 Sententiam contumacialem plena delicti probatio præcedere non solet.
56 Contumax ut torturæ subjici valeat, semiplena probatio sufficit.
57 Contumacia non probat delictum, etiamsi adsint Statuta, vel Constitutiones, ut contumax pro confesso habeatur.
59 Cardinali de Luca de communiori in hac re, ac magis recepta opinione testanti plena fides adhibenda.
61 Pœna carceris per Leges civiles interdicta.
Nam carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet, ibid.
62 Secus tamen est de Jure Canonico.
63 Perpetuò carceratus, intestabilis, non secus, ac deportatus, a nonnullis reputatur.
64 Id tamen licèt ipsi arguant ex Jure Canonico, perpetuam carcerationem permittente, contrarium nihilominus hodie de Jure Authenticorum verius est.
65 Pœna servitus hodie exceptis iis, qui ad mortem damnati sunt, sublata omnino est.
66 Perpetuò carceratus, ne minimam quidem status mutationem subit, ideoque testari poterit.

67 Lo-

67 *Locum id habet etiam in deportato condemnato ad triremes perpetuas, vel in perpetuum exilium.*

An verò de Bonis confiscatis disponere valeat? num. 69. & *seqq.*

69 *A perpetui carceris pœna liberatus, non ideo Bonis confiscatis restituitur, nisi id specialiter expressum sit.*

Eòque minùs restituitur ille, cui pœna capitalis fuerit commutata in pœnam carceris perpetui num. 71. & 72.

70 *In condemnatione ad pœnam mortis, & confiscationis Bonorum per copulam = & = duo dicuntur esse Banna, unum in persona, alterum in Bonis.*

72 *Commutatio pœnæ capitalis in illam perpetui carceris propriè gratia non dicitur, quum per eam non dicatur quis restitutus in gratiam Principis.*

73 *Princeps indulgens pœnam, non remittit infamiam, sive inhabilitatem.*

74 *Generale Principis Rescriptum ad generalem Partis supplicationem emanatum remissionem pœnæ realis importare nequit, nisi expressa eadem sit, vel remissio fuerit adeo plenaria, ut delinquentem Bonis etiam restituere voluisse demonstret.*

Alii tamen distinguendum censent, quod, aut Princeps utitur verbo = indulgemus =, *& tunc sola pœna corporalis, aut verbo* = gratia =, *seu* = restitutione =, *& tunc etiam pœna realis remissa censeatur*, ibid.

75 *Atque alii, quod Gratia trahitur ad Bona confiscata, si eis verba adaptabilia sint, si secus, ad ea non trahitur.*

76 *Tutior Rescripti declaratio, & explicatio, dari nequit eâ, quæ derivet ex ore ipsius Principis concedentis.*

77 *Rescriptum Principis Fisco suo damnosum esse non debet.*

78 *Ex precibus solet erui Rescripti interpretatio.*

POSTQUAM Crispoldus de Crispoltis Patritius Perusinus vindictæ transversalis crimine accusatus, per contumacialem Sententiam, explorato prius oraculo hujusce Supremi Tribunalis, in pœnam Gladii, & Confiscationis Bonorum, indicto insuper ejus capiti præmio scutorum quingentorum, damnatus fuerat, eximiam Sanctissimi Domini Nostri clementiam ejus Fratres in supplici libello hisce, quæ sequuntur, verbis exorarunt = *Che sebbene costituendosi, potrebbe con tutta facilità provarsi l'insossistenza del Processo, e particolarmente la pretesa vendetta trasversale. Tuttavia, atteso lo stato di salute affatto abbattuto, in cui si ritrova il medesimo Crispoldo, ed i fieri accidenti, da' quali poco meno, che quotidianamente viene travagliato con astrazione de' sensi, ed offuscamento di mente, tanto che è affatto impossibile, che possa reggere alli esami per il Processo difensivo di far costare la calunnia potentissima, e chiara a' tutti gli Abitanti della suddetta Terra di Bettona &c.* = quod = *Voglia per effetto di quella clemenza, che si è compiaciuta sempre di far godere alla Famiglia Crispoldi degnarsi di commutare il detto Bando nell'ordine, che venga questo loro infelice Fratello posto ad vitam in una Fortezza dello Stato Ecclesiastico.*

Supplex ejuscemodi libellus pro Voto transmissus fuit ad Sacram Consultam. Quæ Crispoldi precibus annuens, die 6. Septembris 1735. *SSmo consulendum* censuit *pro gratia Commutationis pœnæ in perpetuum Carcerem, & revocationis Taleæ, quæ suum tamen habeat effectum tantùm postquam præstita fuerit idonea fidejussio pro alimentis, & postquam Crispoldus Crispolti constitutus fuerit formaliter in Fortelitio S. Leonis, & sublata omnino qualibet spe ulterioris gratiæ.* Cujus quidem Voti facta per R.P.D. meum de Bardis meritissimum Secretarium die 7. Septembris sequenti *relatione Sanctitati suæ, eadem Sanctitas sua benigne annuit pro gratia commutationis pœnæ* in perpetuum *Carcerem, & revocationis Taleæ, quæ suum tamen habeat effectum tantùm, postquam præstita fuerit idonea fidejussio pro alimentis, & postquam Crispoldus Crispolti constitutus fuerit formaliter in Fortalitio S. Leonis, & sublatâ omninò qualibet spe gratiæ* = sunt formalia verba utriusque, Voti scilicet, ac Pontificii Rescripti.

Quare, quum Crispoldus jam in Arce Sancti Leonis existens, testamentum nuperrimè condere exoptaverit; ut in carceris angustiis, in quibus detinetur, opportunam ad id assequeretur libertatem, vota sua aperuit R. P. D. meo Riccio Generali Armorum Commissario. Qui quùm sinè approbatione Sacræ Consultæ nihil hac de re respondendum putaverit, assuetâ proindè diligentiâ certiorem fecit prælaudatum R. P. D. Secretarium; Undè reassumptis statim ordinibus datis pro traductione Crispoldi ad Fortalitium S. Leonis, nè instantia istbæc inconsulto absolveretur judicio, satiùs putarunt Eminentissimi Patres demandare, ut scriberet Advocatus Fisci, suamque pro veritate sententiam diceret. Undè onus mihi injunctum impleturus, valdè præstare posse reor, si in duplici gravioris pœnæ statu Crispoldus fuerit præconsideratus. Altero nempè, quo præseos jam ad mortem damnatus esset. Et altero, quo non præsens, sed absens juxtà judicium Sacræ Consultæ, ac sententiam contumacialem Perusini Præsidis bannitus, seù proscriptus habeatur. Hisce enim præcognitis, facile quidem erit dijudicare Crispoldum in eo, in quo modò reverà versatur, statu, ubi gravi hujusmodi pœnâ in longe mitiorem, temperatâ, jam in Arce S. Leonis perpetuo carceri mancipatus existit. Sub hujusmodi planè distinctione propositum articulum dicturus, faciliùs ad metam veritatis me properaturum fore spero; potissimùm ubi Doctorum vicissim pugnantium fundamenta in medium proferam. Quippè alio quidèm au-
xilio veritas deprehendi nequit commodiùs, 1
quàm distinguendo, atque objectiones adversus eam propositas diluendo, ut optimè facien-

dum esse, monent post *Textum in leg. miverum §. Mixtu* ubi *Glossa Marginalis ff. de min.*, & *bonor.*, & *c. gra e cans. 35. quæst. 4.*, *Natt. consil. 100. num. 2. lib 2.*, *Rub. ad decis. 450. part. 4. tom 1. rec. num. 1.*, *Bauden. colluct. legal. nu. 37. vers. quod lib. 1.*, & *Samminiat. contr. 101. n. 111. tom 2.*

Et sanè, si facultas factionis testamenti per Crispoltium modò petita, in discrimen adduci visa fuisset in ea plenitudine pœnæ capitalis, ita quidem, ut præsens, ac in fortiis Curiæ existens juxtà primam, quam mihi proposui, distinctionis partem ultimum supplicium jam
2 jam fuisset subiturus, nemo protectò est inter Doctores, qui eum intestabilem, juxtà *censuram antiqui Juris Digestorum*, pleno ore non fateretur. Tunc enim maximam passus diminutionem capitis, servus pœnæ effectus, & Bonorum omnium publicatione mulctatus, vel tamquam libertate, Civitate, & Familiâ carens, vel tamquam mortuus, vel denique tamquam perpetuò servitutis nexui addictus,
3 dubio procul fuisset intestabilis. Prout in eadem profectò causa sunt omnes ii, quibus aquâ, & igni interdictum esset, deportati in Insulam (relegatis exceptis), damnati ad Ferrum, aut
4 ad Bestias, aut in Metallum. Quorum planè suppliciorum genus Romanis fuit per quàm frequens, ut cujusque originem, ac mensuram explicans, egregiè notat *Alexand. ab Alexandr. Genial. dier lib 3. cap. 5. tom. 1.*, ibi = *In Metallum, vel ad Insulas in perpetuum, vel præfinitò relegare, aut aquâ, & igni interdicere, seù ad bestias damnar. frequens etiam Romanis pœna fuit. Illis enim aquâ, & igni interdicebatur, quibus commercium, societasque hominum, nè quis eos Urbe, mensâ, tecto, aut lare reciperet, vetabatur. Ad bestias damnabantur nequissimi Servi, aut hostes infestissimi, plerumque homines pernicios, & immanes, qui ob multiplicia crimina, desclesque indigni veniâ fuere: quibus in theatro ut cum immanissimis belvis depugnarent, negocium datum est: qui bestiarii dicti. Nonnumquam ob crimen damnatos auro effodiendo, aut Lapidicinis Veteres destinarunt, ut vincti opus facerent perpetuò, vel præfinitò. Illi verò, qui flagitiis, vel tàm efferis moribus cooperti fuere, quique eam capitalem noxam ausi, ut his Legum vulgaris pœna non fatis foret, vel ad bestias damnabantur, vel exquisitis tormentorum suppliciis, & ultimis cruciatibus puniebantur.*

Hos porrò omnes *juxta Jus antiquum Dige-*
5 *storum* esse intestabiles tàm quoad factionem testamenti activam, quàm passivam, statuunt complures *Textus* apertissimi, ac præsertim ita in puncto respondit *Cajus* Jurisconsultus *in leg. Ejus 8. §. Si cui cum seq. ff. de Testament.*, & *qui test. fac. poss. &c.*, ibi = *Si cui aquâ, & igni interdictum sit, ejus nec illud testamentum valet, quod antè fecit, nec id, quod postea fecerit, Bona quoque, quæ tunc habuit, cum damnaretur, publicabuntur, aut si non videantur lucrosa, Creditoribus concedentur.*

In insulam deportati in eadem Causa sunt. Sed relegati in Insulam, & quibus Terrà Italicâ, & 6
suâ Provinciâ interdicitur, testamenti faciendi Jus retineat. Hi verò, qui ad ferrum, aut ad bestias, aut in metallum damnantur, libertatem perdunt, Bona quoque eorum publicantur: Undè apparet, amittere eos testamenti factionem = Et *Ulpian. in leg. si quis 6. §. Irritum ff. de injust. rupt.*, & *irrit. fact. testam.*, ibi = *Irritum quoque fit testamentum, quoties ipsi Testatori aliquid contingit, sed & si quis fuerit capite damna-* 7
tus, vel ad bestias, vel ad gladium, vel ad aliam pœnam, quæ vitam adimit, testamentum ejus irritum fiet, & non tunc cum consumptus est, sed cum sententiam passus est, nam pœnæ servus efficitur = ubi *Gloss. in verb. passus est*, rationem reddens, inquit = *Nam trahit hæc sententia statim ad sè executionem, ut dicunt Decretistæ de sententia Excommunicationis* = & comprobat *Textus in leg. quod ad Statum 12. ff. de pœnis*, & *leg. qui ultimo ff. eodem tit.*, & *leg. si quis mihi 25. §. Si quis planè ff. de acquir.*, *vel omittend. heredit.* Itaque Jure *Digestorum* indubitatum esse testatur *Matthias Berlich. pract. conclus. lib. 3.*, *conclus. 8. numer. 1.*, *Harprect. in addit. ad Jul. Clar. in §. Testamentum quæst. 21. lit. A. num. 1.* Quodque id obtineat etiam, ubi quis ad 8
pias causas testari vellet, vel jam testatus fuisset, communiter probant *Clar. d. quæst. 21. n. 1.*, 9
ubi inquit, hanc esse communem opinionem, *Covaruv. ad rubr. de testament. part. 3. num. 27.*, *Petr. Gilchen. ad leg 21. nu. 7.*, *Cod. qui testam. facer. poss.*, *Michael Graff. tit. de success. §. Testamentum quæst. 17. num. 8.*, *Joan. Sichard. ad rubr. Codic.*, *qui testam. facer. poss. nu. 21.*, *Tiraquell. de privil. piæ caus. privil. 79.*, *Diana resol. moral. par. 7. tract. 6. de testam. privil. resol. 8.*

Id autem, quod de Jure *Digestorum* foret expeditissimum, de Jure novissimo *Codicis*, & *Novellarum* pacificum nequaquam est, & incontroversum omninò asseri non valet. Etsi
enim complures, & quidem magni nominis Do- 10
ctores jure etiam novissimo, Jus faciendi testamenti Damnatis ejuscemodi sublatum esse, viriliter contendant, inter quos præcipuè *Paul. de Castr in leg. Ejus qui §. Si cui num. 9. vers. secundò quæro ff. de Testament.*, *Covaruv. in rubr. de testament. nu. 27.*, *Ascan. Clementin. in tract. de patr. potest. cap. ultim. n. 30. & seqq.*, *Weizen. diss. 2. de servitut. cap. 7. num. 3.*, *Berlich. par. 3. conclus. 8. num. 3.*, *Joan. Herman. Stumm. de servit. personal. lib. 1. lit. 2. cap. 4. num. 2. & seqq.*, *Schneid. §. Servi autem numer. 5. Instit. de Jur. person.*, & *§. Cum autem nu. 2. Instit. quib. mod. patr. potest. solu.*, *Sichard. ad rubric. tit. Codic. qui testam. facer. poss. nu. 13.*, & *Gaspar. Mans. de Testament. valid.*, *vel invalid. tit. 2. de Testam. valid. vel invalid. ex parte Testatoris limit. 17. num. 225. fol. mihi 33.*, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 3. tit. 2. num. 4.*, qui alios refert concordantes, & *Farinac. quæst. 102. num. 118.*, vim ta-
men maximam patiuntur ex iis, quæ per Do- 11
ctores in acies divisos animadvertuntur in oppositum. Cessarunt enim hodiè (inquiunt isti) omnia motiva, cur antiquum *jus Digestorum*

Da-

Damnatos per Sententiam ad mortem, intestabiles esse sanciverit. Primò enim a testamenti factione arcebantur Damnati hujusinodi, quia Civitas, & libertas eis adimebatur. Prima hæc
12 ratio cessat hodiè, quia neque Civitas, neque libertas Damnatis adimuntur, *Novell.22.cap.8.*, sed utraque manet integra., *Auth. sed hodiè cod. de Donat. inter Vir. & Uxor.* Secundò ideò de
13 Jure *Digestorum* testamenti factionem Damnati amittebant, quia efficiebantur servi pœnæ, sed hodiè de Jure novissimo nemo benè natus, pœnæ servus efficitur, *Auth. de nupt. §. Quod autem priùs collat.4.* Et tertiò demùm anteà Da-
14 mnatis ad mortem Bonorum publicatio inferebatur tamquam maximus, ac potissimus effectus servitutis pœnæ: Hodiè autem hæc ratio deficit, quum omnis publicatio, & confiscatio Bonorum, præterquam in læsæ Majestatis crimine, sit sublata, *Authent. Bona Damnatorum, Cod. de Bon. damnat., Novell. ut nulli Judici 134. C. quia verò 13. §. Ut autem, & §. seq.* Adeoque sicuti causæ omnes prohibitivæ cessarunt, hinc certum, exploratumque est, Jus etiam prohibitivum omninò cessasse, ad *Text. in leg. 4. §. Toties ff. de damn. infect., & cap. cum cessante de appellation.* Atque ità individualissimè docet *Gloss. in d. leg. si quis filio 6. §.1. verb. servus ff. de injust. rupt. irrit. testam., Alberic. de Rosat. in d. leg. Ejus qui 8. §.1. num.1. ff. qui testam. facer. poss., & in Authent. Bona Damnatorum Cod. de Bon. proscript., Salycet. in d. Authent. sed hodiè num.2. Cod. de Donat. inter Vir. & Uxor., Joan. Igneus in leg.1. §. Qui filii.n.108. ff. ad Sen. Consul., Syllian., Benft. ad leg. Admonendi 31. numer.493. in princip. & vers. sed contrarium ff. de jurejur., Heigius in §. Ejus qui num.5. cum seqq. Institut. quib. non est permiss. fact. Testam., Clar. §. Testamentum quæst.21., Petr. Gregor. in Syntag. Jur. univers. capit. 8. nu.11., Valentin. Forster. lib.2. disput.12. thes. 14., Daniel. Moller. in Comment. ad Constit. Saxon. part.3., Constit.6. num.1. & 2. vers. contrà verò alii, Hachelm. disput. illustr.16. thes.4. lit.S., Habell. disput.19. thes.2. lit.B., Matthæus Stephan. centur. 2. quæst. 54. lit.A., Matthæus Coler. decis.34. num.3. & seq., & nu.6., Horpretl. ad Clar. loc. citat. nu.2.* Et contrariis fe-
15 rè omnibus nominatim rejectis, eorumque rationibus viriliter confutatis, *Prat. observ. pract. observ.41. per tot. & signanter num.15.*

At verò in tanto Doctorum, rationumque
16 discrimine, si invicem utriusque sententiæ conferantur fundamenta, jam in eo quidem dissensionis caput ac summa rei est, num Damnati ad mortem naturalem efficiantur servi pœnæ. Servitutem enim omnem à toto genere sublatam esse sustinet *Pratus* in vim *Authent. sed hodiè Cod. de Donat. inter Vir. & Uxor.*, & jactâ hac angulari petrâ, super eam cuncta suæ affirmativæ sententiæ fundamenta jecit, ut Consideranti non minùs, quàm legenti liquidum erit.
17 At in hoc minùs rectè cum sensisse, commune est Doctorum judicium. Ejus planè opinio obtinet unicè in iis, qui damnati sunt ad solam mortem civilem, quive post sententiam vivi remanent, ut res est in deportatis, damnatis ad Metallum, & similibus; Secus verò res se habet quoad eos, qui morte naturali plectuntur; ob eam planè urgentissimam rationem; quia nihil prodest illis libertatem conservari, quibus statim irrogandum est supplicium, & vita adimenda, ut optimè notat *Bachovius in not. ad Vuesembec. nu. 13. ff. qui Testam. facer. poss.*, adeoque hinc inferunt Doctores, quod servitus pœnæ quoad hos inducta ex *leg. qui ultimo 29. ff. de pœnis*, sublata, ac correcta non sit per *Authent. sed hodiè*, quum hæc dumtaxat sibi 18
locum vindicet in damnatis ad mortem civilem, ut appositè advertunt *Berlich. part. 3. conclus. 8. num.4. §. Secunda ratio, Joan. Herman. Stemm. de servit. personal. lib.1. lit.2. cap. 8. numer. 6., Schneid. §. Cum autem num.8. Instit. quib. mod. patr. potest. solvit., Mans. de Testam. valid. vel invalid. ex par. Testatoris part.2. limit.17.n.234.*, aliisque quampluribus adductis concordantibus, *Covoruv. in rubr. de Testam. num.27., Peregrin. de Jure Fisci lib.3. tit.2. numer.4., Farinac. d. quæst.102. num.118., Antunez. de Donat. reg. part.3. cap.15. num. 58. & 59., ac plurib. seqq.* Et omnium optimè fortasse *Carol. Anton. de Luca ad Franch. decis.102. numer.10.*, ubi sub *§. Ratio est* nominatim carpens *Pratum*, sic quæstionem absolvit = *Ratio est, nam d. Authent. sed hodiè, procedit in Condemnata ad mortem civilem tantùm, ut ex Bartholo, Peregrino, & aliis, Farinac. quæst.102. num.118. Atque Forjudicati cum sint civiliter mortui, consequenter non fiunt servi pœnæ ex vi d. Authen. sed hodiè, qui Textus non habet locum in condemnato ad mortem naturalem existente in fortiis Curiæ, nam hic servus pœnæ efficitur. Undè quamvis D. Pratus observ. 41. contrarium teneat in damnato ad mortem naturalem per sententiam latam contrà præsentem, ut non efficiatur servus pœnæ, bonâ veniâ porrò rectè intellexit indistinctam, & generalem dispositionem. d. Textus in d. Auth. sed hodiè tàm in damnato ad mortem civilem, quàm naturalem.* =

Si itaque hæc est verior, ac communior opinio, ut damnati ad mortem naturalem, hodiè quoque efficiantur servi pœnæ, jam apertum, 19
ac plusquam perspicuum est, ut Damnatorum ejusmodi testamenta, spectato cum antiquo Jure *Digestorum*, tum novissimo *Codicis*, & *Novellarum*, irrita sint, & inania, etiamsi an- 20
te condemnationem condita fiut, quia statim ac condemnatio emersit, irrita fiunt. Idque, quod magis est, sibi locum obtinet in eo etiam strictiori casu, ubi condemnationem publicatio Bo- 21
norum non fuerit comitata: Vel ubi damnatus ad mortem è manibus Curiæ aufugerit, vel antè Sententiæ executionem ereptus fuerit. Tunc enim testari non poterit neque in territorio Ci- 22
vitatis, à qua est bannitus, neque extrà, dummodò tamen tàm in condemnando, quàm in procedendo servata fuerit forma, & dispositio Juris communis: tunc enim ubique, & quoad omnia semper remanet intestabilis, & talis Sententia lata secundùm Jus commune, illum ali-

eit ubique locorum, secus autem, si fuerit condemnatus de Iure speciali, & secundum Statuta Loci, quia tunc quoad Bona, extrà illius Territorium existentia, non remanet intestabilis, ut omnium plenissimè tradit *Farinac. d. quæst.102. inspect.2. à num.111. ad 117.*

Verùm enim verò, quamvis hæc in puncto Juris sententia videatur verior, nihilo tamen minùs, sivè hæc, sivè altera alicui magis probaretur, hodiè quidem ex universali consuetudine, ubique gentium servata, omnis disputandi occasio sublata est. Hoc porrò constans
23 obtinuit consuetudo, ut damnati ad mortem faciant in carcere testamenta, sibique Heredes instituant, ut originaliter tradidit *Albericus de Rosate in d. leg. Ejus qui §. Si cui ubi vers. item de damnato ad mortem ff. de Testament.*, *& in Authen. Bona Damnatorum nu.2.*, *Cod. de Bon. Damnator.*, ubi testatur, communiter vidisse damnatos ad mortem testari, & eorum testamenta numquam infringi.

De hac consuetudine testatur etiam *Paulus de*
24 *Castro in d. §. Si cui num.9.*

Imola in cap. quia ingredientibus numer. 30. in fin. de Testament.

Natta cons.177. num.4., subdens, quod, licet credat, talia testamenta de jure parum, aut
25 nihil valere, non tamen putat, ab ista consuetudine recedendum.

Et hanc consuetudinem valere, dubitandum non est, inquit *Soccin. regul. 76. in 1. fallent.*,

Capr. conclus.102. num.111.

Clar. in §. Testamentum quæst.21. in princip. vers. benè verum est, ubi quod hodiè ubique servatur, quod decapitandi faciunt in carcere testamenta, instituuntque Heredes, quando eorum Bona non confiscantur.

Malder. de Justit. tract.1. cap.11. dubit.3.

Diana resol. moral. part.7. tract.6. de Testam. privil. resol.8. vers. sed licèt, atque id ipsum scripsit *part.5. tract.3. resolut.120.*

Clar. mem. Card. de Lugo de justit. tom.2. disput.24. Sect.4. num.72.

Hoc ipsum servari in Hispania, ibique esse etiam Leges hoc statuentes, latissime probat *Vasquez cap.9. §.1. dubit. 1. & seqq.*

Prat. d. observ.41. num.16., *& num.59. cum seqq.*, ubi quod hodie hæc consuetudo est universalis.

Marant. tom.5. respons.26. num.25. & n.48., ubi de consuetudine Regni Neapolis.

Carol. Anton. de Luca ad Franc. decis. 502. num.11. §. final. ibi = *Quid igitur erit dicendum in his perplexis Articulis, in quibus Doctores scissi sunt in contrarias opiniones. Existimo de consuetudine, quæ ferè ubique est in Civitate, & in Regno Neapolis ex tacita permissione Principis validè testari damnatos ad mortem ex exemplis, & novissima decisione Sacri Consilii allata.*

Ac ita ubique practicari, testatur *Manara in ejus noctibus malencolicis interrog.37. vers. Dico secondariamente.*

Matthæus Coler. decis.34.

Castill. decis. 37. num.21. part.1.

Scialoya de jurisdicat. cap.15. num. 8. in fine.

Raynald. observ. crimin. Tom.3. cap.33. §.1. & 2. num.40., ubi quod hodie condemnati ad mortem etiam in Confortaria faciunt testamentum.

Et hac ipsa consuetudine omnes regulas legales, ac limitationes limitari, ac destrui, testatur *Farinac. in d. quæst.102. inspect. n.131.*

Et in terminis specialissimis, quod hæc ipsa consuetudo servetur Perusiæ, testis est *Baldus* Doctor Perusinus *in leg. Qui in Carmen 2. lectur. in fine ff. quod met. caus.* & omnium plenissimè *Eugenius* alter Doctor Perusinus *lib.2. cons. 20. num.34. ad 48.*, ubi enunciantur quamplura exempla, & contrariis omnibus Doctoribus respondetur.

Si ergo Crispoldus *damnatus*, *& præsens* po- 26
tuisset testari, jam hinc facto gradu ad secundam propositæ distinctionis partem, in aperto est, quanto potiori jure ipse testari potuisset in prioris condemnationis statu *proscriptus*, *& absens*, Bannitis enim procul a fortiis Curiæ existentibus, quamvis in ære, ac persona impunè 27
offendi possint, integra planè ac illęsa manet facultas testandi secundum Jus commune. Quoties enim ipsi condemnantur in pœnam mortis pro delicto, cui de jure communi, vel pœna ordinaria hujusmodi imposita non est, vel si eam Jus commune exigebat, in Processu tamen, & Sententia, ipsiusmet Juris communis dispositio 28
servata non est; quia scilicet non præsentes, & factis suis defensionibus, sed in contumaciam proscripti fuerunt; tunc profectò non efficiuntur servi pœnæ, & ex ficta confessione delicti inducta per Leges municipales, volen- 29
tes, quod ii tamquam confessi, possint condemnari, & impunè offendi, non amittunt ea, quæ Juris communis sunt, & multò minùs ea, quæ sunt Juris gentium, seu naturalis; adeoque activam testamenti factionem omninò retinent integram; atque in hoc omnes concordant, ut dicit *Aretin. in dicta Lege Ejus qui §. 1. post num.3. vers. nunc est ff. de Testam.*, *Bartol. ibid. §. Si cui num.2.*, *Bald. in leg.1. num.18. Cod. de Hered. instit.*, *Capr. conclus.102. num.110.*, ubi quod ita communiter tenetur, *Cephal. cons.324. num.28. lib.3.*, *Surd. cons.90. num.32., 37. & 38.*,
ubi quod hæc conclusio non solum est commu- 30
nis, & concordant omnes, sed etiam servatur in practica, *Boer. in Pract. crimin. in Tit. Banniti quid amittant num.12., & 13.*, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 3. tit.2. num.9.*, *Farinacc. dict. conclus.102. num.4.*, ubi de veriori, & receptiori Sententia testatur *Michelor. de fratrib. part.3. cap.17. num.14.*, *& Clar. in §. Testamentum quæst.19. vers. aut verò*, idemque tenendum esse docet in sequenti *quæst.21. §. Aut verò.*

Atque, ceteris prætermissis Criminalistis,
quos longum nimis, ac penè molestum foret 31
nominatim recensere, ita tenuerunt quoque Civilistæ, inter quos præcipuè *Michelor. de fratrib. part.3. cap.17. num.14.*, *& Gratian. discept.*

fo-

forens. cap.309. num.17.; Ac ita etiam perpetuò
tenuit Tribunal Sacræ Rotæ,ut videre est *dec.68.
num.1.* , *& decis.369. num.10. part.1. diversf.*,
coram Manzanedo dec.148. num. 7., *coram clar.
mem. Card. Caprara dec.226. n.9. & 10.*, *Et in
Mantiss.Card. de Luca tom.4.lib.16.dec.13.nu.10.*
Eòque magis, ac fortius, quia licèt maxima
sit inter Doctores controversia, num Banniti
nostri temporis æquiparentur Deportatis potius,
32 quàm relegatis, itaut certa prorsus regula in hoc
articulo dari non possit, ut finaliter concludit
*Clarus in pract. crimin. §. final. quæst.71. vers.
dixi autem supra*. Nihilo tamen minùs si du-
riorem eorum conditionem quis facere exo-
ptans, Deportatis potiùs, quàm Relegatis eos
æquandos esse censuerit: Non ob id sivè acti-
vam, sivè passivam testamenti factionem no-
stris hisce temporibùs Crispoldus amisisset. Ea-
tenus enim id eveniebat in Romana Republica,
33 quoniam non habentes jus Civitatis, ut erant
homines Latini nominis, aliique permulti, non
erat proinde cur ii, qui è Civium Albo jam
deleti erant, jure civico Romanorum testa-
mentum condere, aut vicissim aliquid testa-
mento Romani Cives capere possent. Non sic
tamen res se habet hodie; Nam testamenti fa-
34 ctio non pendet à Jure unius, vel alterius Civi-
tatis, quum Romanus Florentinum, Florenti-
nus verò Romanum, vel alium quemcumque
sibi heredem scribere possit, sed pendet unicè
à dispositione Juris communis, quæ per depor-
tationem factam ab una Civitate nullatenus
amittitur. Atque hinc emergit altera originalis
ratio, cur Banniti nostri temporis, quamvis
possint impunè offendi, activam adhuc, & pas-
35 sivam testamenti factionem retineant, ut anti-
quioribus relatis, pro veritate respondit fel.rec.
*Clemens VIII. in ejus celebri Voto impresso post
Remboldum in ordine il primo à n. 327. ad 332.*
Quin ad activam testamenti factionem Ban-
36 nito capitali impedimento esse queat Bonorum
confiscatio; Quoniam illud unicè ratio isthæc
probare poterit quod de Bonis jam confiscatis,
atque ab ejus dominio jam semel avulsis ipse
amplius disponere non valeat: nullatenus verò,
quod ipse fuerit intestabilis effectus. Etenim ut
quis dicatur testabilis, vel intestabilis, non Bo-
37 norum carentia, seu privatio, sed status per-
sonæ spectandus est: nam dato, quod Banniti
Bona jam essent Fisco quæsita, & applicata, non
per hoc testari prohibetur, quia testamentum,
38 & hereditas considerantur etiam in eo, qui ni-
hil in Bonis reliquit, quum hereditas consistat
39 in intellectu Juris, etiam sinè corporibus heredi-
tariis, ad *Textus apertissimos in leg. Hereditas ff.
de regul. Jur*, *& leg. Item veniunt ff. de petit.
heredit.* Maximè quia testamentum Banniti, qui
nihil in Bonis reliquit, prorsus sinè utilitate
40 non est. Qui enim potest testari, poterit licet
ipse nihil habeat in Bonis, substituere filio suo
pupillariter, quod tamen facere non posset,
41 nisi testamenti factionem haberet, *leg.2. §.Filius
ff. de vulgar.* Poterit præterea dare tutorem filiis
suis, quod pariter fieri non potest, nisi in testa-
mento, aut codicillis, testamento confirmatis, 42
leg.3. ff. de testament. tutel. Poteritque tandem
testari de Bonis futuris, quæ in publicatione
Bonorum non comprehenduntur, ut adamussim
probat *Textus in leg. Si tibi mandavera §. Is* 43
cujus ff. mandatis, *& leg. Interdicit ff. de condit.
& demostration.*, *Clar. in §. Testamentum q.19.
vers. aliquando verò*, *& quæst.22. num.3. vers.
Relegatus circa med.*, *Govean. in addit. ad Clar.
d. quæst.19. lit.E. vers. Bona futura*, *Roman. sin-
gul 170.*, *Dec. cons.235. num.5.*, *Arias Pinell.
de Bon. matern.7. part. num.2., 3. & 26.*, &
omnium latissimè de his omnibus testatur *Pra-
tus d. observat. 41. num.51. ad num. 56.*
Bannitus enim, qui potest impunè offendi
non ex dispositione Iuris communis, sed Legum
municipalium, quemadmodum non amittit Ju-
ra Civilia, ita proinde capax est omnium suc- 44
cessionum, quæ jure communi deferuntur ex
testamento, vel ab intestato; Et quidem tàm 45
respectu Bonorum, quæ sunt extra territorium
Bannientis, quia virtus banni proculdubio non
egreditur Bannientis territorium, quàm respe-
ctu eorum, quæ sunt in loco, a quo bannitus 46
est, Et ab iis tantùm excluditur, ad quæ ex vi
Legum municipalium adspirare posset: Quo-
niam Statutum, licèt posset tollere Iura propria 47
suæ Civitatis, non tamen potest tollere ea, quæ
sunt communia; sicut olim amissa Civitate,
censebantur quidem sublata ea omnia, quæ
erant propria Civium Romanorum, sed non jus
gentium, ac naturale, quod omnibus homini-
bus est commune, prout egregiè distinguit *Bar-
tolus in sua disputatione prima incipiente Lucanæ
Civitatis num.20.* *& in leg. amissione 5. §. Qui
deficiunt num.2. ff. de cap. min.*, *Ruin. cons.23.
num.17. vers. quia enim vol.5.*, *Nell. de Bannit.
part.1. secundi temporis num.5. & 37.*, *Clar. in §.
Testamentum quæst.20. num.1.*, *Peregr. de Jur.
Fisc. lib.3. tit.7. num.9. & 35. vers. extrà istos*,
Farinacc. quæst.102. num.6., *& Bellon. de Jur.
accrescend. cap.7. quæst.52. a num.105. ad 112.*;
Maximè quia ex solo banno capitali, ac indi- 48
ctione confiscationis Bonorum inducta nequa-
quam dici potest in Bannito incapacitas succe-
dendi. Requiritur enim, ut Bona a Delinquen-
te realitèr avocentur, ac per effectivam appre-
hensionem, & incorporationem Fisci Ærario
quærantur, ad hoc ut is à commodo removea-
tur successionum, & incapacitas succedendi per
eum incursa dici queat, ut adductis concordan-
tibus, probat *Rota coram Molines decis.281. n.7.
tom.1.*, ibi = *Denique non relevat incapacitas Cæ-
saris succedendi Matri, ex qua de tempore obitus
istius erat capitaliter bannitus, proindè jus suc-
cedendi in materna hereditate non potuisse tran-
sire ad sororem: Nam ex solo d. Banno non rema-
net probata incapacitas Cæsaris succedendi, nisi
simul probetur realis, & effectiva confiscatio per
apprehensionem possessionis Bonorum, illorumque
incorporationem Fisco, prout requiritur ad avo-
canda Bona a Delinquente, eumdemque exclu-
dendum a successione* = *Et coram cl. me. Card. Ca-
prara d.226. num.11.*

Ne-

Neque verò communis hæc, & receptissima
49 Doctorum sententia limitari posse videtur in no-
stro themate virtute Constitutionum Apostoli-
carum disponentium, ut Banniti, ac maximè ii,
qui possunt realitèr, ac personalitèr impunè of-
fendi, ab omni actu legitimo sint exclusi, omni-
que favore, & auxilio privati, quinimmò extrà
protectionem Iuris communis positi censeantur,
50 potissimum ubi bannimentalis Sententia ejusce-
modi à Papa, vel Imperatore, eorumque De-
legatis prodierit; in quibus planè terminis cun-
cta etiam Iuris communis beneficia, & per con-
sequens activam quoquè, ac passivam testamenti
factionem eos amittere, tradunt in specie *Cartar.
de execut. Sentent. Cap.1. à num.414. cum seqq.
& præcipuè sub num.423., Scialoya de For. indicat.
cap.15. num.7., Thob. Non. cons.93. num.5. &
seq., & Farinacc. d. quæst.102. inspect.1. num.12.
30. & à num.36. ad 41., & à num.60 ad 64., &
Rota decis. 480. num.24. part.4. tom.2. rec.*

Quoniam cunctas hasce limitationes, ex Con-
stitutionibus Apostolicis derivatas, removet, at-
que ad regulam reditum aperit ipsamet *contuma-*
51 *cia* Crispoldi, in qua ejus Sententia condemna-
toria fundata fuerat. Quandoquidem ea per-
petuò invaluit in Curia, ac Rota intelligentia
circà præfatas Apostolicas Constitutiones, ut pro-
cedant in condemnatione propter delictum, non
autem propter contumaciam. Undè, quamvis
per eas contumax habeatur prò confesso,
& convicto, & Sententia lata in eum perin-
de sit, ac si fuisset lata in præsentem. Tamen
ista ficta confessio, ex contumacia resultans, non
52 operatur nisi respectu eorum, quæ sunt in con-
demnatione; nam, quum contumacia sit causa
confessionis, facit, ut ex uno supposito infera-
tur aliud diversum ab isto. Unde ista confessio
restringitur solum ad effectum contumaciæ, de
cujus natura est non perimere, nisi quatenus Lex
perimit, & Iudex disponit, prout post *Baldum
in leg.1. num.26., & 27. vers. quid si dicit Sta-
tutum Cod. de Hered. instit.*, ita in specie, ac
per formalia verba concludit *Gratian. discept.
forens. cap.309. num.18. & 19., Michelor. de fra-
trib. part.3. cap.17. num.14., Rota decis. 369.
num.9. vers. neque vigere part.1. divers., coram
Manzaned. decis.148. n.8. §. Quibus non obstant
Bullæ Pii II., nec Pii IV. Et coram cl. me. Card.
Caprara d. decis. 226. n.12.* Quodque ex hac so-
la facti circumstantia, omnes limitationes, quæ
excogitari possint adversus regulam, cessent o-
minò, ac evanescant, tradit in universum
*Hippolit. Riminald. cons.595. n.58. lib.5., &
Rot. divers. d. 369. num.9., & seqq. tom.1.*

Nec majoris momenti erit asserere, contra-
rium hodie servari in Foro Praxique Criminali,
53 quod scilicèt Sententia lata contra contumaces
Bannitos, dicatur definitiva, & censeatur lata
ob delictum, non verò ob contumaciam; quod-
que talis sit Urbis, & ferè totius Orbis generalis
consuetudo; quodque demùm durante contu-
macià, eosdem producat effectus Sententia con-
tumacialis, quos produceret illa ob delictum;
contrariis Decisionibus procedentibus, quando
contumacia purgata remansit, vel per compa-
ritionem, vel per restitutionem in gratiam Prin-
cipis, ut ad partes discusso articulo, probat *Fa-
rinacc. quæst.11. num.90. & seqq., Scac. de Judic.
lib.1. cap.197. n.120., Altograd. cons.98. ferè per
tot, Rota decis.486. num.9. part.14., & decis.512.
num.7. ad 10. part. 18. tom.2. rec.*

Quippè etsi quæstio isthæc pluries, pluriesque
examinata fuerit, Doctoresque in acies divisi, 54
alii in unam, alii in diversam abierint opinio-
nem, hodie tamen ea, in qua resìdet Curia,
& Rota, communiter probata est, ut Sententia
contumacialis lata censeatur in pœnam potiùs
contumaciæ, quàm ob delictum. Sententiam
enim hujuscemodi plena delicti probatio præce- 55
dere non solet, quum ad subjiciendum pœnæ
Contumacem satis quidem sit probatio semi-
plena, ex qua ad Torturam procedi possit, 56
ut in puncto firmat *Rota coram Seraphin.
decis.354. num.10. & 11.*; Contumacia autem
non probat delictum, etiamsi adsint Statuta, 57
vel Constitutiones, ut contumax habeatur pro
confesso, quia talis confessio est ficta, nihil ul-
tra valens inducere præter id, quod in Senten-
tia literaliter cautum est; adeoque confunden-
di non sunt termini Condemnati propter deli-
ctum, & propter contumaciam, ut præter au-
ctoritates relatas in superiori *§. Si ergo Crispol-
dus cum seqq.*, materiam altius reassumens, ar-
gumentatur *Rota d. decis.369. num.9., & 11.
part.1. divers. & coram Cavaler decis.255. n.3.*
Quodque notatu dignum, in illa eademque Cau-
sa, in qua priùs scripserat coram judicibus ordi-
nariis *Farinac. d. quæst.11. num.90. cum seqq.*,
Rota fuit in contrario sensu, ut ibidem videre
est *sub num.98. §. Dum hæc allegavi circà med.*
Quodque demum hæc sit opinio, in qua resi- 58
det Curia, & Rota, testatur in puncto *Card. de
Luc. de fideicomm. disc.10. num.7.*

Neminem verò ignorare posse putaverim,
quanti facienda sit auctoritas *Card. de Luca*,
quantaque fides ejus testimonio deferenda sit.
Eximius enim iste ferè nostri ævi Iurisconsultus, 59
ob diuturnam in Foro exercitationem, consue-
tudinum, & morum, quibus Romæ vivitur,
peritissimus, omnem præ ceteris meretur fidem,
ut eum hisce ferè verbis laudando dixit *Rota
decis.46. num.38. post Antonel. de Jurib., &
onerib. Clericor.* Et quod magis in rem est, hoc
ipsum, defuncto *Card. de Luca*, recentissime te-
nuit *Rota coram Coprara d. decis.226. n.9. ad 12.*,
ubi quæstione sedulò discussa, inquit, quod in
hanc Sententiam conveniunt *Altogradus*, & 60
Ciarlinus, ceterique contrariæ Sententiæ secta-
tores per hæc notabilia verba = *Banniti nostri
temporis ex simplici banno testamenti factionem
activam, nec passivam amittunt; cum ipsi perdant
tantùm Jura Civitatis provenientia ex lege mu-
nicipali, non autem jura sibi competentia de Jure
communi. Sive quia cum Sententia lata fuerit in
contumaciam, Cæsar jure succedendi ab intesta-
to Matri privatus non remansit. Cum tali casu
Sententia tribuatur potiùs contumaciæ, quàm de-
licto, de quo contumax imputatur. Et admittunt*

etiam

etiam Altograd. d. conf.98. num.68., & Ciarlin. contr.161. num.51., ceterique contrariæ Sententiæ sectatores ... Sivè tandem quia incapacitas non fuisset per Cæsarem incursa ex sola contumaciali Sententia, non subsecuta per Fiscum actuali apprehensione, seu incorporatione Bonorum ... Non refragantibus Constitutionibus Apostolicis mandantibus, Homicidas, & Bannitos, successionis effici incapaces, cum ista intelligi debeant de Condemnatis propter delictum, non autem propter contumaciam, & de Bannitis cum subsecuta incorporatione Bonorum =

Ex his itaque jam res ipsa instat, ut propositæ distinctionis memor, jam tandem ad statum posterioris, in quo reverà Crispoldus est, ordinatim progrediar. In hoc sanè si Crispoldum spectemus, nulla quidem erit dubitandi occasio, quin ipse activam testamenti factionem retineat.
61 Quamquam enim pæna carceris perpetui per
Leges Civiles interdicta sit; Nam carcer ad
continendos homines, non ad puniendos haberi debet, ut monuit *Ulpianus in leg. Aut damnum 8.§. Solent ff. de pænis*, quum aut convictos velox pæna subducere debeat, aut liberandos custodia diuturna non commacerare, *leg. ultim. Cod. de custod. reor.*, secus tamen est de
62 Jure Canonico, per quod explicitè permissa est,
ad *Text. in cap. Quamvis de pæn. 6., Marsil. singul.565., & Verd. lib.1. de Capit. diminut. lemm. 2. num.433.* Hinc autem arguunt nonnulli, quod
perpetuò carceratus, tamquam civiliter mor-
63 tuus, & maximà capitis diminutione affectus,
quia privatus est Civitate, & libertate, intestabilis, non secùs, ac Deportatus, reputatur, sicuti præsertim tenent, *Bartol. in leg.2. num. 3. ff. de his, quæ pro non scriptis, Zasius in leg. Imperium num.19. ff. de Jurisdiction. omn. Judic., ubi Jason num 24., Soccin. nu.20., Dec. n.34., Alciat. nu.13., Decian. num.42., Abb. in rubr. extr. de Testament., Fulgos. cons.14., Clar. §. Testamentum quæst.23., Capyc. latr. consult.6. n.194., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.3. tit.4. numer.5., & Farinac. d. quæst.102. inspect 3. nu. 141. ad 145.*
Hisce tamen minimè refragantibus, hodie de
64 Jure novo *Authenticorum* contrarium est verius. Neque momentum quæstionis stat in eo,
num pæna isthæc permissa sit Jure Canonico,
usuque continuo, vel Jure Civili interdicta reperiatur, itaut exinde dici possit, quem non
effici intestabilem, nisi quando imponitur pæna
à Lege permissa; sed bene in eo per Doctores
communiter constituitur, quod hodie exceptis
iis, qui damnati sunt ad mortem naturalem,
65 omnis pænæ servitus omnino sublata est per *Textum in Auth. sed hodiè Cod. de Donation. inter Vir. & Uxor.*, proindeque nihil reliquum est,
cur damnatus ad perpetuos carceres testari non
66 possit. Ipse enim in eo libertatis statu permanet, quo ante condemnationem hujusmodi fruebatur, quin ullam, ac nè minimam quidem status mutationem subeat, ut optimè animadvertit *Textus in leg. 8. in fin. ff. de pænis* ibi = *Denique cum quidam servus in Metallum damnatus, beneficiò Principis esset jam pænà liberatus, Imperator Antoninus rectissimè rescripsit, quia semel Domini desierat esse, pænæ servus factus, non esse eum in potestatem Domini postea reddendum., sed sive in perpetua vincula fuerit damnatus servus., sive in temporaria, ejus remanet cujus fuit antequam damnaretur* = Et in specie de facultate testandi loquens *Covaruv. in rubr. de Testam. num.27. post med. vers. quorum opinionem, Peregrin. d. lib.3. tit.4. num.9.*, ubi hanc sententiam tuetur respondens contrariis, per quos intestabilis asserebatur damnatus ad perpetuos carceres, etiamsi ex iis aufugisset, & *Farinac. d. quæst.102. inspect.3. num.146.* ibi = *Dic quod de Jure novo sive Laici, sive Clerici testari possunt etiam quod sint damnati ad perpetuos carceres, per Text. in Authent. sed hodiè Cod. de Donation. inter Vir., & Uxor., & in specie voluit Covaruv. &c. ubi testatur, ita frequentissimo omnium Doctorum consensu receptum esse* = Et *Antunez. de Donat. reg. part.3. cap.15. numer.60. cum seqq.*,
ubi id etiam procedere inquit in Deportato con-
demnato ad Triremes perpetuas, vel in perpe- 67
tuum exilium, ob eam ipsam rationem supra
memoratam, quod, quamvis de jure veteri damnatus ad mortem tàm naturalem, quàm civilem, servus pænæ efficeretur, & intestabilis,
tamen de Jure noviori nemo benè natus, qui
supervivit, pænæ servus efficitur, quum ille
tantùm hodiè servus pænæ efficiatur, qui ad 68
mortem naturalem fuit condemnatus, *Merenda contr. Jur. lib.15. cap.19. num.4. & 5., imo per tot., Argel. de acquir. possess. quæst.3. artic.1. num.127.*

Hæc de activa factione testamenti: si verò
rem ultrà urgentes exquiramus, de quibus Bo-
nis Crispoldus testari poterit: ingens mihi est 69
dubitatio, quin ipse de Bonis confiscatis disponere non valeat. Si enim ex indulgentia Clementissimi Principis minorem perpetui carceris pænam per quamdam ferè transactionis speciem, cum Fisco initæ, non modò reportasset, sed è perpetuis etiam hisce vinculis immunis prorsus Patriæ, ac libertati fuisset restitutus, adhuc restitutio isthæc restituisset Crispoldum Patriæ tantum, & libertati, non etiam Bonis, nisi id specialiter fuisset comprehensum; Facilè quidem impetratur remissio pænæ, Bona autem non facilè impetrantur, nisi ex magno, & singulari beneficio Principis. Idque adeò verum est, ut generalis etiam indulgentia, quà per Principes quandoque restituuntur omnes Exules, solvat tantum pænam, non etiam tot homines Bonis restituat, nisi plenissima sit indulgentia, quæ Bona quoque restituat; est Textus apertus in *leg. cum Patrem 2. Cod. de Sentent. pass., & restitut.* ibi = *Cum Patrem tuum in metallum, damnatum fuisse proponas, ejusque Bona meritò à Fisco occupata sint, non ideò quòd ex indulgentia mea, pænà tantummodò metalli liberatus esset, etiam Bonorum restitutionem impetravit nisi speciale beneficium super hoc fuerit impetratum* = Et in *leg. in Metallum 4. Cod. de bon. proscriptor.*, ibi = *Quare si quid rerum habuit is, quem posteà nostrà indulgentià liberatum esse proponis,*

ad

ad Jus Fisci potiùs quàm ad ipsius dominium per-
tinet = Et elegantissime *Cujac. ad tit. 51. lib. 9.*,
Cod. oper. posth. tom. 5., *Decian. tract. crim. lib. 3.*
cap. 35. num. 47., ibi = *Si quis per indulgentiam*
liberatus est à pæna Metalli, non censetur libera-
tus à pæna confiscationis, nisi id specialiter sit ex-
pressum, *& n. 54.*, *Raynuld. cap. 33. §. 13. ad 17.*
num. 62., ubi pro ratione ait = *Quando unus est*
condemnatus in pænam mortis, & confiscationis
70 *Bonorum per copulam = & =, duo dicuntur esse*
Banna, unum in persona, alterum in Bonis, quia
pæna adjuncta per copulam, facit duas esse Senten-
tias. Quæ planè auctoritates intelligendæ sunt,
ubi petitio fuerit generalis, Rescriptumque Prin-
cipis æquè pariter generale nullam Bonorum
mentionem exprefse faciens, prout evenit in no-
stra hypothesi; nam si secùs fuisset, tunc in cla-
ra Principis voluntate omnis dubitandi occasio
fuisset omninò supervacua, ad *Textum in l. ille*,
aut ille ff. de legat. 30.

At Crispoldus nec Patriæ, nec libertati resti-
tutus, cum Fisco propemodum transigens, perpe-
71 tuo carceri se ultrò mancipandum obtulit, ita-
ut à nostri Principis clementia nil aliud, quàm
commutationem, non verò integram remissio-
nem pænæ reportaverit. Quæ profectò pænæ
commutatio quamvis suàpte naturà totam omni-
nò præcedentem pænam extinxisse dici queat,
nam in locum illius omnimodè subrogatur; ma-
ximè in casu nostro, ubi id Fratres de Crispol-
dis in eorum supplici libello disertè postulasse
videntur, ibi = *Gli porgono rispettosissime suppli-*
che, affinchè voglia &c. degnarsi di commutare il
detto Bando, come sopra, pubblicato, nell'ordine, che
venga questo loro infelice Fratello posto ad vitam
in una Fortezza dello Stato Ecclesiastico =, adhuc
certum est, quod commutatio isthæc non dicitur
propriè gratia, cum ob illam Crispoldus non
72 dicatur restitutus in gratiam Principis, ut pun-
ctim *Rota d. decis. 512. num. 13. part. 18. tom. 2.*
rec. Quamobrem, si per indulgentiam totius
pænæ corporalis non comprehenduntur Bona,
nisi fuerint expressa, quum sint duo separata,
prorsusque distincta; quemadmodum per prio-
rem condemnationis Sententiam de Bonis con-
fiscatis Crispoldus disponere non poterat, ita
nec etiam de iis disponere potest post inflictam
pænam commutatam vigore Pontificii Rescripti
in quo de Bonis simplex nè quidem verbum di-
ctum fuit, quod irrogatam anteà Bonorum con-
fiscationem deleverit, ut individualissimè de
quodam Rebelle, cui pæna capitalis commutata
fuerat in pænam carceris perpetui, probat *Capyc.*
latr. consult. 6. numer. 231. cum duab. seqq., ibi =
Tertiò respondetur, quod per commutationem
pænæ factam à Principe, non quæsivit D. Cæsar
habilitatem ad succedendum; Ubi enim Princeps
73 *indulget pænam, non per hoc remittit infamiam*
sive inhabilitatem, per indulgentiam enim pænæ
corporalis Bona non comprehenduntur nisi expressa
essent, nam sunt duo separata = Et hùc opportu-
nè redeunt ea, quæ planius notavi in *§. antece-*
denti, ubi clarissimè demonstratum est, gene-
rale Principis Rescriptum ad generalem Partis
supplicationem emanatum importare quidem
posse remissionem pænæ corporalis, non autem 74
pænæ realis, nisi de hac facta fuerit specialis,
& individua mentio, vel remissio fuerit adeo
plenaria, ut Delinquentem Bonis etiam resti-
tuere voluisse demonstret, ad tradita per *Rot.*
coram Merline dec. 125. per totam.

Et quamvis *Bartol. in leg. final. num. 11. Cod.*
de Sentent. pass. contrarium tenere videatur;
aliique verò, ac præsertim *Mastrill. de Magi-*
strat. in Comment. ad Indult. cap. 20. nu. 3. & 4.
distinguendum censeat, quod aut delictorum 75
remissio fit alicui specialiter, & Princeps uti-
tur verbo *Indulgemus*, & eo casu censeatur so-
lùm remissa pæna corporalis. Aut verò Prin-
ceps utitur verbo *Gratia*, seu *Restitutione*, &
tunc non solum censeatur remisisse pænam cor-
poralem, verum etiam restituisse ad Bona.
Aliique tandem aliter distinguendum existi-
ment, & potissimum *Peregrin. de Jur. Fisc.*
lib. 5. tit. 2. num. 17., quod nimirùm aut verba
Gratiæ non sunt de sui natura apta comprehen- 76
dere restitutionem, & tunc non trahitur ad Bo-
na confiscata. Aut vero Gratia facta est per ver-
ba de sui natura communia, adaptabilia scilicet
tàm ad indulgentiam, quàm ad restitutionem,
& eo casu etiam ad Bona trahenda sit.

Nihilo tamen minus difficultas isthæc, in
cujus explanatione incertum uniuscujusque erit,
tamquam de re conjecturali, judicium, ab hoc
Supremo Tribunali solùm securè poterit decla-
rari. Quemadmodum enim ejus fuit votum,
ut Gratia commutationis per Summum Pontifi-
cem Crispoldo indulgeretur, ejus quoque fa-
cile erit mox aperire, num sub hac commuta-
tionis Gratia Bonorum etiam restitutionem con-
sulendam esse, putaverit, quum explorati Juris
sit, meliorem, tutioremque exhiberi non pos-
se declarationem, & explicationem ancipitum 77
Principum concessionum eà, quæ ex ore ipso-
rum provenit, & derivat, ad tradita per *An-*
charan. cons. 293. n. 2. & seqq., *Angel. cons. 273.*
num. 1., *Dec. cons. 114. num. 5.*, *Gurb. cons. 65.*
num. 14., *Mans. consult. 608. num. 7.*, aliisque
quampluribus congestis, *Rot. coram Falconer. de-*
cis. 11. num. 2. sub tit. de servitut.

Illud unum tamen mihi præterire datum non
est, quod, excepto verbo = *Gratia Commuta-*
tionis = adhibito tum in Voto, tum in Rescripto
Principis, quod Fisco suo non debet esse da- 78
mnosum, nihil prorsùs perhibetur, quod ad
Bonorum etiam restitutionem trahi valeat.
Quinimò, quod magis est, nec etiam id ipsum
in precibus, undè Rescripti interpretatio erui
solet, *Cyriac. contr. 457. num. 13. lib. 3.*, *Bonden.* 79
Miscell. Jur. docum. 5. num. 5., *Rot. coram Ca-*
valer. dec. 255. num. 8. & 10., ullo modo legitur
exprefse postulatum. Quod planè Rescriptum
quamvis ad exitum statim deductum fuerit,
adhuc Fiscus Jura sua negligens, non modò Bo-
norum confiscatorum possessionem non appre-
hendit, sed de ea nec etiam usque adhuc ullum
verbum locutus est. Quod fortassè ad elicien-
dam Rescripti memorati observantiam interpre-
tati-

tativam facilè per Crispoldum desumi poterit, quamvis nec annus à die ejusdem editi Rescripti hactenus effluxerit.

Proposita fuit Causa hęc coram Sacra Consulta, & Rescriptum ab ea predjit = Juxta votum =.

ARGUMENTUM.

Agitur hìc de hereditate Expositi, sinè legitimis heredibus ab intestato defuncti, an nempè eadem ad Archihospitale S.Spiritus in Saxia, in quo educatus ille fuerat, vel potiùs ad Fiscum pertineat? Et pro Fisco respondetur, contrariâ sententiâ reprobatâ: Amplius verò efficacissimæ rationes adducuntur, quibus adversus Indultum S.M.Benedicti XIII., eidem Archihospitali concessum de succedendo in ejusmodi hereditatibus, excluso Fisco, oris aperitio obtineri valeat.

DISSERTATIO VI.

1 *Divisio ordinem sermoni, claritatemque rei tractandæ adfert.*

2 *Ad Archihospitale S. Spiritus in Saxia Urbis spectant hereditates omnes Expositorum, ab intestoto decedentium,* & n.5.
Non autem ad Fiscum d. n.5., & 8.

3 *Pontificium Breve vim habet, & efficaciam Legis, religiosè servandæ.*

4 *Principi imperium Deus dedit; nobis verò obsequii tantùm gloria relicta est.*

6 *Susceptores, vel Nutritores Expositorum, qui mercedem de nutritiune recipiunt, a successione Expositorum repelluntur per Fiscum.*

7 *Hospitale S. Spiritus in Saxia Urbis alimenta Expositis præstat, nullà penitus receptà mercede.*

9 *Hospitali S. Spiritus in Saxia Urbis prælatio adversus Fiscum concessa fuit non ex generali, sed ex speciali privilegio.*

10 *Indultum non debet inane remanere.*

11 *Interpretandæ adversus Indultum aperitioni oris viam sternit Rescriptum contrarium Juris regalis,* & n.54.

12 *A veriori sententia Pontificem deflectere voluisse præsumendum non est.*

13 *Sedes Apostolica in suis ordinationibus semper aliorum detrimentum reservare intendit.*

15 *Eòque magis id voluisse Summos Pontifices, supponendum est.*

16 *Pontifices quandoque secularibus Principibus exprobrarunt injustas Leges, ab ipsis latas.*

17 *Fisco ea quæ damnosa sunt ne postulari possint, Legibus cautum est.*

18 *Ad Fiscum, non autem ad Hospitale hereditates Expositorum, ab intestato decedentium, pertinere, verior, ac communior opinio est.*

19 *Alito, atque educato non succedit Alens, nec Educator,* n.42. 45. & seq.

20 *Subsidiaria Fisci successio in Bonis* vacantibus *fulcita est pluribus Legibus*, caducariis *appellatis.*

21 Bona vacantia, *inter regalia numerantur.*

22 *Bona illorum, qui ab intestato decedunt nullis relictis Consanguineis, nec aliis, qui Defuncto succedere, vel Jus ad illa habere possint, pro vacantibus, & caducis sunt habenda.*

23 *Hospitalia non veniunt Proximorum nomine pro excludendo Fisco ab hereditate Projectorum, nec Legem aliquam pro se allegare valent.* ibid., & n.34.

24 *Alicujus Doctoris non benè fundata opinio Leges evertere apta non est.* & n.30.

25 *Argumentum a partium enumeratione optimum.*

26 *Hospitalia neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex capite* unde liberi, unde legitimi, unde cognati *jus successionis super hereditatibus Projectorum sibi possunt asserere; ratio* ibid.

27 *Et Doctores, qui contrarium sustinent, cæcâ fide secuti sunt* Baldum, *cujus opinio reprobata est,* & n.29. 44., & seq.

28 *Plus copiæ, quàm originali deferri non debet.*

29 Baldi *opinio, quod Xenodochia succedere possint in Bonis Expositorum, ab intestato decedentium etiam excluso Fisco, nulla Lege probatur,* & n.44., & seq.

30 *Xenodochiis non potest ideo esse caussa succedendi in Expositorum Bonis quòd illos alant, nutriant, bonisque artes edoceant.*

31 *Xenodochiis ad effectum succedendi in Expositorum Bonis suffragari nequit, quod nulla recepta mercede illos nutriant, bonisque artibus erudiant; ratio* n. seq.

32 *Nutritor est etiam ille, qui collegit Expositum,* & n.42.

33 *Suscipientes Expositos nullum jus in eorum personis vendicant,* & n.38.

35 *Fiscus a successionibus excluditur in casibus dumtaxat a Jure decisis, seu expressis in Legibus.*

36 *In materia successionis non est facienda extensio de similibus ad similia.*

37 *Hereditates deferuntur ex Legibus, non ex Doctorum placito.*

39 *Expositum licèt quis filii loco habuerit, alimenta tamen repetere potest.*
Nisi Educator furis animo sustulerit, vel nisi pietatis respectu tantùm, alimenta præstiterit sine spe restitutionis, ibid.

40 *Ex receptione Expositorum in Hospitali non inducitur, nec fit inter eos Collegium.*

41 *Hospitale in hereditatibus Expositorum ab intestato decedentium, tamquam Collegium, succedere, verum non est.*

43 *Populi loquela non facit jus.*

44 *Expositi, qui Regnis positi fuerunt, non jure successionis, sed electione, vel sortitione fuerunt electi,* & n.45.

45 *Educatio jus succedendi minimè tribuit,* & num.46.

46 *Expositus quoties extra Hospitale decesserit, non Hospitali, sed Fiscu ejus hereditatem deferendam esse, indubitatum est.*

47 *Vita ab alimentis dependet.*

48 *Tutor, quod in Bonis Pupilli ab intestato defuncti in exclusionem Fisci succedere debeat, nullo Jure probatur.*

49 *Vitricus loco veri Patris habetur.*

50 *Vitricus hereditatem Pupilli intestato, civili, vel honoraria jure assequi nequit.*

51 *Nec potest Fisco praeferri.*

52 *Summum Pontificem alteram voluisse sequi sententiam, & alteram abjicere, si una tantum ex eis ipsi fuit exposita, dicendum non est.*

53 *Praelectio supponit saltem existentiam duarum eligibilium.*

55 *Pontifici si innotuisset, adesse Doctores, contrariam tenentes sententiam, nedum difficilius, sed omnino contrarium Indultum non signasset.*

56 *Princeps non censetur velle, nisi ea, quae Juris sunt.*

57 *Verba* = luxta nonnullorum Doctorum opinionem = *suapte natura praesupponere videntur, adesse Doctores contrarium tenentes.*

58 *Dictio* = nonnullorum = *idem sonat, ac* = aliquorum =

Estque distributiva, & diversitatem supponit, ibid.

59 *Principi ea, quae substantiam concessionis respiciunt, sunt latissime aperienda.*

Alius deliberatae voluntatis impulsu motus non praesumitur, ibid.

60 *Nihil in Jure nostro pacificum existit.*

61 *Pontifici fuisse expositum, sententiam Hospitali favorabilem nonnullos pro se Doctores habere, sat non est, nisi additum etiam fuerit, illam non esse veram: & sententiam favorabilem Fisco magis fundatam esse.*

Alias non praesumitur voluisse Fisco praejudicium irrogare, n.62.

62 *Fisco praejudicium irrogare voluisse non praesumitur Pontifex nullatenus auditis, nec citatis Ministris Cameralibus.*

63 *Pontifices saepe solent rem, per Leges non decisam, confirmare Pontificia Authoritate, quoties alterius injuriam eorum Rescripta non involvant.*

Maxime in rebus Camerae, ibid.

64 *Princeps, Camerae suae absque expresso, & deliberato consensu praejudicare non praesumitur.*

65 *Ea, quae Juris sunt, nec subreptionem, nec obreptionem inducere possunt.*

66 *Princeps scrinium Juris habet in pectore.*

67 *A Praedecessoris mente an fuerit alienum injusta ejus mandata confirmare, Successor judicare debet.*

68 *Principum propriae virtutes duae sunt, pietas, & justitia, ast major omnium justitia.*

69 *In Rescriptis Supremi Principis Fisco praejudicialibus speciale est, ut secunda ipsius Principis jussio sit expectanda.*

OBITUS Sacerdotis Marci Fabrini, qui nullum ex qualibet sanguinis linea inferiori, superiori, vel transversali, nullumque prorsus aliquo Juris titulo legitimum heredem intestatus reliquit, causam dedit Reverendae Camerae acquirendi possessionem Bonorum repertorum in ejus hereditate, tanquam vacantium, sub eo noto fundamento, quod vacantia mortuorum Bona ad Fiscum omnino transferenda sunt. E' contrà verò Venerabile Archihospitale S.Spiritus in Saxia, asserens, praefatum Fabrinum fuisse unum ex Infantibus expositis, ab ipso nutritum, & educatum; sub clypeo cujusdam Brevis Sa.me. Benedicti XIII., in quo hereditates omnium Expositorum hujusmodi, decedentium ab intestato, & sine ullo legitimo herede sibi reservatas fuisse proponit, Immissionem ad praedictam Fabrini hereditatem à D. Auditore Illustrissimi Domini mei Thesaurarii expostulavit. Quia verò adhuc sub eodem Judice indecisa lis est, cum ego intereà rogatus fuerim, ut meam desuper pro veritate sententiam dicerem, sedulò proindè, accuratèque libratis omnibus rationum momentis, quae in utramque partem deduci possent, etsi primâ fronte non levis ponderis mihi visa fuerint ea, quae pro Archihospitali proponuntur, nihilo tamen minus re maturius perpensâ, Jura Fisci potiora existimari posse censerem, idque ni fallor, cuique fortasse constabit, si primò mentis aciem ad motiva Archihospitalis intenderit, & secundò ad rationes Camerae, ac tertiò demum ad responsiones, quae prioribus congruè aptari possunt, ex ordine derivaverit: Veritas enim 1
ita magis exagitata perquàm apertè splendescet, ut bene ad rem monet post celebre dictum *Avendi in l. munerum §. mixta ff. de muner., & honor., Bald. in l. precibus Cod. de Impub., & aliis substit.*, quod pro more sequi consuevit *Roland. à Vall. cons.96. num.1. vol.3., & passim alibi*.

Primo enim oculorum conjectu Causam jam penè decisam favore Archihospitalis arbitrari posse putabam ex censura praenotati Brevis sa. me. *Benedicti XIII.*, quoniam cum in eo diserte 2
tè sancitum fuerit = *ut ad idem Archihospitale* (sunt verba precisa) *Jus legitimae successionis in omni hereditate in illo Expositorum, & Projectorum, qui nullis legitimis heredibus ob intestato in defectum Agnatorum, & Cognatorum decederent ad exclusionem cujuscumque Extranei, ac etiam Fisci pertineat* = incongruum idcirco quisque mecum primò existimasset de potiorita- 3
te Jurium Archihospitalis, habentis pro se Oraculum Principis, ullatenus dubitare, quippè neminem latet, illud habere vim, & efficaciam Legis per nos religiosè servandae, cum Summum Imperium ei dederit Deus, nobis verò obsequii 4
gloria tantùm relicta sit, sicuti egregiè post *Aristot. Polit. lib. 4. cap. 1.*, inquit *Rolandus à Vall. consil.71. num.18. volum.3.*, & ceteris consultò omissis, *Rot. decis.357. num. 10. part. 11. recent.*

Praesertim, quando per Oraculum Principis res ad suam naturam, & prima Juris principia 5
redu-

reducitur; In hac sanè quæstione, num scilicet in hereditate Expositorum Jus successionis competat vel Hospitali, vel Fisco, pro Hospitali respondit *Baldus in leg. si qua Illustris numer.5. Cod. ad Sen. Consult. Orfic.*, eumque sequuti sunt quamplurimi Doctores, nimirum.

Martin. Laudens. in tract. de legitim. nu.153.

Oliver. Testor. de Succession. ab intest. nu.126.

Tiraquell. in tract. le mort. saisit. le Vif. par.2. declarat.15. num.7.

Capreol. de Success. ab intest. lib.5. numer.17. & seqq.

Farinac. in fragment. part.1. lit. F. num.134.

Ricc. in Collect. decis. part.2. Collect.324.

Per. de Lara de Anniversar., & Cappellan. lib.1. cap.21. num.76.

Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verb. Et Uxorem nomine Adelasiam numer. 256. vers. Pariter Fiscus.

Annot. ad Gilian. ad Statut. Perus. verb. Hospitale num.5.

Peregrin. de Jur. Fisc. lib.4. tit.3. de bon. vacan. num.16.

Ganaver. decis. Neapol.36. num.9.

Lucidor. de illegitim. Cleric. cap.14. num.11.

Mastrill. de Magistrat. lib.3. cap.10. nu.382.

Amaya in leg. 4. de bon. vacant. lib. 10. sub num.33. vers. Et eodem modo suppleri debet.

Lupus de illegitim. Comment.1. §. 1. num. 25.

Alphonsus de Leone de Offic. Cappellan. quæstion.4. prax.6. num.134.

Valasc. allegat.37.

Bosi. de Matrim. part.2. cap.9. §.12. nu. 642.

Ramon. cons.5. nu.50. vers. Item in Expositis.

Barbos. in cap. Unic. nu.9. de Infant., & languid. exposit.

Samminiat. contr.37. per totam, referens ita judicatum à Rota Lucensi.

P. Rosignol. in tract. de Matrim.9. disquisit.1. §. 4. num.9.

Anaclet. Reinfestuel. in Jus Canon. lib.5. tit. 11. num.18. tom.4.

Eòque fortiùs, ac urgentiùs quia præter *Baldum*, ac tot tantosque Doctores, ejus Asseclas, stantes pro Hospitali, validiorem dubitandi occasionem mihi ingerebant rationes, quibus in-
6 nixi sunt. Inquiunt enim ipsi, quod, quidquid sit de Susceptoribus, & Nutritoribus, qui mercedem de nutritione recipientes, à successione Expositorum repelluntur per Fiscum *in leg. Nutritoribus Cod. commun. de Successhon.*, planè pro eo, quod pertinet ad Hospitale, disparata, ac
7 longè gravior pro eo militat ratio, Fiscum excludens; Hospitale porrò, nullâ penitùs receptâ mercede, sed solo pietatis intuitu, nedum alimenta præstat Exposito, sed omnia erga eum paterna gerit officia; atque idcircò æquum esse videbatur, ut sicuti officia paterna erga sic expositum exercuit, ità ejus Jura quodammodo in linea Patris acquireret, potissimum in exclusionem Fisci, à quo Expositus aliquid beneficii non habuit, ut benè distinguendo firmant *Sixtin. de regal. lib.2. cap.9. de bon. vacan. nu.19.*, *Rosignol. de Matrim. d. disquisit. 1. §.4. num.9.*, *Samminiat. d. contr.73. nu.6. & 7.*, *Lucidor. de illegitim. Cleric. d. cap.14. num. 11. vers. nam mihi magis congruum.*

Omnemque demum difficultatis ansam cessare posse, opinabar animadvertendo, quod,
etsi non desint Doctores contrariam tenentes 8
sententiam, adhuc isti fuerunt à sa. me. *Benedicto XIII.* præ sua ingenita pietate, quâ in pia Loca vehementissimè ferebatur, posthabiti, cui cum id fuisset expositum, ibi = *Prædictum verò Archihospitale juxtà nonnullorum Doctorum opinionem legitimus Successor in Bonis illorum Projectorum, qui longo temporis spatio in eodem Archihospitale educati, & nutriti fuerint, judicatur* = placuit istam, quàm mox re-
fero, amplecti sententiam, & quidem non per 9
viam Legis generalis, sed per viam specialis privilegii, quo præfatum Hospitale munitum esse, maluit; in quibus proindè terminis necesse non videbatur introrsus inquirere, utra ex hisce opinionibus sit verior, atque solidior, quippè, si Pontifex verè credidisset, pro Archihospitale stare veriorem sententiam, ipsumque esse legitimum Successorem, opus non habuisset Indultum hujusmodi concedere, sed supplicationi rescripsisset, prout rescribi solet in iis, quæ à Jure disposita sunt, ut Supplicantes eorum Jure utereotur; Cumque proindè expresse mandaverit, ut Archihospitale in successione Projectorum deberet Fisco præferri, pernecesse censendum erat, ipsum præcogitasse, quod Fiscus potuisset illud ex Juribus suis excludere; adeoque, cum eidem placuerit dictis Juribus derogare, nulla dubitandi ratio superesse posse videbatur, quin successio, de qua
agitur, in concursu ejusdem Fisci, eidem Ar- 10
chihospitali adjudicanda foret, ne aliàs ipsum Indultum inane remaneat, contrà dispositionem *Textus in l. si quando 112. ff. de legat. 1.*, *Ruin. cons.133. num. 3. vol.1.*, *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.3. tit.6. num.1. cum seqq.*, *Gratian. discept. forens. cap.639. num.31.*, *Rot. decis.266. num.4. part.2.*, *decis.415. num.27. & 28. part.9.*, *& decis.129. num.9.*, *& decis.142. num.12. part.14. recent.*

Hisce tamen minimè obstantibus, contrarium veriùs, & re ipsà Reverendæ Cameræ felix, faustumque eventurum fore putarem, quoties ei priùs facta fuerit potestas vindicandi Jura sua absque obstaculo dicti Indulti Benedictini, quod tolli, ac adimi poterit per consuetam aperitionem oris à Signatura Gratiæ impetrandam; nam, cum Indultum hujusmodi roboratum fuerit *Clausulâ sublatâ, & Decreto irritanti*, quousque in sua firmitate permanebit, fas non erit Judici aures præbere Juribus Came-
ræ quantumvis potioribus. Oris autem aperi- 11
tionem impetrari posse, censerem, demonstrando, quod Indultum præfatum continet Rescriptum contrarium regulis Juris, & consequenter veriorem sententiam stare pro Fisco, à qua
deflectere voluisse Pontificem, adeò rectæ, piæ- 12
que mentis præsumibile non est, imò penitùs abhorruisse supponere debemus. Sedes namque

Apostolica illam sibi semper in suis ordinationi-
13 bus reservare cautelam intendit, ut de illis ita
proveniant commoda, quod aliis non immineat
detrimentum, quemadmodum edixit Joan-
nes XXII. in *Extravag. unic. inter comman. de*
offic. delegat., & tradit *Rot. in Bononien. Proxe-*
netici 14. Januarii 1715. §. Porrò quatenùs co-
ram B. M. Cerro.

Dicerem itaque, quod, si omnes, & qui-
cumque humani Principes Rescripta contra Jus,
14 ab eis elicita, ab omnibus Judicibus refutari
præcipiunt, nisi fortasse sit aliquid, quod non
lædat alium, & prosit petenti, vel crimen sup-
plicantibus indulgeat, ut in puncto rescripse-
runt *Imperatores Theodosius, & Valentinus ad*
Senatum in leg. Rescripta contra Jus 7. Cod. de
precibus Imperatori offerendis, & de quibus re-
bus supplicare liceat, vel ubi, in qua Imperiali
Sanctione sancitum fuit, ut ea, quæ contra Le-
ges fiunt, non solùm inutilia, sed pro infectis
habenda sint, multò magis supponendum est, id
15 cordi fuisse Summis Pontificibus, qui ceteris
omnibus positi sunt in exemplum justitiæ; non
enim desunt exempla, ùt quandoque Pontifices
Principibus secularibus exprobraverint Leges hu-
jusmodi, quas tanquam justitiæ, ac rationi
16 consonas omninò servandas esse clamarunt,
ut præcipue videre est in *caus. 25. quæst. 2. Ca-*
non. Dicenti, ubi *Pelagius Papa* Joanni Comi-
ti ita rescripsit = *Dicenti sacras jussiones, se habe-*
re præ manibus, respondimus, scire illum opor-
tere, quod ipse clementissimus Princeps genera-
libus Legibus constituerit, illa sacra uniuscujus-
que supplicantis desiderio concessa prævalere, &
effectui mancipari, quæ cum Juris, & Legum
ratione concordant: ea verò, quæ subreptione,
vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum
supplicantibus ferre remedium.

Nec in coercendis hujuscemodi Rescriptis,
vel mandatis Principum contra Jus ab eis elici-
tis, sola generali Lege tum Principes, tum
Pontifices contenti fuere; quemadmodum enim
nullus adeo sit animosus, & promptus ad pe-
tendum, nisi quando aliquid contra Fiscum
17 anhelat; propterea peculiari Lege cavere satius
duxerunt, ut nedum contra Jus, sed præcisè
nec Fisco damnosa cuiquam postulari fas esset,
ut patet ex *leg. Nec damnosa 3. Cod. de precib.*
Imperat. offeren. &c., quæ adeo juri consenta-
nea, & Fisco Pontificio necessaria visa fuit, ut
inter Canones Pontificios ad verbum relata
fuerit, sicuti liquet *ex caus. 25. quæst. 2. C. Nec*
damnosa 14.

Quod autem Indultum, de quo res est, sit
Fisco Pontificio damnosum, adeoque nullius
momenti existimandum, ex eo liquere posse,
existimarem, quod per illud ablata ei fuerunt
Jura Successionis, quæ in Bonis Projectorum
sinè ullo legitimo Herede ab intestato dece-
dentium ipsi prius validiori jure forsitan innega-
bilitèr competebant. Quidquid enim sustinere
18 conentur Doctores, supra recensiti, adhuc omne
eorum studium cessit in irritum, quippe verior,
ac communis sententia ea est, quæ favet Fisco
in successione Bonorum hujusmodi ad exclu-
sionem Archihospitalis; ob eam solidissimam,
ac perstringentem rationem, quod alito, ac
educato non succedit alens, nec Educator; *Te-* 19
xtus est expressus *in dicta leg. Nutritoribus Cod.*
commun. de Successi.n. ibi = *Nutritoribus hoc no-*
mine nec civili, nec honorario Jure defertur he-
reditas.

Inter *Repetentes* egregiè in puncto *Paul. de*
Castro in eadem leg. Nutritoribus nu. 3. ibi = *Se-*
cundò exemplificatur in illis, qui Pueros exposi-
tos suscipiunt, & nutriunt. Et sic nota, quod
ista Hospitalia, quæ tales recipiunt, non propter-
ea eis succedunt, si majores effecti decedant cum
Bonis, sed potiùs deveniunt in Fiscum.

Florianus in leg. Hæc autem in fin. vers. non
tamen ff. de his qui dejec. vel effud.

Petr. de Ancharan. in cap. 1. de Infantib., &
languid.

Anania ibidem in §. notabil.

Et, ceteris omissis antiquioribus, quorum
longa, & molesta foret nomenclatura.

Bosi. in moral. part. 2. tit. 1. §. 43. num. 1584.

Anton. de Rossell. in tract. de succes. ab intest.
in Cap. ad unum etiam num. 196. vers. unum non
præterito fol. 245. vol. 8. tract. antiq., ubi citat
Hostiens., & Zabarell.

Jo: Baptista Lupus de illegit. com. 1. §. 125.,
ubi præhabita in utramque partem disputatione,
tandem favore Fisci concludit.

Plaz. in Epitom. delict. cap. 42. num. 6.

Thesaur. decis. 118. in fin.

Vincent. de Franch. decis. 198. numer. 6., ubi
materia ad partes discussâ, inquit, opinionem
Baldi remanere sinè Lege, & absque rationi-
bus, ejusque asseclas cæca fide eum fuisse se-
quutos.

Ricc. ad eundem Franch. d. decis. 198. in fine.

Cortiad. decis. 258. numer. 34. & 35. tom. 4.,
ubi nominatim reprobat quatuordecim ex Do-
ctoribus pro Archihospitali supra allegatos.

Barry. de Success. lib. 18. tit. 5. de Successio n.
intest. num. 8. & 9., ubi reprobato *Capriolo lib. 5.*
num. 17. de Succes. ab intest., inquit hanc esse
veriorem sententiam, quia nulla Lex, vel Con-
stitutio facit pro Xenodochio.

Anton. Gomez in leg. 8. Thesaur. n. 24. & 25.

Gaspar. Beat. in tract. de decim. Tutor. cap. 33.
num. 14. & seqq.

Boer. in Consuetud. Biturigens. tit. des costu-
mes concernens les Testamens. §. 5. col. 1.

Borell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 14. n. 32.
ad 35., ubi refert *Anton. sola in Decret. Sa-*
baud.

Antunez de Donat. reg. part. 3. cap. 20. nu. 21.

Et latissimè *Paschal. de virib. patr. potest.*
part. 2. cap. 1. à num. 71. ad 74.

Neque sententia isthæc Fisco nostro favorabi-
lis à vanis, dubiisque argumentis, ut altera, 20
elicitur. Subsidiaria enim ejus successio *in Bo-*
nis vacantibus fulcita est pluribus Legibus *cadu-*
cariis appellatis, illam reservantibus soli Supre-
mo Principi, sive Populo, penes quem Summi
Imperii potestas esset. Id enim expresse cave-
batur

batur veteri Lege Juliâ Papiâ, cujus meminit
Ulpian. in fragmentis Institutionum tit.28. vers.
intestati, & Julianus in leg. quidam 96. §. Quo-
ties id cavebatur. Clarius insuper dispositum
fuit in leg.1. Cod. de Bon. vacant. lib.10., = ibi
Scire debet gravitas tua, Intestatorum res, qui
sinè legitimo Herede decesserint, Fisci nostri ra-
tionibus vindicandas; nec Civitates audiendas,
quæ sibi earum vindicandarum jus veluti ex per-
missis vindicare nituntur, & deinceps quæcumque
Testatorum Bona à Civitatibus obtenta privilegio-
rum suorum occupata esse compereris, ad officium
nostrum eadem revocare non dubites =, & leg. Va-
cantia 4. Cod. eodem. Apertiùs quoque sancitum
fuit in leg. ultim. Cod. de petit. Bonor. sublat. eo-
dem lib 10., ibi = Nemo audeat ad petitionem re-
rum defuncti, defunctæque cujuscumque fortunæ,
aut sectæ sit, si Fisco nostro locus pateat, adspi-
rare = Et infrà ibi = Nec pragmaticâ jussione, vel
sacrâ adnotatione, vel quolibet Oraculo Divino,
seù mandatis, si qua contra hanc sanctionem no-
stram fuerint impetrata, quidpiam roboris habere
valituris =. Ac tandem Fridericus Imperator
in usib. Feudor. lib.2. tit.56. inter cetera regalia
21 Bona vacantia disertissimè numeravit; atque ex
his juribus ita communiter tradunt Doctores,
& Feudistæ, quos inter præcipuè Peregrin. de
Jur. Fisc. lib.4 tit.3. num.1., & num.19., Si-
xtin. de regal. lib.2. cap.9. num.31. & seqq., Ca-
still. contr. Jur. lib.7. cap.41. num.150., Fari-
nac. in fragm. criminal. tit. quando Fiscus succe-
dat in Bonis vacantibus num.111. & seqq., Ro-
yas in Epitom. Success. cap.34. num.6., Faiard.
alleg. fiscal. part.1. allegat.32. num.46.
Probat consimiliter, quod Bona illorum, qui
22 ab intestato decedunt nullis relictis nec Ascen-
dentibus, nec Descendentibus, nec transversali-
bus consanguineis intrà decimum gradum in-
clusivè, nec demùm aliis, qui secundùm Leges
Defuncto succedere, vel Jus ad ea Bona habere
possint, pro vacantibus, & caducis habenda
sint, est Textus expressus in d. leg. Vacantia 4.
Cod. de bon. vacan. lib.10., & leg.2. Cod. de pe-
tit. bonor. sublat. eodem lib.10., & Glos. in d.
leg. Vacantia verb. linea, & ibidem Barthol. vers.
quid si habeat Consanguineos, Angel. in vers.
quæro si habet Consanguineos, Joan. de Platea
sub num.1., Azo in Summ. num.1., Peregr. de
Jur. Fisc. lib.4. tit.3. numer.3., Ramon. cons.5.
num.5., Renat. Choppin. de Deman. Franc. lib.1.
tit.12. num.7. & 8., Farinac. in fragment. loc.
citat. num.129. Sola ad Constit. Sabaud. part.2.,
Glos. 7. num.4., Alfar. de Offic. Fiscal. Glos.
20. §.9. num.122., Sixtin. de regal. lib.2. cap.9.
num.2., Amaya in d. leg. Vacantia numer.1. &
seqq. Cod. de bon. vacant., Antunez. de Donat.
reg. part.3. cap.14. n.2., Castill. d. lib.7. cap.41.
num.154., de Philipp. dissert. fiscal.22. num.4.,
qui ferè omnes transcribunt, & laudant illud
Theodorici Gothorum Regis apud Cassiodor. lib.
6. variar. Epistol.8., ibi = Proximos defunctorum
nobis legaliter anteponis, quia in hoc casu Principis
Persona post omnes est, sed hinc optamus non acqui-
rere, dummodò sint, qui relicta debeant possidere.

Ex istorum Proximorum classe profectò non
sunt Hospitalia; Ipsa enim ad repellendum Fi- 23
scum à successione Bonorum illius, qui nullo
relicto legitimo Herede, intestatus decessit, ne-
cesse haberent in medium proferre Legem ali-
quam, quâ mediante eis vincendi Fisci potestas
facta esset. Satis enim non est ad effectum hujus-
modi alicujus Doctoris opinionem non benè 24
fundatam laudare, quia non est in posse priva-
torum hominum evertere, vel condere Leges
sed eas unicè interpretari: Nulla profectò Lex,
& quod potiùs in rem est, nulla quidem Juris
ratio stat pro Hospitalibus, idque evidentissimè
manifestum fiet arguendo à sufficienti partium 25
enumeratione, quod est optimum argumen-
tum in Jure, ad Text. in leg. Patre furioso ff. de
his, qui sunt sui, vel alieni Juris.
Aut enim Hospitalia volunt succedere ex Te-
stamento, & hoc est impossibile, quia nullum
à Projecto, de quo loquimur, conditum fuit.
Aut volunt succedere ab intestato, & similiter 26
non possunt; non quidem ex capite Unde liberi
quia ipsa non sunt de Descendentibus; Nec
tanquam ex Ascendentibus, quia de illis non
sunt. Aut volunt venire ex capite Unde legitimi
tanquam Agnata, & non possunt, quia Hospi-
talia non habent Jura agnationis. Aut volunt
succedere ex capite Unde Cognati, & multò mi-
nùs, quia Jus cognationis oritur à Matre, quo
nullatenùs conjunguntur Projecti cum Hospita-
libus; adeoque enumeratis singulis succedendi
capitibus, sicuti ex nullo eorum Hospitalia
Jus successionis sibi asserere possunt, hinc omne
eorum fundamentum re ipsâ sublatum apparet,
ut de quadam Muliere adspirante ad successio-
nem cujusdam hereditatis vacantis in exclusio-
nem Fisci, magistraliter respondit Cravetta
cons.138. per tot., ubi puro veritatis impulsu
favore Fisci quæstionem absolvit, & quidem,
ut ipse fatetur, iniquo animo, nam nimio fe-
rebatur amore respondendi in gratiam Mulie-
ris, si potuisset, itaut solemniter in fine ita
protestatus fuerit = Ex quibus concludo, quod ve-
niendo ad rationes, & fundamenta Juris, &
etiam considerando decisiones expressas tàm Te-
xtuum, quàm Doctorum, fateri necesse est Æli-
siam memoratam nullo modo succedere posse in
Bonis, & hereditate Martini prædicti: & si
qui diversam sententiam probent, eos ipsos roga-
tos velim ad præmissa fundamenta responsionem ut
afferant. Ego quidem molestè fero in gratiam
ipsius nobilis Ælisiæ rescribere non potuisse utpo-
tè Matris magnifici, & nobilissimi Theodori Bu-
lei Compatris mei Regii, & Delphinalis Patroni
generalis. Sed enim amicus Plato, amicus Ci-
cero, magis autem amica veritas. =
At specialius, ac strictiùs ad contraria respon-
dendo; Si sermo haberi velit de numero Do-
ctorum, quos pro parte Hospitalium supra re- 27
tuli, omnes reducuntur ad unum, quia unus-
quisque eorum obiter, & materiâ, nec etiam
degustatâ, more ovium, quarum quò saltat una,
saltat altera, cecâ fide sequutus est Baldum in
d. leg. si qua Illustris numer. 5. Cod. ad Senat.
Consult.



Consult. Orsic., prout singillariter in fonte reco-
gnovi. Ceterum sicuti in manifesto errore ver-
satus fuit *Baldus* eorum antesignanus, ita &
eodem errore ipsi quoque laborarunt; in qui-
bus proindè circumstantiis quemadmodum nul-
la fides præstanda est *Baldo*, cujus dictum nulla
Lege probatur, in necessariam indè consequen-
tiam descendit, quod nulla prorsùs fides præ-
standa est Asseclis ipsius tanquam testibus de
28 auditu, nè plus deferatur, ut Nostrates ajunt,
Copiæ, quàm Originali, ut in specie scripsit
Dec. cons.499. numer.12., *Molin. de Primogen. cap.7. numer.32. in fin. lib.2.*, *Carp. de execut. ult. volunt. cap.6. n.18. lib.2.*, *Thesaur. dec.130. nu.15.*, *& Rot. decis.370. n.15. & 16. part.15. recent.*

Errorem verò, in quem lapsus est *Baldus*, nul-
lo velamine abscondi posse putarem. Quando-
29 quidem certum æquè, ac indubitatum est, quod
nulla Lex vel Constitutio stat pro Xenodochio
ideoque nemo unquam sibi suadere poterit, quo-
modo potuerit *Baldus* eam evulgare conclusio-
nem, quod Xenodochia succedere possunt in
Bonis Expositorum decedentium nullo relicto
legitimo herede, etiam excluso Fisco. Non
enim ex eo, quod Xenodochia præstant Expo-
30 sitis alimenta, eosque bonas artes edocent, Ius
Nutricationis, Hospitii, vel Disciplinæ potest
eis esse causa succedendi, ut in puncto post *Pa-
pon. lib.21. tit.1. art.6.* respondet *Barry. de Suc-
cession. intestat. lib.18. tit.5. num.8. in fin.*, idque
exprèsè confirmatur per *Textum in d. leg. Nu-
tritoribus Cod. commun. de Success.*. Neque
censura hujusce apertissimi *Textus* declinari po-
31 test, ex quo aliquid amplius concurrat in Xeno-
dochio, quàm in Nutritore, cum Nutritori per-
solvatur nutricationis pretium, ipseque solli-
citus non sit erudire infantem nutritum bonis ar-
tibus; quod è converso nullâ receptâ mercede,
at sola pietatis ratione peragunt Xenodochia
quæ sedulò omnia paterna officia supplere sata-
gunt; quippè, quod deficit in *Textu d. leg. Nu-
tritoribus*, perspicuè suppletur per *Glossam ibi-
32 dem*, ubi exponit, Nutritorem esse etiam illum,
qui colligit Expositum, & opinio *Glossæ* confir-
matur per *Textum in leg. final. Cod. de Infant.
exposit.*, & mirabiliter comprobatur per *Textum
in cap.1. de Infant. & languid. in fin.*, dum dicit,
suscipientes hujusmodi Expositos in eorum Per-
33 sonis aliquod jus non vendicare, ibique *Glossa*
apertiùs ait, quod liberi erunt, & sibi acqui-
runt.

Verùm enim verò, etsi jura adeo clara Xe-
nodochiis non resisterent, firma adhuc semper
34 erit illa indeclinabilis propositio, quod non re-
peritur descriptus hic modus succedendi inter
alios inductos de Iure civili, & prætorio, & pro-
inde non est sinè Lege inducendus. Fiscus verò
35 tantùm excluditur in casibus a Iure decisis, seu
expressis in Legibus, non autem in aliis casibus,
qui ex authoritate Doctorum collecti fuerunt,
36 quia in materia successionis non est facienda ex-
tensio de similibus ad similia, ex quo heredita-
37 tes deferuntur ex Legibus, non autem ex placi-
to Doctorum, sicuti post *Textum in §. 1. Instit. de hered., quæ ab intest. deferuntur* docent com-
muniter *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.4. tit.3. n.13. vers. tu adverte*, *Mont. de regal. tit. Bona vacantia num.7.*, *Faiard. allegat. fiscal.32. n.131., & 132.*, *Alfar. de offic. Fiscal. Glost.20. §. 9. num.139.*, *Pascul. de virib., patr. potest. part.2. cap.1. num.73.*, *& Cortiad decis.258. num.26., & 39. in fine*.

Et in terminis, ut ajunt, terminantibus,
quod nec Collectores, nec Educatores Ius ullum 38
dominii, aut Parentis habeant in Infantes expo-
sitos, eruditè non minus, quàm legaliter pro-
bat doctissimus *Gonzalez. in Jus Canonic. in
cap.1. de Infantib., & languid. exposit. num. 8.*,
ibi = *Sed nec Collectores, & Educatores jus ul-
lum dominii, aut Parentis in eos, velut in filios,
aut servos habere possunt. Non dominii, quia
etsi pro servo expositum habuerint, assertio tamen
non denegatur ei, qui ex hujusmodi causa in li-
bertatem vindicatur, nec ipsa libertas redimitur
pretio alimentorum. Non Patris, quia talis edu-
catio pro adeptione non cedit; & si susceptor filii
loco Expositum habuerit, alimenta tamen repetere* 39
*potest. Quod procedit, nisi Educator furis animo
sustulerit, vel nisi pietatis respectu tantùm ali-
menta præstiterit sine spe restitutionis, quo casu
omnem cessare restitutionem constat ex leg. Duo-
bus 27. leg. Nesennius 34. ff. de negot. gest., &
leg. Cum is, qui 32. §.penult. ff. de condit.indebit.*
in individuo firmat *Vincent. de Franchis d. de-
cis.198.*

Atque reprobatis omnibus contrariis funda-
mentis, elicitis vel ex jure hospitalitatis, vel ex
jure collegialis societatis, vel demum ex simili-
tudine, & paritate Tutoris, doctissimè, ac indi-
viduitaliter *Vincent. de Franch. d. decis.198. a
num.1. ad 9.* ibi = *Dubitatur an Hospitale succe-
dat Expositis ab intestato morientibus absque filiis?
Baldus &c. dicit, quod Hospitale succedit. Mo-
vetur Baldus ex Glossa, quæ dicit, Pupillo ab in-
testato morienti etiam majore effecto, desicienti-
bus agnatis, & cognatis, succedere Tutorem, ex-
cluso Fisco. Sed dicebatur, Baldi opinionem non
posse hoc simili juvari, quia simile prædictum non
est verum, ex quo contra Glossam tenet ibi Bar-
tholus per leg.1. Cod. Unde Vir, & Uxor, & opi-
nionem Bartholi esse communem dicit ibi Cagno-
lus, & Maincr., qui ceteros allegant. Non enim
reperitur descriptus hic modus succedendi inter
alios inductos de jure civili, & prætorio, unde,
non est sinè Lege inducendus, Gulielm. de Bene-
dict.&c. tenet cum Baldo, non ex simili prædicto,
quod ipse dicit non esse verum, nec ratione hospi-
talitatis, sed jure collegialis societatis, quasi velit
dicere, quod ex receptione Expositorum in Hospi-
tali inducatur, & fiat inter eos Collegium, & Col-* 40
*legium succedere postea ipsi Exposito defuncto, ex-
emplo aliorum Collegiorum, quæ succedunt Col-
legiato defuncto absque agnatis, & cognatis, sed
responsum fuit similiter hanc rationem Gulielmi* 41
*de Benedictis non subsistere, nam non est verum,
quod isti Expositi habeant Collegium, nec hoc no-
men Collegii in eos cadere potest, imò in dies vi-*

demus,

demus, ipsos effectus majores ex Hospitalibus exire quò volunt accedere, & artes eis meliùs placitas addiscere, nec unquam inter se congregantur, prout est de natura Collegiorum, quæ Collegia in hoc Regno nunquam vidimus admissa ad successionem, cum Bona vacantia ad Regium Fiscum pertineant. Unde ex his apparet opinionem Baldi remanere sinè Lege, & absque rationibus, & solùm eam sequi Gulielm. de Benedict., & novissimè Peregrinum. Imò videtur, quod contraria opinio sit
42 *verior. Dicit enim Textus in leg. Nutritoribus Cod. Commun. de success., Nutritoribus nec civili, nec prætorio Jure hæreditatem Nutritorum deferri; ubi Glossa exponit, Nutritorem etiam eum, qui collegit Expositum &c. ad idem Text. in cap. 1. de Infantib. & langaid. Exposit. in fin., dum dicit quod liberi erunt, & sibi acquirunt, & Petr. de Anchar. sumit notabile ex illo Textu, quod est quintum, quod Hospitalia non acquirunt Jus succedendi istis Expositis. Nec obstat, quod Nutriti vocant Nutritores Patres, & sic Expositi vocantur filii illius Hospitalis ubi exponuntur, &*
43 *nutriuntur, quia Populi loquela non facit jus, ut dicit Bald. in d. leg. Nutritoribus in finali verbo.*

Quinimmò quod *Baldus* ipse originarius Auctor contrariæ opinionis fuerit inconstans, sibique ipsi contrarius, accuratissimè animadvertit *Antunez. de Donat. reg. d. part. 3. cap. 20. n. 21.*, ibi = *Item dicunt Doctores, Hospitale succedere Expositis, excluso Fisco, ut per Baldum &c. Pro*
44 *qua opinione facit, Cirum expositam in Persarum Regno successisse, ut scribit Herados lib. 1., Lamissio puer in Lacuna a Matre positus ab Agilmundo Longobardorum Rege educatus, & mortuo, Educatoris Regnum sortitus est, ut tradit Paul. Diacon. de reb. gest. Longobardor. cap. 3., Alexand. ab Alexand. dier. genial. lib. 2. cap. 31. Sed hæc opinio placere non potest; quia ista successio nulla Lege fuit introducta. Imò contrarium probat Textus in d. leg. Nutritoribus*, ubi *idem Baldus ait, quod educatio jus succedendi minimè*
45 *tribuat; Borell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 14. num. 32. Neque obstat prædictos Expositos Regnis fuisse potitos, quoniam non jure successorio, sed electione, vel sortitione ad Regna fuerunt electi. Unde Fiscus Expositorum, qui ab intestato decesserunt, Bona occupare potest.*

Ac tandem, quod *Baldi* opinio sit expers Legis, & rationis, ostendit, & probat mirabiliter *Pascal. de virib. patr. potest part. 2. cap. 1. num. 73., & seqq.*, & comprobat *Cortiad. d. decis. 258. n. 34. & 35.* ibi = *Verius tamen est, quod Hospitalia pueris etiam majoribus effectis ab intestato morientibus non succedant, sed eorum Bona deveniant ad Fiscum, quia nullo Jure cautum reperitur, quod Hospitalia istis pueris expositis*
46 *succedant. Imò addit Paschal. &c. quod Nutritoribus, & Alumnis, quibus hujusmodi Hospitalia æquiparantur, Jus querelandi non competit.*|

Si igitur hæc vera, & indubitata sunt etiam in supposito, quod Projecti, sive Expositi in Hospitali decesserint, longè potiori jure sibi locum vindicare debebunt in proposito casu, in quo Marcus Fabrini, de cujus hereditate agitur, pluribus ab hinc annis exiverat ab Hospitali, ad Sacerdotium se promoveri fecerat, ac tandem extra Hospitale decessit. In præfata enim quæstione ipsimet Doctores ex adverso allegati licet eam medullitus non penetraverint, adhuc habuerunt pro indubitato, quod, quotiescumque Expositus extra Hospitale decesserit, tunc non Hospitali, sed Fisco ejus hereditas conferenda sit, ut post habitam hinc indè disputationem, tandem pro indubitato concludit *Lupus de illegitim. Comment. 1. num. 25. in fin.* ibi = *Cogitabis interim, an dici possit Hospitale præferendum Fisco in eo casu ubi Expositus ibidem decessisset, secus autem si extra Hospitale commorans in sua domo ibidem mortuus sit intestatus absque heredibus, & uxore, quod tunc locus sit Fisco.* Minime obsistente responsione huic rationabili distinctioni tradita per *Lucidor. de illegitim. cap. 14. num. 11.*, quod nimirum Hospitale indistinctim Fiscum excludat, cum sibi magis congruum videatur, quod Hospitale suo Alumno, quem educavit, & paternum officium erga eum exhibuit,
debeat Patris loco succedere ex quodam naturali 47
gratitudinis motivo, nam cum vita ab alimentis dependeat, debet Expositus totum suum esse ab Hospitale recognoscere, ideoque in concursu cum eo penitus excludi debet Fiscus, a quo nullum unquam Expositus beneficium recepit. Hæc enim *Lucidori* responsio est undequaque erronea, quia, licèt sit magnus effectus nutritionis, & educationis, quæ communiter per Doctores considerari solet in ea alteri affini quæstione, num Tutor in Bonis vacantibus Pupilli de-
functi ab intestato absque ullo legitimo hærede 48
præferatur Fisco, adhuc iste nutritionis effectus tanti non debet æstimari, ut Fiscum excludat. Et hæc est sententia *Bartoli* communiter recepta *in leg. qua tutela ff. de regul. Jur., & in d. lege Nutritoribus Cod. Commun. de Successión.*, quem sequitur *Angel., Roman., & Jas. in leg. 1. Cod. Unde Vir, & Uxor*: Et ipse *Baldus* sibi contrarius *in leg. 1. col. 4. vers. Item quæritur cum tutor Cod. unde legitimi, & in leg. Cum eo ff. de pact., Tiraquell. in tract. le mort. part. 2. declarat. 15. n. 5., Anton. Gomez. in leg. 8. Thaur. 21., Spino de Testam. Gloss. 1. n. 38., Farinac. in fragment. verb. Fiscus num. 122. & seqq., Amaya in leg. 1. n. 30. Cod. de Bon. vacan., Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 9. num. 13. Borell. de præstant. reg. cathol. cap. 14. num. 39., & seqq., ubi sub. num. 40. & 41. reprobat concordiam Cavalcani in Tract. de Tutor. n. 36.* qui dimidium Fisco, & dimidium Tutori tribuendum opinatur, *Antunez. de Donat. reg. p. 3. cap. 20. num. 27., Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 4. tit. 3. num. 18., Fermosin. allegat. fiscal. 62. n. 47., Barry. de Success. lib. 18. tit. 5. num. 12.* & pluribus aliis congestis, *Cortiad. d. decis. 258. num. 33.*, ubi quod nullo jure probatur successio Tutoris in Bonis Pupilli, & non debet affectus tanti æstimari, ut Tutor Fisco anteponatur.

Et re quidem non ob solam *Bartoli* auctoritatem, & communem Doctorum sententiam, affectus nutritionis, & educationis tanti habendus non est, ut in ordine successorio Tutor Fiscum

49 scum anteire possit, sed per Leges expressas affe-
ctus hujusmodi parvipenditur. Certissimum
enim est in Jure, quod Vitricus quamvis Privi-
gni sui amantissimus, ac loco veri Patris habea-
tur, ad *Text. apertum in leg. Si paterno affectu
Cod. de negoc. gest.*, adhuc illius hereditatem in-
testato, civili, vel honorario jure nullo pacto
50 assequi potest, juxta sancita per *Text. in lege
Vitrico 3. Cod. commun. de Success.*; ideo que
induat arbitrio suo Hospitale, vel vestem Nutri-
toris, vel Tutoris, vel vestem Vitrici, qui, ut
Leges ajunt, est loco Patris, semper, atque sem-
per in unoquoque casu Fisco præferri non potest,
51 ut benè explicat *Paul. de Castr. in d. leg. Vitrico
num. 1.*, ibi= *Intellige istam Legem, etiamsi Privi-
gnus decesserit non relictis Consanguineis, & non
relicta uxore, Vitricus non potest ei succedere,
sed hereditas devolvatur in Fiscum. Videbatur
contrarium, quia Vitricus loco Parentis habetur,
ut leg. si paterno Cod. de negot. gest., sed Pater
succedit filio.*

Sublatis ergo contrariis auctoritatibus, ac fun-
ditus eversis rationibus, quibus ipsę innituntur,
faciliori studio prosterni posse censerem aliud
contrarium motivum repositum in eo, quod ho-
die sublata dici queat opinionum hujusmodi dis-
sonantia, ac omnis quæstio jam decisa, quippe,
cum inter duas istas sententias placuerit San. me.
Pontifici Benedicto amplecti alteram faventem
Archihospitali, nihil proinde referat, quænam
ex eis sit verior, & magis fundata, nam, si jura
Hospitalis fuissent indubitata, Pontifex de more,
uti prænotavi, rescripsisset, ut illud uteretur ju-
52 re suo. Argumentum enim hujusmodi per par-
tes examinatum, vel in minimo non subsistere,
vel nullam in jure relevantiam sortiri posse pu-
tarem. Expositum quidem fuit Pontifici, quod
Archihospitale *juxtà nonnullorum Doctorum
opinionem* legitimus successor in Bonis illorum
Projectorum, qui longo temporis spatio in eo-
dem Archihospitale educati, & nutriti fuerint,
judicatur; at reticitum, & forsan non sinè frau-
de fuit, quod aderant quamplurimi alii Docto-
res, numero, ac pondere certè gravissimi, qui
contrariam viriliter propugnant sententiam; quo
circà quomodò sustineri potest, quod Pontifex
Benedictus alteram maluerit sequi, & alteram
abjicere sententiam, si una tantum ex eis ipsi
fuit exposita, & de altera nec verbum factum
fuisse legitur? Prælectio sanè præsupponit sal-
53 tem existentiam duorum eligibilium, ad tradi-
ta *per Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. Gloss. 9.
part. 4. num. 133., Castill. contr. Jur. tom. 1. cap. 13.
n. 1. & seqq, Cyriac contr. 56. num. 3., & Rota
in Ravennaten. Fideicommissi 30. Junii 1727. §.
Non obstante coràm R. P. D. meo Crescentio*:
adeoque pernecessè concludendum est, quod
non prælegit, nec de prælectione cogitare
54 valuit prælaudatus Pontifex, quia voluntas
ejus ad incognita transferri non potuit; unde
ex hoc ipso non leve argumentum educi posse
videretur, aperitioni oris semitam sternens,
55 quod si Pontifici innotuisset, adesse Do-
ctores contrariam tenentes sententiam, ne-
dum difficiliùs, sed omninò contrarium Indul-
tum non signasset, & integra tum Hospitalis,
tum Fisci Iura reliquisset, ad Iuris tramites per
Iudices dirimenda, nè re non benè perspectà alte-
rutri injuriam faceret cum Princeps non censea-
tur velle nisi ea, quæ Iuris sunt, ut benè consi-
derat *Adden. ad decis. 217. num. 21., & seqq. p. 9.* 56
tom. 2. recent.

Præterea verò etsi verba illa = *juxta nonnul-* 57
lorum Doctorum opinionem = suàpte naturà præ-
supponere videantur, adesse Doctores contra-
rium tenentes, ex quo illa dictio *nonnullorum*,
quæ idem sonat ac *aliquorum*, est distributiva, 58
& diversitatem supponit, juxta notata *per Glos-
sam in Clement. I. de Præbend. verb. In certa*; Ni-
hilo tamen minus, præterquam quod ea, quæ sub-
stantiam concessionis, vel denegationis Rescripti
respiciunt, Principi per angustas alicujus sterilis-
simi verbi rimulas non sunt proponenda, sed la- 59
tissime, ac ingenuè aperienda, cum aliàs dolo,
ac fraude potius, quàm deliberatæ voluntatis
impulsu ad rescribendum adductus existimari
possit. Adhùc, si per hypotesim ex recensitis
verbis asseri poterit, Pontifici innotuisse, quod
aderant hinc inde opiniones, ex iis profectò asse-
ri neutiquàm posse putarem, quod Pontifici in-
notuerit, sententiam Fisco favorabilem esse ve-
riorem, atque solidiorem, è contrà verò illam
stantem pro Hospitali, esse expertem Legis, &
rationis, & in jure cautam non reperiri ejus suc-
cessionem in Bonis Expositi. Circumstantia
autem isthæc, quæ in universum reticita fuit,
nemo est, qui non videat, quod si Pontifici si-
gnificata fuisset, Rescriptum hujusmodi, vel
longe difficilius, vel prorsus non signasset. Ni-
hil quidem in Iure nostro pacificum existit; adeo- 60
que nil refert, adesse pro aliqua statuenda sen-
tentia aliquot Doctores, si a ceteris evidentèr
arguuntur erroris. Non satis ergo fuit Pontifici
exponere, *quod Hospitale judicatur legitimus suc-* 61
*cessor in Bonis Expositi juxtà opinionem nonnullo-
rum Doctorum*, sed superaddere opus erat, sen-
tentiam Fisco favorabilem, esse magis funda-
tam, ac Legibus innixam, alteram vero favora-
bilem Hospitali, non esse veram, nec ullà Lege
munitam, quià tunc jura Fisco quæsita abrogata
remansissent. Ast circumstantià hujusmodi non
explicatà, sustineri non posse censerem, Pon-
tificem voluisse Fisco suo præjudicium irrogare,
& quod magis advertendum est, Ministris Ca- 62
meralibus nullatenus auditis, nec citatis, ut
communiter tradunt *Fagnan. in Cap. Causam
quæst. 10. num. 21. de Rescript.* cum aliis apud
*Rot. decis. 51. n. 1. sub tit. de Jurepatronat. coram
Cl. mem. Card. Falconerio, in Romana Hereditatis
de Barberinis super aperitione Oris 21. Jun. 1723
§. Idque coram B. M. Cerro, in Romana reinte-
grationis 12. Martii 1731. §. finali coram Emo
Domino Cardinali Aldovrando, & in Romana
Pensionis 9. Januarii 1732. §. Quemadmodum
enim coram eodem.*

Si igitur de veritate quæstionis, ac jurium,
Fisco competentium Pontifex Benedictus non
benè instructus asseri potest ex solis, aridisque
verbis

verbis illis = *juxtà nonnullorum Doctorum opinionem* =, longe minus satis instructus argui poterit ex forma rescribendi, quam tenuit, non remittendo scilicèt Hospitale ad Judices suos, sed Pontificii Rescripti auctoritate ejus jura roborando. Non enim ex hoc elici posse, opinarer, illam necessariam notionem, quæ in Pontifice requirebatur, quod sententia, quam pro Fisco propugnant Doctores, sit verior, ac meliùs fundata; quapropter cum aliud sit habere jus firmatum solà auctoritate Doctorum, aliud verò sacrà Principis constitutione confirmatum, cogitare quidem potuit Benedictus, adesse nonnullos Doctores firmantes successionem Hospitalis, hujusmodique sententiam esse veriorem, nullamque adesse Legem, quæ favore ipsius, vel Fisci quæstionem dirimeret; & in hoc sup-
63 posito nil mirum, si in re, ut opinabatur, per Leges non decisa, ad magis roboranda Jura Archihospitalis, Pontificiæ auctoritatis munimine illa confirmavit, quia id passim facere assolent Principes, quoties alterius injuriam eorum Rescripta non involvant, maximè in rebus
64 Cameræ suæ, cui absque expresso, & deliberato consensu præjudicare nolle præsumitur, ad tradita in puncto respectu primæ propositionis per *Textum in leg. Humanum* 8. *Cod. de legib. & Constit. Princip*, ibi = *Humanum esse probamus, si quid de cetero in publica privatave causa emerserit necessarium, quod formam generalem, & antiquis Legibus non insertam exposcat, id ab omnibus antea tam Proceribus nostri Palatii, quàm gloriosissimo Cætu vestro (Patres conscripti) tractari; & si universis tàm Judicibus, quàm nobis placuerit, tunc legata dictari: & sic ea denuò collectis omnibus recenseri: & cum omnes consenserint, tum demùm in Sacro nostri numinis Consistorio recitari, ut universorum consensus, nostræ auctoritatis serenitate firmetur* = & respectu secundæ firmatur per *Rotam decis.* 555. *num.* 9. *p.* 2. *recent.*

Quin obesse valeat, quod ea, quæ juris sunt, nec subreptionem, nec obreptionem inducere
65 possint, etiamsi Principi reticita fuerint, cum ipse habeat scrinium juris in pectore, & circùm se habere soleat quamplures Iurisperitos, quos
66 consuluisse præsumitur. Vanæ porrò præsumptiones hujusmodi tanti habendæ non sunt, ut injusta Principis mandata executioni demandari possint; Si adhùc hodie in humanis esset Benedictus, injustitiam, quam mox manifestam fecei, per organum Illustrissimi Domini mei Thesaurarii perspectam habuisset, & secundam ipse dare debuisset jussionem, ad hoc ut de ejus
67 voluntate nulla dubitandi occasio remaneret. Eo autem ab humanis prærepto, quid hodie agendum est? Iustus adeundus est Princeps Successor, qui secum ipse reputet, num a mente adeo pii, ac Sancti Prædecessoris fuerit alienum, veritate benè demonstrata, injusta mandata confirmare, vel potiùs Deceptores increpare, reprehendere, objurgare, cum duæ sint propriæ
68 Principum virtutes, pietas, & justitia, ast major omnium justitia, ut sancitur in *Authentico- rum collat.* 9. *tit.* 17. *ut nulli Judicum, novella* 134. *cap.* 3., ubi ita habetur = *Si verò hujusmodi inscriptis jussio publicum respicit, inquirat eam, & siquidem non lædatur Fiscus, quæ in ea comprehensa sunt, adimpleat. Si verò ad læsionem est Fisci, nihil super eo omnino agi, nuntiare verò nobis primùm, & secundo nostra fiat de hoc jussio* = & benè in puncto *Textum* hunc reassumendo probat *Affer. de offic. Advoc. Fiscal. Glosf.* 16. *privil.* 26. *num.* 1120. *in fin.*

Ex his autem validius educitur motivum non deferendi præsentem Causam omnino indefensam. Si enim in Rescriptis Supremi Principis, Fi- 69
sco præjudicialibus, speciale est, ut secunda ipsius Principis jussio sit expectanda, non est proindè, cur privilegio hujusmodi in sola præsenti Causa non utantur. Expedit ergo sub hujusce privilegii clypeo quomodocumque res se habere poterit, de juribus Fisci experimentum facere, nam quoties contrarium Indultum a regulis juris devium apparebit, sperare fas est, secundam jussionem illud moderaturam fore, & relictà contrarià opinione, quæ expers est Legis, & rationis, sequuturam fore opinionem Fisco favorabilem, utpotè quæ solidioribus fundamentis innixa videtur,

---

ARGUMENTUM.

Collegium Proxenetarum Urbis à Pio IV. institutum, certo præscripto quadragenario illorum numero, ad vigintiquinque redactum est à Paulo V., quindecim suppressis officiis, quæ postea iisdem vigintiquinque incorporata extiterunt. Indictà autem à Clemente X. generali Collegii suppressione, cum quæreretur, quale nam, quantumque esse deberet pretium, ejus temporis Proxenetis restituendum, pro veri studio consultus Author, pretium dumtaxat intrinsecum restituendum esse, respondit, quanti nempè unumquodque officium in prima ipsius erectione emptum fuerat. Hinc pro dictis quindecim officiis, tamquam deindè incorporatis illis aliis vigintiquinque pro minori pretio, quàm fuisset in prima eorum erectione solutum, statuit, istud minus pretium restitui debere, solidisque rationibus, & argumentis, etiam ab exemplis petitis, quæcumque diluit objecta, quæ proponebantur à Proxenetis, de hac difformitate pretii conquerentibus.

DISSERTATIO VII.

1 *Collegium Proxenetarum a Pio IV. institutum fuit certo præscripto quadragenario illorum numero.*
Quem Paulus V. ad vigintiquinque redegit, quindecim suppressis officiis, ibid.
Clemens autem XI. universalem Collegii suppressionem decrevit, ibid.
2 *Quum deficit conventio restituendi certum pre-*

pretium, illius solutio facienda est juxta præsentem æstimationem.

3 *In officiorum universali suppressione, pretii restitutio uniformis esse debet illorum origini*, & num.29.

4 *Res acta cum intermediis Successoribus nocere nequit modernis Officialibus, loco priorum subrogatis*, & n.30. & 31., Limita ut n.75.

5 *Æqualitas in contractibus quoad pretii restitutionem servanda est*, & num.32,

6 *Partes quando ejusdem sunt qualitatis, cujus est totum, eadem ratio partis ad partem, quæ totius ad totam, esse debet.*

7 *Debitorem qui sese agnovit solvendo partem, debitor etiam totius censendus est.*

8 *Heredi liberum non est ex parte adimplere voluntatem Testatoris, ex parte verò illum minuere.*

9 *Pater si solvere cœperit, quod filius familias mutuum sumpserit, cessabit* Senatus Consultum Macedon.

10 *Solvens partem debiti totum debitum agnoscere censetur.*

11 *Facto Successoris optimè declaratur factum Antecessoris, ejusque mens, & intentio.*

12 *Paulus V. quindecim, ex Proxenetarum Collegio, eorum officio exutis, pretium pro ipso officio solutum restitui jussit.*

13 *Summus Pontifex præsumendus non est indebitum solvi mandasse.*

14 *Maximè, si præcesserit maturum negotii examen.*

15 *Indebiti repetitionis actio spatio centum annorum, vel sublata prorsùs censetur, vel indebitum concludenter omninò probandum est*, & num.16.

17 *Officiorum, in libero commercio existentium, suppressiones frequentes sunt in Urbe.*

18 *Officiorum in libero commercio existentium, pretium, bonâ fide solutum, debet, iis suppressis, restitui.*

19 *Maximè in contractibus, Pontificiâ fide, & authoritate initis.*

20 *An verò restitui debeat pretium dumtaxat, intrinsecum, vel potiùs debeatur etiam extrinsecum; Et quatenùs intrinsecum dumtaxat, an illud uniforme esse debeat* & n.21.ad fin.

22 *Intrinsecum dumtaxat restituendum esse decisum fuit à* Sacra Rota, & num.37.

23 *Officiorum suppressorum pretium restituendum est juxta præsentem æstimationem, si in eorum erectione reservata non fuerit supprimendi facultas, vel nisi in casu suppressionis obligatio fuerit adjecta restituendi solùm id, quod pro illis solutum fuit.*

25 *Præsertim, si eorum augmentum provenit etiam à personæ industria.*

26 *Adferuntur* Decisiones S. Rotæ *statuentes, præter pretium in ultima vacatione solutum, restituendum esse etiam id quod pro obtinendi officii resignatione fuerit solutum; Contrarium firmatur* à num. 34. ad 48.

Ejusmodi autem Decisiones *explicantur à* num.57. ad 62.

Contra principalem dictam conclusionem pugnare ostenduntur aliæ Sacræ Rotæ Decisiones num.63.

27 *Pretii restitutio in casu suppressionis Officiorum non fuisset à Summo Pontifice remissa arbitrio Eminentissimi Camerarii, si eam perfici voluisset in quantitate pro illis soluta.*

29 *Pretii difformitas statui non debet inter officia, quorum natura, & sors fuerat æqualis.*

30 *Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet.*

31 *Res inter alios acta, Tertio nocere non debet*; Limita ut num.75.

33 *In restitutione pretii officiorum suppressorum non tenetur R. Camera ad id, quod occasione illorum resignationis solutum Resignanti fuerit.*

34 *Officiorum in commercio existentium natura æstimanda ex stylis, & consuetudinibus Principatuum.*

35 *Bina dumtaxat Judicata sufficiunt, ut inductus dicatur Tribunalium stylus sic judicandi.*

Eidemque stylo standum est, licet contraria opinio esset de Jure verior, præsertim ubi de supremis Curiis agitur, num. 36.

Maximè verò, ubi eadem Judicata sint justa, num. 38.

36 *Supremarum Tribunalium Præjudicata sequi debemus.*

39 *Contractus sive ex natura rei, sive ex legitima alia causa resolvatur; nil aliud restituitur, quàm quod fuit acceptum.*

40 *In officiorum suppressionibus honestas exposcit, quod Princeps non locupletetur cum aliena jactura.*

Ille autem non locupletatur quando restituit totum id, quod recepit, ibid. & n.65.& 68.

41 *Fiscus, nonnisi ad restitutionem ejus, quod recepit, tenetur.*

42 *Officiorum natura ex sola Supremi Principis voluntate firmari dicitur.*

43 *Jus percipiendi emolumenta ex mercibus, quę in Urbem invehuntur, ad Principis patrimonium pertinent.*

44 *Officia consistentia in Jure percipiendi emolumenta ex mercibus, quæ in Urbem invehuntur, eodem jure, quo alia officia vacabilia Romanæ Curiæ, censenda sunt.*

45 *Et instar illarum, utpotè de Regalibus, non existunt in commercio privatorum*, & n.63. & 64.

46 *Officium vacabile Resignatarius adquirere dicitur non à Resignante, sed directè à Supremo Principe.*

47 *Et Resignans, nil aliud, quàm suum consensum præstare dicitur.*

48 *Quidquid autem præter pecuniam, ab ipso solutam, hic receperit, non se habet loco pretii, sed potiùs recognitionis, eidem a Resignatario factæ.*

49 *Reverenda Camera, quoties non urgeat expressum pactum, nonnisi ad intrinseci pretii restitutionem obligari potest*, & num.61.

Quale

Quale autem sit pretium ejusmodi intrinsecum? num. 58.

51 *Debitor censualis restituit pretium dumtaxat in prima venditione receptum, non illud plùs, vel minus, quod secundus Cessionarius, vel Emptor solverit originario Census creditori.*

52 *Retractum qui possessit, non habet regressum contra venditorem, si rem emerit pretio majore illo, quod per retrahentem sibi solutum fuit.*

53 *Loca Montium de Regalibus sunt, & redimibilitati obnoxia.*

54 *Loca Montium, Privati, emere dicuntur à solo Principe.*

Et pro illis in casu extinctionis Princeps non restituit, nisi quantitatem, à Camera receptam, nullà habità ratione extrinseci augmenti, seu pretii inter Privatos currentis, ibid.

55 *Inter Loca Montium, atque officia vacabilia omnimoda identitatis ratio concurrit.*

56 *Hæc autem non tollitur ex certitudine, aut incertitudine fructuum, eorum variabilitate, aut aliis circumstantiis, ex quibus provenire potuerit pretii variatio.*

57 *Quæ certum, & invariabilem reditum ferunt, certum pritèr, & invariabile pretium intrinsecum retinere solent, nisi aliæ concurrant circumstantiæ.*

Secus de illis, quorum reditus est incertus; hæc enim crescunt, & decrescunt quoad intrinsecum pretium, Ibid.

58 *Istbæc autem variatio pretii intrinseci non excludit extrinsecum etiam ejusdem augmentum.*

60 *Favore Spoliati semper sit locus restitutioni quantitatis ab eo solutæ.*

62 *In omnibus officiis vacabilibus id generale est, quod augmentum, vel decrementum extrinseci eorum valoris proveniat ex affluentia negotiorum, requirentium industriam personæ.*

64 *Officia vacabilia non sunt in commercio Privatorum.*

66 *Officia vacabilia suàpte naturà obnoxia semper sunt periculo extinctionis*, & num. 67.

67 *Officia vacabilia à Supremo Principe concessa dicuntur, donec durent.*

69 *Eadem quæsita censentur cum sua causa, sub Legibus videlicet, eventibus, commodis, & incommodis, quæ illorum naturam sequuntur.*

70 *Eveniente redemptione Locorum Montium, vel Officiorum vacabilium, eadem nequit fieri pro solo pretio in illorum erectione recepto, sed pro majori illo pretio, quod Camera recepit in ultimis venditionibus occasione ultimarum vacationum.*

71 *Paulus V. suppressis quindecim Officiis Collegii Proxenetarum, eorum pretium restitui mandavit juxta quantitatem, quà tempore suppressionis intrinsecè valebant.*

72 *Subrogato competere nunquam potest jus majus illo, quod habebat is, cui fit subrogatio.*

73 *Pretii difformitas proveniens ex legitima causa, justitiam commutativam non lædit.*

74 *Officiorum vacabilium pretium, si tempus eorum suppressionis attendatur, uniforme esse nequit.*

75 *Factum solemne totius Collegii, Superiorum authoritate celebratum, Successores etiam debet afficere.*

COLLEGIUM Proxenetarum, à Pio IV. institutum, certo præscripto eorum numero, quadragenario videlicèt, atque etiam certo constituto pretio scutorum quingentorum pro unoquoque officio, modò temporum injurià, modò imperitià eorum, qui talia officia exercebant, plures expertum fuit vicissitudines, quæ Summorum Pontificum, Sancti Pii V., & Sixti V., ac Pauli V. vigilantiam excitarunt ad ea adhibenda remedia, quibus pro temporum, & rerum ratione consuleretur tum ejusdem Collegii incolumitati, tum etiam conservationi publici commercii, quod ex illius calamitatibus plurimùm detrimenti capiebat; Quamobrem à San. mem Paulo V. quindecim suppressis officiis, & ad viginti quinque dumtaxat eisdem redactis, licèt deinceps, res Collegii felicitèr processisse vitæ fuerint, nihilominùs, cum moderni Proxenetæ illas suo statu decidisse conquererentur ob Mercatorum calliditatem, qui, ut evitarent solutionem vectigalis, & portorii earum mercium, quæ per Ostia Tyberina ad Dohanam Ripæ majoris advehi solebant, alià vià cum minori illorum solutione, & absque ullo Proxenetici impendio in Urbem easdem introducebant, supplicarunt Sanctissimo, ut Collegium ab imminenti exitio liberare vellet, qui eorum precibus annuens, negotii hujus cognitionem delegavit Congregationi Dohanarum, datis eidem Adjunctis, Eminentissimis nempè Cardinalibus Corradino, & Origo: inque eà, maturè re discussà, die 12. Martii anni 1712. rescriptum fuit = *Merces transmittendas à Civitate vetulâ, Neptunno, Hostiâ, aliisque Oris maritimis inter Montem Circellum, & Montem Argentarium, esse Ripales, & teneri ad solutionem Gabellæ Ripalis, nec non unius pro centenario, pro Proxenetis Ripalibus, licèt ad Urbem ducantur per Terram.* 1

Huic resolutioni acriter contradixerunt Mercatores, plurima obtendentes damna, quæ in publici commercii perniciem ipsis inferebantur. Placuit igitur Sanctissimo novâ commissione Causam iterum remittere ad Congregationem cum eisdem Adjunctis, quæ coadunata die 21. Mensis Martii anni 1714. censuit = *Consulendum Sanctissimo pro suppressione venalitatis officiorum Proxenetarum prævià restitutione pretii cum applicatione emolumenti scuti unius pro centenario favore Cameræ in compensationem Scutorum 4000. annuorum, quæ ob ipsis Proxenetis solvebantur. Quo verò ad resolutionem captam die 12. Martii 1712. recedendum.*

Approbavit Sanctissimus resolutionem Congregationis, decrevitque suppressionem venalitatis officiorum Proxenetarum; Quamobrem Reverenda Camera judicialiter obtulit pretii re-

ſtitutionem ; Verumtamen, cum illius quan-
titas in mox relatâ reſolutione taxata minimè
fuiſſet ; Oportuit conſulere Congregationem
Dohanarum, quæ abſque Adjunctis celebrata,
mente ſecum reputans, quod dum San. mem.
Pius IV. inſtituit iſtiuſmodi Collegium, illiuſ-
que officia venalia reddidit, Reverenda Came-
ra, pro unoquoque ex eis, recepit ſola ſcuta
quingenta, quodque, quum San. mem Pau-
lus V. Proxenetarum numerum redegit ad vi-
gintiquinque dumtaxat, pro unoquoque ex re-
liquis quindecim officiis ſuppreſſis accepta re-
tulit Collegio ſcuta ſolummodò centum quin-
quagintà, cum jurium ceſſione, & admiſſione
ad loca vigintiquinque Montis Communitatis,
idcircò decrevit = *reſtituendum eſſe pretium ad
rationem ſcutorum quingentorum unà cum expen-
ſis expeditionum factis in Camera pro officiis vigin-
tiquinque, pro reliquis quindecim officiis ad ratio-
nem ſcutorum 150. pro quolibet, docto de extin-
ctione Locorum Montium factâ per Collegium*.

Neutra pars huic reſolutioni acquievit ; Col-
legium namque Proxenetarum graviter ſe læ-
ſum fuiſſe conquerebatur ob quantitatem pretii
ipſi reſtituendi taxatam in ſola quantitate ſcuto-
rum quingentorum, quando illam decernen-
dam eſſe dicebat in ea quantitate, quà ſimilia
officia tempore ſuppreſſionis valebant ; ex regu-
2 lâ, quod quum deficit conventio reſtituendi
certum pretium, illius ſolutio facienda eſt juxta
præſentem æſtimationem, quam ex *Textu in
leg. 3. §. Divi ff. de Jure Fiſci, & in leg. reſcin-
dendum Cod. de reſcindend. vendit.* deſumpſerunt
Bald. conſ. 424. nu. 1. lib. 2., *Rot. deciſ. 197. n. 1.,
& num. 6. part. 15. rec.*, aliique allegati a Scri-
bentibus pro Collegio Proxenetarum.

Cui longè gravius præjudicium illatum di-
cunt difformitate pretii conſtitutâ pro Officiis
à San. mem. Paulo V. ſuppreſſis ; nam ſi Con-
gregatio cenſuit, Reverendam Cameram red-
dere non teneri pretium currens tempore ſup-
preſſionis, ſed illud dumtaxat, quod ipſa in
origine, & officiorum inſtitutione receperat ;
3 quemadmodum inſpectâ tali origine, idem
uniforme fuerat, ita pariter uniforme eſſe opor-
teat in reſtitutione faciendâ, occaſione eorum
ſuppreſſionis, ad *Text. in leg. 1. §. Eleganter
ff. depoſiti*, *Gloſ. in leg. qui Uxore ff. de aur. &
argent. legat.*, *Alciat. in leg. reſtituere num. 2.
ff. de verbor. ſignific.*

Nilque turbare videbatur, quod dum vigore
Conſtitutionis Pauli V. numerus Proxenetarum,
& officiorum redactus fuit ad vigintiquinque
dumtaxat, reliquis quindecim Proxenetis officio
abdicatis, nonniſi ſcuta centum quinquaginta pro
unoquoque reſtituta fuerint ; Inſpiciendum
namque eſt, quid reverà Camera in officiorum
erectione receperit, non verò quid geſſerit Col-
legium cum Proxenetis ſuppreſſis, eò quòd eo-
rum facto præjudicari nequiverit modernis Pro-
xenetis, agentibus pro conſequendo ſaltem pre-
tio ſoluto à primis Officialibus, quorum loco
4 ipſi ſubrogati cenſentur, ideoque eiſdem noce-
re non debeat res acta cum intermediis Succeſ-
ſoribus, qui efficere non poterant, quod pro
non refundendo pretii augmento, Reverenda
Camera redire queat ad originarium pretium
dd. officiorum, illud verò reſpuat, quando
Officiales, ob diminutionem valoris petunt ejuſ-
dem ſupplementum, id enim eſt contra men- 5
tem *Textus in leg. Poſtliminium §. Si is, qui eme-
rat ff. de captiv. & poſtlimin. reverſ.*

Vice autem verſa, Rev. Camera, non ſolùm
reſtituere recuſat pretium officiorum in quanti-
tate, qua tempre ſuppreſſionis æſtimabantur,
ſed ad nullum prorſus pretium præſtandum ſe
teneri, contendit, ſub obtentu, quod illud con-
ſtitutum in erectione d. Collegii, atque perſolu-
tum ab Officialibus, reſtitutum eiſdem fuerit à
Sancto Pio V., qui juxtà facti ſeriem, in ejus Mo-
tu proprio expoſitam, cum animadvertiſſet,
Proxenetas, qui emerant officia inſtituta à Præ-
deceſſore ſuo Pio IV., ut ſe liberarent ære alieno,
tùm proprio, tum etiam ipſius Collegii nomi-
ne contracto, coactos fuiſſe officia reſignare, Re-
ſignatarios verò eorum loco ſubrogatos, vel ob
imperitiam, vel ob exercitium officii, per in-
terpoſitam perſonam ab ipſis factum, maximo
publici commercii, & Mercatorum damno in
illius adminiſtratione ſe gerere, ſubmotis impe-
ritis hiſce Proxenetis, ad munus iſtud antiquos
revocare conſtituit. At quoniam pecuniæ defe-
ctu, quo ad officia, in primæva inſtitutione em-
pta, reſignanda coacti fuerant, prohibebantur,
ne ea coemere, & acquirere iterum poſſent, il-
lis impartitus fuit facultatem erigendi Montem
non vacabilem Locorum 265. nuncupatum *de'
Senſali di Ripa*, ex quo ſcutà vigintimillia eroga-
rentur in reſtitutionem pretii faciendam novis
Proxenetis officio abdicatis, ſcuta verò 6500.
applicarentur Rev. Cameræ ; Quamobrem, ſi
pretii reſtitutio facta apparet pecuniis redactis ex
erectione præfati Montis, hinc ſequitur, Proxe-
netas juſtè hodie petere non poſſe pretium offi-
ciorum, in primæva erectione ſolutum Reveren-
dæ Cameræ, utpotè jamdudum reſtitutum, ut
pluribus argumentis demonſtrare conatus fuit
D. meus Subſtitutus Commiſſarius in ſcriptis
aliàs diſtributis, multò vero minùs eiſdem de-
bebitur pretium, quo per reſignationem moder-
ni Proxenetæ illa emerunt, ut infrà demoſtra-
bitur.

Reclamantibus itaque tàm Rever. Camera,
quàm Proxenetis adverſus ſuperiùs relatam re-
ſolutionem, in Congregatione Dobanarum ha-
bita die 21. Menſis Martii, injunctum mihi fuit,
ut pro veritate in hac Cauſa ſententiam, judi-
ciumque meum proferrem, quamobrem juſſio-
ni obſequens. Primo loco inquiram, an Rev.
Camera ad ullius pretii reſtitutionem teneatur,
Fruſtrà enim diſputaretur de quantitate pretii,
quod nullum deberetur. Deinde vero examina-
bo, quale, quamtumque illud eſſe debeat.

Porro, quod attinet ad primum, in Congrega-
tione habita die 21. Menſis Martii anni 1714.,
mihi videtur juſtè demandata pretii reſtitutio ;
Etenim, quando partes ejuſdem ſunt qualitatis, 6
cujus eſt totum, ſi eandem rationem, & por-
tio-

tionem partis ad partem, quæ totius ad totum esse oportet, juxtà concordantia Juris loca, & auctoritates cumulatas apud *Thabor. axiom. Jur. lib.14. cap.8. axiom.4.*; Summus Pontifex Paulus V. dum in suo Motu proprio edito die 4. Mensis Maji anni 1611., Proxenetarum numerum redegit ad vigintiquinque dumtaxat, si aliis quindecim Proxenetis, quorum officia ob publicam utilitatem supprimebantur, pretium restitui jussit, pari modo illius restitutio facienda erit in nostro casu, in quo ob similem publici boni causam, Sanctissimus censuit decernendam esse universalem Collegii suppressionem: Cur enim Rev. Cam. semel agnita debitrix pretii
7 partis officiorum dicenda etiam non erit Debitrix pretii officiorum omnium totius Collegii? ducto argumento à *Textu in Auth. de hered. & falcid. cap.3., non autem*, ut ibi inquit Imperator, *dabimus licentiam heredi, mensuram substantiæ subtiliter agnoscenti, solvere quidem mox ab ini-*
8 *tio quibusdam integra Legata, & ad plenam sententiam Testatoris servare (quod etiam præcedentium nos dicunt Constitutiones) ab aliquibus autem retinere velle; neque ex parte quidem complere Testatoris sententiam, ex parte verò eam minuere*=, & consonat *Text. in leg. Item si filius familias 7. §. final. ff. ad Senat. Consult. Macedon.*, quo loci *Ulpianus* respondit, *quod cessabit Sena-*
9 *tus Consultum, si Pater solvere cœperit, quod filius familias mutuum sumpserit*= & proprius ad rem nostram *in leg. Cum fidem 4. Cod. de non numerat. pecun. Imperator Antoninus* rescripsit, quod scienter solvens partem totius debiti, non potest pro residuo opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ; nullà itaque justà ratione
10 Rev. Camera recusare hodie poterit restitutionem pretii faciendam Proxenetis sub obtentu, quod ipsa illud jam restituerit, quando San. Mem. Paulus V. ejus partem restituit Proxenetis, officio submotis, per ea, quæ tradunt *Natt. cons.573. num.38., Cravett. cons.158. num.2., Bursat. cons.304. num.20., Dec. cons.618. num.1. & seq., Menoch. de præsumpt. lib.3. præsum.135. num.18., Adden. ad Burat. decis.496. num.9., Rot. coram Duran. decis. 324. num.5.*

Et sane si facto Successoris optimè declaratur factum Antecessoris ejusque mens, & intentio,
11 ducto argumento a *Textu in Cap. Inter alia de Sentent. excommun., & Cap. Cum venissent de Judic., & benè in proposito Rota decis.557. n.23. part.19.* Solemne istud factum Summi Pontificis Pauli V., eò fortiùs urgebit pro demonstrando, Proxenetis nunquam ex pecuniis Rev. Cameræ restitutum fuisse pretium, ab ipsis solutum Pio IV., si animadvertatur, quod non inconsulto, sed post maturum negotii examen decreta fuit restitutio pretii facienda quindecim Proxenetis officio exutis. Enim vero, ut liquet ex dicto Motu proprio, Summus Pontifex rem usque ab origine in eo repetens, meminit tùm institutionis Collegii Proxenetarum factæ a Pio IV., certo constituto pretio pro unoquoque officio soluto Rev. Cameræ, tum etiam Motus proprii S. Pii V., quo demandata fuit erectio *Montis* nuncupati *Seusulis*, non vacabilis, ut antiqui Proxenetæ ad eadem restitui possent, soluto pretio Officialibus, qui illa actu exercebant, & ob eorum imperitiam removebantur, ut in *§. Item potiori* pro cauthela Motus proprii d.Sum. Pontificis, ibi= *restitutis, & solutis per dd. antiquos Proxenetas, vel, ut supra dictum est, depositatis vigintimillibus scutis monetæ*, ex eoque novit, quod licèt Sanctus suus Prædecessor, genus omne liberalitatis ergà antiquos Proxenetas exercere cuperet, attamen hanc suam intentionem exequi non valebat propter urgentissimas, ac notorias Apostolicæ Sedis necessitates; quamobrem pauló infra disertis verbis subdit, se Montem erigere, ut antiquis Proxenetis præberet facultatem, & modum, quo faciliori ratione, & minori eorum incommodo pretium officiorum restituere possent Officialibus, tunc illa obtinentibus, ibi= *providere possit commoditati Proxenetarum, & minori eorum dispendio*, non autem ut Reverendam Cameram subjiceret oneri restitutionis pretii, & debito dicti Montis, pro cujus proinde erectione facienda requisivit expressum consensum Proxenetarum, minimè necessarium si Summus Pontifex de re sua disposuisset, ideòque in toto Motus proprii contextu consulens indemnitati Reverendæ Cameræ, præscripsit modum, quo fructus, & debitum Montis exsolveretur.

Istiusmodi verò Montis debitum, quod erat Locorum dumtaxat 265., solutum fuit tempore Sixti V., qui in melius mutare cupiens statum Collegii Proxenetarum, suppresso Monte non vacabili, erexit alium Montem vacabilem Locorum quadringentorum, & valoris scut. quadraginta millium, cujus fructibus solvendis destinata, atque applicata fuerunt scuta quatuor millia annua conflanda ex reditibus dd. officiorum, modo, & formà præscriptà in Literis Apostolicis dicti Pontificis, in forma Brevis expeditis; quamobrem agnoscens Summus Pontifex Paulus V., Reverendam Cameram, & Collegium pretio Montis vacabilis liberatum fuisse à debito Montis non vacabilis, vice autem versà ingentia mala, atque incommoda tum Collegio
Proxenetarum, tum publico commercio illata 12
ex formà præscriptà à Sixto V., illorum numerum redigere curavit ad viginti quinque dumtaxat, suppressis quindecim officiis, pro quibus post rem diligenter discussam coram Card. Camerario, aliisque, & audito etiam toto Proxenetarum Collegio, restituit pretium quod Reverenda Camera receperat. Quis autem dixerit, illum istiusmodi pretii restitutionem decreturum fuisse, si eidem non constitisset, Reverendam Cameram liberatam reperiri à subsidiarià obligatione, illius nomine in similibus Montium erectionibus fieri solità, & cui S. Pius V. illam subjecerat, restituendi videlicet de proprio Montistis pretium ab ipsis solutum, in casu, quo annuus reditus, pro illorum satisfactione assignatus, diminueretur, aut cessaret; nil itaque mirum, quod dd. officia, tamquam non ex titulo lucrativo, sed ex causâ onerosâ con-
cessa

cessa Officialibus, distributa minime deindè fuerunt per electionem sive liberalem concessionem factam à Summo Pontifice, sed in commercio extitisse reperiuntur per liberas illorum resignationes dependentes a consensu Officialium, certo recepto pretio, ab eisdem factas.

Cum itaque in dubium venire nequeat, quin Reverenda Camera in primævâ d. Collegii erectione factâ à Pio IV. receperit scuta vigintimillia pro pretio quadraginta officiorum restituto Officialibus, qui illa coemerant pecuniis redactis ex monte Sensalium non vacabili erecto à S. Pio V., deindèque suppresso erectione alterius Montis vacabilis factâ à Sixto V., pro quo extinguendo assignati fuerunt reditus ipsorum officiorum præstandi à Proxenetis donec Mons vacaret; hinc perspicuum fit, quod Reverenda Camera semper retinuit pretium vigintimillium scutorum, in erectione Collegii receptum, illudque non restituit de suo Ærario, sed ex emolumentis pertinentibus ad Collegium Proxenetarum, ac per consequens justâ ratione
13 San. mem. Paulus V. quindecim Officialibus ab officio amotis, suorum officiorum pretium restitui jussit, nè alioquin dicatur, Summum Pontificem indebitum solvi mandasse, quod si nunquam præsumitur, juxta *Textum in leg. cum de indebito 25. §. Qui enim ff. de probat.*, ibi = *qui enim solvit, nunquam ità resupinus est, ut facile suas pecunias jactet, & indebitas effundat* =, *Federic. de Sen. cons. 54. nu. 2.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 6.*, *præsumpt. 27. num. 15.*, *& de arbitrar. lib. 2. cap. 88. in princ.*, *Rocc. disput. Jur. select. cap. 148. nu. 17.*, *Ambrosin. decis. Perus. 15. num. 20.*, *Rot. coram Bich. decis. 74. nu. 10.*, *& decis. 556. num. 5.*, quonam pacto id præsumi poterit in casu nostro, in quo ex Motu proprio præfati Summi Pontificis, facilè quisque perspicere poterit, quantâ cum maturitate negotium hoc tractatum fuerit, in his enim circumstantiis perabsurdum videretur asserere, Reve-
14 rendam Cameram solvisse indebitum, ut prosequitur Juris-Consultus in *d. leg. cum de indebito d. §. Qui enim vers. & maximè*, *Mascard. de probat. conclus. 1325. in fin.*, *Maur. de solution. cap. 4. num. 19.*, *Cyriac. contr. 280. numer. 15.*, *Andreol. contr. 57. numer. 13.*, *Afflict. decis. 13. num. 13.*, *Mart. medic. decis. 84. num. 5.*, *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de legat. decis. 8. num. 10.*, *& decis. 9. num. 9.*, longè verò magis absurdum censendum esset, quod illud repete-
15 re posset post lapsum centum annorum, quo talis actio, vel sublata prorsùs censetur, juxtà *Text. in leg. sicut, & leg. omnes Cod. de præscript. longiss. tempor. 30. vel 40. annor.*, *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 1. numer. 10.*, *Facchin. contr. Jur. lib. 2. cap. 13. in princ. §. Istorum*, *Rot. in rec. decis. 92. num. 3. & 4. part. 19.*,
16 vel saltem in dubium venire nequit, quin evidentibus omninò demonstrationibus docere teneretur, ab ipsâ de suo Ærario restitutum fuisse, ut illud, tamquam aliàs restitutum, retinere hodiè posset in præjudicium modernorum Proxenetarum, *per Text. in d. leg. cum de indebite vers. & ibi ff. de probation.*, *Cyriac. controv. 254. num. 7.*, *Postu. resol. civil. 107. num. 4. & seqq.*, *Leotard. de usur. quæst. 76. numer. 45.*, *Card. de Luc. de usur. disc. 12. num. 8.*, *& de regal. disc. 68. numer. 9.*, *Rocca disput. Jur. select. cap. 126. num. 4.*, *Rot. post Cenc. de Cens. dec. 96. num. 7.*, *in rec. decis. 130. numer. 17. part. 5.*, *decis. 192. num. 23. part. 6.*, *& ad ornat. Card. de Luc. de usur. dec. 5. num. 21.*, *& decis. 7. num. 5.*;
Præsertim verò, quia, iidem videntes, talia officia esse in libero commercio, bonâ fide 17
eadem acquisiverunt, ducti spe certâ, quod pro libito resignari ab ipsis potuissent consequuto pretio resignationis, quodque, si aliquando Collegium supprimi contigisset, recuperaturi fuissent à Reverenda Camera pretium illud, quod in similibus suppressionibus, quæ in Urbe frequentes sunt, teste *R. P. D. Ansaldo de commerc., & mercat. disc. 60. sub num. 51. §. Atque hinc minimè turbare*, restitui solet, quodque, si hodiè denegaretur modernis Proxenetis, vio- 18
lari videretur bona fides, cum qua emerunt officia existentia in publico commercio, non tamquam ex liberalitate Principis concessa, sed tamquam titulo oneroso empta: id autem si ferendum minime est, etiam quum agitur de contractibus inter Privatos celebratis, multò profectò minùs ferendum erit in iis contractibus, qui 19
Pontificiâ fide, & auctoritate interpositâ perficiuntur, ad tradita per *Surd. cons. 419. num. 47. & seq.*, *Glorit. cons. 1. part. 2. num. 81.*, *Altograd. cons. 70. num. 25. & seqq. lib. 2.*, *Venturin. cons. 4. numer. 13.*, *Torr. de pact. futur. success. lib. 1. cap. 10. num. 53. & seqq.*, *Christin. dec. 53. numer. 5. & seqq. lib. 2.*, *Sous. decis. Lusitan. 87. nu. 3.*, *Rot. in Mantis. ad clar. me. Card. de Luc. de regul. decis. 11. num. 12.*

Jam verò constabilito, quod Reverenda Camera post jam decretam Collegii suppressionem pretium restituere teneatur, inquirendum modo erit, qualenam, quantumque illud esse de- 20
beat, videlicet an modernis Proxenetis restituendum sit pretium intrinsecum dumtaxat suorum officiorum, quanti nempè in erectione Collegii illa vendita fuerunt a Reverenda Camera, vel potius eisdem debeatur pretium etiam extrinsecum, quo in postremis resignationibus empta reperiuntur, ut insinuare videntur dd. Proxenetarum Defensores, & rursùs supposito, quod illis restituendum sit pretium dumtaxat intrinsecum, an illud uniforme esse debeat, ità quidem, ut, licèt hodie numerus Proxeneta- 21
rum redactus sit ad vigintiquinque dumtaxat; nihilominùs, cum eisdem consolidata fuerint Jura quindecim officiorum, a Paulo V. suppressorum, eisdem restitui debeat integra quantitas scutorum 20000., qua in erectione Collegii empta fuerunt quadraginta officia, vel potius eisdem tale pretium debeatur respectu dumtaxat vigintiquinque officiorum, quæ hodie extant, pro reliquis verò quindecim officiis a Sanctæ memoriæ Paulo V. suppressis, restituenda sint solumnodo scuta centum quinquaginta pro quolibet officio, & sic scuta 2250. quanti tempore illo-

illorum suppressionis æstimata fuerunt. Distinctè igitur de his omnibus agendu.

Si rem ordiamur à pretio extrinseco, licèt summis quodammodo labiis, & verecunde illud
22 petant DD. Proxenetarum Defensores agnoscentes, contra ipsos urgere statum firmatum in famigerata *Romana pretii officiorum*, de qua apud *Card. de Luc. in tract. de offic. vacab. Roman. Cur.* & extant celebres *decisiones 557. & 573. part. 19. rec.*, in quibus plene discusso articulo, firmatum fuit, Reverendam Cameram, eveniente casu suppressionis similium officiorum, teneri solummodo ad restitutionem pretii intrinseci in illius erectione, vel occasione ultimæ vacationis ab ipsa recepti, nihilominùs ajebat, quod cum in casu disputato, atque determinato in præfatis *decisionibus*, concurreret tùm facultas supprimendi Collegium Secretariorum,
23 quam sibi expressè præservaverat Summus Pontifex, tum etiam favore Reverendæ Cameræ urgeret propria significatio verborum, dum loquendo de pretio debito in casu suppressionis, adhibitum fuit verbum *restituere*, quod ex toto contextu Pontificii Brevis acceptum videbatur in rigoroso, ac proprio sensu, importante solummodo obligationem restituendi id, quod revera Reverenda Camera receperat, nequeant idcirco eædem *decisiones* applicari nostræ hypothesi, in quâ deficiente, tùm sensu verborum, tum præservatione facultatis supprimendi Collegium, cogitatum dici nequit de quantitate, & qualitate pretii, hoc eveniente casu restituendi, proindèque illius determinatio relicta censenda est sub dispositione Juris communis, ad cujus normam restitutio facienda est, juxtà præsentem æstimationem, argumento *Textus in leg. 3. §. Divi ff. de Jur. Fisc.*, *& in leg. ad rescindendam Cod. de rescind vendit.*, non enim attenditur,
24 quanti res sit empta, sed quanti ad præsens æstimetur, *Bald. consf. 424. num. 1. lib 2.*, *Corrad. de Contract. quæst. 56. conclus. 3.*, *Cyriac. contr. 169. num. 18.*, *Rot. in rec. dec. 197. num. 1.*, *& num. 6. part. 5.*

Certiùs quia augumentum, vel decrementum similium officiorum essentialiter pendet a causa extrinseca, non solum metienda ex ratione publici commercii, quod nunquam immutata
25 quantitate fructuum, quæ semper sit uniformis, contingat super ipsius rei substantia, ut accidit respectu Locorum Montium, sed tale augmentum, præter causam extrinsecam majoris affluentiæ negotiorum, provenit etiam ab industria personæ, quo casu æqui, bonique rationi congruere minime videretur, quod, deficiente certa Lege, & pacto determinante quantitatem pretii restituendi in suppressione officiorum, illud æstimandum sit ex quantitate pretii soluti in prima erectione, ita enim contingeret, quod in maximam perniciem Proxenetarum, qui ex. gr. officium suum emerunt pretio scutorum duorum millium, recipere tenerentur scuta dumtaxat quingenta; quamobrem nè ex contractu bona fide celebrato, maximam subeant calamitatem, eisdem restituendum videtur pretium currens tempore resignationis, ut ex *Fagnano in cap. ex epistola num. 9. cum seqq. de restit. spoliator.* ratiocinatur *Rot. d. decis. 557. num. 30.*, & conferre videntur tradita in una *Romana Secretariatus die 26. mensis Aprilis anni 1709. coram Eminentissimo Domino Card. de Polignac*, confirmata 7. *Februarii anni 1710. coram R. P. D. Crispo, & 28. Junii ejusdem anni coram eodem*, & in altera *Romana Secretariatus Apostolici 4. Decemb. 1713.* confirmata 13. *April. 1714. coram R. P. D. Ansaldo*, in quibus dictum fuit, Secretarios qui tempore suppressio- 26
nis Collegii Secretariorum obtinebant officia Secretariatuum, præter pretium in ultima vacatione solutum Reverendæ Cameræ, consequi debere totum id, quod pro obtinenda resignatione officii solverant Resignanti, & priùs late firmatum fuerat apud *R. P. D Ansaldum de commerc., & mercat. disc. 60.*

Idque DD. Defensores Proxenetarum confirmari ajebant ex mente, & facto ipsius Summi Pontificis Pauli V., qui redigendo Proxenetas à numero quadragenario ad vigintiquinque dumtaxat, mandavit, quod Proxenetis officio 27
abdicandis pretium officiorum restitueretur *pro ea summa, & quantitate, prout Camerario visum, & per eum statutum, & deliberatum fuerit*. At verò, si pretium restituendum æstimari debuisset ex quantitate soluta in prima officii erectione, locus nullus esse potuisset Judicio, & arbitrio Card. Camerarii, sed illud regulandum fuisset prout de Jure, *Rot. coram Gregorio decis. 221. num. 1.*: Juris autem ratio exposcit, quod, cum Princeps supprimit officia, si desit pactum determinans pretium, hoc casu restituendum, illud præstandum sit in ea quantitate, 28
quæ tempore suppressionis currebat, ut præter alibi allegatos tradunt *Antunez. de Donat. reg. Tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 20. in fin.*, *Mastrill de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 352.*, *Peregrin. de Jur Fisc. lib. 1. tit. 3. num. 67.*, *Rot. coram Ubald. d. 478. n. 9.*

Ex his sufficienter probatum dicebatur, Reverendam Cameram obligatam esse ad restituendum integrum illud pretium, quo moderni 29
Proxenetæ acquisiverant eorum officia: Verumtamen, si summo Jure agendo, ac rigidioribus Juris regulis inhærendo, videretur, Reverendam Cameram cogendam minimè esse ad restituendum aliud pretium, quàm illud in dict. officiorum creatione ab ipsa receptum, justitiæ, & æquitatis ratio præcipere dicebatur, quod idem uniforme esse deberet, restituendo videlicèt scuta quingenta, non solùm pro officiis vigintiquinque à Sanctæ mem. Paulo V. relictis, verùm etiam pro aliis quindecim, quæ suppressa ab illo fuerunt, nil enim proponitur, cur tanto cum præjudicio Collegii Proxenetarum, statuatur difformitas ista pretii inter officia, quorum natura, & fors fuerat æqualis, ad *Textum in leg. 1. §. Eleganter ff. depositi*, *Gloss. in leg. qui Uxore verb. qui reddi ff. de aur. & argent. legat.*, *Alciat. in leg. restituere num. 2. ff. de verb. signific.*

Enim

Enim verò difformitas ista induci nequibat ex
30 facto illorum Proxenetarum, qui pro suo offi-
cio suppresso receperant ex massa Collegii scuta
solummodò 150.; nam, si alteri per alterum
non debet inferri iniqua conditio, leg. non de-
bet 74. ff. de regul. Jur. cum aliis apud Thabor.
axiom. Jur. lib. 1. cap. 54. axiom. 6., aliorum
factum nocere non potest Collegio Proxeneta-
rum, cui Reverenda Camera Jura sua cesserat,
31 ex Juris nostri regula, qua traditur, rem inter
alios actam, tertio nocere non debere, ad Te-
xtum in leg. penult. in fin. Cod. comm. divid. Au-
then. de non eligend. 2. nuben. §. final., Rocc. disp.
Jur. select. cap. 10. num. 25., Rot. coram Dunoz.
Jun. decis. 915. num. 8. eò certius servanda, nè
inducatur maxima illa inæqualitas, videlicet,
32 quod spectetur modicum pretium solutum in
erectione, quando illud summopere auctum re-
peritur, contra verò illud denegetur, quando
adest diminutio, ducto argumento a Textu in
leg. postliminium §. Si is, qui emerat ff. de captiv.
& postlimin. revers., Guzzadin. in leg. 2. num. 178.
Cod. de pact. inter emptor. & venditor., Rot. dict.
decis. 557. n. 5. part. 19.

Hæc sunt momenta rationum a DD. Defen-
soribus Proxenetarum deducta contra postre-
mam resolutionem relatam §. Approbavit San-
ctissimus. Verumtamen eisdem æquâ lance li-
bratis, tanti valere mihi non videntur, ut suo
33 loco movere queant ejusdem resolutionis funda-
menta; nam, quod attinet ad primam dictæ
resolutionis partem, firmissima illa sunt, juste
enim decretum fuit, quod Reverenda Camera
restitutis scutis quingentis una cum expensis ex-
peditionis factis in Camera, quantum revera
erat pretium intrinsecum dd. officiorum, ab ipsa
receptum, nullo pacto teneatur, aut obligata
sit ad restituendum pretium extrinsecum, quo
occasione resignationum talia officia inter pri-
34 vatas personas in commercio esse consueverunt,
nam, ut inquit clar. mem. Card. de Luc. de offic.
vacab. disc. 1. num. 5., substantia, & natura simi-
lium officiorum æstimanda est ex stylis, &
consuetudinibus Principatuum, in quibus eadem
instituta reperiuntur, proindeque in decidendis
quæstionibus, quæ illorum occasione suboriun-
tur, servandi quoque erunt eorumdem Tribu-
nalium stylus, & consuetudo, hæc verò si in-
35 ducitur ex duobus solummodò actibus, in qui-
bus ità judicatum reperiatur, juxtà decisionem
Vincentii de Franchis 238. nu. 3., ibi = Sed quia,
ut suprà dixi, fuit bis in Sacro Consilio judica-
tum, & sic est inducta consuetudo sic judicandi,
quia bini actus sufficit, Gloss. 3. in leg. 3. Cod. de
Episcop. audiend., & Neapodan. in consuetud. si
de Bonis in verb. non habet, dicit induci per bi-
nam judicaturam, & dicit Dec. in cap. Atsi Cle-
rici 15. colum. 2. vers, & ista communis conclusio
extra de Judic., de quo meminit Cauet., Cresp.
de Valdaur. observ. 1. num. 114., Rota Lucana
inter decis. collect. apud Palm. decis. 82. num. 7.
& seq., & decis. 247. num. 31. & 38., rursus si
ta is stylus, & consuetudo attendenda omninò
36 est, tametsi contraria opinio de Jure esset ve-
rior, præsertim verò quando agitur de Judicatis
editis a supremis Curiis, earum enim Præjudi-
cia sequi oportet, Thabor. axiom. Jur. lib. 14.
cap. 79. axiom. 1., late Rot. Lucan. inter. decis.
collect. à Palm. nepot. decis. 247. num. 39., quip-
pe facere dicuntur Jus universale in eo Princi-
patu, in quo edita fuerunt, ut prosequitur idem
de Franch. verbis illis, quod consuetudo judican-
di attenditur, licèt contraria opinio sit verior, &
Sacri Consilii Neapolitani magna est auctoritas,
adeòut ea terruerit Decium, ut ipse dicit in con-
sil. 379. requisitus in princ., & graviorem esse
auctoritatem Sacri Consilii dicit Alciat. in re-
spons. 109. secunda facie vers. & in primis, & idem
Afflict. decis. 190. in fine dicit, quod articulus du-
bius, per Sacrum Consilium decisus, facit Jus uni-
versale in Regno, & dicit Gamm. in decis. Lusi-
tan. 33. in fin, quod Sententia Senatus facit Jus
quoad simil. Causas, & secundùm opinionem ma-
gnorum Tribunalium esse judicandum dicit Sylva
nuptial., & in specie de Præjudiciis, sive Judi-
catis Rotæ Roman. ait Thabor. d. axiom. 1., Card.
de Luc. de Emphyt. disc. 28. nu. 5., Rot. in Ari-
minen. Castrorum 3. Junii 1701. §. Hac secunda
coram Reverendissimo Molines, & in Callien Ca-
strorum 17. Junii 1701. §. Licet cum §. seq. coram
eodem, prævalere enim dicuntur, cuicumque
alteri, aut Doctorum, aut Tribunalium exte-
rorum opinioni, Rot. in Romana evictionis 17. Fe-
bruarii 1710. §. Et quidquid dixerint coram Emi-
nentissimo D. Card. Scotto, & in Romana Pri-
mogenituræ, & Fideicommissorum de Corsinis 16.
Maii 1710. §. Confirmatur 28. ad fin. coram
R.P.D. Aldrovando.

Profecto in nostro casu res disputatione egere
minimè videtur, nam in ea quæstione, qua di-
sceptatur, quale nam pretium, eveniente casu
suppressionis officiorum, restituendum sit à Re-
verenda Camera, extat celebre Judicium à Sa-
cra Rota editum in d. famigerata Causa Romana 37
pretii Officiorum, in qua declaratum fuit, illam
teneri ad restitutionem pretii dumtaxat ab ipsa
recepti, eandem absolvendo ab obligatione præ-
standi majorem illam quantitatem, quæ occa-
sione resignationum ab ultimo Resignatario Re-
signanti numerata fuerat, ut ex magistralibus
decisionibus 557. & 573. part. 19. superiùs rela-
tis, ad quarum normam prodiit Votum rotale,
& Sententia Illustrissimi Thesaurarii, confirma-
ta Motu proprio Summi Pontificis, relato à Card.
de Luc. post tract. de offic. vacabil., quas decisio-
nes semper secutum deinde fuit Sacrum Audi-
torium, in aliis omnibus controversiis subortis
occasione aliarum Causarum, in quibus con-
stanter respondit, respectu Reverendæ Cameræ
nullam aliam obligationem considerari posse,
quam illam restituendi pretium ab ipsa revera
receptum.

Cum itaque, in dubium venire nequeat, quin
tot solemnibus Judiciis inducta fuerit consue-
tudo, & stylus judicandi, omninò servandus, 38
tametsi contraria opinio de Jure esset verior, ab
illa certè recedere integrum non erit in nostra
hypothesi, in qua Judicata à Sac. Rota edita,
summâ

summâ Juris ratione fulcita reperiuntur, per ea,
quæ animadvertunt *Corat. de commun. opinion.
lib.1. tit.8. cus.10.*, *Nevizan. in Sylv. nuptial.
lib.5. num.62. in fin.*, *Altograd. sen. cons.3. n.5.
& seqq. lib.1.*, justa namque Juris ratio exigit,
39 quod, sive ex natura rei, sive ex alia legitima
causa resolvatur contractus, nil aliud restitua-
tur, quàm quod fuit acceptum, per *Text. in leg.
si diversa Cod. de Transact.*, *leg. Prædiorum Cod.
de Præd.minor.*, *leg 1. Codic.quando lic. ab empt.
disced.*, *Menoch. cons.664. n.2.*, *Surd. cons.179.
num.37.*, *Riminald. Jun. cons.430. num.8.*, *Cy-
riac. contr.55. num.33.*, *Card. de Luc. de regal.
disc.187. n.11.*, *Rocc. disput. Jur. select. cap.148.
num.27.*, *Rot. in d. decis.557. num.20. part.19.*;
ità enim nedum servatur æqualitas à Lege volita,
40 sed retinetur honestas illa, quæ exposcit, quod in
similibus officiorum suppressionibus, tametsi pu-
blicâ utilitate, & necessitate impellente, factis,
Princeps non locupletetur cum aliena jactura,
ut admonet *R.P.D. Ansuld. in tract. de com-
merc.*, *& mercat. disc.60. num.28.*, ut certè non
locupletatur, quando ipse restituit totum id,
quod recepit: quâ justitiæ, & æquitatis ratio-
ne si juvatur etiam Privatus, potiori Jure eàdem
juvabitur Fiscus, inter cujus Privilegia illud
41 recensetur, quod, nonnisi ad restitutionem
ejus, quod recepit, teneatur, non autem ul-
trà, ut ex *Textu* expresso *in leg. si Procurator 5.
ff. de Jur. Fisc.* tradunt, *Bald. in leg.1. Cod. de
hered. vel act. vend.*, *Afflict. in cap.1. sub nu.2.
in fin. de Investit. de reb. alien. fact.*, *Paris. con-
sil. 101. nu.14. lib.1.*, *à Ponte de potest. Proreg.
tit.4. de regal. imposit. §.4. num.2. & seqq.*, *Man-
gil. de evict. quæst.181. numer.28.*, *Guazzin. de
confiscat. conclus.28. num.48.*, *Rot. d. decis.557.
numer.6.*

Quamobrem nil turbat, quod Proxenetæ,
qui deinceps vigore resignationum dd. officia
adepti fuerunt, pro eisdem obtinendis solve-
rint Resignantibus quantitatem longè majorem
illâ, quam Reverenda Camera recepit, nam
dubitari nequit, quin officia ista sint instar
aliorum officiorum Romanæ Curiæ, tum quia,
id expresè declaratur pluribus locis Motus pro-
prii San. mem. Pauli V., ex quo eorum natura,
42 & qualitas metienda est, cum ex solà voluntate
Supremi Principis illa firmari dicatur, ad *Text.
in cap. unic. tit. quæ sint regal. in usib. feudor.*,
*Salgad. in labyrint. Credit. part.1. cap.35. n. 18.
21. & 26.*, *Mastrill. de Magistrat. lib.1. cap.13.
num.10. & seq.*, *Rocc. de offic. rubric.3. nu.68.
& seqq.*, *& numer.105. cum seqq.*, *Cabed. decis.
Lusitan. 24. numer.5. & 6. part.2.*, *Rot. coram
Card. Cerro decis.676. num.5. 9. & 18.*, *in rec.
decis.303. num.1. part.15.*, *& ad ornat. Card. de
Luc. de regal. decis.4. num.9.*, tum etiam quia,
id plenè demonstratur evidentiâ rei, resultante
ex substantia ipsa similium officiorum consisten-
43 tium in Jure percipiendi emolumenta ex merci-
bus, quæ in Urbem invehuntur, & quæ ad pa-
trimonium Principis pertinere expresè sancitur
in *Cap. unic. tit. quæ sint regalia in usib. feudor.*,
leg. Inter publica 17. §. final. ff. de verbor. sign.,
Cepoll. de servitut. rustic. Prædior. cap.28. n.2.,
Sixtin. de regal. cap.4. nu.11., *Rosenth. de feud.
cap.5. conclus.31. num.4.*, *& lit.D.*, *Montan. de
regalib. verb. Portus nu.1. vers.* Id *autem quo-
modò sumatur*, *Antunez. de Donat. reg. cap.6.
num.5. & 7.*, *Cabed. decis.46. numer.6. part.2.*,
proindèque eodem Jure, quo alia officia vaca- 44
bilia Romanæ Curiæ, censenda sunt, per ea, quę
notant *Mart. cons.53. numer.3.*, *à Ponte decis.28.
num.9.*, *Rot. in rec. decis.206. num.4. & seqq.*,
& decis.338. numer.13. 19. & seqq. part.11., *&
optimè decis.301. num.3. part.15.*, & instar illo-
rum, utpote de regalibus, non existunt in com-
mercio Privatorum, qui nec per emptionis, & 45
venditionis, nec per alium quemcumque con-
tractum de eis disponere inter se possunt, *Gut-
tierez. practic. quæst. lib.2. cap.64. num.5.*, *Sal-
gad. in Labyrint. Credit. part.1. cap.35. num.26.*,
Galeot. resp. fiscal.12. numer. 50., *Mastrill. de
Magistrat. lib.1. cap.25. numer.11.*, *à Ponte de-
cis.28. num.6. & seq.*, *Cabed. decis. Lusitan.24.
nu.5. & 6. part.2.*, ac per consequens postquam
officium à Supremo Principe alicui venditum 46
fuit, si is per viam resignationis aliam personam
in eo subrogare cupiat, nova ista persona, sive
officii Resignatarius, illud non à Resignante,
sed directè acquirere dicitur à Supremo Princi-
pe, qui novum creat Officialem, ad *Text. in
Auth. de exhibend. reis §. Optimum*, verbis illis=
*Et secundum jussionem nostram hoc habent non
tamquam paternam hereditatem, sed tamquam
Imperialem magnificentiam* =, *Valenz. cons.155.
num.10. & seqq.*, *Salgad. d. cap.35. numer. 21.*;
Rocca de offic. rubr.18. num.47. & seqq., *Card.
de Luc. de regal. disc.17. num.8.*, *de offi. vacabil.
cap.3. & cap.6.*, *utrobique num.9. & seqq.*, *Rota
Florent. apud eundem fol.199. num.19.*, *à Ponte
dec.28. num.19.*, *Cabed. decis.23. nu.12. part.2.*,
Rot. d. decis.557 num.28., *& decis.573. n.16.*,
ità sanè ut Resignans nihil aliud quàm nudum
consensum resignationi præstare dicatur, de me- 47
dio sè subducendo, ut alter Officialis eligi, &
in suum locum subrogari queat, nullo prorsus
inter illum, & Resignatarium intercedente con-
tractu, qui inter Supremum Principem, perso-
nam Venditoris, & Resignatarium, gerentem
illam Emptoris, celebrari censetur, juxtà in
proposito firmata per *Rot. d. decis.557. nu.28.
& seq.*, *decis.573. num.16. & seq. part.19.*, &
benè explicant *Valenz. cons.155. num. 10. & seq.
lib.2.*, *Surd. cons.185. num.31. & plurib. seqq.*,
Giurb. cons.65. num.15. & seqq., *Rocc. de Offic.
rubr.18. num.47. & seqq.*, *Molin. de Primogen.
lib.1. cap.25. num.10.*, *Salgad. in Labyrint. Cre-
dit. part.1. cap.35. num.18. & seqq.*, *& præcipuè
num. 22.*, *Telles. Fernandez. in leg. 26. Thaur.
num.30.*, *Card. de Luc. de regal. disc.4. sub nu.2.
§. Non negabantur*, *& disc.12. num. 8. §. Cete-
rum vers. in officiis enim disc.13. num.7.*, *disc.
16. nu.3.*, *& in tract. de Offic. venal. vacab. Ro-
man. Cur. cap.1. num.5. cap.6. nu. 9. cap.7. n.2.*,
*& in ejus discursu impressa in d. tract. fol. 191.
num.10.*, *Card. Thaurus. ibidem fol.145. num.2.*,
& numer.5.

At verò si post institutionem Collegii Proxenetarum, & creationem Officialium, qui certo pretio soluto Reverendæ Cameræ, officia emerunt, in subsequutis deinde resignationibus nullus inter Resignantes, & Resignatarios contractus celebratus dici potest eo quod similia officia
48 in privato non essent commercio, verum proinde ac intrinsecum pretium, quo illa a Resignatariis acquisita fuerunt, consistet in ea dumtaxat pecunia, quæ vel in prima officii erectione, vel in casu ultimæ vacationis soluta fuit à Resignante, in cujus locum, & Jus Resignatarius subingressus fuit, & fingendo, nullam inter Resignantem, & Resignatarium initam fuisse intermediam officii contrectationem, ut sequendo celebrem *decisionem 64. Vincentii de Franchis*, tradit *R. P. D. Ansald. de commerc., & mercat. disc. 71. num. 9.*, quidquid præter hanc pecuniam traditum fuit Resignanti, ab eodem receptum fuisse dicetur, non tamquam pretium, sed tamquam recognitio quædam sive præmium consensus præstiti pro validitate, & effectuatione resignationis, ut egregiè explicat *Rot. dict. dec. 667. sub num. 28. & seq.* sic loquens: *indè sequitur, quod in isto contractu emptionis, & venditionis Princeps gerit personam venditoris, & Resignatarius personam emptoris, pretium verò, pro quo officium, vel simile Jus emitur, consistit in illa pecunia, quæ Principi Venditori solvitur, vel soluta fuit per Resignantem, in cujus locum, & Jus Resignatarius subintrat; Resignans verò consideratur tamquam Venditor, sive instrumentum, & organum, quo mediante sequitur iste contractus, qui aliàs sine ejus consensu, tollendo se de medio, & faciendo locum vacationi, sequi non posset, undè talis consensus benè in præmissis operativus pro validitate actus non alterat naturam primæ concessionis, atque illud plus, quod solvitur Resignanti, dici non meretur pretium, pro quo emptio fiat, sed potius quid datum à Resignatario ex contractu innominato do ut facias, scilicet, ut Resignans cedat Juri suo, & præstet consensum, per quem fiat locus vacationi ad commodum ipsius Resignatarii*, & similibus verbis concludit pariter *decis. 573. num. 16., & seq. part. 19.* ac tradiderunt *Ferdinand. Brancia apud de Marin. allegat. 66. sum. 18. vers. quid ergo erit ista pecunia, clar. mem. Card. de Luc. de offic. vacab. fol. 191. num. 16., Rot. Florent. in Voto apud eundem impress. fol. 240. num. 24., R. P. D. Ansald. in tract. de commerc., & mercat. disc. 60. num. 40. & seq.*, ubi distinguens actum illum, qui inter Supremum Principem, & officii Resignatarium ab alio, qui inter hunc, & Resignantem celebratur, benè tradit, quod licèt pecunia, quæ à Resignatario traditur Resignanti in præmium, & compensationem consensus præstiti resignationi officii, respectu illorum, pretii nomen mereri possit, hoc lure tamen censeri nequeat respectu Principis, ad gravem illum, & summopere præjudicialem effectum, ut idem admittendo resignationem dicatur obligatus restituere id, quod non recepit; licèt enim justa Juris ratio exposcat, quod nè Princeps locupletetur cum aliena jactura, eveniente casu suppressionis officii, integrè restituat acceptum, vel in illius erectione, vel occasione ultimæ vacationis; nihilominus eadem Juris æquitas suadere videtur, quod, secuta ex legitima causa resessione contractus, nonnisi id, quod revera recepit, restituere teneatur, ut dictum fuit in § *Cum itaque*, Quamobrem, quoties contrà Rev. Cameram non urget 49
expressum pactum à justitia commutativa vestitum, nonnisi ad intrinseci pretii restitutionem obligari potest, *Card. de Luc. de Regal. disc. 33. num. 2. & plurib. seqq.*, nè alioquin sequatur, quod conditio ejusdem Cameræ, quæ in casu extinctionis officii fit debitrix illius pretii, deterior fiat ex facto alterius, quod tam- 50
quam res inter alios acta, Tertium, originarium nempe Debitorem, afficere non debet, ut loquitur Rota *d. decis. 557. num. 5. part. 19.*

Neque id peculiare est in solis officiis vacabilibus, nec quasi ex eorum singulari natura provenit, quod in casu suppressionis, solùm illius pretium intrinsecum Possessori restituatur, nulla habita ratione pretii extrinseci, nam istud nec etiam in pluribus aliis contractibus resolubilibus restitui ullo pacto debet. Facilè id probatur exemplo Debitoris censualis, qui volens re- 51
dimere Censum, restituit illi, apud quem tempore retroveuditionis idem viget, pretium solummodò in prima venditione receptum, non curato, quod secundus Cessionarius, vel Emptor plus, vel minus solverit originario d. Census Creditori, *Card. de Cens. quæst. 72., Roderic. de annu. reddit. lib. 1. quæst. 8. num. 22., Cyriac. contr. 170. num. 13.*, aliique relati apud *clar. mem. Card. de Luc. de Regal. disc. 30. num. 16. disc. 33. num. 4. de offic. vacab. fol. 66. num. 17., & seqq., Rot. d. 141. num. 1. & plurib. seqq. part. 13.*, quo exemplo usa etiam fuit *in dicta Romana pretii officiorum decis. 557. num. 5., & decis. 573. num. 14. part. 19.*, illasque sequendo, idem docuit *R. P. D. Ansald. de commerc., & mercat. disc. 72. n. 8.* Absimile non est aliud exemplum desumptum ex venditione rei subjectæ retractui, nam si illam retrahi contingat, is qui retractum passus est, 52
regressum non habet contra Venditorem, si rem emerit pretio majore illo, quod per Retrahentem sibi solutum fuit, *Alexand. cons. 21. n. 16. lib. 5., Ruin. cons. 72. num. 5. lib. 5., Aretin. cons. 3. num. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 9. num. 34., Mongil. de evict. quæst. 134. n. 1. & plurib. seqq., Gusman. eodem tract. quæst. 19. num. 1., & seqq. & num. 8., Gratian. discept. forens. 205. num. 4., & seqq. & num. 38., ibique Carol Anton. de Luc. num. 4., & discept. 433. num. 19., Rot. d. 229. num. 4. part. 4. divers.*

Et denique propius ad rem accedendo, assumptum confirmamus alio exemplo, quod in eisdem ferè nostris terminis præbetur ex Locis Montium, 53
quæ pariter de regalibus sunt, & ex eorum natura redimibilitati obnoxia existunt; Privati autem illa directè emere dicuntur à solo Principe, qui pretium intrinsecum eisdem constituit, & 54
pro illis in casu extinctionis non restituit nisi quan-

quantitatem, quæ à Camera recepta fuit, nullà habità ratione extrinseci augmenti sivè pretii inter Privatos currentis, pro quo nulla tribuitur actio, eo quod dicatur pretium affectionis, & ratione publici commercii inter Privatos introductum, proindeque sive augeatur, sivè minuatur, lucrum, aut damnum nunquam pertinet ad Cameram, imò nec etiam ad Venditorem, sed ad Emptorem, *clar. mem. Card. de Luc. de regal. disc. 30. sub num. 15., idem de Loc. Mont. non vacab. cap. 4. num. 14. & num. 17., Rot. Florentin. apud eundem eodem tract. fol. 200. num. 23., coram Manzaned. d. 193. num. 2.*, eodemque exemplo, tamquam præcisè definiente quæstionem hanc, utitur *Rot. dict. decis. 557. num. 31., & decis. 573. nu. 15. part. 19. rec.*

Nec est eur exadverso objiciatur, augmentum, vel decrementum pretii officiorum, de quibus agitur, ex peculiari eorum natura essentialiter pendere à causa extrinseca, tum publici commercii, tùm industriæ personæ, ideoque in concreto casus nostri argui nequeat à Locis Montium ad officia vacabilia, quorum pretium, sivè valor, ejusque augmentum respectum habere semper dicitur ad fructum incertum, & vitalitium, ut in *§. Certiùs quia*, Loca verò Montium, nunquam immutata fructuum quantitate, uniformi semper, & perpetua, augmentum omne,
55 & decrementum, quod respectu valoris recipiunt, extrinsecum semper est; Discursus namque iste nullo pacto subsistit, eo quod omnimoda illa identitatis ratio, quam inter Loca Montium, & officia vacabilia concurrere, benè notavit, tum *Rota Florentina apud clar. mem. Card. de Luca de offic. vacab. fol. 200. num. 23. & seq.*, tum etiam *Sacra Rota in Romana, seu Januen. Locorum Montium prima Februarii 1709. §. Quia in casu*, ibi = *Et in terminis officiorum vacabilium Romanæ Curiæ*, ad quorum normam regulantur Loca Montium, *coram R.P.D. Aldrovando*, non tollitur ex certitudi-
56 ne aut incertitudine fructuum, & eorum variabilitate, aut aliis circumstantiis, ex quibus provenire potuerit pretii quoque variatio, cum hodierna quæstio, hujusque Causæ momentum, non vertat in investigando principio, ex quo proveniat augmentum extrinsecum pretii tam Locorum Motium, quàm officiorum, sed versetur iu quærenda intrinseca ratione, ob quam tale pretium merè extrinsecum, tam respectu Locorum Montium, quàm officiorum vacabilium a Reverenda Camera restituendum minimè esse constanter semper censuerunt *Doctores*, & *Sacra Rota*, quæ sanè intrinseca ratio, non provenit ex sola variatione fructuum, nam, licèt verum sit, quod ea, quæ certum, & inva-
57 riabilem reditum ferunt, nisi aliæ concurrant circumstantiæ, certum pariter, & invariabile pretium intrinsecum retinere soleant, contra verò ea, quorum reditus est incertus, & pro temporum ratione augeri, & minui potest, etiamsi nulla alia superveniat extrinseca circumstantia, juxtà fructuum augmentum, aut decrementum crescant etiam aut decrescant quoad pretium intrinsecum, juxtà familiaria exempla, quæ io Romana Curia ob omnium oculos versantur, & præclarissimum est illud Secretariatuum, de quo in *dicta decis. 557. & decis. 573.*, quorum valor, & pretium intrinsecum excrevit in quantitate longè majore, illà in ipsorum erectione constitutà, ut patet ex quantitate, in eorumdem vacationibus à Reverenda Camera recepta, & in Collegii suppressione, Secretariis restituta, idque evenit, quia eorumdem fructus, beneficio temporis, tantum incrementum receperant, ut excederent scuta decem, & duodecim pro quolibet centenario, ut animadvertit *clar. mem. Card. de Luca de offic. vacab. cap. 15. num. 15.*; nihilominùs variatio isthæc pretii in-
trinseci non excludit extrinsecum etiam ejus- 58
dem augmentum, qui negari nequit, nisi ab iis, qui affirmare ausi fuerint, palmari errore lapsam fuisse *Sacram Rotam* in sæpius citatis magistralibus *decisionibus 557., & 573.*, in illis enim disertissimis verbis pretium intrinsecum Secretariatuum distingu tur ab eorumdem pretio extrinseco, & primum constituitur in quantitate, vel in prima erectione, vel occasione ultimæ vacationis soluta Reverendæ Cameræ, secundum verò consistere dicitur in pecunia, quæ per modum cujusdam præmii, sivè compensationis à Resignatario solvebatur Resignanti ob consensum præstitum resignationi, ut notatum fuit ex dictis *decisionibus*, quarum verba alibi retulimus.

Quamobrem *Sacra Rota* assumendo examen obligationis, quà Reverenda Camera obstringebatur, rectè censuit, quod ob suppressionem Secretariatuum facto jam loco restitutiooi pretii faciendæ illorum Possessoribus, teneretur quidem ad restitutionem integræ quantitatis, ab ipsa receptæ, sive major, sive minor esset illà, in prima officiorum erectione statuta, eò quòd ejusdem respectu, in ea reverà consistere diceretur eorum intrinsecum pretium: at aliter rem se habere respectu augmenti extrinseci, occasione resignationum inter Resignantes, & Resignatarios conventi, quia istud, tamquam res
inter alios acta, nocere non poterat Debitori, 59
in cujus præjudicium tale pretium augeri non poterat, sed eveniente casu suppressionis, sive redemptionis officii, nonnisi id, quod receperat, restituere tenebatur, exemplo Censuum, Retractus, & Locorum Montium, quorum supra meminimus, quibus sanè regulis, & verissimis Juris principiis *Sacra Rota* semper adhæsit tum in dd. *decisionibus 557. & 573.*, tum in aliis occasione aliarum Causarum à Sacro Auditorio editis, in quibus, ut alibi notavi, distinguendo Jura, & Causam Reverendæ Cameræ à Jure, & Causâ Secretariorum, qui, superveniente suppressione Secretariatuum, ab illa non recuperaverant nisi pretium, quod ad eandem in ultima vacatione pervenerat, dictum fuit, Resignatarios pro augmento, occasione resignationis soluto, agere solùm posse contra Resignantes, vel quia respectu istorum tale augmentum haberi poterat instar veri pretii, eisdem so-

luti: vel quia, quoties deficit speciale pactum,
60 si sequatur abductio rei, ex causa onerosa quęsitę,
semper favore spoliati, fit locus restitutioni
quantitatis, quæ ab eo pro illa acquirenda ex-
tradita fuit, ut latè apud *R. P. D. Ansuld. de*
commerc. & mercat. disc.60., & in *decisionibus*,
quas retulimus in *d. §. Certius quia*, in quibus
61 respectu Cameræ firmatur, aliud pretium intrin-
secum officiorum considerari non posse, quàm
illud, ab ipsa receptum; Ità sanè, ut quoties
deficit speciale pactum, nihil aliud præter id re-
stituere teneatur, ut alibi notavimus ex *clar.*
me. Card. de Luc. de regal. disc.33. ex numer.2.;
parvipenso, quod augmentum, vel decremen-
tum valoris extrinseci officiorum proveniat ex
majori, vel minori affluentia negotiorum re-
quirentium industriam personæ, talia officia
exercentis, & ad mensuram negotiorum, quæ
62 expediuntur, emolumenta percipientis, quia id
generale in omnibus officiis vacabilibus.

Hæc igitur cum ità se habeant, & validissi-
mis rationibus demonstratum dici posse videatur,
Reverendam Cameram teneri dumtaxat resti-
tuere pretium officiorum, ab ipsa receptum, nul-
63 lâ habitâ ratione extrinseci augmenti, ad quod
occasione resignationum illud excrevit, juxta
plenè firmata in dd. magistralibus *decisionibus*
editis in Romana pretii officiorum, frustrà DD.
Proxenetarum Defensores, ajebant, easdem
minimè applicari casui nostro, eò quòd in illa-
rum hypothesi concurreret tum facultas suppri-
mendi officia, à Summo Pontifice sibi expressè
præservata, tum etiam urgeret propria signifi-
catio verbi *restituere* importantis obligationem
reddendi id dumtaxat, quod à Reverenda Ca-
mera acceptum fuerat; nam, quibus fundamen-
tis *Sacra Rota* mota fuerit, patet ex lectura *dd.*
decisionum, in quibus pro ratione decidendi af-
feruntur theoricæ omnes relatæ ex *§. Hæc sunt*
momenta & plurib. seqq., pro illarum confirma-
tione afferendo concordantes Doctorum tradi-
tiones; qui, dum firmarunt, Cameram Supre-
mi Principis in casu suppressionis similium offi-
ciorum teneri ad restitutionem dumtaxat pretii
intrinseci, scripserunt in casu, in quo vel non
aderat expressa præservatio facultatis illa extin-
guendi, prout etiam adhibitum non fuerat ver-
bum *restituere*, vel si illa concurrebant, ratio
ità decidendi non in iis, sed posita fuit in vera
illa, ac viva ratione, quod nempè secutâ ex
natura rei, sive ex alia legitima causa officii
64 suppressione, Princeps non teneatur restituere
nisi id, quod ipse recepit, quia id reverà con-
siderari potest tamquam pretium istiusmodi rei,
quæ utpote de regalibus Supremi Principis, non
est in libero commercio Privatorum, eorumque
ex facto recipere nequit illius taxationem, &
æstimationem, expressa itaque præservatio fa-
cultatis extinguendi officia Secretariatuum con-
currens in Causa Secretariatuum, immutare ne-
quit naturam obligationis, quâ Supremus Prin-
ceps obstringitur; nam, cum omnia hujus ge-
neris officia suaptè naturâ obnoxia sint periculo
suppressionis, atque extinctionis, ut alibi nota-
vimus ex *R.P.D. Ansaldo de commerc., & mer-*
cat. disc.60. num.52., justitiæ, & æquitatis ra-
tio exposcit quod ipse restituere solummodo te-
neatur id, quod recepit occasione illorum ven- 65
ditionis, ab ipso factæ, id autem restituendo, ne-
dum debito justitiæ, sed satisfacit etiam hone-
statis rationi, prohibenti ipsum locupletari cum
aliena jactura, ut alibi diximus, quæ sanè ratio,
si urget contra Principem, pro eodem obligan-
do ad restituendum quidquid ipse ex causa pre-
tii officiorum recepit, sic etiam eidem favere
debet, nè scilicet teneatur restituere pretium
extrinsecum, quod ipse non recepit, & quo non
ipse, sed illi, qui officia resignarunt, locuple-
tati fuerunt. Prout etiam non urget, quod in
Motu proprio à S. Pontifice Pio V. edito super
officiis Secretariatuum adhibitum legatur ver-
bum *restituere*, quia, cum in hujusmodi officiis
suaptè naturâ suppressioni obnoxiis Supremus
Princeps ex justitia commutativa ad nihil aliud
teneatur, quàm ad restitutionem pretii intrinse-
ci, ut similis obligatio alterari, & extendi pos-
sit ad pretium etiam extrinsecum, non sufficit
figura verborum, quæ æquivoca sint, sed illa
talia esse oportet, ut inducant pactum, justitiâ
commutativâ vestitum, cujus vigore se ad talis
etiam extrinseci pretii restitutionem obligare
voluerit, ut pluries, & præsertim in *§. At ve-*
rò dictum fuit.

Hinc cessat illatio, quâ exadverso dicebatur,
quod, deficiente expressâ præservatione extin-
guendi officia Proxenetarum, cogitatum dici
non potest de quantitate pretii, hoc eveniente
casu, restituendi, ideoque ejusdem determinatio
relicta censenda esset sub dispositione Juris com-
munis, ex cujus censura illius restitutio fa-
cienda est, juxtà præsentem æstimationem; Nam
istiusmodi officia, suaptè naturâ, obnoxia sem- 66
per sunt periculo extinctionis, & Officiales illa
ementes norunt, eadem esse redimibilia, &
subjecta resolutioni provenienti ex facto Princi-
pis; ut enim observat *Card. de Luc. de offic. va-*
cab. cap.17. num.15., illa a Supremo Principe 67
concessa dicuntur donec durent, quo fit, ut il-
lorum emptio, sive acquisitio facta semper di-
catur sub periculo tum vacabilitatis, & natura-
lis peremptionis, tum etiam resolubilitatis, per
ea, quæ tradit *Gratian. discept. 520. num.23.*
& seqq., *Rocc. disput. Jur. selectar. cap.91. n.2.*
& seqq., *& nu.17.*, *de Marin. resol. Jur. lib.1.*
cap.108. numer.152. & seqq., *Cyriac. contr.197.*
num.1. & seqq., *& controv.310. numer.164. cum*
seqq., *Rot. coram Manzaned. decis.193.*, *& in*
Romana Locorum Montium 30. Januarii 1702.
§. Et quamvis coram R. P. D. Lancetta; Eve-
niente autem isto casu, cum fiat locus obliga-
tioni dumtaxat restituendi pretium similium of-
ficiorum, hinc sequitur, quod, si cum res est
inter Supremum Principem, & Officiales, id
dumtaxat tamquam illorum pretium considera-
ri potest, quod idem in eorum erectione, vel 68
in ultima vacatione recepit, sic ad nihil aliud te-
neatur, ut latè probatum fuit superioribus lo-
cis. Proindèque auctoritates, quæ in contra-
rium

rium allegantur, applicari nequeunt nostræ hypothesi, io qua Supremus Princeps paratus est restituere, quod ipsi solutum fuit pro tali officio, quod, utpote redimibile, & obnoxium
69 extrinseco augmento, & decremento pretii, quæsitum censetur cum sua causa, sub Legibus videlicet, eventibus, commodis, & incommodis, quæ illius naturam sequuntur, argumento *Textus in leg. cum ab uno in princ. ff. de legat.2.*, *Cravet. cons.174. num.9.*, cum aliis, quos refert, & sequitur *Surd. cons.150. num.22.*, *consil. 442. nu.3. vers. tertia ratio*, *Palm. nepos allegat.328. num.15. versus finem*, *Rot. in rec. dec.142. nu.3. par.14.*, & meliùs ad rem nostram *Rocca disput. Jur. select. cap.91. sub num.17.*, *& Rot. in dicta Romana Locorum Montium §. Et sanè metiendo cum seqq. coram R.P.D. meo Lancetta*, nec contrarium docuit *Fagnan. allegatus in d.§.15.*, quia, ut benè explicat sæpiùs citata *decisio 557. nu.30.*, summus iste Juris, ac Sacrorum Canonum interpres, agens de redemptione Locorum Montium, & officiorum vacabilium, in quorum erectione non adest, nisi pactum de redimen-
70 do, non expresso certo pretio, dum firmat, quod eveniente redemptione, hæc fieri nequeat pro solo pretio recepto in illorum erectione, non idcircò docet, quod restituendum sit pretium etiam extrinsecum, sed solummodò tradit, quod à Camera debeatur majus illud pretium, quod posteà recepit in ultimis venditionibus, & occasione ultimarum vacationum, *& hoc potiùs ex motivo æquitatis, ne Camera locupletetur cum alterius jactura*, *ut numer.10.*, *ideò doctrina illius applicatur potiùs in favorem Cameræ, quæ non controvertit restituere illudmet pretium, quo officia ab ipsa fuerunt vendita* = sunt verba *decisionis* loco citato; Ut etiam non adversantur *decisiones* allegatæ eodem *§. Certius quia*; eas enim explicavimus in *§. Nec est cur exadverso*; Undè etiam promanat responsio argumento desumpto ex facto Summi Pontificis Pauli V., in suppressiooe quindecim officiorum restituentis noo originarium illorum pretium scutorum quingentorum, pro onoquoque solutum in eorum erectione, sed scuta centum quinquaginta dumtaxat: nam malè exadverso supponitur, in istiusmodi minoris pretii taxatione Summum Pontificem respexisse extrinsecum illorum valorem, ut mox demonstrabimus.

Operæ pretium fuisse censui copiosiùs loqui de obligatione Reverendæ Cameræ respectu pretii, in casu suppressionis ab ipsa restituendi, nam, si illud, juxtà verissimas Doctorum traditiones, & constantem Sacri Auditorii opinionem, restitui debet in ea quantitate, quę vel in prima erectione, vel occasione ultimæ vacationis pervenit in Ærarium Principis, qui officium instituit, ac vendidit, hinc evidens, & apertum redditur, nullo justo colore modernos Proxenetas conqueri de disformitate pretii à Congregatione
71 constituta inter officia viginti quinque, ad quæ San. mem. Paulus V. redegit Collegium Proxenetarum, & quorum respectu censuit, Reverendam Cameram teneri restituere pretium scutorum quingentorum, quo in prima erectione unumquodque officium emptum fuit: Pro officiis verò suppressis respondit restituenda esse scuta centum quinquaginta dumtaxat pro unoquoque officio, non quidem habità ratione ad pretium extrinsecum, quo, tempore suppressionis, officia erant in commercio, quodque erat longe minùs, ut habetur ex Chirographo San. mem. Pauli V., ajentis, pretium illud jamdudum decrescere cœpisse *per sublationem*, sunt verba Chirographi, *& suppressionem d. Massæ communis à prædicto fel. record. Sixto V. Prædecessore nostro, ut præmittitur, factam, dietim Collegium Proxenetarum Ripæ, ac eorum Proxenetarum officia adeo vilescere cœperint, ut quæ anteà erant pretii scutorum tricentorum vel circà, hodiè ob defectum d. Massæ vix septuaginta scuta similia ex eis reperiri valeant*, sed Congregatio eorumdem pretium æstimavit juxta quantitatem, quâ, tempore suppressionis, intrinsecè valebant, ut perspici potest ex verbis ejusdem Chirographi, in quo licèt dicatur = *Proxenetis verò amovendis pretium eorumdem officiorum pro ea summa, & quantitate, prout eidem Camerario visum, & per eum statutum, & deliberatum fuerit, restitui, dictumque pretium ab eodem Collegio viginti quinque Proxenetarum ex d. communi Massa, &, prout d. Camerarius convenerit, & deliberaverit, solvi volumus, & mandamus* = Nihilominùs Card. Camerarius judicium, & arbitrium suum in illo statuendo moderatus fuit juxta eam quantitatem, quam in ultima officiorum vacatione Reverenda Camera recipere poterat. Cum enim officiorum supprimendorum Jura omnia, & emolumenta à Reverenda Camera, justo eidem soluto pretio, cedenda essent Collegio redacto ad vigintiquinque dumtaxat Proxenetas, & tunc vacarent quatuor officia, hæc æstimata, & vendita fuerunt scutis centum quinquaginta pro quolibet officio, & nonnisi hæc quantitas pretii Reverendæ Cameræ soluta fuit à Collegio, cui illa cum reliquis undecim officiis incorporabantur; quamobrem non solùm justè, sed maximà cum Collegii utilitate, dicta etiam undecim officia extincta, & quæ, ut Summus Pontifex testatur in suo Chirographo, vix vendi potuissent scutis septuaginta, aut octoginta, æstimata fuerunt pretio, pro dd. quatuor officiis soluto Principis Ærario.

Idque sanè agnoscentes Proxenetæ, qui tunc dimissi fuerunt, ratam, acceptamque habuerunt d. pretii quantitatem, ut perspici potest ex serie facti, à D. Substituto Commissario relati in Memoriali distributo die 28. Augusti anni 1714., in quo juxta documenta extracta è Prothocollis existentibus apud acta D. Tartagliæ Secretarii Reverendæ Cameræ, & quæ tunc data fuerunt *in Summario num. unico*, enarratur, die 9. mensis Aprilis anni 1611. congregatos fuisse Proxenetas coram R. P. D. Vaccario Auditore clar. mem. Card. Aldobrandini, tunc Camerarii, ab eisdemque deputatos fuisse tres Proxenetas, videlicet Jo: Petrum Sottile, Simonem Borgiani, & Prosperum Zeti, eisdemque datum fuisse

man-

mandatum pro inveniendis scutis 2500. erogandis in restitutionem pretii, faciendam quindecim Proxenetis, officio abdicandis, ut in *dicto Summario unic. lit. A.*; Die verò 15. ejusdem mensis denuò convocato Proxenetarum Collegio coram eodem R.P.D. Vaccario, expositum illis fuisse, quod, cum ad normam Motus proprii Pauli V. supprimi deberent quindecim officia, pro eorum pretio scuta centum quinquaginta restituta fuissent iis, qui d. quantitate se contentos declarassent, minus alioquin pretium, si dissensissent, fortè recepturi, paucis tamen exceptis, omnes ad d. quantitatem recipiendam se paratos exhibuerunt, deindèque die 19. d. pariter mensis coram R.P.D. Serra tunc Pro-Thesaurario comparuit Camillus del Palagio nomine bo. me. Horatii Falconerii, & Sociorum, declarans, titulo depositi habuisse à Collegio scuta 2250. ad effectum restituendi unicuique ex quindecim Proxenetis, ab officio amotis, scuta centum quinquaginta; idemque declaravit, quod tàm ipse Camillus, quàm ejus Socii d. obligationem suscipiebant, quia Collegium, ejusque Deputati sibi, suisque Sociis cesserant Loca viginti quinque Montis Communitatis, cui vigore Pontificii Chirographi idem Collegium aggregatum fuerat, *d. Summario un. unic. lit. C. & seqq.*, ubi legitur, Summum Pontificem mandasse, ut eidem Collegio pretio scutorum centum quinquaginta pro quolibet venderentur quatuor officia, ut diximus, jam vacantia; Prout reverà die 10. mensis Maii ejusdem anni 1611. à R.P.D. Serra d. pretio vendita illi fuerunt.

Cum igitur Jura quindecim officiorum suppressorum translata, & incorporata fuerint Collegio Proxenetarum, consolidato in dd. viginti quinque Proxenetis, qui pro obtinenda à Reverenda Camera d. cessione, & incorporatione eidem solverunt scuta centum quinquaginta dumtaxat pro unoquoque officio, hinc
72 sequitur, quod, si subrogato competere nunquam potest jus majus illo, quod habebat is, cui fit subrogatio, ad *Text. in leg. si eum 10. §. Qui injuriarum ff. si quis caution.*, *Rota coram San. mem. Gregor. XV. decis. 544. nu. 3.*, *coram Peutinger. decis. 58. num. 4.*, *ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de usur. decis. 40. numer. 8.*, *& in Mantis. de credit. decis. 10. num. 17.*, moderni Proxenetæ, qui successerunt loco vigintiquinque Officialium, à San. mem. Paulo V. relictorum in exercitio officii; frustrà hodiè in universali totius Collegii suppressione consequi contendunt scuta quingenta, quanti officia, suppressa, in primæva erectione empta fuerunt, quia quantitas ista, quæ tunc erat verum, & intrinsecum eorum pretium, tale esse desiit, quando in ultima vacatione Reverenda Camera longè minori pretio illorum Jura incorporavit, & cessit Collegio consolidato in dd. viginti quinque Proxenetis: Et sanè, quemadmodum justitiæ ratio exposceret, quod si in dicta ultima vacatione eadem recepisset pretium majus illo soluto in erectione Collegii, dictum majus pretium restituere teneretur, ut observatum fuit in officiis Secretariatuum, sic viceversà teneri non debet, nisi ad restituendum id, quod reverà recepit, nec idcircò difformitate istâ pretii ullo pacto læsa dici poterit justitia commutativa, 73
istâ enim quum sequitur ex legitima causa, istiusmodi Officiorum suppressio præscribit non certum, & uniforme pretium, sed pro eo justè æstimando præcipit, quod inspiciatur solummodò quantitas illa, quâ officium venditum fuit in prima erectione, vel in ultima vacatione, 74
quæ si attendatur, officiorum pretium uniforme esse nequit, ut perspici potest tum ex dd. *decisionibus 557. & 573.*, tum ex pluribus aliis à *Sacra Rota* Auditorio editis in *aliis* Causis disceptatis super pretio debito pro Secretariatibus suppressis, in quibus constanti semper sententiâ firmatum fuit, Rev. Cameram nulli alii obligationi subjici, quàm illi restituendi pretium ex causa ultimæ vacationis receptum, licèt illud difforme esset tum originario pretio, tum quantitati illi, quâ juxta vacationum contingentias, aliâ similia officia vendita ab ea fuerant.

Ex quibus sublata remanet illa contraria animadversio, videlicèt id, quod tempore San. mem. Pauli V. factum fuit à Proxenetis officio submotis, nocere non posse modernis Officialibus, id namque locum sibi vindicare nequit in nostro casu, in quo non ex spontaneo facto dd. Proxenetarum receptum fuit pretium minus illo, 75
quod solutum fuerat in prima officiorum erectione, sed tali minori pretio contenti fuerunt, quia illud, quod Reverenda Camera receperat prò quatuor officiis vacantibus, erat solummodò scutorum centum quinquaginta, quo fortè pretio vendi nequivissent cetera undecim officia, si illa vacare contigisset: Quamobrem moderni Proxenetæ in Collegii suppressione istud dumtaxat pretium recipientes prò quindecim officiis tunc suppressis; eum recipere dicantur totum id, quod tunc erat eorum verum pretium intrinsecum in quantitate scut. 2250. solutum Cameræ, eisdem præjudicatum dici nequit ex facto alterius; Non omittendo etiam, quod cum agatur de facto adeo solemni, celebrato a toto Collegio, & quidem auctoritate Card. Camerarii, & Pro-Thesaurarii, ac denique confirmato Pontificio Chirographo, in dubium venire nequit, quod illud afficere debeat etiam Successores, ut benè considerat *Rota in Romana Fideicomissi 12. Junii 1702. §. Præsertim coram Reverendissimo Kaunitz.*, *in Civitatis vetulæ Transactionis 20. Aprilis 1708. §. Absque eo quod coram Eminentissimo Domino Cardinale Scotto*, *in Firmana Primogenituræ super Transactione 20. Junii 1713. §. 6. & 7. coram R.P.D. Crispo*, *& in Romana Donationis*, *& ususfructus de Gavottis quoad partitus primæ, secundæ, & tertiæ Classis 20. Aprilis 1714. §. Æquè urgentes coram Eminentissimo D. Card. Scotto*.

Quæ cum ita sint, resolutio Congregationis justa dignoscitur etiam quoad eam partem, quâ dicitur, pretium restituendum esse Proxenetis, docto de extinctione Locorum Montium facta per

per Collegium, nam, si idem aggregatum fuit Monti Communitatis pro Locis viginti quinque, ut persolvere posset pretium quindecim officiorum, quorum Jura á Reverenda Camera cedebantur vigintiquinque Proxenetis, in quibus Jura Collegii consolidabantur, justitiæ ratio exposcit, quod idem docere teneatur de extinctione dd. Locorum Montium, nè pro illis eadem subsidiariè obligata remaneat, & nè Montistæ, qui dd. Loca emerunt, suppresso Collegio, deperdant fundum, & Debitorem dd. Locorum Montium, lædendo publicam fidem, cum qua ipsi contraxerunt, aliàs illa non empturi.

ARGUMENTUM.

Indulta exemptiva Congregationum Monasticarum a subsidiis, aliàs ipsis impositis a Summis Pontificibus, ad onera cameralia non extendi, firmat hic Author, pro veritate consultus: Eadem Indulta sedulò accuratèque discutit: Propositis itidem respondet objectis, & quamlibet prorsus contrariam observantiam rejicit.

DISSERTATIO VIII.

1 *Sub nomine* Decimarum, *seu* subsidiorum *illorum, quæ Ecclesiasticis indicuntur pro Ecclesiæ necessitatibus, onera cameralia non comprehenduntur.*

Et nec etiam sub nomine Impositionum, num. 3.

2 *Ejusmodi Decimarum onus a Summo Pontifice imponitur Ecclesiasticis omnibus, ac universis etiam Italiæ Regularibus Ordinibus; onera verò cameralia Subditis dumtaxat Ecclesiastici Status,* & n. 5. & 17.

4 *Ubi sunt ambigua transactionis pacta, interpretatio illa sumenda est, quæ magis est conformis cum caussa transigendi.*

6 *In transactione quod onera alterius, & prorsus diversi generis remissa fuerint, absque eorum mentione expressâ, perceptibile non est.*

7 *Inverisimile est, ampliorem exemptionem fuisse reportatam in recompensationem minoris, quàm alterius gravioris assumpti oneris.*

8 *Pro speciali, nec aliis communi, onere assumpto specialius privilegium esse debet.*

9 *Sollicitus quisque esse solet, ut posteriora privilegia in ampliori forma, vel saltem ad tramites priorum concedantur.*

10 *Privilegium exemptivum si onera etiam cameralia comprehendisset, illa, non secus ac alia onera, fuissent expressa.*

11 *Speciali privilegio quoad onera cameralia non potiri Congregationem, colligitur ex non concessa eidem speciali exemptione ab iisdem oneribus.*

12 *Discretiva loquendi forma de oneribus cameralibus, ac de aliis oneribus in Constitutionibus Summorum Pontificum, exemptionem concedentium, diversam illorum voluntatem arguit.*

13 *Privilegia ita interpretanda sunt, ut Tertio non præjudicent.*

14 *Princeps non censetur Tertio voluisse præjudicium inferre, nisi id clarè expressèrit.*

15 *Subsidium quartæ partis fructuum a* Paulo III. *impositum Congregationibus Monasticis inter onera cameralia recensendum est; sed* vid. num. 17.

16 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

18 *Onera cameralia Pontifex non imponit ad instantiam Communitatum, sed juxtà indigentias proprii ærarii.*

19 *Oneribus cameralibus, ad instantiam Communitatum, Ecclesiastici gravari possunt, ubi facultates Laicorum non suppetunt.*

20 *Constitutiones revocatoriæ exemptionum vim adimunt quibuscumque consuetudinibus, etiam immemorabilibus.*

21 *Observantia interpretativa non suffragatur quum multi contrarii concurrunt actus,* & num. 25. & 26.

22 *Privilegium exemptionis non extendi ad onera cameralia, evincitur, ex quo eadem sine contradictione soluta fuerint,* & num. 23.

24 *Oneribus Cemeralibus non subjici etiam Colonos, & Factores Monachorum, intolerabile Communitatum gravamen præsefert.*

27 *Onera Cameralia per modum unius imponuntur tàm Laicis, quàm Ecclesiasticis, & ab utrisque promiscuè solvuntur.*

28 *Decimæ potiùs, quàm oneris cameralis nomen mereatur onera, Ecclesiasticis dumtaxat imposita.*

29 *Duplici oneri Monasticas Congregationes fuisse a Summo Pontifice subjectas, ita ferentibus Ecclesiæ necessitatibus, mirum non est.*

AGITATA sæpiùs, ac diversimodè resoluta quæstio inter nonnullos ex Monasteriis undecim Congregationum Regularium, & aliquas particulares Communitates Status Ecclesiastici super solutione onerum Cameralium, hodiè universali examini subjicitur, in jus vocatis omnibus istis Congregationibus Monasticis, & deputato universis Communitatibus Defensore, ut certa tandem, atque inconcussa norma in futurum firmetur, nec de hoc articulo ampliùs in Sacra Congregatione dubitari, ac disputari contingat.

Hæc porrò Causa, ut ipsa Resolutionum varietas satis ostendit, valde perplexa est, & involuta. Quinimò primâ facie quædam species æquitatis pro absolvendis ab oneribus cameralibus præfatis Congregationibus militare videtur ob exorbitantia nimirum onera, illis à Summis Pontificibus imposita, quæ adhuc sustinent, & Cameræ Apostolicæ quotannis persolvunt, præsertim quòd neutra præterita Judicata longè magis

gis istis Congregationibus, quàm Communitatibus favere, inficiari nequit.

His tamen non obstantibus; libratis diù, ac sedulò utriusque Partis rationibus, & diligenter discussis istarum Congregationum Privilegiis, verius existimo, easdem teneri ad onera cameralia.

Percurrendo siquidem, & examinando singula Indulta, quæ favore undecim Congregationum à Summis Pontificibus hactenùs emanarunt pro temporum diuturnitate, & Subsidiorum, illis impositorum, occasione, nullum invenitur, quod sit illarum exemptivum ab oneribus cameralibus, sed omnia dumtaxat in hoc collimant, ut eisdem tribuant exemptionem à Decimis, aliisque hujus naturæ Subsidiis, quæ Pontifex ut Pastor Ecclesiæ universalis indicit Ecclesiasticis secularibus, vel Regularibus, juxtà ejusdem Ecclesiæ indigentias, non verò ab his, quæ uti Princeps, & Dominus in Statu Ecclesiastico, & temporali Subditis suis imponit, quæ propriè loquendo veniunt appellatione onerum cameralium.

Si enim spectetur Impositio scutorum aureorum 400000. facta à *S. Pio V.* istis Congregationibus 10 Kalend. Aprilis anni 1570., *Summario Congregationum num.7.*, in ista nihil aliud legitur quàm = *exemptio à quibuscumque Decimis universalibus, & particularibus de cetero imponendis, & præterea ab omni contributione, collatione, & taxa pro Collegiis Seminariorum Apostolicorum tàm ordinaria, quàm Apostolicâ auctoritate facta, vel facienda &c.*

Cui loquendi modo pariformis est ille, qui adhibetur in Instrumento inito die 10. Aprilis 1571., in quo undecim Congregationes loco prædictorum scutorum 400000. se obligarunt solvere annuatim scuta 32000. pro erigendo uno Monte. In præcitato enim Instrumento exemptio concessa legitur ipsissimis, & eisdemmet verbis, in supradicta Constitutione contentis, restrictis nempè ad Decimas, & Taxas pro Seminariis, ut videri potest *Summario Congregationum num.8.*; Aliud verò Instrumentum datum *Summario n.9.*, quod tangit idem subsidium, in quo Congregationes cesserunt Iuri, sibi reservato, præfatum Montem redimendi, nihil aliud præsefert, quàm confirmationem exemptionum, in Instrumento antecedenti die 10. Aprilis contentarum.

Descendendo ad Indulta *Clementis VIII.*, *Pauli V.*, & *Alexandri VII.* relata *Summario Congregationum nu.11. & 12. 13. & 14.*, omnia se referunt ad exemptiones, a *S. Pio V.*, concessas, illasque confirmant, & innovant præterquam quoad unum ex illis *Clementis VIII.*, in quo aliqua exemptio magis specialis contineri videtur, sed nihil pertinens ad onera cameralia, ut in responsione ad objectiones ostendetur. Quare, nisi doceatur privilegia à S. Pio impertita, comprehendere onera cameralia, nec ista quidem ad hujusmodi onera protendi valent, cum natura confirmationis sit, ut non egrediatur fines actus confirmati.

Vanum est autem prætendere, & asserere, sub nomine Decimarum comprehendi, & intelligi quoque onera cameralia. Nomen enim Decimarum in subjecta materia nihil aliud significat, 1 quàm illa subsidia, quæ à S. Pontifice, ut Pastore Ecclesiæ universalis, Ecclesiasticis Secularibus, vel Regularibus indicuntur pro necessitatibus Ecclesiæ, ut colligitur ex pluribus Constitutionibus *Nicolai V.*, *Calisti III.*, *Pii II.*, & *Leonis X.*, in quibus hoc nomine nuncupantur subsidia, Ecclesiasticis indicta, non autem hoc nomine indigitantur ea onera, quæ à Pon- 2 tifice uti Domino Status sui temporalis, Subditis suis tam Laicis, quàm Ecclesiasticis indicuntur ut videri potest ex omnibus Constitutionibus Apostolicis, in quibus onera cameralia imposita fuere, vel in aliis revocatoriis exemptionum ab eisdem oneribus, ubi nunquam hac appellatione Decimarum, sed aliis prorsus diversis designantur.

Restat igitur unicè examinandum, an exemptio ab oneribus cameralibus comprehensa dici valeat in instrumento conventionis inito ab undecim Congregationibus cum Camera Apostolica sub die 25. Augusti 1571, in quo, loco sex Decimarum, a S. Pio V. omnibus Regularibus impositarum, Congregationes præfatæ se obligarunt solvere pro una vice tantùm scuta 25000. auri, ubi in parte exemptiva nedum fit mentio Decimarum, sed etiam subsidiorum, & impositionum, ut ex verbis relatis *Summario Congregationum nu.10.*, ibi = *sint liberæ penitùs, & immunes ab omni, & quacumque alia solutione, onere, & impensa non solùm dictarum sex Decimarum, nec non & a quibusvis aliis Decimis, subsidiis, & Impositionibus &c.*

Verum in hoc quoque Instrumento nullatenus comprehendi onera cameralia sub nomine subsidiorum, & Impositionum, sed ejusmodi verba intelligenda esse tantum de subsidiis, & Impositionibus pariformis naturæ ad Decimas, pluribus, validisque conjecturis, & rationibus suadetur.

Prima desumitur ex ipsa forma verborum, quibus prænarrata transactio concepta est, ibi = *Ab omni solutione &c. non solùm dictarum sex Decimarum, nec non & a quibusvis aliis Decimis, subsidiis, & Impositionibus*. Illa enim particula = *quibusvis aliis* = connotat similitudinem onerum antecedentium cum subsequentibus, ita ut illa verba mox apposita, subsidiorum, & Impositionum, non aliter intelligenda, & ex- 3 plicanda sint, quàm de subsidiis, & Impositionibus ejusdem naturæ, ac sunt Decimæ supra memoratæ, quibus pariter nomen subsidiorum, & Impositionum optimè congruit.

Secunda deducitur ex causa, quæ motivum dedit præfatæ transactioni. Ubi enim pacta transactionis ambigua sunt, & dubitatur, quid in transactione fuerit comprehensum, interpre- 4 tatio illa sumenda est, quæ magis est conformis cum causa transigendi. Congregationes Monasticæ se concordarunt cum Camera Apostolica solvere pro unica vice scuta 25000. auri pro sex Decimis, quibus ad instar ceterorum Regularium

gra-

gravatæ fuerunt. Si igitur compositio ista facta fuit ex causa, & occasione Decimarum, exemptio quoque correspectivè tributa à Camera Apostolica eisdem Congregationibus censeri debet quoad Decimas, & onera ejusdem naturæ, nullatenus verò quoad onera cameralia, de quibus nulla erat quæstio. Potissimùm, si advertatur ad multiplicem diversitatem, & dissimilitudinem, quæ intercedit inter onera cameralia, & onus istiusmodi Decimarum, super quo, ut præmisimus, transactum fuit, nempe quod onus istud sex Decimarum est ex illis, quæ imponuntur à Pontifice tamquam Supremo Capite, & Pastore Ecclesiæ universalis, & indictum fuerat
5 nedum cunctis Monasteriis istarum Congregationum, sed universis etiam Ordinibus Regularibus Italiæ; Onera verò cameralia sunt particularia Status Ecclesiastici, & Principatus temporalis, cujus Summus Pontifex est Dominus, & Subditis tantum illius Status imponuntur. Cum igitur ista onera toto Cælo distent ab aliis, sanè non videtur perceptibile, quod in transactione celebrata inter Cameram Apostolicam, & Congregationes occasione oneris primi gene-
6 ris, remissa illis fuerint onera cameralia alterius prorsùs, & diversi generis, absque eo quod istorum facta fuerit individua, & specialis mentio.

Tertiò id comprobatur reflectendo ad summam, quam vigore hujus transactionis Communitates se obligarunt solvere Cameræ Apostolicæ. Quis enim credat, pro sola summa scutorum 25000. auri, unicà vice persolvenda, Cameram voluisse Congregationibus concedere nedum privilegium exemptionis à Decimis, sed etiam ab oneribus cameralibus, quando idem Pontifex *S. Pius V.* pro impositione scut. 40000. aureorum, præfatis Congregationibus hoc ipso anno indicta, nullam aliam exemptionem tribuit, præter quam à Decimis, & ab omni contributione, collatione, & taxa pro Collegiis Seminariorum, ut ex Bulla Impositionis *Summario Congregationum num. 7.*, & quando in Instrumento transactionis, celebrato inter Congregationes, & Cameram pro præmemorato subsidio scutorum 400000., in quo Congregationes promiserunt annuam responsionem scutorum 32000. auri in auro, exemptio itidem illis concessa, restringitur ad Decimas, & taxas pro
7 Seminariis. Nihil profectò tàm est verisimile, quàm quod Monasteria longè majorem, & ampliorem exemptionem reportaverint in recompensationem oneris minoris, & ad unicam vicem restricti, quàm alterius gravioris, & in perpetuum duraturi.

Crescit inverisimilitudo, si observemus, primum onus sex Decimarum fuisse Congregatio-
8 nibus cum ceteris Regularibus commune, hoc verò scutor. 400000. fuisse ipsarum Congregationum peculiare, unde omnis ratio expostulabat, ut specialioribus Privilegiis pro hoc, quàm pro illo afficerentur; & demùm, si ponderemus, transactionem pro subsidio scutor. 400000. esse posteriorem aliâ stipulatâ pro sex Decimis. Pri-

mum enim Instrumentum stipulatum legitur die 11. Aprilis anni 1571., secundum verò die 20. Augusti 1570.; Cum igitur unusquisque sollicitus esse soleat, ut posteriora Privilegia in 9
ampliori forma semper, si fieri potest, impetrentur, vel saltem ad tramites priorum concedantur, & expediantur, non verò limitentur, ac restringantur, quis existimet, solas Congregationes Monasticas fuisse tàm oscitantes in præstatione tàm insignis subsidii, ut passæ fuerint, sua Privilegia restringi, & coarctari ad solas Decimas, quando priora extendebantur ad quæcumque onera etiam cameralia?

Quarta ratio emergit ex pacto in eadem transactione apposito, scilicet = *quod S. Sedes, & Reverenda Camera in omnibus, & singulis Literis Apostolicis, & Patentibus Cameralibus, & aliis Scripturis publicis, & privatis pro exactione dd. sex Decimarum, & aliarum quarumcumque imponendarum, eædem Congregationes nominatim exciperentur* = Quid enim clarius dici poterat ad ostendendum, quod in parte antecedenti transactionis exemptio Monasteriis concessa fuerit tantum pro Decimis, & Impositionibus ejusdem naturæ, quàm quod in parte 10
subsequenti Congregationes pro Impositionibus dumtaxat Decimarum sibi prospexerint adhibendo cautelam, ut nominatim exciperentur? Si enim Privilegium exemptivum complectebatur alia quæcumque onera, & signanter Cameralia, cur non & pro istis quoque eadem cautela à Congregationibus adhibita fuisset?

Quinta huic famulativa ratio profluit ex diverso modo, quo se gesserunt Pontifices in Impositionibus Decimarum, & in Impositionibus onerum cameralium. Quotiescumque enim novas Decimas imposuerunt, expressè, & nominatim Congregationes exceperunt, quoties verò nova onera cameralia indixerunt, nunquam Congregationes Monasticas exceperunt, ut percurrenti singulas Constitutiones Summorum 11
Pontificum patebit. Signum evidens, quod Pontifices agnoverunt, illas nullo privilegio speciali potiri quoad onera cameralia, adeoque non indigere speciali mentione.

Sexta promanat ex discretiva loquendi methodo, quæ servata apparet ab eisdem Summis Pontificibus, quoties de oneribus cameralibus agere senserunt. Signanter quippe præmemoratus *Sanctus Pius V.* de anno 1566. revocaturus 12
omnes exemptiones ab oneribus Cameralibus, non iis usus fuit verbis, quæ adhibentur in tribuenda exemptione Congregationibus Monasticis, sed de ipsis oneribus cameralibus expressè locutus fuit, ibi = *Revocamus &c. omnes, & quascumque exemptiones &c. super solutione subsidii triennalis, quatreni carnis, Taxarum Equorum, ac aliarum Taxarum, & Impositionum Cameralium* = *Sixtus V.* in sua Constitutione revocatoria sic loquitur = *omnes, & singulas Immunitates &c. à solutione omnium, & singulorum Datiorum, Pedagiorum, Gabellarum, Collectarum, Impositionum, & quorumlibet aliorum onerum personalium, mixtorum, ordinario-*

rum, & extraordinariorum &c., aliorumque exactionum etiam Cameralium = *Clemens VIII.* hæc habet = *Omnes exemptiones &c. remissiones, & condonationes Jurium, atque onerum realium, personalium, ac mixtorum Cameræ Apostolicæ seu communi Ærario debitorum, aut Vectigalium, Gabellarum, Datiorum, Portoriorum, Dohanarum, Collectarum, Subsidiorum, Contributionum &c.* =, *Paulus V.* sic ait = *Omnes, & quascumque exemptiones &c. à solutione subsidii triennalis, quatreni carnis, Taxorum Equorum tulleorum, Censuum, Archivii, Fogliettæ, Triremium, Utensilium, nec non Dohanarum, Gabellarum, Datiorum, Impositionum, & aliorum onerum cameralium quorumcumque* = Hæc, & his similia verba à prælaudatis Pontificibus, & ab eorum Successoribus *Urbano VIII.*, *Alexandre VII.*, *Clemente IX.*, *Innocentio XII.*, & *Clemente XI.* in eorum Constitutionibus revocatoriis adhibita, multum profectò discrepant ab illis, quibus usi sunt tum *S. Pius*, tum ceteri Successores Pontifices, qui Congregationes præfatas diversis subsidiis gravarunt in concedendis eisdem exemptionum Privilegiis, adeoque non est dubitandum, quin nunquam intellexerint sub talibus Privilegiis onera cameralia comprehendere.

Septima demùm ratio promicat ex quo si privilegium exemptionum, Congregationibus Monasticis elargitum, complecteretur etiam onera cameralia, hujusmodi exemptio redundaret in damnum, & onus Communitatum, & aliorum Subditorum Status Ecclesiastici, quibus accresceret onus, à quo dictæ Congregationes exgra-
13 vantur. Quamobrem, cum Privilegia ita interpretanda sint, ut Tertio non præjudicent; Princeps siquidem non censetur Tertio voluisse præjudicium inferre, nisi ubi id clarè expres-
14 serit, hinc per consequens non censenda sunt in ejusmodi Privilegio comprehensa onera cameralia, quæ nullatenùs fuerunt expressa.

Nec obstat, quod in prænarrato Instrumento
15 transactionis inter onera, quæ *S. Pius* nominatim excepit, & à Congregationibus supportari voluit, specificaverit subsidium quartæ partis fructuum, quod, tanquam pars subsidii triennalis, inter onera cameralia recensendum est, ac
16 proptereà cetera onera cameralia, non excepta, veniunt sub generali exemptione ab aliis subsidiis, juxtà regulam, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.

Quandoquidem, etsi subsidium quartæ partis fructuum impositum Congregationibus Monasticis fuerit à *Paulo III.* loco 60000. scutorum, quæ idem Pontifex coactus fuit diminuere ob impotentiam Laicorum ex subsidio triennali,
17 non est tamen, propriè loquendo, onus camerale. Onera enim cameralia in vera, & germana significatione dicuntur, quæ Papa Subditis Status Ecclesiastici imponit. Istud verò subsidium impositum fuit omnibus Monasteriis Italiæ dd. Congregationum, & in eandemmet causam indicta fuit Decima universo Clero Italiæ, undè & istud subsidium potiùs Decimæ nomen præsefert, tanquam consistens in quotitativa parte fructuum Bonorum Ecclesiasticorum ab iisdem Congregationibus contribuendorum, ac proptereà Camera Apostolica ad quamcumque dubitationem submovendam illius mentionem facere, & illud expreisè excipere opus habuit.

Prout nec allegari meretur, quod in Brevi sa. me. *Clementis VIII.*, dato *Summario Congregationum num.* 11., eximantur etiam Congregationes *ab omni contributione, collatione, taxa, tàm ordinarià, quàm Apostolicà auctoritate in quocumque loco Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subjecto, ad instantiam Communitatum, Castrorum, & Oppidorum pro extinctione debitorum per easdem Universitates contractorum, vel contrahendorum, in futurum imponenda &c.*

Contributiones siquidem imponendæ ad instantiam Communitatum, nihil habent com- 18
mune cum oneribus cameralibus. Papa enim ista onera non imponit ad instantiam Communitatum, sed juxta indigentias proprii Ærarii. Præsertim quòd Papa locutus est etiam de Statu mediato, ubi Papa non exigit nec indicit onera cameralia. Quare non alius potest esse intellectus istorum verborum, quàm quod Pontifex voluerit Congregationes immunes esse à contri-
buendo in illis casibus, in quibus ceteri Eccle- 19
siastici ad instantiam ipsarum Communitatum gravari legitimè possunt, nempè ubi facultates Laicorum non suppetunt, ad formam *Cap. non minus, & Cap. adversus de Immunitate.*

Nec subsistere paritèr videtur ratio, adeò à Congregationibus magnificata, & exagerata, ex observantia petita, scilicèt tàm extrajudiciali, & negativa consistente in eo, quod nunquam ab illis soluta fuerint onera cameralia, quàm positiva, & judiciali resultante ex pluribus actibus, nempè Epistolis, Sententiis, ac Resolutionibus relatis earum *Summario à numer.* 18. *ad num.* 33.

Nam præmisso, quod observantia præscriptiva, etiamsi concludenter probata foret, tamen
nihil Congregationibus suffragaretur ob Consti- 20
tutiones revocatorias exemptionum, præsertim novissimas, quæ vim adimunt quibuscumque consuetudinibus, etiam immemorabilibus; respondemus, neque in hoc casu Congregationibus suffragari observantiam, ut interpretati-
vam, ex eo quod observantia est varia, & dif- 21
formis, cum multi actus in contrarium à Communitatibus producantur, ex infra recensendis.

Habemus siquidem in facto, quod san. mem. *Urbanus VIII.* per Chirographum editum sub die 29. Maii 1630., imposuit onus unius Julii pro molitura singulorum rubrorum frumenti, eximendo ab hoc onere illas omnes Personas, quæ privilegiis à Pontificibus Prædecessoribus, titulo oneroso obtentis, munitæ erant, *Summario Communitatum num.* 8.; Undè, si Congregationes Monasticæ vi suorum Privilegiorum immunes fuissent ab oneribus cameralibus, ab
hoc onere prorsùs immunes fuissent, & nihilo- 22
minùs illud adinstar ceterorum Ecclesiasticorum persolverunt, donec attentâ oblatione scutorum

torum 100000.Pontifici facta liberatæ fuerunt, ut constat ex secundo Chirographo dato *Summario n.9.* Ex cujus Chirographi lectura fallax detegitur discursus, qui fit à Defensoribus Monasteriorum super Constitutione *Urbani VIII.*, data eorum *Summario numer.*18., ubi = *Monachi istarum Congregationum declarantur exempti à solutione istius julii Macinatus ex titulo verè, & realiter oneroso* =; Quandoquidem titulus onerosus procedit ex præfata solutione scut. 100000., in hanc causam præcisè facta, neutiquam verò ex Privilegiis *S. Pii*. Quod mirificè confirmatur reflectendo, quod in sæpiùs memorato Instrumento transactionis initæ tempore *S.Pii V.*, exemptio tribuitur nedum Personis Monachorum, sed etiam Colonis; In allegata autem Bulla *Urbani VIII., exemptio literaliter restringitur ad Monachos, & ad quantitatem frumenti, pro eorum usu, & sustentatione tantùm necessariam, exclusis Colonis* =; Quamobrem ex hoc evincitur, tàm à Pontifice *Urbano VIII.*, quàm ab ipsismet Congregationibus, quæ nunquam de
23 hac asserta exemptione, signanter Colonorum, exceperunt, agnitum fuisse, Privilegia *S. Pii* ad talia onera non extendi.

Atque hic obiter aliam ponderationem subjungere juvat, nempè, quod, si onera cameralia in sæpiùs memorata transactione comprehensa forent, nedum Monachi, sed eorum
24 quoque Coloni, Factores &c. ab istis oneribus liberi, & soluti essent, quod sanè magnam exorbitantiam, & intolerabile gravamen Communitatum præsefert.

Progrediendo ad alios actus destructivos contrariæ observantiæ, invenimus, de annis 1625. 1642. & 1644. impositas fuisse diversas Gabellas Salis, & ad has quoque Congregationes Monasticas concurrisse; hoc enim resultat ex Chiro-
25 grapho Impositionis augmenti duorum Juliorum super Macinatu factæ ab Alexandro VII., in quo nominatim comprehenduntur istæ Congregationes, ex eo quod antecedenter solvebant Gabellam Salis, quæ mediante hoc novo augmento super Macinatu suppressa remansit, *Summario Communitatum num.*11.

Nec desunt etiam Judicata favore Communitatum; de anno enim 1688. ad instantiam Communitatis Arimini Congregationes condemnatæ fuerunt ad solutionem subsidii triennalis, ut ex decisione in *Ariminen. Exemptionis 5. Maii 1688. coram Card. Caprara*; Imo ex eadem decisione constat, duodecim Congregationes ab anno 1502. usque ad annum 1666. semper persolvisse hujusmodi subsidium juxta concordias initas inter Clerum Secularem, & Regularem
26 cum dicta Communitate. Undè non verificatur generalis illa, & constans immunitas à solutione onerum cameralium, quâ Congregationes potitas sese fuisse usque ad hoc tempus dictitant.

Præterea easdem Congregationes condemnatas etiam fuisse ad solutionem Gabellæ *Foglietta*, constat ex Epistola Sacræ Congregationis, exhibita in *Summario Communitatum nu.*12.

Quare non verificatur favore Congregationum illa constans uniformis & invariata perpetuò observantia, quæ requireretur, ut tot, tàmque gravibus rationibus supra tactis, contrarium intellectum Constitutionum *S. Pii*, & ceterorum Pontificum suadentibus, præponderare posset.

Irrelevans quoque videtur argumentum petitum ex Constitutione *Sixti V.*, in qua impositum fuit subsidium pro sustentatione Triremium, ubi duodecim Congregationes expresse eximuntur = *eo quod* (sunt verba Constitutionis relata in *Summario* Congregationum *num.* 32.) *cum Camera Apostolica tempore fel. record. Pii Papæ V. Prædecessoris nostri de subsidio ordinario concordarunt* =.

Advertendum quippè est, Papam in eundem finem duplex imposuisse subsidium, unum scutorum 78000., quod per omnes Populos Status temporalis Ecclesiastici persolvi, voluit, alterum verò peculiare 12000. scutorum ab omnibus Ecclesiasticis Secularibus, & Regularibus Status Ecclesiastici mediati, & immediati persolvendum. Cum igitur subsidium hujusmodi separatum fuerit ab alio, imposito pro Laicis, & indictum fuerit dumtaxat Ecclesiasticis, nempe super fructibus, reditibus, proventibus, distributionibus, ceterisque emolumentis Ecclesiarum, De- 27
cimæ potiùs speciem præsefert, quàm oneris cameralis. Onera enim cameralia per modum unius imponuntur tàm Laicis, quàm Ecclesiasticis, & ab utrisque promiscuè solvuntur; mirum propterea non est, *Sixtum V.* voluisse, Congregationes Monasticas huic oneri esse subjectas, tamquam exemptas vigore transactionum initarum tempore *S. Pii* ab oneribus istiusmodi naturæ, illis videlicèt, quæ propriè 28
dumtaxat, sunt Ecclesiasticorum, quibus nomen potiùs Decimæ, quàm Oneris cameralis congruit.

Hanc præter generalem exemptionem, quam Congregationes Monasticæ prætendunt ab oneribus cameralibus in vim dd. Privilegiorum, prætendunt, se in omnem casum peculiari exemptione gaudere pro subsidio triennali, eò quod *à Paulo III.* subsidium scutorum 300000. redactum fuit ad scuta 240000., & pro exactione residui 60000. scutorum imposita fuit Decima Clero Seculari Italiæ, & quarta pars fructuum Congregationibus Monasticis. Undè, cum dictæ Congregationes adhuc persolvant dictam portionem subsidii, inquiunt, se non teneri ad concurrendum ad aliam partem, quæ Communitatibus remansit solvenda.

Sed fallax videtur iste Congregationum discursus, nam, postquam Pontifex subsidium dictæ partis fructuum Congregationibus indixerat, rursus aliam Constitutionem edidit, in qua declaravit, quod, attentâ Subditorum suorum impotentiâ ad præstandum subsidium scutorum 300000., ad illud contribuere debent etiam Clerici, & Religiosi pro honesta portione. Undè, cum sub generali appellatione Religiosorum veniant pariter istæ Congregationes Monasticæ, hinc eædem quoque tenentur ad hujusmodi

di onus ad inſtar ceterorum Eccleſiaſticorum.

Non advertiante, quod iniquum videatur,
Congregationes iſtas duplici onere gravari voluiſſe, nam etiam *S. Pius* ultra ſex Decimas,
quibus præfatas Congregationes unà cum ceteris
29 Regularibus gravavit, contemporaneè illas reaggravavit ſubſidio ſcutorum 400000. aureorum; Cum igitur S. Sedis neceſſitates, & anguſtiæ ita ferrent, non eſt mirum, etiam *à Paulo III.* iſtas Congregationes ſuppoſitas fuiſſe oneri ſubſidii, communi cum ceteris Eccleſiaſticis, quamvis antecedenter ſuppoſitæ fuiſſent oneri particularis ſubſidii, ut ſupra.

ARGUMENTUM.

Cum ageretur de nova ſtatuenda praxi, a Sacra Immunitatis Congregatione ſervanda quoad probationes delicti excepti in ſaluberrima Conſtitutione S.M.Gregorii XIV., aliorumque delictorum, in nova edenda Conſtitutione excipiendorum, conſuluit Author, ut ne alia delicti excepti probatio exigi debeat, niſi illa reſultans ex indiciis ſufficientibus ad torturam, deſumptis, vel ex Proceſſibus informativis Curiæ Eccleſiaſticæ, vel illis etiam ante confugium Rei fabricatis a Curia Seculari.

DISSERTATIO IX.

1 Cardinalis de Luca *tùm privati, tùm publici Juris peritiſſimus.*

2 *De Eccleſiæ* immunitate *qui egerunt, Doctores, plerique non juſtitiæ zelo, ſed ambitione, vel æmulatione fuerunt ducti.*

Graviſſimaſque excitarunt contentiones, quibus aſſiduè pax, & concordia turbatur Eccleſiaſticæ, & Secularis Curiæ num.4.

4 *Gregorianæ Conſtitutionis mens fuit claudendi ſinum Eccleſiæ facinoroſis hominibus.*

5 *Judicibus Eccleſiaſticis* in Can. Sed illud 17. diſtinct. 55. *improperatur, quod erga Delinquentes benigni videri volunt.*

6 *In immunitatis Eccleſiaſticæ Cauſis Ordinarium aliquem contra eam declarantem numquam ſe vidiſſe, ait* Fraſſo de Reg. Patr. Indiar. tom.1. cap.36. num.42.

7 *Leges ad ſaluberrimum publici boni finem ordinantur.*

Atque ex eo eſſentia Legis conſtituitur, ibid.

8 *Leges ita condendæ, interpretandæque ſunt, ut atrocia delicta puniantur; cum in hoc præcipuè ſita ſit publica incolumitas.*

9 *Lex eſt commune præceptum: Virorum prudentum conſultum: Delictorum, quæ ſponte, vel ignorantiâ contrahuntur, coercitio.*

10 *Publicæ utilitatis intereſt, ne crimina remaneant impunita.*

11 *Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi.*

12 *Statuta ordinata od publicam delictorum vindictam, inſtar Legis favorabilis, extenſivam interpretationem recipiunt.*

13 *Legum finis, & virtus eſt executio.*

14 *Et nulla utilitas ex illis reſultaret, ſi earum virtus in ſola litera conſiſteret.*

15 *In Cauſa capitis, & Judiciis criminalibus probationes, tametſi privilegiatæ, & per ſola indicia, admittuntur.*

16 *Hæc autem niſi admittantur etiam pro avellendis Delinquentibus è ſinu Eccleſiæ, facile illis erit leviuſculis præſumptionibus Leges eludere.*

17 *Ex mente Bullæ Gregorianæ, juxta nonnullos, duplex eſt diſtinguenda extractionis ſpecies; altera quæ ſit pro Reo adducendo ad carceres cuſtodiæ cauſâ; altera, quæ ſit per veram traditionem Rei Curiæ Seculari.*

18 *In primo caſu menti Bullæ ſatisfit levioribus probationibus.*

19 *In ſecundo probandum eſt, verè delictum fuiſſe commiſſum, &* n.22.

20 *Pro extractione Rei ab Eccleſia, ipſoque tradendo Curiæ Seculari non ſufficiunt indicia reſultantia ex proceſſu informativo Curiæ Eccleſiaſticæ.*

21 *Tametſi eadem ſatis ſint ad illum ſubjiciendum torturæ; Sed opus eſt concludentiſſimâ probatione qualitatis illius, ut puta* aſſaſſinii, *aut* proditorii, *cujus generis eſt etiam* appenſamentum, ibid.

Sententia hæc veriſimilis eſt, n.25., *ratio,* ibid.

22 *Agrorum depopulationis, homicidii, & mutilationis in Eccleſia, aliorumque ſimilium delictorum probatio per Teſtes comparari poteſt.*

23 *Non ita tamen aſſaſſinii, atque homicidii proditorii.*

24 *Probatio delictorum hujuſmodi, quod ex propria Rei confeſſione fiat, impoſſibile redditur.*

26 *In delictis ſuâpte naturâ occultis, conjecturatæ, & præſumptivæ probationes ſufficiunt.*

27 *Idque civili, ac Pontificio etiam Jure diſponitur, &* n.30. 31., *&* 119.

28 *Ad probandum aſſaſſinium ſatis ſunt probabilia dumtaxat argumenta.*

29 *Contra eos, qui in odium litis, Collitigantes offendunt, ſat eſt eorum delicti probatio per indicia, & præſumptiones.*

32 *Gregoriana Conſtitutio ad mentem Juris intelligenda, interpretandaque eſt.*

33 *Gregoriana Conſtitutio ſi pro extractione Reorum ab Eccleſia, eorumque traditione Judici laico, in delictis occultis directas, plenaſque probationes requireret, Lex lata dici poſſet de re penè impoſſibili, ratio* ibid., *&* n.62.

34 *In ejuſdem Conſtitutionis terminis Doctores tradiderunt ſufficere præſumptiones, & indicia.*

35 *Alii tamen efflagitarunt probationes per indicia verè indubitata.*

Alii per ſola indicia ſufficientia ad torturam, deſumpta ex proceſſu informativo Curiæ Eccleſiaſticæ num. 44., *&* 52.; *amplia at* num.45.

Quæ

Quæ Sententia tutò recipi posse videtur, etiam quando agitur de Processu Curiæ Secularis, sed confecta antequàm Delinquens, ad Ecclesiam confugerit, d. num. 45., & 46. ratio num.47., & 48.

Rejicitur prima illa Sententia n.37. & seqq.

36 Indubitatio indicii ad rem moralem desumi non debet ex necessitate objecti, sed intellectus.

38 In delictorum probatione non ita facile est determinare, quænam, & qualia indicia indubitata dici queant,

39 In delictis occultis vix, ac ne vix quidem inveniri possunt indicia moralis certitudinis.

40 Indicia indubitata sufficiunt ad Reum definitivè condemnandum.

41 Convictus per indicia indubitata, non appellat perindè ac si convictus esset per Testes.

Adeo ut in delictis atrocibus occultis a Supremis Judicibus pœnâ ordinariâ plecti queat, ibid.

Ab aliis verò Judicibus pœnâ saltem extraordinariâ, ibid.

42 Jura nostra contenta sunt levioribus probationibus qualitatis tribuentis jurisdictionem; satisque est, quod illa semiplenè probetur.

43 Hæcque est communis, & hodierna Tribunalium praxis.

47 Processus a Judice laico confectus ante confugium Rei ad Ecclesiam, vacat suspicione, diminutę Jurisdictionis Ecclesiasticæ.

49 Scelestos punire est pietatis genus.

50 In Judiciis criminalibus ad probationem delictis satis sunt indicia, & præsumptiones.

Eòque magis in Judiciis civilibus, num.51.

51 Causa immunitatis Ecclesiasticæ licèt occasionaliter sit a crimine, nihilominùs civilis dicenda est.

52 In Causa competentiæ, vel incompetentiæ jurisdictionis semiplena probatio sufficit, & num.54.

53 Hujusmodi Causæ appellantur quodammodo præambulæ ad Judicium de crimine.

55 Clericus ut ad Judicem Ecclesiasticum remitti debeat, sufficit, quod de clericatu constet ex sola quasi possessione, probata per unicum Testem, vel resultante ex incessu in habitu, & tonsura, aut ex fama, quod pro Clerico communiter reputatus fuerit.

56 Gregoriana Bulla rigorosas non requirit probationes delicti, ab ipsa excepti, & occultissimi.

57 Qualitas delicti, exclusiva Immunitatis Ecclesiasticæ, de Jure communi solis probatur indiciis, & præsumptionibus.

58 Constitutio Gregorii XIV. nihil disponit contrà, vel præter antiquas regulas, sed ab eisdem passivam interpretationem recipit, & num.63., & n.74.

59 Eadem Constitutio ab immunitate Ecclesiæ exclusit publicos latrones, aliosque etiam atrocium delictorum Reos, & num.60.

64 Gregoriana Constitutio Judici Ecclesiastica delegavit solummodo facultatem cognoscendi de qualitate delictorum, in ipsa exceptorum.

65 Disposuitque, ut Judici Seculari tradat Reos, qui Judicio suo ea commisisse videbuntur.

66 Per quæ verba Episcopo præservata videtur potestas quocumque modo, ac via cognoscendi de qualitate delicti, & n. 67.

67 Verba = judicio suo =, & = videbuntur = important arbitrium boni viri, nullamque taxativè regulam præscribunt.

68 Gregoriana Constitutio mandans, criminum exceptorum Reos non tradi Curiæ Seculari nisi cognito priùs per Episcopum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint, dici nequit, his verbis, requisivisse plenas, directas, ac indubitatas probationes, ratio ibid. & num. seqq. ac præsertim n. 72.

69 Superfluitas in Lege admitti non potest, minùs verò contrarietas, & instantanea voluntatis correctio.

70 Præsertim quando agitur de illa inducenda in una, eademque dispositione.

71 Clausulam = judicio suo =, in Gregoriana Constitutione, referendam esse ad extractionem ab Ecclesia, faciendam simplicis custodiæ caussâ; aliam verò clausulam = nisi cognito prius &c. intelligendam esse de vera Rei extraditione Curiæ Seculari, nulla recta ratione probari potest.

72 Lex quum peculiare aliquid vult, & disponit, id exprimit; si autem non exprimit, noluisse dicitur.

73 Clausula illa = nisi cognito priùs &c. =, in Gregoriana Constitutione, intelligenda est de probatione illa, quam subjecta materia exigit, & admittit.

Non autem de plenis, ac directis probationibus, num.75.

74 Per Gregorianam Constitutionem Jus commune correctum non fuit.

Clausula = constito = admittit probationes, quæ congruunt subjectæ materiæ; potestque referri ad extrajudicialem cognitionem, num.76.

76 Filiatio respectu Patris, nonnisi præsumptivis probationibus probari potest.

77 Clausulæ = cognito = satisfit probationibus per præsumptiones, & indicia.

78 Probatio per præsumptiones, & indicia in criminibus occultis, & probatu difficillimis pro vera, & plena probatione habetur.

79 Verba Legis sunt in vero, & proprio significatu intelligenda.

80 Dictio = vere = adeo expressiva est veritatis, ut fictionem omnem excludat.

Gregoriana Constitutio præcipiens, Reos non tradi Curiæ Seculari, nisi cognito prius per Episcopum, an ipsi verè delicta &c. commiserint, voluisse videtur, ut tradendus, verè sit latro, aut homicida proditorius, vel assassinus, ibid., sed vid. num.84., & 85.

81 Reus præsumptivè tantùm est, qui per indicia solummodo ad torturam sufficientia, uti Reus, inquisitus est.

82 Cum de Reo agitur definitivè condemnando proba-

probatio per sola indicia, & præsumptiones non sufficit.

83 At secus, cum res est de Jurisdictionis competentia, vel non.

85 Aliqua sunt indicia in genere suo talia, ut sint apta ad plenè persuadendum, licèt non ad plenè probandum.

86 Plena suasio directam, aut phisicam probationem non requirit, sed certitudinem dumtaxat moralem.

87 Moralis certitudinis plures sunt gradus, summus nempe, medius, infimus.

88 Judiciales probationes licèt plenæ, rarò tamen inducunt summam moralem certitudinem, sed vel mediam, vel infimam.

89 In Causis competentiæ, vel non jurisdictionis, pro habenda morali certitudine qualitatis delicti satis sunt indicia sufficientia ad torturam.

90 Tortura est pars pœnæ delicti, & quidem corporis summoperè afflictivæ.

91 Atque irretractabile præjudicium infert.

92 Ideoque irrogari nequit, nisi indicia urgentia, claraque concurrant.

93 Indicia sufficientia ad torturam satis etiam sunt ad præbendam Judici moralem certitudinem.

94 Probatio illa legitima reputatur, quæ Judicem ad fidem, & justam credulitatem adducit.

95 Undè Jus prodit, indè interpretationem quoque procedere consentaneum est.

96 Interpretatio melior, quàm ex facto Summorum Pontificum successorum, sumi nequit, & num.107. & 108.

97 Sacrarum Congregationum Rescripta dicuntur oracula Summi Pontificis edita ejus nomine pro ipsius mente declaranda.

98 Reorum traditionem Curiæ Seculari pro sola extrajudiciali cognitione, proque conscientiæ Episcopi informatione fieri posse, statuit S. M. Clemens VIII.

99 Similique servatà formà, rescripsit Paulus V. Nuntio Regni Neapolis.

101 Idemque concessit Urbanus VIII. Neapolitano Archiepiscopo.

101 Sacra Immunitatis Congregatio ad probationem qualitatis delicti, in Gregoriana Constitutione excepti, admisit probationes summarias, & extrajudiciales illasque etiam resultantes ex Processibus, ante confugium Rei ad Ecclesiam, fabricatis in Curiis laicalibus.

102 Exempla adferuntur, quibus constat, for-miter id fuisse observatum in Regno Neapolitano.

103 Idem deliberasse ostenditur particularis Congregatio a S. M. Clemente X. deputata.

104 Rescripta Summorum Pontificum edita in casibus particularibus, vim generalis Legis obtinere nequeunt.

105 Rescripta præseferentia speciem aliquam dispensationis a Lege hanc potiùs confirmant.

106 In conflictu resolutionum Sacrarum Congregationum prævalere debent illæ, quæ magis conformes sunt menti Legis, de cujus interpretatione agitur.

108 Pro Lege habetur quod Princeps epistolà, aut Rescripto suo declarat.

Legemque facit Sententia ab eo lata in certa Causa, ibid.

Etiamsi Epistola, Rescriptum, aut Sententia inserta minimè reperiatur in corpore Juris, ibid.

109 Lex una, eademque semper est, unàque voce loquitur.

110 Regula tamen a Lege tradita, non ferrea est, & inflexibilis sed plumbea, & flexibilis juxta facti circumstantias.

111 Favor immunitatis, utpote habens rationem majoris boni, præferendus est publicæ vindictæ.

112 Ecclesiæ immunitas colenda, summoque studio custodienda est.

Eadem tamen læsa dici nequit, si pro necessitate corrigendorum vitiorum, vel imminuatur, vel potius immutetur, n. 115.

113 Delinquentes, priscis Ecclesiæ temporibus, tametsi atrocissimorum delictorum Rei, Ecclesiæ immunitate fruebantur.

114 Tamen, ita exigente publicà utilitate, opus fuit aliqua ex parte, & aliquibus in casibus Ecclesiæ immunitati derogare.

116 Summus Pontifex potest condere omnes eas Leges, quas ad finem supernaturalem expedire censuerit.

117 Et potest a communi immunitatis regula aliqua delicta excipere.

Et sic præscribere hunc, vel illum modum servandum circa cognitionem delictorum exceptorum, ibid.

118 Summus Pontifex potest, recedendo a communi regula, declarare, quod ad probationem qualitatis delicti, ab immunitate excepti, in casibus difficilis probationis, sufficiant semiplenæ probationes, ex indiciis desumptæ.

120 Crimen famosi libelli solà præsumptà cognitione probatur.

Et unius dumtaxat Testis dicto, ibid.

121 Supremi Principis arbitrium in probationum qualitate decernenda restrictum non esse, sed vel ob publicam utilitatem, vel enormitatem delicti, aliamve justam causam posse illas ampliare, & privilegiare, pro regula statui potest.

122 Directa, & concludens delicti probatio nequit haberi, nisi per Testes, aut Rei confessionem.

123 Judex Ecclesiasticus nequit confessionem delicti per torturam a Reo extorquere.

124 Ad probationem qualitatis delicti, ab immunitate excepti, non requiritur, ut ad defensiones Reus admittatur.

Quænam autem praxis in hoc statui debeat, ostenditur, num.126.

125 Societas humana perversitate hominum perempta.

Du-

Dubium

Præsupposità praxi Sacræ Congregationis Immunitatis, an sit consulendum Sanctitati suæ pro variatione hujus praxis. Et quatenus affirmativè, quomodo sit facienda variatio?

Ea tandem illuxit, omnium votis exoptata dies, qua, perditissimis Hominibus exarmatis præsidio Ecclesiasticæ Immunitatis, cunctis paretur securitas: Reipublicæ restituatur pacis tranquillitas turbata atrocissimorum delictorum frequentià: compescatur temeritas, licentiaque peccandi in Divinæ Majestatis offensam, & animarum exitium: & demum concilietur concordia inter Ecclesiasticas, & Seculares Curias, sæpe numero labefactata, quia earum altera rigidiori studio respiciens ad publicam vindictam enormium criminum, graviter lædebat Immunitatem illam, quam altera, veluti ex Divina institutione Domui Dei impartitam, Reisque etiam indultam, ac suæ tutelæ commissam, integram servare, sarctamque tectam facere impensiùs satagebat. Id autem summum, diuque, sed frustrà desideratum bonum consequemur sub auspiciis, ac peculiari beneficio Sanctissimi Domini Nostri felicitèr regnantis, qui crediti sibi Gregis saluti, jugi, indefessoque labore advigilans, perficiet opus à pluribus suis *Prædecessoribus*, nullo tamen exitu, sæpius tentatum: nova enim, quam sancire constituit *Lege*, silentio obrutis subtilioribus quæstionibus, quibus tùm veteres, tum neoterici Scriptores intercesserunt saluberrimæ Constitutioni editæ à Sanctę memorię Gregorio XIV. inter ejus impressas in ordine la 7., illam nedum extensurum, speramus, ad novas gravium delictorum species, sed, ut optimi quique deprecantur, justum præscripturum fore modum, quo, retento Ecclesiæ decore, atque dignitate, Populorum incolumitati consulatur.

Quoniam verò Sacræ isti Congregationi, tantæ rei tractandæ præpositæ, visum est, ut ego (contrariis quidem partibus demandatis D. Advocato Pauperum) tamquam Fisci Advocatus, quod attinet ad modum procedendi in probatione Delictorum, quæ in Gregoriana Constitutione jam excepta, quæque in nova Constitutione excipienda erunt, pro mei ingenii tenuitate demonstrare debeam, aliam statuendam esse praxim, quà tùm antiqua, tùm nova Constitutio executioni demandari facilè queat: Injunctum mihi munus obiturus, ab Eminentissimis Patribus reverenter veniam exposco, si quid in hac mea dissertatione liberiùs effabor; non enim meis, sed eorum loquar verbis, & sententiis Scriptorum, qui conqueruntur, scelestissimos homines, non ex Sacrorum Canonum mente, aut Pontificiarum Constitutionum censura, sed ex mala, ac laxiori illarum interpretatione, colore immunitatis, frequenter consequi enormium delictorum impunitatem: quas sanè conquestiones, quia assiduæ sunt, nimisque familiares, iouisse non pigebit, ut Eminentissimi Patres, eò libentius opportuno, efficacique aliquandò remedio eas sedare, aut comprimere deliberent.

Dolendum sanè, vehementerque dolendum inquiunt, quod, ut quotidiano usu edocemur, memorata Gregorii Constitutio, optimo licèt edita consilio, maximo tamen cum Christianæ Reipublicæ detrimento, frustrata, ac penè irrita facta fuerit, quippè, ut benè observavit eximius ille nostri ævi Jurisconsultus *clar. mem. Card. de Luca*, ob diuturnam in Foro nostro exercitationem, supremorumque munerum administrationem, tum privati, tum publici Juris peritissimus, ùt de eo loquitur *Rota post Antonell. de Jur. & onerib. Clericor. decis.46. num.38.*, ut, inquam, bene ille observavit *in Miscell. disc.2. num.2.* subtilitate Doctorum, *vel ad ingenii ostentationem, vel ad æmulationem, seu veriùs ad adulationem, propriamque ambitionem ita benè merendi, atque gradus ad dignitates assequendi, potiùs quam pro veritatis, ac justitiæ zelo pleraque exorbitantia hinc inde assumuntur, unde propterea potius resultant præjudicia illiusmet potestatis, quam hujusmodi factionarii scriptores indiscretè tueri student* = eò res perducta fuit quoad probationes qualitatis delicti, ob quam juxtà censuram Gregorianæ Constitutionis declarandum esset, Reum decidisse beneficio Immunitatis, ut efflagitando plenas, concludentes, & luce, penè dixerim, meridiana clariores illius probationes, loco claudendi sinum Ecclesiæ facinorosis Hominibus, ut iidem (qualis verè fuerat 3 mens, propositumque d. Constitutionis). relicti sub potestate secularium Judicum, luerent pænas atrocium delictorum, quæ patraverant: semen fuerint gravissimarum contentionum, quibus Ecclesiasticæ, ac secularis Curiæ pax, 5 & concordia toto fere Christiano Orbe assiduè turbatur, persepè dictarum discordiarum semine grandescente culpà Judicum Ecclesiasticorum, Causas hasce tractantium non publici boni zelo, sed vel, ut eisdem improperatur in *Canon. Sed illud 17. distinct.45. erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas nè fortè malè de eis loquantur, Sacerdotalis securitatis immemores, nolunt complere, quod scriptum est: peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant*, vel tenaci animo tuendi illam, quam potiùs sua agendi ratione lædunt, Jurisdictionem, nefarios, ac Reipublicæ pernicio- 6 sos Homines publicæ subtrahunt vindictæ; adeo ut, audacter sanè, & inverecundè loquendo, dixerit *Frasso* de *Reg. Patronat. Indiar. tom.1. cap.36. sub num.42. vidisti nè unquam in Immuni- 5 tatis Ecclesiasticæ Causis Ordinarium aliquem contrà eam declarasse, etiamsi sit casus de expressis in Bulla Gregoriana? Sanè ego fateor, me nunquam vidisse contrà Immunitatem pronuntiatum* = & ante eum dixerat *Bovadill. politic. tom.1. lib.2. cap.18. num.109.*

Ut igitur, tàm vetus Constitutio, quàm illa, quæ de novo condenda est, consequatur saluberrimum publici boni finem, ad quem ordinantur Leges omnes, quippè ait *Romanus Ora-*

Orator lib.2. de legibus = Leges ad salutem ci-
vium, civitatumque incolumitatem, vitamque
omnium quietam, & beatam conditas esse = &
lib.1. de Inventione=ea virtute, & sapientia majo-
res nostri fuerunt, ut in legibus scribendis nihil
sibi nisi salutem, atque utilitatem Reipublicæ
proponerent = ex qua publici boni ratione es-
sentiam Legis constitui docuit Divu. Tom. 1. 2.
quæst.90. artic.2. in corpor., & sæpius alibi, Sot.
de justit. part.1. quæst.1. art.2., Svarez. de Legib.
lib.1. cap.7. pag.23. lit. C., Salas eodem tract.
quæst. 95. tract.14. disputat.6. sect.2. pag.99.,
Bonaccin. pariter de legib.disp.1.quæst.1.punct.1.,
Baldel. Theolog. moral. tom.1.lib.5.disp.1., Capon.
contr. forens.15. num.32. Propterea eædem ita
8 condendæ, interpretandæque erunt, ut atrocia
delicta puniantur, & nequissimi Homines publi-
cæ vindictæ subjiciantur; in hoc enim præcipuè
publicam incolumitatem sitam esse, edocemur
à Demosthene in Oratione contrà Aristogito-
nem, dicente = Res duæ sunt, propter quas omnes
feruntur Leges: tum ut ne quisquam injustè aliquid
agat: tum ut iis, qui Jus-violarunt punitis, alii
meliores reddantur = ex quo Demosthenis loco, ut
observat Cujac. in lib. 1. definition. Papiniani
tom.1. oper. posthum. fol. mihi 621. lit. A. desum-
pta est definitio Legis ab illo evulgata in leg.1. ff. de
Legibus ajente=Lex est commune præceptum: Viro-
rum prudentum consultum, delictorum, quæ sponte,
9 vel ignorantia contrahuntur, coercitio = & lucu-
lenter explicatur ab Isidoro lib.20. Etymologiar.
relat. in Canon.1. distinct.4. his verbis = factæ sunt
autem Leges, ut earum metu humana coerceatur
audacia, tutaque sit inter improbos innocentia:
Et in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur
nocendi facultas = in probem. Decretal. Grego-
rii IX. vers. ideoque, ubi Gloss. in verb. lex: ac
admonemur etiam pluribus aliis tùm civilis, tum
Canonici Juris locis, sic enim respondit Julia-
nus in leg. ita vulneratus 51. verbis illis = Cum
neque impunita maleficia esse oporteat = ff. ad leg.
Aquil., leg. si à Reo 70. §. final. ff. de fidejuss.,
& quidem ex mox tradita ratione, quæ datur
etiam in leg. Si operis 14. Cod. de pœnis, videli-
10 cèt = quod non remitti pœnam facilè publicè in-
tersit, ac ad maleficia temerè quisquam prosiliat =
melius Innocentius III. in cap. Ut famæ tuæ 35.,
ibi = & publicæ utilitatis intersit ne crimina rema-
neant impunita, & per impunitatis audaciam
fiant, qui nequam fuerant, nequiores, de Sentent.
excommun., ex Divo enim Ambrosio Canon. est
injusta 33. in fin. caus.23. quæst.4. facilitas veniæ
11 incentivum tribuit delinquendi, quam senten-
tiam repetit idem Innocentius III. in cap. Ut Cle-
ricorum 13. de vit., & honest. Clericor., ut enim
ait Divus Chrisostomus Sermon. de Absalone =
Scelera dum non resecantur, increscunt, & in au-
gamenta facinorum resilitur, quoties secura im-
punitate peccatur = Quotus enim quisque inveni-
tur, qui impunitate promissa, abstinere possit inju-
riis? Cicero lib.3. de Offic.

Quamobrem rectè Doctores, & Tribunalia
respicientia summam hanc publicæ utilitatis ra-
tionem, censuerunt, Leges, Constitutiones, at-
que Statuta ordinata ad publicam delictorum 12
vindictam, instar Legis favorabilis extensivâ
interpretatione intelligenda esse, ex doctrina
Bartoli in leg. quemadmodum n. 4. Cod. de Agri-
col. & censit., dicentis, quod, quando agitur
de punitione delicti, dicitur agi de favore pu-
blico, quia publicè interest illa puniri, Rocc. de
Curte in repetit. Cap. final. col. 47. vers. secundus
casus fol. 16., Roman. cons. 234. in fin., Cephal.
cons. 138. numer. 47. & seqq., Honded. consil. 95.
num.19. lib.1., Marsil. in practic. crimin. §. Ag-
gredior num.58., Villagut. in tract. de extensione
Legum rubr. de extensione Legis correctoriæ, &
pœnalis simul num.90., Vivii. commun. opinion.
opin. 269., Boss. tract. var. tit. de pœnis nu.12.,
Sarmient. selectar. interpret. lib.1. cap. 12. nu.5.
vers. nec supradictis, & n.6., Farinac. fragment.
crimin. part.1. cap. extensio n.100. fol. mihi 187.,
Rundens. de Analog. cap.34. numer.128., Cæsar.
Specul. peregrin. quæst. quæst. 8. nu.18. & seqq.,
Rota in una Melevitana Parochialis 10. Decem-
bris 1681. §. E' contra verò coram Rondinino.

At verò, si fusiori fortè sermone, quàm res
postulet, demonstravi, publicam utilitatem
exposcere, nè delicta remaneant impunita, si,
ut illam assequamur, expedit novam edere
Constitutionem, quâ extendendo Gregorianam,
alii statuantur casus, in quibus enormium faci-
norum Rei priventur immunitate, cujus bene-
ficio sæpissimè è pœna elapsos fuisse, universa
collacrymatur Respublica, removenda propterea
quoque erunt impedimenta illa, quæ, ut hacte-
nùs obstiterunt executioni Constitutionis Grego-
rianæ, ità etiam facilè irritam facient illam,
quæ de novo condenda est. Nè igitur frustra
condatur Lex, quam subtilioribus interpreta-
tionibus illicò circumscribendam fore prævide- 13
mus, nisi quocumque disiecto obice, plana pa-
retur via, quà illa, per executionem, ad finem
suum assequendum pervenire queat; nam ut
benè ait Reverendissimus Zaulus in observat. ad
probem. Statut. Favent. num.9., ibi = Cum Le-
gum finis, & virtus consistat in executione, sinè
qua omnis Lex umbra est sine substantia, & idea
sine corpore; nam nulla utilitas exindè resultaret,
si virtus earum in sola litera consisteret, = Ku- 14
rick de Jur. marit. Hanseatico tit. 15. artic. 1.,
Ahasuerus Fritschius in ejus sylog. varior. tract.
cap. 16. num.1. cum duob. seqq., Giurb. ad Con-
suetud., Messanen. in probem. num.4., del Bene
de Immunit. cap. 10. dubitat. 15. sect.1. num. 9.,
Reverendissimus Petra ad Constit. Apostolic. to.4.
ad Constit.7. Benedicti XII. nu.1. fol. mihi 191.;
Indè sequitur, quod, si impedimenta hæc attu-
lit mala Gregorianæ Constitutionis intelligen-
tia, atque interpretatio respectu probationum
qualitatis hujus generis delictorum, indè, in-
quam, sequitur, quod attinet ad modum pro-
bandi eam sceleris malitiam, & atrocitatem,
ob quam Delinquens avellendus sit è sinu Eccle-
siæ, statuendum esse, quod sufficiant probatio-
nes, tametsi privilegiariæ, & per sola indicia 15
comparatæ, quæ à Jure nostro, præsertim in
Causa capitis, & Judiciis criminalibus admit-
tuntur,

tuntur, nè alioquin tenacius inhærendo praxi, quæ hactenùs tàm quoad modum, quàm quoad qualitatem dd. probationum servata supponitur (quam tamen praxim non subsistere suo loco demonstrabo, & patet ex superiùs dictis) scelestis hominibus liberum relinquatur diffugium illud, quo se publicæ vindictæ subripere consueverunt; Ut enim benè in simili admonet *Carpzon. in practic. criminal. quæst.1. num.42.*, facile ipsis erit censuram novæ Legis eludere *leviusculis quibusdam præsumptionibus hinc indè congestis ope, & auxilio Advocatorum*.

Verùm antequam id demonstrare aggrediar,
16 statuenda priùs erit vera hujus quæstionis hypothesis; deindè verò operæpretium me facturum reor, si eâ brevitate, quâ fas erit, referam præcipuas sententias, quæ in illius tractatione à Doctoribus traditæ reperiuntur: illis enim benè perpensis facilius deindè erit præscribere praxim, quâ in hujusmodi Causis procedendum sit.

Rem ordiendo à prima, censent aliqui, ex
17 mente Bullæ Gregorianæ distinguendam esse duplicem extractionis speciem, Altera est, quæ fit ab Ecclesia pro Reo adducendo ad carceres Ecclesiasticos custodiæ dumtaxat causâ, nè videlicet medio tempore, quo super delicto excepto formatur Processus, fugâ ipse elabens, frustret Judices, publicamque eludat vindictam. Altera verò extractio ab Ecclesia est illa, quæ fit per veram traditionem Rei Curiæ seculari, postquam nempè ab Episcopo plenè cognitum fuerit, quod ille commiserit crimen aliquod ex eis, quæ ob suam gravitatem, & malitiam Ecclesiasticâ immunitate gaudere minimè valent.

De primo ex dictis casibus agi dicitur in *Bulla Gregoriana §.3. vers. sed universis*, juncto §.4., & hoc sanè casu licèt, ut admonet *Gambacurta de Immunitat. lib.6. cap.4. numer.2.*, oporteat, Episcopos cautos esse, ne requisiti à Curiis secularibus, extrahi permittant Reos, nisi patraverint aliquod eorum criminum, quibus Immuni-
18 tas non competit; nihilominùs, quia hoc casu præjudicium tàm Ecclesiæ, quàm Extracti leve est, eo quòd solummodò agatur de custodia Rei, donec per Episcopum confessus fuerit Processus super qualitate criminis excepti, qui sanè actus cum de facili retractari possit, quippè non probatâ, vel exclusâ qualitate extollente delictum, statim ille restituitur Ecclesiæ; propterea hoc casu Bullæ satis sit levioribus probationibus, ex quibus Judex Ecclesiasticus justâ credulitate suadere ubi queat; Extrahendum commisisse aliquod ex delictis exceptis, ut sequendo *Gambacurtam* loco citato, tradit *Sperell. decis.104. num.22. & seqq.*, & huc pertinere autumant verba illa *Judicio suo commisisse videbuntur*, quibus Constitutio utitur d. §.3.

De alio verò casu, veræ nimirùm, & realis traditionis Rei post d. qualitatis probationem,
19 Bullæ Conditor disposuisse dicitur §.5.; quia verò tunc agitur de actu irretractabili, & irreparabili præjudicio, tum Ecclesiæ, tum etiam Rei, eo namque privato beneficio Immunitatis Ecclesia læditur, justâ proindè ratione Summus Pontifex validiores exposcens probationes, ad illam deveniri posse prohibuit = *nisi cognita priùs per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè delicta superiùs expressa commiserint* = hodierna itaque indago cum vertatur in hac secunda hypothesi, Doctores, factiosum penè dixerim in modum inter se scissi, in contrarias abjerunt sententias.

Prima est eorum, qui censuerunt, quod ad
privandum Reum Ecclesiasticâ immunitate, il- 20
lumque tradendum Judici laico, ob aliquod ex delictis exceptis in Gregoriana Constitutione, non sufficiant indicia resultantia ex Processu informativo Curiæ Ecclesiasticæ, tametsi eadem satis sint ad illum subjiciendum Torturæ, sed oporteat per directas probationes concludentissimè probare qualitatem illam (ut puta *Assassinii*, aut *Proditorii*, cujus generis est etiam *appensamentum*), ob quam homicidium ad gravioris delicti atrocitatem extollatur, dicta namque Constitutio non admittere dicitur privilegiarias probationes receptas in *Cap. pro humani de homicid. in 6.*, ut docuerunt *Fermosin. in cap. cum non ab homine 10. de Judic. quæst.30.*, *Sanchez. consil. moral. tom. 2. lib. 6. cap.1. dubitat.11.*, *Vermigliol. cons.97. num.1. & seqq., & num.15., cons.99. num.1., & cons.159. num.43.*, *Farinac. cons.76. num.3. & seqq. lib.1.*, & *tres Romanæ Curiæ Advocati apud eundem cons.168. num.8. & seqq., & per tot. lib.2.*, *idem Farinac. de Immunitat. numer.374.*, *Novar. ad d. Bullam Gregorianam numer.88.*, *Mar. Ital. de Immunit. lib.1. cap.6. §.1. nu.8. & seqq.*, *ac eodem tractat. Ambrosin. cap.11. numer.4.*, & *del Bene part.2. cap.16. dubitat.42. sect.1. nu.3.*, *Castropal. oper. moral. par.2. tract.11. disput. unic. punct.13. n.8.*, *Dian. resol. moral. part.4. tract.1. resol.112.*, *Bonaccin. tom.2. tit. de Censur. disput. 2. quæst. 8. punct.16. §.12. num. 8.*, *Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib.2. cap.3. num.168.*, *Bellett. disquisit. Clerical. §.4. num.50.*, *Maraut. respons.46. n.8. part.2.*, *Joan. Milozz. assert. legal.7. num. 6. & seq.*, *Ciarlin. contr. lib.1. cap.10. n.61. & seqq., & cap. 151. num. 11.*, *Pignatell. consult. canon. tom.1. consult.127. nu.1:.*, & *tom.3. consult.37. num.1.*, & *tom.9. consult. 22. num. 85. & seqq.*, *Antonell. de regimin. Eccles. lib.1. cap.9. §.4. n.109.*, *Bonden. collect. legal. tom.1. collect.40. num.70.*, *Episcop. Barvsius resol.97. per tot., & resol.142. num.15. & seqq.*, *Ricc. in prax. resol. 450. num.3.*, *Castill. decis.156. num.8.*, *Sperel. decis.101. num.17. cum plurib. seqq.*; & demum plenè rem examinans *bon. mem. Canonic. Raynald. ad Banniment. general. Bonon. tom.1. cap.7. §.1. ex num.61. & plurib. seqq.*, nec desunt plures Sacræ Congregationis Immunitatis Resolutiones, quæ rejectis indiciis, & præsumptionibus, aliisque hujus generis probationibus, perfectas videlicet, & concludentes exposcunt, ut apud *Ricc. in synops. in una Brugnaten. verb. consignatio num.1.*, *in una Theanen. verb. declaratio num. 2.*, & *in Theatina verb. probatio num. 4.*

Fortè magis, quàm numerus, & gravitas tot Doctorum, urgere dici possent rationes, qui-

bus hæc opinio confirmari valeret; Verùm eas nec referre, nec impugnare aggrediar: non quidem referam, quia eædem ex aliis antiquioribus plene reassumuntur à *bon. mem. Canonic. Raynaldo* loco superiùs citato, & luculentius more suo illas exornabit D. meus Advocatus Pauperum: Ut etiam easdem singillatim refellere omittam, tum quia plenè, ac cumulatè id præstitit *Graffet. de nec. proditor. §. 31.* per tot, aliique, quos pro contraria sententia suo loco afferam: tum etiam quia molestius id esset, quàm negotii futurum sit illam, veluti a fundamentis, convellere. Nam, si juxta mox traditam Doctorum opinionem, ut Judex Ecclesiasticus consignare valeat Curiæ seculari Reum inquisitum de crimine excepto, oporteret, quod
21 de illo constaret per probationes directas, atque omninò necessarias, ad præscriptum *Leg. sciant cuncti Cod. de probation.*, saluberrima Constitutio lata dicenda esset de re penè impossibili; Li-
22 cèt enim plura ex delictis in illa exceptis probari possint per Testes, atque claras probationes, qualia, ut notavit *Ciarlin. d. cap. 10. num. 87.*, sunt Agrorum Depopulationes, Homicidia, & Mutilationes in Ecclesia, aliaque his similia, quæ tamen rariora sunt; nihilominus quædam
23 alia, & quidem frequentissima, *Assassinium videlicèt, homicidium proditorium*, & quale etiam est *homicidium appensatum*, tamquam occultissima, ejus generis sunt, ut directis, & concludentibus probationibus, comparatis per Testes, probari minimè queant, *Vigell. in Dialectic. Jur. pag. 528.*, *Monticell. in prax. crimin. regul. 10. num. 33.*, & latius alibi, ut etiam respectu talium Delictorum redditur impossibilis il-
24 la alia probatio, quæ habetur ex propria confessione, & quæ omnium probationum præcipua dicitur, ut per *Textum cap. Vestra de cohabitatione Clericorum. & mulierum*, tradiderunt *Farinac. conf. 129. num. 1., & conf. 132. numer. 3.*, aliique passim; Ecquis enim ex Confugis ad Ecclesiam, adeò fatuus erit, ut sciens, se Judice Ecclesiastico subjici minimè posse Torturæ, sponte coram eo fateri velit delictum illud, illamque ejusdem qualitatem, ob quam privatus beneficio Ecclesiasticæ Immunitatis scit, se subjiciendum pænæ capitali? ut ratiocinatur *Graffet. de nec. proditor. §. 29. num. 49. & seqq.*

Quamobrem Juremeritoque sententiam
25 hanc inverisimilem dixit *Anton. de Possentibus singular. cent. 2. singular. 143. num. 2.* Si enim in hisce criminibus occultis deest probatio per Testes, & Judex Ecclesiasticus prohibetur assequi, per Torturam, propriam Rei confessionem, credibile non videtur, quod sapientissimus Pontifex in solemni sua Constitutione, ab Immunitate excludere voluerit Delicta quædam, quorum cognitio, si penderet ab hujuscemodi rigorosis probationibus, vix unquam locus fieret similium Delinquentium extractioni ab Ecclesia; ad quam quidem rem referre non pigebit verba *Caroli Bascapei* Alumni *S. Caroli*, atque Episcopi Novariensis, qui in suo *Commentario super Cap. inter alia de Immunitat.* sic loquutus fuit = *hoc videtur posse affirmari, quod, si plenam probationem requirimus, hoc est, ut Reus confessus sit, vel aliorum testimonio convictus, paucissimos trademus Judicibus laicis. Quod cum Romæ dixissem Farinaccio, nihil respondit, nisi similia ferè verba illis = quod scripsi scripsi =* cujus loci meminit etiam *Ciriu. in nexu rer. Eccles. Jurisdict. de Immunit. Eccles. cap. 7. sect. 3. sub num. 24. fol. mihi 664.* =; Quamobrem, ut benè ait *Graffet. d. §. 29. num. 57.*, pariter referens præfati Episcopi verba = *nonnè brevior via erat, ut eadem crimina nullatenùs exciperentur à beneficio Immunitatis, quam ut exciperentur quidem, sed talibus appendicibus, quæ vix unquam tradendis foro seculari ab Ecclesiastico Judice Reis locum relinquerent* =.

Quod si inverisimile prorsùs est, spectatâ mente Conditoris Bullæ, magis aberrat à Juris 26
censura, juxta quam in criminibus illis, quæ suâpte naturâ occulta sunt, ideoque eorum respectu difficile est afferre directas, ac claras probationes, conjecturatæ, & præsumptivæ pro plena recipiuntur probatione, ut disponitur tum Civili Jure in *leg. non omnes 5. §. à barbaris*, ibi 27
= *sed hoc licèt liquidò constare non possit, argumentis tamen cognoscendum, est ff. de re militar.*, tum etiam Pontificio, quo delicta, quæ ob eorum arcanam naturam directè, & plenè probari nequeunt, satis est, quod illorum authores probabilibus dumtaxat convincantur argumentis; Ita enim de *Assassinio, excepto in d. Constitutione*, ab Innocentio IV. sancitum fuit in Concilio Lugdunensi, ut in *Cap. pro humani de homicid. in 6.*, adeò enim atrocis delicti Rei, 28
ut ipso facto incurrisse dicantur gravissimas pænas, adversùs illos constitutas, sufficit, quod probabilibus dumtaxat argumentis de eo constet, ibi = *& postquam probabilibus constiterit argumentis, aliquem scelus tàm execrabile commisisse, nullatenùs alia excomunicationis, vel depositionis, seu diffidationis adversùs eum sententia requiratur* = quod sanè Decretum Gregorianâ Constitutione innovatum minimè fuisse, benè observarunt *Gambacurta de Immunitat. lib. 5. cap. 7. num. 8. & seqq.*, *Graffet. de nec. proditor. §. 8. nu. 103. & seqq.*, *Peguer. decis. 54. n. 7.*, aliique inferiùs allegandi pro tertia sententia.

Facilè id confirmari posset exemplis desumptis ex Pontificiis etiam Constitutionibus, at sat erit afferre illud unum desumptum ex Constitutione XI. Alexandri VI., qui cupiens gravium 29
pænarum terrore coercere immanitatem eorum, qui in odium litis Collitigantes offendebant, ut iidem obnoxii fierent pænis, ab ipso in dicta sua Constitutione sancitis, non requisivit plenas tanti delicti probationes, sed, ut notavit *Scortio ad d. Constitut. Epitom. 49. theorem. 134. fol. mihi 194. & seq.* sententiâ, & verbis, exscriptis ex d. Decreto Innocentii IV., constituit, quod *postquam probabilibus constiterit argumentis, aliquem scelus tàm execrabile commisisse nullatenùs alia excomunicationis, & autbemotis, amissionis, depositionis, seu diffidationis, & Banni hujusmodi adversùs eum sententia requiratur* =;

tur = ; quamobrem jure meritòque Doctores in
hac tractatione censuerunt, quod, quoties agi-
tur de delictis, & factis occultis, & propterea
30 difficilis probationis, indicia præsumptiones,
& probabilia argumenta sufficere reputentur pro
habenda legitima probatione, *Hond. cons.* 87. *n.* 2.,
& cons. 88. *nu.* 1. *lib.* 2., *Bertazzol. cons.* 82. *n.* 22.
lib. 1., *& cons.* 105. *num.* 9., *& cons.* 273. *num.* 7.
& seq. lib. 2., *Venturin. cons.* 44. *num.* 1. *&* 2.,
dicens, id in Jure certum esse, *Vulpel. respons.*
39. *num.* 3., *Giurba cons.* 43. *numer.* 22., *Horat.*
Persius in Semicentur. consilior. crimin. consil. 3.
num. 7., ubi se non restringit ad violentas pro-
bationes, & inter *consil. criminal. collect. per*
Zilett. cons. 24. *num.* 4. *&* 5., *cons.* 25. *nu.* 5., *con-*
sil. 26. *num.* 17., *Bargal. de dol. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 30.
& 34., *Ripa in tract. de nocturn. tempor. cap.* 16.
num. 16., *Royas. singular.* 112. *numer.* 9., *& sin-*
gul. 164. *numer.* 7., dicens esse regulam Juris,
Vivu. comm. opin. opin. 439. *num.* 26., *Gail. pra-*
ctic. observat. lib. 2. *observ.* 149. *num.* 9., exem-
plum afferens in delictis, quæ obscurâ nocte,
vel in multitudine patrantur, ideoque probabi-
liter ignorantur, *Moron. in tract. de Fide, Tre-*
gua, & Pace quæst 54. *nu.* 6., *Mascard. de pro-*
bation. concl. 1152. *numer.* 3., *Farinac. quæst.* 2.
num. 12., *Merend. contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 39. *n.* 11.
& seqq., *Caren. in tract. de Sanct. Inquisition.*
part. 2. *tit.* 13. *num.* 30., *Laurent. de Portel. re-*
spons. moral. tom. 2. *cap.* 109. *§. Quia verò*, *Pelli-*
zar. in manual. regular. tom. 2. *tract.* 9. *cap.* 4. *nu.*
164., *Spatar. in aurea methodo corrigend. regu-*
lar. tract. 8. *num.* 7., *Umbert. Locatus in Judi-*
cial. Inquisitor. verb. probatio num. 3., *Jo. Boni-*
fac. de furt. §. 2. *est num.* 18., *& §.* 11. *Invito Do-*
mino num. 22., *Leoncill. decis.* 84. *num.* 7., *Tre-*
visan. lib. 2. *decis. decis.* 46. *num.* 2., *Muta decis.*
sicul. 1. *num.* 18., *Magon. decis. Florent.* 123. *n.* 6.,
Osasch. decis. 72. *num.* 1., *Hieronym. à Laurent.*
decis. Avenionen. 20. *num.* 16., ita quidem ut
hujusmodi probatio per conjecturas in quibus-
31 dam casibus à Lege pro veritate habeatur, ut di-
cunt *Anania in cap. tuæ fraternitati* 3. *numer.* 1.
de Cleric. Peregrin., *Hippolit. de Marsil. in pra-*
ctic. crimin. verb. principium num. 14. *et seq.*

Rectè igitur Doctores agnoscentes, Grego-
32 rianam Constitutionem intelligendam esse ad
mentem Juris, ab eoque recipere debere passi-
vam interpretationem, censuerunt, quod, si
eadem in illa Delictorum specie, de quibus ob
33 suam naturalem clandestinitatem, per directas,
& plenas probationes constare nequit, ejusce-
modi probationes requireret, Lex lata dicenda
esset de re penè impossibili, vel quæ nonnisi in
raris casibus locum sibi vindicare posset, quos
Lex non respicit, ut benè ad hanc rem observat
Grasset. de nec. proditor. §. 39. *num.* 59. *et seqq.*,
idcircò communiter tradiderunt, sicut in aliis
Causis, sic etiam in terminis d. Constitutionis
34 sufficere indicia, & præsumptiones; Verùm-
tamen concordes non fuerunt in determinanda
illorum specie, & qualitate; alii enim efflà-
gitarunt indicia indubitata, & luce clariora (
quæ nostri dicunt ultra Torturam) morali qua-
dam certitudine adeò animum, mentemque 35
Judicis inclinantia ad ità credendum, ut ejus
intellectus in contrariam sententiam trahi ne-
queat, ut enim benè explicat *Grasset. d. §.* 39.
num. 217. *& seq.* - *Indubitatio Iudicis ad rem mo-*
ralem desumi non debet ex necessitate objecti ad sic 36
se habendum, prout apprehenditur, sed ex ne-
cessitate intellectus ita debentis apprehendere,
quia regulariter, & communiter inter homines
sic se habet ipsum objectum, cum quo tamen stat,
ut aliquando quamvis rarissimè, aliter se habeat,
Et ex hac possibilitate rarissimæ difformitatis obje-
cti ab eo, quod apprehenditur, non resultat, quod
inditium indubitatum, & violenta præsumptio
demereatur titulum indubitatæ, & liquidissimæ
Juris probationis, quia secundùm moralem, &
prudentem æstimationem censentur talia =, &
prius ita censuerunt *Farinac. cons.* 99. *numer.* 29.
& 30., & in terminis Gregorianæ Constitutio-
nis *Ciarlin. d. cap.* 10. *nu.* 55. *& seqq.*, *& nu.* 89.
& cap. 12. *n.* 16. *& seq.*, *& per tot.*, *& cap.* 151.
num. 12., *Dian. oper. coordin. part.* 6. *tract.* 1. *re-*
sol. 31. *ad fin.*, *Sperell. decis.* 101. *num.* 39., &
alii.

Verùm hæc quoque sententia, æquè ac prima,
penè impossibilem, vel saltem difficillimam 37
redderet Gregorianæ Constitutionis executio-
nem; quia nemo non videt, hac in re, in qua
plurimùm valet religio Judicantis, & ut nota-
vit *Grasset. d. §.* 29. *num.* 202., ideoque non ita
facilè est determinare, quænam, & qualia in-
dicia dici queant indubitata, nemo, inquam, non 38
videt, in quantas incertitudinis tricas, animique
fluctuationes conjicerentur Judices, qui semper
trepidantes, dubitantesque, an per indicia verè
indubitata constare dici queat de qualitate de-
licti, excludente Immunitatem, se abstinerent
à decernenda Rei traditione Curiæ seculari:
rursus, quod sanè magis urget, in delictis oc-
cultis, & quæ, nonnisi prævia secreta machi-
natione, & consilio, solius Delinquentis animo 39
retento, patrantur, vix, ac ne vix quidem in-
veniri possunt indicia illa, quæ morali certitu-
dine rem Iudici demonstrando, ejus mentem
cogant ad ita credendum. Et denique cum ta-
lia indicia sufficiant ad Reum definitivè conde-
mnandum, ut in *d Cap. primo de homicid. in* 6. & 40
disponitur etiam in *leg. final. Cod. de probation.*,
& leg. 2., qua Imperatores *Constantius*, & *Con-*
stans sanxerunt, ne quis *argumentis convictus &c.*
audiatur appellans, Cod. quor. appellation. non re-
cipiant., *& in Auth. Si quis eo Cod. ad Leg. Ju-*
liam de Adulter., *Grasset. de nec. proditor. §.* 29.
num. 200. *& seqq.*, ubi, quod convictus per indi-
cia indubitata non appellat, perindè ac si convi-
ctus esset per Testes, adeo quidem, ut, quoties
agitur de delictis atrocibus occultis, & difficilis
probationis, a supremis Judicibus pæna ordinaria 41
plecti, ut tradit *Carena de offic. Sanct. Inquisi-*
tion. p. 2. *tit.* 12. *de Sortilegiis §.* 32. *num* 260., ab
aliis verò Judicibus pænæ saltem extraordinariæ
subjici queat, *Bartol. in leg. milites num.* 5. *vers.*
aut Indicia Cod. de quæstion., *Brun. de Indic. &*
Tortur. part. 1. *quæst.* 4. *num.* 1., *Farinac. quæst.* 86.

num.55. 58. & 65. & duob. seqq., cum aliis apud
Giurb. cons.43. num.22., & *num.23.*, Profectò
absurdum esset, quod ad probandam qualitatem
delicti, qua, remoto impedimento Immunita-
tis, Judex secularis capax, & habilis reddatur
ad procedendum in simili Causa, requiraotur
Indicia illa, quæ sufficerent ad eundem conde-
42 mnandum: Jura namque nostra contenta sunt
levioribus probationibus, ut probata dici possit
sola qualitas tribuens Iurisdictionem, satisque
est, quod illa semiplenè probetur, *Abb. in Cap. Si Clericus Laicum num.9.*, & *seqq.*, ubi
etiam *Felin. num.2.*, *Ricc. in praxi resol. 450. num.3. vers. cum de Jure*, *Porteles ad Molin. de competent Jurisdict. quæst.9.num.6.*, *Guazzin. ad defens. Reor. defens. prima cap.31.num.9.vers. ac etiam*, *Merlin Pignattel. contr. forens.centur. prima cap.40. num.8.*, ubi, quod hæc sit com-
43 munis, & hodierna praxis Tribunalium cum
aliis allegandis in *§. Initium itaque*; Non etiam
omittendo, quod, si, retentà mox traditâ sen-
tentiâ requirente indicia indubitata, æquipollen-
tia quodammodo plenæ, ac perfectæ probationi,
quæ comparatur per Testes, aut Rei confessio-
nem, adhuc Gregoriana Constitutio facilè exe-
cutioni demandari posse nosceretur, agendum
modò non esset de alia invenienda via, ac praxi,
qua Sacra ista Congregatio tollat illam, quæ
hactenus obtineri non potuit, delictorum impu-
nitatem.

Quamobrem rectiùs alii in hujusmodi Cau-
44 sis, non solum ex præscripto Juris, sed ex men-
te etiam Gregorianæ Constitutionis censuerunt,
ut sufficienter constitisse dicatur Judici Ecclesia-
stico de ejuscemodi qualitate delicti excludente
immunitatem, illam satis probari posse per se-
miplenas probationes, videlicet per sola Indicia
sufficientia ad Torturam, desumpta ex Processu
informativo Curiæ Ecclesiasticæ, hancque sen-
tentiam, quam non improbabilem ait *Grassettus de nece proditoria §.29. num.190.* ex solidissi-
mis fundamentis tuentur *Giurba cons.50.num.10. & seq.*, & *cons.70. num.23.*, & *cons.100. num.28. & seqq.*, *Gratian. discept.596. ex num.22.*, *ibique Carol. Anton. de Luc. num. 32. & seq.*, *Farinacc. in addit. ad cons.168. lib.2.*, ubi retractat senten-
tiam, quam ipse priùs secutus fuerat *cons.76. lib.1.*, *idem cons.211. num.19. lib.3.*, *Peregrin. de Immunitat. cap.3. num.6. & 8.*, *Merlin. Pignatell. contr. forens. cent. prima cap.40. num.15.* ibique *Scoppa num.7. cap.64. ex num.8.*, *ubi pariter Scoppa num.4. & seq.*, *Bellug. in specul. Princip. rubr.11.§. Videndum ex num.10.*, *Tapia in Constit.Regn. Capitaneor. verb. perpetratis de offic. Magistros. Justit. lib.2.*, *Mastrill. de Indulto cap.29. num.22. ad fin.*, *Guazzin. ad defens. Reor. defens.1. cap.31. num.9.*, *Gambacurta de Immunit. lib.6. cap.15. num.5. & 6.*, *Cutell. eodem tract. lib.1. quæst.38. num.6.*, & *seqq.*, *Cancer. variar. resol. part.3. cap.10. num.125.*, ubi
ait, quod, licet alia sententia verior videri pos-
set; nihilominùs attentâ Hominum hodiernâ
summâ malitiâ, & frequentibus delictis, ut pu-
blico bono consulatur, hæc sententia videtur
tenenda, *Ansald. de Jurisdict. part.2. tit. 11. cap.16. num.6. & seq.*, *Mich. Angel. Donat. de Asil. resol. 184. num.2.*, *Possent. singular. Canon. cent.2. singul. 143. num.2. & 3.*, *Martin. contr.5. num.7.*, & *8i*, *ubi Roduer. num.7.*, *Mutten. de Regim. Regn. Valent. tom.2. cap.7. §.1. Sect.4. num.166. & seqq.*, *Cresp. de Valdaur. tom.2. observat.82. num.20. & seqq.*, *latè Cirin. in nexu rer. Eccles. Jurisdict. de Immunit. cap.7. Sect.3.*,
ubi postquam *num.22.* retulerat contrariam sen-
tentiam, *num.23. & seq.* alteram, tamquam
veriorem, & publico bono utiliorem, amplecti-
tur, ad quam rem plura Judicata refert *Porteles ad Molin. de competent. Jurisdict. quæst.9.*, *Castil. decis. 156. num. 9.*, *Gama decis.179.*, ubi
Diaz. de Mena, & *decis.281.*, *Cortiad. decis.21. ex num.61.*, & præcise *num.75.*, *Caldera dec.51. num.17.* dicens, hanc sententiam sequendam
esse, ut bono publico consulatur, criminum-
que frequentia, & Hominum malitia vitentur,
Thoro in Compend. decis. verb. probatio, *Sanfelic. decis.137.*, *Francesc. in Pastoral. regular. part.3. Vot.1. num.9. & seq.*, *Vot.6. num.3. & seqq.*, & *Vot.7. per tot.*, *Basilic. d.35. n.14.*

Imo verò nè delicta remaneant impunita, &
nè decursu temporis peremptis, sublatisque 45
probationibus, Delinquentes effugiant emeritas
pœnas, Doctores agnoscentes, celeriori via proce-
dendum esse, censuerunt propterea, nedum
sufficere probationes semiplenas, resultantes
ex Processu informativo Curiæ Ecclesiasticæ,
sed Episcopum uti etiam posse Processu Curiæ
Secularis, modò prudenter justoque judicio cen-
sere queat, illum satis esse ad suam conscien-
tiam informandam, ut tradiderunt duo anoni-
mi Consulentes apud *Dianam tom.9. de Immunit. Eccles. tract.1. resol. 125. num.19.*, & *num.32.*,
ubi respondetur contrariis rationibus, *Bald. in Summ. verò Ecclesia num.32.*, *Lezzan. in Summ. quæst. regular. tom.2. verb. Immunitas num. 28. fol.288.*, & utrumque refert, & sequitur *del Bene de Immunit. tom.2. cap.16. dubit.43. Sect.1. num.2.*, & priùs dixerat *tom.1. cap. 10. dubit.9. num.5.*, *Pignattell. consult.128.num.13.*, *Cortiad. d. 21. num.14. & seqq.*, quæ Doctorum traditio
indistinctè accepta, licèt minus vera censeri pos-
sit, nihilominùs tamen tutò recipi posse videtur,
quando non agitur de Processu post Delinquen- 46
tis confugium, sed de Processu, qui, Juris or-
dine servato, a Judice seculari contectus fuerit,
antequam Delinquens in Ecclesiam se receperit,
& sic antequam de immunitate tractari incipe-
ret, & tùm Ecclesiæ, tùm Reo pro suo jure
tuendo actio quæsita esset; Primo namque casu
Judex Ecclesiasticus, illi præstando fidem, gra-
vi periculo se exponeret, ob non levem suspi-
cionem, qua perstringitur talis Processus, quasi
à Judice seculari formatus in Causa propria, at- 47
que ad defensionem suæ, diminutionem verò
Ecclesiasticæ Jurisdictionis. At alitèr res se ha-
bet, quum agitur de Processu confecto ante Rei
confugium, hic enim dicta suspicione vacare
censetur, ut inter utrumque Processum distin-
guendo docuerunt *Farinac. de immunit. Eccles. cap.22.*

cap.22. num.375., Pasqualig. in observ. ad Laurent. de Franch. controv. inter Episcop., & regal. part.2. observat. ad quæst.24. num.4., Bonaccin. oper. moral. tom.2. disput.3. quæst.7. punct 7. proposit. 1. num.9., idem Bonaccin. tom.3. disput.2. punct.16. §.12. num.9. & hunc *Bonaccinæ* locum refert, & sequitur *Michael. Angel. Donat. de Asylo resol.187. num.10., & seqq., Castropal. oper. moral. tom.2. disp.unic. punct.21. num.9. tit. de rever. debit. loc. sacr. fol. mihi 115., Tancred. de observ. religion. tract. primo disp.11. quæst.2., Pau Jordan. elucubr. diversor.tom.2. lib.11.tit.3. num.300., del Bene de immunit. tom.2. cap.16. dubit.43. sect. prima num.7., Cola de præemin. M. C. Vicar. cap.22. num.16. & seqq., Consulen. Anonim. apud Dian. de immunit. tractat. primo resol.25. num.19., & num.29., Cortiad. decis.21. num.113. & seqq.*

Pluribus, & quidem validissimis rationibus Doctores isti sententiam hanc confirmant, sed cum eadem sit veluti ampliatio quædam seu appendix tertiæ sententiæ, mox relatæ, ideoque eadem Juris determinatio de utraque capi queat, fusius de ea agere omittam, satisque erit innuis-
48 se, pluries id declaratum reperiri a Sacris Congregationibus, quarum Resolutiones refert *Pignatell. dict. consult. 128. num.14., & 16.*, Quibus consonant aliæ editæ in una Castri *Maris 18. Decemb. ann.1629., & in altera Caputaquen. die 15. Mensis Julii anni 1636.*, & fuit ex mente San. mem. *Pauli V.*, ut apud *Barbos. in Jus Eccles. univers. lib.2. cap.3. num.122.*, & Congregationis Particularis a San.mem. *Clemente X.* deputata, imò censent Doctores allegandi *§. Hujuscemodi namque*, solemniùs id anteà declaratum fuisse Brevi, a San.mem. *Clemente VIII.* dato ad Archiepiscopum Panormitanum *die 6. Februarii anni 1597.*, relato à *Januense in prax. Cur. Archiepiscopal. Neapolit.*, *ex quo Francesf. d. Vot.7. num. final.* autumavit, originem duxisse praxim, quod in hisce Causis sufficiant semiplenæ probationes, tametsi extrajudiciales sint, & summariæ, nullisque adhibitis, Juris solemnitatibus paratæ: Verùm cum de his, & præsertim de Brevi hoc Clementino acturi etiam simus *§. Et primò, & seqq.*, redeamus propterea ad rem nostram, tertiam nempè posteriorem sententiam.

Quæ quidem, veluti tot gravium Doctorum auctoritate commendata, & non solùm Tribunalium Judicatis confirmata, sed ipsius Sacræ Congregationis oraculis, ut infra demonstrabitur, approbata, verior certè videri posset; Verùm muneris mihi injuncti ratio exposcere non videtur, quod ex professo, & directè examinem, quænam ex superiùs relatis sententiis, magis conformis sit menti Gregorianæ Constitutionis, id enim seduliori studio inquirendum esset eo quidem casu, quo, immotà undequaque manente dicta Constitutione, ad ejus omninò normam in posterum procedendum esset. At post decretam illius extensionem ad novos casus, cum hodie id unum deliberandum sit, an nempè expediat novum statuere modum, & praxim, qua sceleratissimi Homines immanium Delictorum Rei, faciliori, ac celeriori via subjiciantur pœnis, è quibus præsidio Immunitatis adeò facilè, adeoque frequenter elabuntur; idcircò ea mente retuli sententias, a Doctoribus traditas, atque à Tribunalibus receptas, ut Eminentissimi Patres agnoscant, quod, si retinenda esset prima sententia efflagitans directas, & plenas probationes qualitatis delicti, excludentis immunitatem tùm vetus, tum nova Constitutio irrita redderetur, quia præcluderetur via illas exequendi; ut etiam, si sequeremur aliam sententiam, exposcentem certa, atque indubitata Iudicia, quæ in delictis occultis difficillimum est reperire, in easdem ferè difficultates incurreremus: Propterea, si *Pietatis genus est in illos*
distringere, qui se sceleratis docentur actionibus 49
immiscuisse, ex Cassiodoro lib.2. epistol.14., & ut tollatur impunitas delictorum, nedum expedit, sed necesse est novam statuere procedendi methodum, eaque sola superesse videtur, quæ traditur à Doctoribus relatis pro tertia sententia, nè Eminentissimi Patres illam eligere cunctentur, id solum mihi demonstrandum esse, reor, videlicet, quod eadem sit conformis dispositioni tùm Pontificii, tum Cæsarei Juris, quod etiam non adversetur Gregorianæ Constitutioni, quæ pro Lege hactenus servata fuit, quodque denique, utpotè minimè lædens immunitatem, cum Ecclesiæ Dignitati, & decori non deroget eam sequi debeamus, veluti unicam viam, quà perveniri queat ad optatissimum finem coercendi delicta illa, quæ in Divinę Majestatis offensam, & Animarum periculum quotidie patrantur.

Initium itaque faciens à prima mox propositi assumpti parte, satis in *§. Quod si inverisimile, & seq.*, & *§. Quamobrem rectiùs* probatum fuit, per sola Indicia, & præsumptiones, à Lege approbatas, in hujusmodi Judiciis procedi posse, illasque justæ probationis metam attingere, id
autem si procedit in quocumque Judicio etiam 50
criminali, potiori certè jure locum sibi vindicabit in casu nostro, in quo spectata natura hujus Judicii, Causa immunitatis, quamvis occasiona-
liter sit a crimine, nihilominus civilis dicenda 51
est, ut post *Manriquez. quæst. moral.*, & *Vicarial. part.1. quæst.57. num.8.* pluribus argumentis probat *Grassis. de nece proditoria §.8.num.66. & seqq.*, & prius dixerat *num.53.*, & repetit *§.39. num.179., num.195.* & alibi eadem enim directè, & principaliter versatur circa articulum de competentia Judicis, inquirendo scilicet, an
Reus ad Ecclesiam confuga, propter qualitatem 52
delicti commissi, subsit nec nè jurisdictioni Judicis laici? Incidenter autem, secundariò, & per modum causæ respicit ipsum delictum, non quidem ad illud puniendum, sed ad declarandam quoad ipsum competentiam, vel incompetentiam Iurisdictionis; iste autem articulus non plenas, & concludentes, sed semiplenas dumtaxat exposcit probationes, ut præter allegatos in *§. Quamobrem*, tradunt *Giurb. cons.50. n.11., Gambacurta de immunit. lib.6. cap.15. num. 6.*, *qui*

qui cap. sequenti num. 4. ait, quod causa hæc ap-
53 pellatur *quodammodo præambula ante Judicium de crimine*, & post eum ita dixit *Graffet. d. n. 66.,
Cortiad. d. decis. 21. num. 99.* ibi = *quia probatio
hujusmodi summaria, & præambula, & præpa-
ratoria Judicii futuri, non autem decisoria, ideo
semiplena probatio sufficit* = dum namque queri-
tur de qualitate tribuente Iurisdictionem, suffi-
54 cit, quod de illa appareat tantùm, & veluti
prima quidem facie constet, juxtà verba singularis
*Textus in leg. final. §. Sed enim scimus Cod. de
appellat., & in cap. Si Judex Laicus 12. de Sen-
tent. excommunicat. in 6.*, quo disponitur,
quod, licèt Clericus docere debeat de qualitate
55 Clericatus, ut illius privilegiis frui valeat, nihilo-
minus, ut Iudex Laicus teneatur illum remitte-
re ad Iudicem Ecclesiasticum, sufficit, quod de
Clericatu constet ex sola quasi possessione, pro-
bata per unicum Testem, vel resultante ex in-
cessu in habitu, & tonsura, aut ex fama, quod
pro Clerico communiter reputatus fuerit, & do-
cuerunt *Alexand. de Nevo cons. 36. num. 24., &
seq., Covarr. practic. quæst. cap. 33. num. 34., Fa-
rinac. quæst. 8. num. 36., Bovadill. politicor. tom. 1.
lib. 2. cap. 18. num. 105.*; At verò, si respectu Iu-
dicis Ecclesiastici, ex sola quasi possessione Cle-
ricatus sufficienter probata dicitur qualitas, In-
quisitum tuæ subjiciens jurisdictioni, atque exi-
mens a potestate laica ita etiam qualitas tribuens
Iudici seculari Iurisdictionem, sufficiet, quod
apparenter tantùm, & *prima quidem facie* sese
ostendat, ut enim ait *Graffet. de nece proditoria
§. 31. num. 12.*, Bullæ Conditor *contentus est in
56 hac civili Causa probationibus non ita rigorosis cir-
ca commissionem delictorum exceptorum de se oc-
cultissimorum.*

At cur in re non dubia argumentis utimur
non necessariis? Ipsi namque Doctores, qui pri-
mam, aut secundam sequuntur sententiam, cen-
suisse videntur, quod ad effectum probandi qua-
57 litatem delicti exclusivam immunitatis, inspe-
ctà juris communis censurà, sufficiant sola Indi-
cia, & præsumptiones, dum respondendo con-
trariis auctoritatibus, ab eisdem sese expediunt,
dicendo, illos scripsisse ante Gregorianam Con-
stitutionem, & locutos fuisse juxtà dispositio-
nem Iuris communis, ut legitur apud *Ciarlin.
cap. 10. sub num. 72. vers. deindè minùs abstat*,
quem ex pluribus adductis pro prima sententia
allegasse sat est, ille enim, ut satisfaciat contra-
riis auctoritatibus, & præsertim decisionibus *Ga-
mæ*, ita ait = *deindè minùs abstat Gama dict. de-
cis. 179. & decis. 281., ex multis, & primò, quia
ipse pariter loquitur de tempore antequam edere-
tur dicta Bulla Gregoriana, & scribit secundùm
Jus commune, à quo non erat dispositum, ut de-
beret verè constare de delicto, ut hìc in nostra
Bulla*, quam responsionem desumpsit ex illis
tribus *Romanæ Curiæ Advocatis in dict. cons. 178.
num. 14., & seq. apud Farinacc. lib. 2.*

Verùm enim vero, licèt sententia hæc, juxta
juris communis regulas, verior videri posset,
nihilominùs, si reverâ Sanct. memor. Grego-
rius XIV. aliam statuisset praxim, & formam,
in similium Causarum cognitione à Iudicibus
Ecclesiasticis servandam, majori sane circum-
spectione, magisque accuratâ consideratione
agendum videretur de inducenda reformatione
aliqua, aut innovatione, nunquam satis com-
mendatæ, tantàque maturitate ab eo edi-
tæ Constitutionis, propterea absre non erit
demonstrare, ab illa nihil dispositum contra 58
vel præter antiquas regulas, sed ab eisdem
recipere passivam interpretationem, quam
rectè, ac tutò sequi valeamus. Facilè au-
tem primo ipso oculorum conjectu id perspici
posse videtur ex sola natura dictæ Constitutionis,
ejusque causa finali, & objectiva: ut enim sa-
pientissimus illius Conditor profitetur in ejus-
dem proemio, agnoscens, quod temporum ca-
lamitas (utor ejus sententià, & verbis) & ni-
mia, quæ jam invaluerat, perversorum homi-
num malitia id exposcebat, ut aliquid etiam
ad terrorem Delinquentium, & ad coercenda
illorum facinora, ultrà id, quod prisca Majo-
rum disciplina, & vetus Sacrorum Canonum
norma præscripserat in quibusdam casibus, con-
gruâ tamen moderatione adhibità, permitteren-
tur: idcircò ut bono pacis, & quieti publicæ pro-
videret, & sublato confugio ad Ecclesiam, hor-
rore pœnæ deterreret nequissimos homines, ab 59
immunitate Ecclesiæ nedum exclusit publicos
Latrones, à *Nicolao in Canon. sicut antiquitus 6.
caus. 17. quæst. 4., & Innocentio III. in Cap. In-
ter alia 6. de Immunit*: ea indignos jam decla-
ratos, quibus *Gregorius IX.* addiderat illos,
qui homicidia, & mutilationes membrorum in 60
ipsis Ecclesiis, vel earum Cæmeteriis commit-
tere non verentur, ut in *Cap. final. eodem tit.*,
Verùm præterea, nè alii, æquè atrocium delicto-
rum Rei, illorum impunitatem ab Ecclesiæ de-
fensione amplius sperare deinceps possent, reas-
sumendo dd. casus, a suis Prædecessoribus exce-
ptos, illis §. 3. Constitutionis alios adjecit, inuti-
liter hìc recensendos, At verò, si inspectâ sub-
stantiâ d. Constitutionis, eadem suàpte naturâ
extensiva censenda certè est, eò quod qualitatem
exclusivam Immunitatis extendat ad alia delicta, 61
ob quæ juxta priscam Majorum disciplinam, &
veterem Sacrorum Canonum normam Delin-
quentes è Gremio Ecclesiæ avellendi minimè
videbantur: quonam colore, aut qua justa ra-
tione affirmari poterit, quod Summus Pontifex,
eam præscribere voluerit formam, & praxim
probationum, qua recedendo à communibus re-
gulis sanctissimæ Legis, ab ipso conditæ, exe- 62
cutio impossibilis penè redderetur, ut pluries,
pluriesque dictum fuit, quod quidem multò
magis adversaretur causæ finali, & objectivæ
ipsius Legis, conditæ, ut perversi Homines de-
speratâ prorsus suorum Delictorum impunitate,
(quæ *ex Cicer. pro Milone* = *magna illecebra est
ad peccandum*, & à *S. Bernardo de consideratio-
ne lib. 3. cap. 11.* appellatur = *Injuriæ soboles, in-
solentiæ mater* = *radix imprudentiæ, transgressio-
num nutrix*) = horrore pœnæ averterentur a faci-
noribus, quibus jus humanæ societatis, & pu-
blica quies assidue labefactabatur.

Quam-

Quamobrem, ut consentaneum erat menti,
& fini Constitutionis, nulla, quoad probatio-
nes, in eadem præscripta legitur rigorosior for-
63 ma, aut praxis, quæ repugnaret subjectæ mate-
riæ, aut esset contra, vel præter Jus commune,
ab ipsa minimè correctum, ut notavit *Cirin. d.
cap. 7. Sect. 3. num. 24. & alii ferè* omnes allegati
in *§. Imò verò*; Imò verò noscens Summus Pon-
tifex, ad Judicem Ecclesiasticum non pertinere
definitivè Reum condemnare, illi solummodò
64 delegavit facultatem cognoscendi de qualitate
delictorum, ab ipso exceptorum; cum autem,
ut benè observat *Farinacc. quæst. 37. num. 5. cir-
cà med.*, aliæ sint probationes requisitæ ad plenè
probandum, ut Reus definitivâ sententiâ con-
demnari possit, aliæ verò, quæ in delictis, præ-
sertim occultis, sufficiunt ad plenè persuadendum
Judici, certitudine nimirum quadam morali,
illum commisisse aliquod delictum: tantum
abest, quod Constitutio requirat directas, &
plenas, aut illis æquipollentes probationes, ut
potiùs earumdem rigorem multùm relaxasse dici
posse videatur; etenim in *§. 3.* disposuit, quod
65 Judex Ecclesiasticus tradat, & consignet Curiæ
Seculari Reum, *qui prædicta delicta* (excepta
videlicèt) *eorumve aliquod judicio suo commisisse
66 videbantur* = nam tum verbum illud *judicio suo*,
tum etiam illud aliud *videbantur*, Episcopo
præservasse, vel tribuisse videntur potestatem
cognoscendi de qualitate delicti excepti, quo-
cumque modo, ac viâ, quâ, juxtà illius occultis-
simam naturam, veritatem assequi queat; simi-
lia enim verba important arbitrium boni viri,
67 nullam eidem taxative præscribentia regulam,
*Giurba cons. 50. num. 11., Gratian. discept. forens.
cap. 596. num. 29., & seq., Merlin. Pignatel.
cent. 1. cap. 40. num. 12.*, latissime *Grasset. de
nec. prodit. d. §. 29. num. 63., & seqq., Cirin. d.
cap. 7. quæst. 3. num. 24., Cortiad. decis. 21. n. 98.*
cumque eadem clara sit, ut tradunt mox citati
Doctores, ambigi sane nequit, quin sufficien-
ter determinent qualitatem, modum, & formam
probationum, quarum vigore Judex Ecclesia-
sticus, cognito de qualitate, delictum extollente,
Reum Curiæ Seculari tradendum esse, declarare
valeat.

Quæ porrò probationum forma commissa
prudenti judicio Episcopi, limitata, aut refor-
mata dici nequit sequenti *§. 5.* ejusdem Bullæ,
quo loco Summus Pontifex præcipit, quod tales
68 Delinquentes Curiæ seculari nec consignari, nec
tradi ullo pacto possint = *nisi cognito priùs per Epi-
scopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimi-
na, superiùs expressa, commiserint* = nam, si
his verbis requisivisset plenas, directas, & in-
dubitatas probationes, nemo non videt, quod
clausula hæc contraria esset primæ clausulæ *Ju-
dicio suo*, quæ hunc rigorem non exposcit, sed
admittit semiplenas probationes, quales sanè
in delictis occultis, & difficillimæ probationis
inveniri possunt, vel saltem hæc prior clausula
superflua redderetur, ut ratiocinatur. *Grasset.
d. §. 29. num. 63. & plurib. seqq.* At nec super-
69 fluitas, minus verò contrarietas, & instantanea
correctio voluntatis in Lege admitti potest, ut
de prima apud *Campanil. in Diversor. Jur. Ca-
non. rubr. 11. cap. 31. pag. 643. §. Quod autem
qualitas cum aliis apud Thabor. axiom. Jur. lib. 10.
cap. 13. axiom. 9., & axiom. 36.*, & de secunda
probatur per *Textum in leg. ubi repugnantia 188.
ff. de regul. Jur. cap. cum expediat. 29. de elect. in
6., idem Thabor. lib. 3. cap. 87. axiom. 4.* Præser-
tim quando agitur de illa inducenda in una ea- 70
demque dispositione, citatus *Author. eodem
lib. 3. cap. 97. axiom. 6. & seq.*, quod si fereodum
nunquam est, ut benè notavit *Grasset. d. §. 29.
num. 67. vers. quod autem*, multò magis in no-
stra hypothesi aberrare dicendum erit à mente
sapientissimi Legislatoris, qui compescere cu-
piens *nimiam, quæ jam invaluerat, perversorum
hominum malitiam*, verbis illis = *Judicio suo = com-
misisse videbantur* = cum jam innuisset modum
legalem, & facilem assequendi probationem
qualitatis delicti excepti in sua Constitutione,
nullâ justâ ratione suaderi potest, quod deindè
ab illo resiliens præscripserit praxim, penè impos-
sibilem, vel qua difficillima certè redderetur
Legis, à se conditæ, executio.

Neque vero superfluitas, & contrarietas ista
evitari potest distinctione illâ extractionum alla-
tâ *§. De primo & seq.*, quod videlicet prior clau- 71
sula *Judicio suo* referenda sit ad extractionem
ab Ecclesia faciendam simplicis custodiæ causâ,
& pro Reo assecurando in Carceribus Ecclesia-
sticis; Altera verò Clausula = *nisi cognita priùs,
an ipsi verè crimina superiùs expressa commise-
rint* = intelligenda sit de vera, & reali traditio-
ne Rei Curiæ Seculari, quasi Summus Pontifex
hoc secundo casu, tradendo aliam probationis
formam, plenas ac concludentes illas esse oporte-
re præceperit.

Nàm, licèt admissâ veritate d. distinctionis,
(quam tamen ex *Grasset. §. 29. num. 85. & seq.*
dicere possem intelligendam esse de forma, &
solemnitate adhibenda in extractionibus, non
autem de specie probationum qualitatis delicti
excludentis immunitatem) facilè ab illa me ex-
pedire valerem; dicendo, ex eo, quod in pri-
mo illius membro ratione minoris præjudicii
sufficiant leviores probationes, non propterea
sequitur, quod in altero casu Summus Pontifex
præscripserit modum, & formam probationum
penè impossibilem, & certe repugnantem sub-
jectæ materiæ, & naturæ delictorum, quæ ob
suam clandestinitatem, nonnisi per Indicia, &
argumenta probari possunt: Nihilominus re-
spondetur, quod Interpretatio ista fundata in d.
casuum distinctione, non probatur à Doctoribus
plenâ manu congestis in *§. Quamobrem rectiùs*,
qui unanimi sententiâ docent, quod Clausula
illa: *nisi cognito priùs &c.* per se spectata, nullam
expressè præscribit certam formam, & praxim,
quâ juxtà secundum membrum mox relatæ di-
stinctionis, in casu veræ, & realis traditionis
faciendæ Curiæ seculari, rejectis semiplenis pro-
bationibus, quæ recipi posse videntur juxta prio-
rem clausulam *Judicio suo*, efflagitet plenas,
ac directas probationes, propptereaque justâ in-
terpre-

terpretatione ita illa intelligi potest, ut cognitio
ab eadem requisita, debeat esse ejus generis, ut
conveniat cum illa, quam exigunt verba *Judicio
suo*, quibus concepta est prior clausula, bene
*Episcopus Novariensis in alibi citat. Commentar.
ad Cap. Inter alia de Immunit. num.5.*, dicens =
*quod nè Bulla sibi videatur contraria, quando dixit, Reum non esse tradendum, nisi cognito priùs
per Episcopum, hæc cognitio debeat esse ejus generis, ut conveniat cum dictis verbis = qui prædicta
Delicta judicio suo commisisse videbuntur*=, cumque refert, & sequitur *Grasset. d.§.29. num. 74.
& seq.*

Eoque certiùs, quia posterior hæc Clausula,
72 *nisi cognito priùs &c.* nec ex mente Legislatoris,
nec ex Juris censura, plenas reverà exposcit probationes. Profectò primam intuentibus, illicò
considerandum sese offert, quod, si Summus
Pontifex quoad omnia delicta excepta, etiamsi
ob eorum arcanam naturam probatu difficillima, resiliendo à communibus regulis, omninò,
& absolute requisivisset juridicum plenarum,
ac directarum probationum rigorem, id expressè declarare debuisset, noverat enim, quod cum
Lex peculiare aliquid vult, & disponit, id exprimit, si autem non expresserit, noluisse dicitur,
ideoque cum valeat consequentia *non dixit, ergo noluit*, ut bis ferè verbis ratiocinatur *Grasset.
§.30. num.307. & seq.*, colore nullo, nullaque
justà ratione affirmari posse videtur, quod Legislator in re tanta, omittendo expressam mentis suæ declarationem, quam facilè explicare
poterat, eam frustrari posse voluerit, locum
relinquendo subauditis intellectibus, atque interpretationibus, quibus intelligi, ac explicari
poterat clausula illa *nisi cognito priùs &c.*

Quæ sanè clausula, si sequamur interpreta-
73 tionem, quam ex mente Juris recipere valet,
intelligenda erit de probatione illa, quam exigit,
& admittit subjecta materia, ut ducto argumento à *Textu in leg. Cognitionem ff. de var., & extraordin. cognition.*, tradunt *Giurb. cons.100. n.28.,
Gratian. disc. ept. forens. 596. num.23*, *Cirin. d.
sect.3. num.24.* Gregorianâ namque Constitutio-
74 ne Jus commune correctum minimè fuisse, tradiderunt *Gambacurta de Immunitat. lib. 5. cap.7.
num.5. & plurib. seqq.*, *Grasset. de nec. proditor.
§.8. num.103.*, *Barus. resol.124. nu.12. & seq.*,
Peguer. decis.54. num.8., alibi relati, & est ex
mente Doctorum omnium, qui allegantur *§.
Quamobrem rectiùs*; Quamobrem ad Juris regulas redigendo, & juxta ejus terminos intelligen-
75 do dictam clausulam, eadem certè non exposcit directas, & plenas probationes, sed admittit illas, quæ congruunt subjectæ materiæ,
prout in longè difficiliori casu, in quo Lex, vel
Pontificia Constitutio utatur clausulâ=*Constito*=,
habetur tum ex dispositione *Textus in d. cap. 1.
de homicid. in 6.*, tum etiam ex *Cap. Michael
13. de fil. Presbyter.*, ibi = *Si constiterit tibi, ipsum
N. fuisse filium Antonii* =, quæ filiatio respectu
76 Patris nonnisi præsumptivis probationibus probari potest, *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. §. 7.
prohem. num. 233. vers. adde*, ibi = *Adde etiam
quod illud verbum = constiterit = in d. Constitutione Piana potest ex illius natura referri ad extrajudicialem cognitionem* = si igitur clausula =
Constito =, licet ut notavit *Grasset. d.§.29.n.71.*
requirat pleniores probationes; nihilominus, pro-
ut congruit qualitati Rei, & subjecti, admittit 77
illas, quæ per præsumptiones, & Indicia comparantur, quanto potiori Jure hoc probationum
genere satisfiet clausulæ = *Cognito* =, quâ uti-
tur nostra Constitutio, illas enim in clandesti- 78
nis, & probatu difficillimis criminibus haberi
pro vera, & plena probatione, docuerunt *Jo.
Anton. de Ballis tract. var. lib.5. de pragmat. Regn. pragm. unic. tit. 42. num. 8.*, *Grasset. de nec.
proditor. §. 29. num.237. & seqq.*, & *num. 250.
& 257. vers. exigat*, *Cirin. d.cap.7. sect.3. n.24.*,
& fusius probatum fuit *§. Quod si inverisimile,
& seq.*, tametsi nullis adhibitis Juris solemnitatibus, nulloque formato judiciali Processu, comparatæ fuerint, juxtà auctoritates allegandas *§.
Hujuscemodi namque*.

At inquient primæ ac secundæ sententiæ De-
fensores, quod verba Legis sint in proprio, & 79
verò significatu intelligenda, propterea que,
cum Bulla, adhibitâ dictione = *Verè* = adeò ex- 80
pressiva veritatis, ut fictionem omnem excludat, *Barbos. de diction. usufreq. dict.419.*, præcipiat, quod Rei Curiæ seculari non tradantur, *nisi
cognito priùs per Episcopum &c. an ipsi verè deli- 81
cta superiùs expressa commiserint*, voluisse videtur, quod, ut quis ab Ecclesia extrahi possit
verè sit *Latro*, aut *homicida proditorius*, vel *Assassinus*, qualem non verè, sed præsumptivè
dumtaxat dicere possumus illum, qui per Indicia solummodo sufficientia ad Torturam inquisitus est uti talium Delictorum Reus, ut ratiocinatur *Cancer. variar. resol. part. 3. cap. 10. nu.
120. & seq.*

Discursus tamen iste urgere posset, si agere-
tur de Reo diffinitivè condemnando, eo nam- 82
que casu, talia Indicia non sufficerent, quippè
quæ ab Inquisito purgari possent per Torturam.
At aliter res se habet in casu nostro, in quo quæritur dumtaxat de qualitate tribuente Jurisdictio-
nem, atque efficiente, quod Judex laicus, sub- 83
moto impedimento Immunitatis, adversùs
Reum procedere valeat; Ut enim probatur *§.
Verum hæc*, & *§. At cur*, absurdum est, quod
pro declaranda mera competentia Jurisdictionis
requirantur directæ probationes per Testes, aut
Rei confessionem, vel Indicia indubitata eisdem æquipollentia, quales nimirum concurrere debent pro Reo diffinitivè condemnando ad
pœnam ultimi supplicii. Idque certè à Grego- 84
riana Constitutione efflagitatum dici nequit ob
eam dictionem *verè*: etenim non omittendo,
quod, juxtà obvium sensum verborum, rectâ ratione affirmari posset, Summum Pontificem
dictione illà innuere solummodò voluisse, Reos
non esse tradendos Curiæ seculari, nisi Judici
Ecclesiastico priùs constitisset, agi de Delictis,
quæ verè, & propriè, non autem per similitudinem, & impropriè essent de genere exceptorum, eum veluti admonendo, nè cum offen-
sione

sione Ecclesiasticæ Im̄munitatis, inconsultò, pro
delictis, similibus illis, quæ in Constitutione ex-
cepta sunt, Reum dimitteret Judicibus secula-
ribus. Juvat hic iterum ex jam allegato *Fa-
rinaccio d. quæst. 37. numer. 5.* repetere, aliqua
85 esse *Indicia in genere suo talia, ut sint apta ad
plenè persuadendum, licèt non ad plenè proban-*
86 *dum*: hæc autem plena suasio, cum non requi-
rat directam, aut phisicam probationem, sed
certitudinem dumtaxat moralem, propterea,
ut Bullæ satis factum dici queat, satis est, quod
Judex Ecclesiasticus justè, ac prudentèr crede-
re, & suadere sibi valeat constare de qualitate
Delicti excepti, ideòque decernere posse tradi-
tionem Rei Curiæ seculari; Plures verò sunt
87 gradus istiusmodi moralis certitudinis, summus
nempè, qui omnem oppositi formidinem ex-
cludit, ut cum dicimus, Romam esse: medius,
qui nimiam aliquam formidinem admittit: in-
fimus, qui majorem formidinem habet: quum
autem versamur in judicialibus probationibus,
88 licèt plenæ sint, tamen raro inducunt summam
moralem certitudinem, sed vel afferunt me-
diam, quæ sufficit, ut Reus plectatur pænà or-
dinariâ, vel infimam sufficientem ad extraordi-
nariam pænam irrogandam, ut post *Verricell.
quæst. moral. tract. 2. quæst. 13. nu. 2., & tract. 8.
quæst. 14. sect. 2. num. 10.*, & alios, *Graffet. de nec.
proditor. §. 29. num. 231.*
His igitur retentis regulis, ambigi minimè
89 posse videtur, quin in Causis, de quibus agitur,
pro habenda vera cognitione, morali scilicèt
certitudine qualitatis Delicti excepti, satis sint
indicia sufficientia ad Torturam, tamquam apta
ad plenè persuadendum Judicem, ut ex *Fari-
naccio* loco citato in *§. præcedenti*; Tortura
90 enim est pars pænæ delicti, & quidem Corporis
summoperè afflictivæ, *Jul. Clar. lib. 5. sentent.
§. final. quæst. 64. sub initium vers. præterea, Bos.
de Tortur. num. 12.*, & sicuti infert præjudicium
91 irretractabile, ut enim ait *Farinac. d. quæst. 37.
num. 4.* = *dum agitur de torquendo Reum, agitur
consequenter de hominis salute, prout considera-
runt Bald., & alii præcitati Doctores, ideò non
tibi mirum videatur rigorose Judex, si & Jura,
& Doctores sic exquisita, requirunt Indicia ad tor-
quendum, & ad id demonstrandum tot prægnan-
tibus, & geminatis verbis utuntur, quia, prout
in proposito consideravit Hippolit. Riminald. con-
sil. 361. num. 67. vol. 4., ubi majus est periculum,
ibi cautiùs est agendum* = irrogari propterea ne-
92 quit, nisi concurrant indicia *urgentia, certa,
clara, imò & luce, ut ajunt, meridianà clariora
in tantum ut Judex non solùm sit quasi certus de
Delinquente, sed nihil aliud sibi deesse videatur,
quàm ejusdem Rei confessio* =, ut loquitur idem
Doctor d. quæst. 37. numer. 3. & seqq.; Quamo-
brem, si Indicia sufficientia ad torturam tanta
sunt, eademque tanti valent: sufficere procul-
93 dubio debebunt ad legitimam probationem,
quæ præbeat Judici moralem certitudinem; pro-
batio namque illa legitima reputatur, quæ Ju-
94 dicem ad fidem, & justam credulitatem addu-
cit, ut post *Castrensem in leg. admonendi ff. de
Jurejuran.*, ait *Cepoll. consil. 3. numer. 11.*
Quamquam verò plenè his omnibus demon-
stratum dici posse videatur, quod vero, & ger-
mano sensui Gregorianæ Constitutionis nullo
pacto adversatura, quinimò eidem conformis
futura sit declaratio, quà statuatur, sufficere
Indicia ad Torturam, ut illius menti satis fa-
ctum dici queat; nihilominùs, si quæ adhuc, in
re non dubia, superesset difficultas, illa peni-
tùs sublata dici posse videretur ex interpretatio-
ne ejusdem Bullæ desumpta tum ex solemnibus
factis aliorum Summorum Pontificum, tum
etiam ex declarationibus Sacræ Congregationis;
Et sanè, si undè Jus prodit, indè interpreta- 95
tionem quoque procedere, consentaneum est, ut
respondit *Innocentius III. in cap. Inter alia 31.
de sentent. excommunic.*, quænam dari poterit
hujus Bullæ intelligentia certior illâ, quæ pro-
manat ex facto Summorum Pontificum, qui
ejusdem Conditori successerunt, optimè *Glossa* 96
in d. cap. Inter alia, verb. Interpretatio: Ut etiam
pro assequendo veriori illius sensu, an fortè re-
perire poterimus Interpretem, qui auctoritate
par sit Sacris Congregationibus, quarum Rescri-
pta dicuntur Oracula Summi Pontificis, ejus no- 97
mine pro ipsius mente declaranda edita, *Card.
de Luc. de Judic. disc. 46. num. 7. post med., Rot.
coram Merlino decis. 777. in fin., decis. 33. n. 12.
part. 11., & decis. 11. num. 9. part. 17. rec.*
Et primò quidem sese offerunt Literæ in for-
ma Brevis à San. mem. Clemente VIII. die 6.
Februarii anni 1597. datæ ad Archiepiscopum 98
Panormitanum, quarum meminimus *§. Pluri-
bus, & quidem*, illis autem Summus Pontifex,
ut præfatus Archiepiscopus devenire posset ad
liberam traditionem quorumdam Reorum, nul-
lam aliam ab eo delicti cognitionem adhiben-
dam esse voluit, quàm illam = *si tamen tibi priùs
summariè, simplicitèr, & extrajudicialiter, &
quantum pro conscientiæ tuæ informatione suffice-
re posse videbitur, illos homicidium prædictum
perpetrasse, aut illi cooperatos, seu in illo cul-
pabiles fuisse* = En igitur, quod à Summo Ponti-
fice in hoc Brevi non requiruntur plenæ, dire-
ctæ, & concludentes probationes qualitatis de-
licti excepti, sed admittuntur semiplenæ, ni-
mirum illæ, quæ *summariè, simplicitèr, & ex-
trajudicialitèr, & quantum pro conscientiæ in-
formatione sufficere posse* viderentur. Simili ser-
vatà formà procedendi, Paulus V. anno 1619. 99
die 19. Junii mandavit Nuntio Regni Neapolis,
ut traderet Curiæ seculari quosdam Monetarios
confugas ad Ecclesiam, dummodò summariè
ex Processu seculari ipsi constitisset, illos esse
Monetarios, ut refert *Barbos. de Jur. Eccles.
univers. lib. 2. cap. 3. num. 122.*; Denique Urba-
nus VIII. anno 1644. concessit Cardinali Filo-
marino, Archiepiscopo Neapolitano, facultatem
ejiciendi ab Ecclesia illos, qui eà abuterentur, 100
vel qui enormium, & atrocium delictorum
Rei reperirentur.
Jure igitur, meritòque Sacra Congregatio so-
lemnibus hisce Summorum Pontificum factis
admonita, atque edocta, quod ex mente Con- 101

ſtitutionis Gregorianæ, ut probata dici poſſet
qualitas delicti excepti, non requirebantur con-
cludentes probationes, ex Proceſſibus tàm infor-
mativis, quàm defenſivis in Curia Eccleſiaſtica
confectis comparatæ per Teſtium depoſitionem,
vel Rei confeſſionem, aut denique per indicia
indubitata, admiſit ſemiplenas, & quod magis
eſt, recepit etiam probationes ſummarias, &
extrajudiciales, illaſque etiam reſultantes ex
Proceſſibus, ante confugium Rei ad Eccleſiam,
fabricatis in Curiis laicalibus, ut in una *Syracu-
ſana 16. Julii 1626.*, & in una *Caſtri Maris 18.
Decembris 1629.* relatis à *Mich. Ang. Donat. de
Aſyl. reſol. 187. num. 11.*, atque ità firmiter ob-
102 ſervatum fuiſſe in Regno Neapolitano, perſpici
poteſt ex Proceſſibus, a Reverendiſſimo Nuntio
tranſmiſſis, ex quibus habemus, Reos fuiſſe
conſignatos Curiæ ſeculari cum ſola præcedente
Informatione qualitatis delicti, ab Epiſcopo ca-
pta, illà adjectà conditione, quod, ſi per Reos
purgata fuiſſent Indicia, ſub pænà excommuni-
cationis reſtitui deberent Eccleſiæ: quæ ſanè
conditio nobis aperit, quod nullis in Curia Ec-
cleſiaſtica à Reo factis defenſionibus, eorum
conſignatio decreta fuerat vigore ſolummodò
Indiciorum reſultantium ex Proceſſu informa-
tivo, ut legitur in conſignatione Joannis Bapti-
ſtæ Verde factà die 26. Februarii anni 1633.,
Sanctuli Chriſtoli anno 1639., Joannis Cioffi,
Joſephi, aliàs Peppe Antonio Rentii de Car-
luccio, & Joſephi de Roſa anno 1646., Seve-
rini Moreni, & Didaci Aſſor anno 1662., Cor-
radi Nizza, & Stephani Melitæ anno 1671.,
quæ latius referuntur *noſtro Sum.*, & de hac ob-
ſervantia teſtatur etiam *Sanfelic. deciſ. 137. n. 3.
§. Ceterum & ſeqq.*

Et denique, cum regnante Clemente X.
103 actum pariter fuiſſet de amplianda Gregoriana
Conſtitutione, certaque ſtatuenda methodo,
ac praxi procedendi magis expedita quoad for-
mam, & qualitatem probationum, Congrega-
tio particularis, huic negotio examinando præ-
poſita, deliberaverat, quod *acciò niuna occaſione
rimanga pregiudiziale al più libero corſo della
Giuſtizia, laſcia la Santità ſua ad arbitrio di
Voſtra Eminenza il valerſi degl' Indizj ſufficienti
alla Tortura per dichiarare il Reo incapace dell'
Immunità, come anche di appoggiarne la cogni-
zione agl' atti, e Proceſſi fatti dal Foro ſecolare
prima del Confugio, à condizione, che purgandoſi
dal Reo gl' Indizj debba eſſer reſtituito alla Chie-
ſa*=, ut patet ex minuta Epiſtolæ, quam dicta
Congregatio ad Epiſcopos dandam eſſe cenſue-
rat; Ut igitur in poſterum nihil ſit, quod
indiſcuſſum, vel indefinitum remaneat, ut in
*Canon. Nos ſi incompetenter 41. in fin. primæ
partis cauſ. 2. quæſt. 7.*, quod malo fato tunc
infectum remanſit, felicioribus auſpiciis abſol-
vendum nunc videtur.

Nec eſt cur obtendatur obvia illa, ac familia-
ris reſponſio, quod videlicet Breve Clemen-
104 tinum, aliaque Reſcripta Summorum Pontifi-
cum Pauli V., & Urbani VIII., tamquam edi-
ta pro definiendis caſibus particularibus, obtine-
re nequeant vim Legis generalis, quà aliquà ex
parte derogatum fuerit Gregorianæ Conſtitu-
tioni, quinimò cum illa præſeferre videantur 105
ſpeciem aliquam diſpenſationis, ſupponentis
contrariam Legem, illam potius confirmaſſe
dicenda ſint: Ut etiam obſervantia nulla inter-
pretativa induci queat ex mox allatis Sacræ
Congregationis Reſolutionibus, quia, cum in
contrarium afferantur plures aliæ, quæ rejectis 106
ſemiplenis probationibus, directis, & conclu-
dentes expoſcunt, in hoc conflictu prævalere
debeant illæ, quæ magis conformes ſunt menti
Legis, ſeu Conſtitutionis, de cujus interpreta-
tione agitur.

Hujuſcemodi namque diſcurſus urgeret, ſi
Gregoriana Conſtitutio expreſsè diſponeret, 107
quod à Judicibus Eccleſiaſticis deveniri non poſ-
ſit ad traditionem Rei Curiæ ſeculari, niſi, poſt
factum Proceſſum definitivum, per directas, &
plenas probationes ipſis conſtiterit de qualitate
delicti excepti. Verùm, cum dicta Conſtitu-
tio id expreſsè non diſponat, &, ut hactenùs
demonſtratum eſt, contraria intelligentia ve-
rior, aut ſaltem valdè probabilis videri poſſit,
profectò in hac contrariarum ſententiarum du-
bietate, optima erit interpretatio illa, quam
deſumimus ex ſolemnibus factis Summorum
Pontificum. Et quamvis plurimi ex Doctoribus
allegatis *§. Quamobrem* cenſuerint, Breve Cle-
mentinum habere vim Legis, quia pro Lege 108
habetur id, quod Princeps Epiſtolâ, aut Re-
ſcripto ſuo declarat, *§. Sed quod, & Princips In-
ſtit. de Jur. natur. gent., & civil.*, Legemque
facit Sententia ab eo lata in certa Cauſa, *leg. 1.
ff. de Conſtit. Princip.*, *leg. final. Cod. de legib.*,
*Jo. de Platea in leg. neque Cod. de Decurion. lib.
10.*, etiamſi Epiſtola, Reſcriptum, aut Sen-
tentia inſerta minimè reperiatur in corpore Ju-
ris, *Canon. 1. diſtinct. 19.*, nihilominùs tàm di-
ctum Breve San. mem. Clementis VIII., quàm
Reſcripta Summorum Pontificum Pauli V., &
Urbani VIII., hic non affero tamquam Legem
univerſalem, ſed ut ex hoc ſolemni eorum fa-
cto ſubmotis Doctorum diſputationibus, eo-
rumque contrariis interpretationibus, aſſequar
veram Bullæ Gregorianæ intelligentiam, quod
nempè illa contenta ſit ſemiplenis probationi-
bus, tametſi extrajudicialiter, & ſummariè,
nullâque ſervatà telà judiciarià, nulliſque adhi-
bitis Juris ſolemnitatibus, nulloque demùm
formato judiciali Proceſſu, comparatis, ut ex di-
cto Brevi Clementis VIII. argumentantur *Fa-
rinac. in addit. ad conſ. 168. lit. B. lib. 2.*, *idem
Farinac. conſ. 211. num. 19. lib. 3.*, *Giurb. conſ. 50.
num. 2.*, *& conſ. 100. num. 28.*, *Anonimus Con-
ſulens apud Dianam reſol. moral. tom. 9. tract. 2. de
Immunit. Eccleſ. reſol. 125. numer. 18.*, *Gratian.
diſcept. forenſ. 596. numer. 22. & ſeq.*, ibique *de
Luca num. 4. & ſeqq.* in hanc ſententiam exſcri-
bens verba *Merlini Pignatelli centur. 1. contr. 40.
ex num. 12.*, *& contr. 64. ex nu. 8.*, *Pan. Jordan.
elucubrat. diverſ. tom. 2. lib. 2. tit. 3. num. 303. &
ſeqq.*, *Gambacurta de Immunit. lib. 6. cap. 15. n. 6.*,
del Bene eodem tractat. tom. 2. cap. 16. dubitat. 45.,
Pe-

Peregrin. cap.3. num.6., *Castropal. oper. moral. tom.2. disputat. unic. tit. de reverent. debit. loc. sacr. punct.3. num.final. fol.* 116., *Cala de praemin. Magn. Cur. Vicar. cap.22. num.20.*, *Carol. Marant. part.2. cap.46. num.7.*, *Anton. de Possentib. singul. Canonic. centur. 2. singular.143. n. 2.*, *Graffet. §.29. nu.99. & seqq.*, *Francesf. Vot.7. num. final.*, *Sanfelic. decis. 137. num. 2.*, *Panimoll. decis.85. nu. 24.* Imò verò, si Summi Pontifices, id exigente ratione temporum, & multitudine Delinquentium, ità statuerunt, justà ratione inferri indè potest, quod praeclaris hisce exemplis (ut regnante Clemente X. à Congregatione particulari deliberatum fuerat), ita & hodiè determinandum sit per viam Legis universalis, quà Respublica sceleribus, & facinorosis hominibus expurgetur.

Ut etiam utilitas, imò necessitas ferendi hanc Legem universalem optimè suadetur tot Sacrae Congregationis Resolutionibus, quarum vim, & efficaciam minimè elidi aliis contrariis Resolutionibus quisque facilè perspicere poterit, si
109 animadvertat, quod, licèt Lex una, eademque semper sit, unâque voce loquatur: attamen suprema Tribunalia ipsum supremum Principem repraesentantia, quales sunt Sacrae Congregationes, optimè norunt, regulam, ab illa traditam, ferream non esse, inflexibilem videlicet,
110 sed negotia, & Causas metiendas esse lesbianâ regulâ, quae utpotè plumbea, juxta facti circumstantias, flexibilis est, & modò rigori, modò verò pietati, ac aequitati accomodatur, ut post *Alphons. de Castro de legib. paenal. lib.1. cap. 6. pagin. 105. lit. B.*, benè ait *Bovadill. politic. tom.1. lib.2. cap.4. num.2. & 3.* Quamobrem nil mirùm, si Sacra Congregatio perpensis particularibus facti circumstantiis, rejectis quandoque semiplenis probationibus qualitatis delicti excepti, directas, & plenas efflagitavit, id enim factum est, non quia id praeciperet Gregoriana Constitutio, sed quia ita ratio Causae exigebat.

At jam jam opponendum mihi fore sentio,
111 quod si favor Immunitatis habens rationem majoris boni, & ordinis superioris, praeferendus est publicae vindictae, ut ait *Graffet. §. 29. n. 162. & seqq.*, ferenda minimè sit nova Lex, quà excipiendo novos casus, non solùm amplietur Gregoriana Constitutio, sed nova statuatur praxis, quà Ecclesiae Immunitas magno etiam cum Reorum praejudicio valdè imminuatur. Verùm
112 colenda, summoque sanè studio, ac religione custodienda est Ecclesiae Immunitas, sed, ut ait *Cicero lib.1. de offic. = sed incidunt saepè tempora, cum ea, quae maximè videntur digna esse justo homine, eoque, quem Virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria =*, quapropter,
113 licèt priscis temporibus Delinquentes omnes, tametsi atrocissimorum delictorum Rei, Ecclesiae Immunitate fruerentur, vel quia illa minùs frequentia erant, vel quia Ecclesia viriliter capitalium suppliciorum punitioni intercedebat, ea de causa, quod in incerto fluitaret Reorum salus, qui à culpa ad paenam rapiebantur, nullisque concessis ad paenitendum induciis, nihil Sacramentorum in hujusmodi paenae mancipia erogabatur, ut apud *Thomassin. de veter., & Nov. Eccles. Disciplin. tom. 2. lib. 1. cap. 77.*, ideòque Ecclesia illos morti eximebat corporis, quam animae, ut plurimùm sempiterna, mors comitabatur, ut manciparet canonicae, diuturnaeque paenitentiae, quà utrique subducebantur morti, tantòque deinceps Reipublicae efficiebantur utiliores, quantò justiores, idem *Thomassin. d. lib.1. cap.66. num.17.*, attamen, ita
exigente publicà utilitate, ad salutem Civium, 114
eorumque incolumitatem, opus fuit pro coercenda licentia peccandi aliqua ex parte, & aliquibus casibus Ecclesiae Immunitati derogare. Neque id circò eadem laesa dici potest, *pro necessitate namque corrigendorum vitiorum privile-* 115
gia Ecclesiarum multarum vel imminuuntur, vel penitùs immutantur, sive personaliter, sive realiter, *Canon. posteà quam 21. §. His ità respondetur caus.25. quaest.2.* Et sanè, si Nicolaus, si Innocentius III., si Gregorius IX., si denique Gregorius XIV., justè Ecclesiasticâ Immunitate indignos declararunt perditissimos illos homines, qui facinorum, ab eisdem exceptorum,
Rei esse reperirentur, justè etiam statui poterit 116
praxis, quâ similia delicta probari queant; Summus namque Pontifex, qui potest condere eas omnes Leges, quas ad finem supernaturalem expedire censuerit, *Graffet. d. §. 29. num.47. vers. & tamen*, tamquam supremus arbiter Immunitatis, sicut potest excipere, & non excipere aliqua
delicta à communi regula Immunitatis, & qui- 117
dem absque ulla ejusdem offensione, quia id fit auctoritate Apostolica, *Frasso de Reg. patron. Indiar. tom.1. cap.48. n. finali*, ita potest praescribere hunc, vel illum modum servandum circa cognitionem delictorum exceptorum à partici-
patione Immunitatis, ideòque recedendo à ri- 118
gida forma procedendi servari solita in Foro laicali in ordine ad paenam ordinariam infligendam, declarare quod si agatur de casu difficilis probationis, sufficiant semiplenae desumptae ex Indiciis sufficientibus ad torturam, tamquam aptis ad plenè persuadendum Judici, constare de qualitate delicti excepti, ut benè ratiocinatur, *Graffet. d. §. 29. num.29. & seqq.* Idque sanè est
conforme Juris menti, quippe, ut probatum 119
est *§. Quod si inverisimile & seq.*, in delictis, quae occultò committi solent, Indicia sola sufficiunt.
Ut etiam quandoque sola praesumpta cognitio
satis est, quemadmodum de crimine famosi li- 120
belli tradit *Raynald. ad Bannimenta general. tom. 2. cap.11. §.2. num.9.*, & unius dumtaxat Testis dicto tribui potest vis legitimae probationis, *Regens Rovit. in pragmat.6. de receptatorib. De-*
linquent., ità quidem, ut pro regula statui pos- 121
se videatur, in probationum qualitate decernenda, Supremi Principis arbitrium non esse restrictum, sed vel ob publicam utilitatem, vel enormitatem delicti, vel aliam justam causam illas privilegiare, & ampliare posse, *Abb. & alii in cap. 2. de probation.*, *Bartol. in leg. 1. §. final. Cod. de Caduc. tollen.*, *Surd. decis.312. num. 4.*

Profectò justa haec causa, longè quaerenda non

non est in nostro casu: Nam, si requireretur directa, & concludens probatio delicti, cum
122 hæc obtineri nequeat, nisi per Testes, aut Rei confessionem, primos reperire difficile est in delictis occultis, vel saltem difficilius erit, quod informati sint de qualitatibus, quæ delictum efficiunt exceptum, cum illæ plerumque solo Delinquentis animo retineantur; Secunda verò ha-
123 beri nequit à Judice Ecclesiastico, qui illam per torturam à Reo extorquere nequit, ideoque, ut alibi observatum est, nunquam fieret locus exceptioni à regula Immunitatis, ejusque auxilio Reus consequeretur delicti impunitatem. Rursus, si post Processum informativum, tametsi
124 ex illo resultarent indicia sufficientia ad torturam, Reus admittendus esset ad defensiones, publicatâ, & traditâ eidem copiâ Processus, ut suas parare posset defensiones; nemo certè non videt, quod, postquam illi pandita fuerunt Secreta Causæ, nomina, & dicta Testium, facilè eludere posset Curiam secularem, quæ cum aggreditur formationem Processus generalis super delicto, inveniet Testes interim ab Inquisito subornatos, atque ab eo paratas opportunas defensiones, excludentes qualitatem delicti excepti, ut probat *Januens. in prax. Cur. Archiepisc. Neapolitan. cap. 6. sub num. 2., Cortiad. decis. 21. num. 125.*

Plura his addere possem incommoda, & mala, quæ secutura sunt, si novâ ac faciliori probationum methodo minimè præscriptâ, exigatur rigorosum genus probationum qualitatis delicti excepti: Verum cum illa aliàs plene exposita fuerint Sac. isti Congregationi, totam eorum imaginem amplectar, reverenter supplicando Eminentissimis Patribus, ut mentis oculis intueri, atque animo secum reputare velint, quam sæpe difficultas probationum impunitatem attulerit perditissimis hominibus, qui spe illam semper paratam habendi, in atrociora scelera prosilierunt: hinc frequenter (nè eadem impunita maneant) summa cum irreverentiâ violata est Ecclesiæ dignitas, ac sanctitas: Quod si licentia secularium Magistratuum, aut etiam culpâ quandoque Judicum Ecclesiasticorum id factum dicatur, non abnuam, sed tamen causa mali resecanda est: & aliquod denique adhibendum temperamentum, quo è medio tollantur controversiæ illæ, quibus, ut Eminentissimi Patres norunt, tanto cum Religionis detrimento, & animarum periculo pax inter Ecclesiasticas, & seculares Curias turbata, ac dissociata est.

Tantis verò malis, eò magis hodie comparandum videtur opportunum, atque efficax remedium, quia, si illa originem habuerunt ex sola dubietate circà modum probationum qualitatis delicti excepti, quanto latius illa manabunt, si nova hæc praxis non statuatur? tunc enim veluti solemni Sedis Apostolicæ Decreto constabilitum dicetur, quod servanda sit methodus illa, quâ delictorum probatio (ut hactenus experti sumus) impossibilis reddatur. Si igitur, quum perversitate hominum societas
Juris humani dirempta est, si, quum nihil san- 125
cti fuit, quod cupiditas intacta non violaret, ut inquit *Lactantius Firmianus lib. 2. epitom. cum hæc fierent, tum leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut se interim tutos ab injuriis facerent* =, decernenda erit praxis, quà publica enormium scelerum vindicta, Divino, naturali, & positivo Jure imperata, exerceri
queat, aliam delicti excepti probationem non 126
exigendo, quàm illam resultantem ex indiciis sufficientibus ad torturam desumptis, vel ex Processibus informativis Curiæ Ecclesiasticæ, vel illis etiam antè confugium Rei fabricatis à Curia seculari.

Secundùm ea, quæ superiori Dissertatione proposita sunt, Constitutio prodiit San. Mem. Benedicti XIII. sub datum anno 1725., sexto Idus Iunii, *qua Literæ Apostolicæ S. M. Gregorii XIV. certa excipientes Delicta, & casus ab Ecclesiastica Immunitatis beneficio, confirmantur, declarantur, & ad alia etiam delicta, & casus extenduntur: nec non Curiis Ecclesiasticis forma in Inquisitorum extractione a Locis immunibus observanda præscribitur, cum aliis ordinationibus, & clausulis, ac derogationibus legendis in Constitutione ipsa S. M. Benedicti XIII. Quæ cum minimè reperiatur inter impressas in Bullario ejusdem Summi Pontificis, operæ pretium existimatum est hic illam adnectere.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo, Divina disponente clementia, ad supremum universi Christiani Populi regimen assumpti fuimus, considerantes, debitum, quo obstringebamur, Ecclesiarum, Sacrorumque Locorum Immunitatem sarctam tectam, inviolatamque, ubique custodiendi, inter graviores suscepti Apostolici Ministerii curas meritò recenseri; diu, multumque rationes, ac media nobiscum expendere non omisimus, quibus ipsa immunitas in pristinum venerationis, & reverentiæ locum restitui posset, ac in omnibus Orbis Catholici Regionibus ita observaretur, quemadmodum prisca illa Majorum Nostrorum disciplina, & vetus Canonicarum Sanctionum norma præscripsit. Dum hæc solicito animo revolveremus, in oculos primùm incurrit celebris illa Constitutio à fel. rec. Gregorio Papa XIV. Prædecessore nostro edita, quæ incipit = *Cum aliàs* = qua quidem Constitutione idem Gregorius Prædecessor pro Pastorali zelo suo hunc ipsum in scopum intendens, facultates, & Indulta a quibusdam Romanis Pontificibus, ac præsertim à San. Pio V., & Sixto V. etiam, Prædecessoribus itidem nostris, tunc suis, concessa aliquibus Principibus, eorumque Officialibus, & Magistratibus extrahendi, ac abdu-

abducendi ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus certorum criminum Reos, & Delinquentes, reformavit, moderatusque fuit; simul autem delictorum frequentiæ, unde publica tranquillitas maximè perturbatur, occurrere volens, ac impedire, quantum licebat, ne aliqua graviora a pravis hominibus patrarentur sub certa impunitatis spe, quam ex confugio ad loca immunia sibi parabant, nonnulla expressit, & explicavit crimina, & casus, in quibus Laicos delinquentes Ecclesiastica Immunitate nequaquam gaudere voluit, & decrevit; ac insuper Judices constituit, qui in occurrentibus casibus, an delictum esset, nec ne in eadem Gregoriana Constitutione exceptum, cognoscere, & declarare deberent; certamque demum formam in extractione prædictorum Delinquentium a locis immunibus observandam stabilivit, & inviolabiliter ab omnibus perpetuò observari mandavit, quemadmodum in prædicta Constitutione anno Incarnationis Dominicæ 1591. nono Kalen. Junii promulgata ulterius continetur.

Quoniam vero post editam hujusmodi Constitutionem ob varias Doctorum, eam interpretantium, sententias, & variam itidem Curiarum Ecclesiasticarum in illius executione praxim, multiplices contentiones super vero, rectoque ejus sensu inter Ecclesiastica, & Secularia Tribunalia exortæ fuerunt; quamplures Romani Pontifices, ac præsertim piæ memoriæ Clemens IX., Clemens X., & Clemens XI., Prædecessores similiter nostri, de præfatis contentionibus dilucidà casuum exceptorum explicatione submovendis non semel, sicut accepimus, deliberarunt, facilioremque insuper eos probandi, & declarandi methodum, ut ejusdem Gregorii Prædecessoris mens pleniùs executioni demandaretur, Curiis Ecclesiasticis præscribere cogitabant; sed ab aliis distracti curis, ac interim morte præventi, destinata perficere nequiverunt. Hinc igitur est, quod Nos omninò expedire arbitrantes, ut ejusmodi controversiis finis aliquando imponatur, eorumdemque Prædecessorum pio, atque salubri proposito inhærentes, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, in primis providam memorati Gregorii Predecessoris Constitutionem cum omnibus, & singulis in ea contentis, atque dispositis amplissimè confirmamus, approbamus, & innovamus, & quatenus opus sit, criminum in illa exceptorum Reis, & Delinquentibus Immunitatem Ecclesiasticam suffragari nequaquam debere, iterum, ac de novo decernimus, & declaramus. Престереà non absque gravi animi nostri dolore animadvertentes, ob auctam, atque in dies invalescentem perversorum hominum malitiam, sæpe, ac sæpiùs nonnulla alia gravia crimina perpetrari, quæ non minus, quàm illa in Gregoriana Constitutione, ut præfertur, excepta, publicam quietem perturbant, proindè ad Delinquentium audaciam, ac ejusmodi delictorum frequentiam, quantùm fieri poterit, coercendam, pro Apostolici muneris nostri debito, ea, quæ inferius explicabuntur, statuenda censuimus.

Cum itaque prædicta Gregoriana Constitutione cautum sit, ut publicis Latronibus, viarumque Grassatoribus, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, aut viatores ex insidiis aggrediuntur, Immunitas Ecclesiastica minime suffragetur, non levis autem inter Doctores emerserit controversia, an quis ex unico actu publicus Latro, & Grassator dici possit, vel plures ad id actus requirantur: Nos ejusmodi controversiam dirimere intendentes, unicam tantùm grassationem in via publica, aut vicinali admissam, sufficere ad hoc, ut quis publicus Latro, & Grassator dici valeat, dummodo tamen grassati mors, aut membrorum mutilatio secuta fuerit, tenore præsentium definimus, & declaramus.

Insuper ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excludimus, atque repellimus, & pro exclusis, atque repulsis haberi volumus nedum eos qui homicidia, aut mutilationes membrorum in Ecclesiis, earumve Cæmeteriis committere audent, quemadmodum in Gregoriana, Constitutione sancitum est: verum etiam eos, qui stantes in Ecclesia, vel Cæmeterio, interficiunt stantes extra Ecclesiam, vel Cæmeterium, aut ipsis membrum mutilant: Nec eos, qui stantes extra Ecclesiam, aut Cæmeterium, occidunt stantes intra Ecclesiam, vel Cæmeterium, aut iis membrum mutilant: aut eos tandem, qui Confugientibus vim inferunt, atque ipsos ab Ecclesia, aliove loco immuni violenter extrahunt, & abducunt: Declarantes, in quatuor præmissis casibus ejusmodi Reos non illius tantùm Ecclesiæ, quam violarunt, sed cujuscumque etiam alterius Ecclesiæ Immunitate gaudere nequaquam posse, aut debere.

Ad hæc in crimine Assassinii non modò Mandatarios, qui in ipsamet Gregoriana Constitutione apertè excipiuntur, sed etiam mandantes, qui certum præmium, aut mercedem, sive in pecunia, sive in aliis rebus tradiderint, aut promiserint, quamvis promissio nullum habuerit effectum, dummodò assassinium re ipsa patratum fuerit, ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excludimus, ac pro exclusis perpetuò haberi volumus, & mandamus.

Excludimus pariter, repellimus, atque privamus ejusdem Immunitatis privilegio interficientes Proximum suum animo præmeditato, ac deliberato: Falsificantes Literas Apostolicas: Ministros Montis Pietatis, vel alterius publici Telonii, aut Banci, pro depositis Principis, privatarumque personarum destinati, furtum, aut falsitatem in prædictis locis committentes, cujus ratione Arca pecuniaria ita minuatur, ut pœnæ ordinariæ locus sit: Conflantes, adulterantes, vel tondentes quascumque Monetas aureas, vel argenteas, etiam Principum exterorum, quotiescum-

tiescumque in Loco, aut Provincia, ubi crimen admittitur, iterum habeant usum, & commercium: vel ipsas monetas conflatas, adulteratas, aut detonsas scienter ita expendere, & erogare præsumentes, ut fraudis conscii, atque participes censeri possint: Illos demùm, qui sub nomine Curiæ sese introducunt in alias domos animo ibidem perpetrandi rapinas, easque re ipsa committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum alicujus ex Domesticis earumdem ædium, vel etiam Extranei, quem ibi fortè reperiri contigerit, dummodo homicidium, vel membrorum mutilatio sequatur.

Ceterùm cum diuturnà experientià compertum fuerit, Curias Ecclesiasticas in casibus, qui hactenùs evenerunt, difficulter probare, & consequenter declarare potuisse delictum, pro quo quis ad Ecclesiam confugerat, fuisse comprehensum in numero exceptorum, propter variam earumdem Curiarum praxim, & varias pariter opiniones Doctorum, qui antedicti Gregorii Prædecessoris mentem quoad normam ab ipso præscriptam recipiendi probationes, & procedendi ad declarationem criminum exceptorum, interpretari voluerunt: statuimus, præcipimus, & mandamus, nullam in hoc de cetero haberi rationem cujuscumque interpetationis ejusdem Gregorianæ Constitutionis, quæ a quocumque Doctore prodierit, neque praxis a quibuslibet Curiis aut Tribunalibus invectæ, imò nec quarumcumque declarationum, quæ ab ejus Almæ Urbis nostræ Tribunalibus, sive etiam a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Immunitati Ecclesiasticæ præpositorum, emanaverint, quatenùs præsenti nostræ Constitutioni adversentur; sed in occurrentibus casibus normam hic à Nobis præscribendam inviolabiliter ab omnibus observari volumus, & sancimus.

Quotiescumque igitur Curia Ecclesiastica à Curia Seculari fuerit requisita, *ut Laicum aliquem delinquentem* è loco immuni extrahi, ac illi consignari faciat, eaque super delicti excepti qualitate, ac personæ reiteratè subministrata, vel acquisita sint indicia, quæ ad capturam decernendam sufficere videantur; tunc Curia Ecclesiastica ad ejusdem Delinquentis extractionem ab Ecclesia, aliisve locis immunibus, ope, ac medio suorum Executorum, implorato etiam, quatenus opus sit, brachii secularis auxilio, & cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputandæ, procedere teneatur, extractumque ad suos Carceres asportari, ac ibi sub tuta custodia detineri curet, & faciat. Ubi vero ex Processu informativo desuper conficiendo constet de crimine excepto, ac insuper adversùs eumdem Extractum talia resultent indicia, ut crimen ab eo fuisse patratum moraliter credi possit (*quæ quidem indicia juxtà regulas Juris vocantur ultrà torturam*) eo tandem casu præfatum Extractum Ministris, & Officialibus Curiæ Secularis tradere, & consignare possit, ac debeat, exactà tamen, receptàque priùs ab ipsis obligatione in forma Juris valida restituendi Extractum Ecclesiæ sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, Nobis, ac pro tempore existenti Rom. Pontifici reservatæ, quatenus idem Extractus indicia contra ipsum acquisita in suis defensionibus purget, ac diluat. Quod si ea minimè purgaverit, & verè delinquens repertus fuerit, Curiæ Seculari in ipsum tali casu, ut juris esse censuerit, agere, atque procedere licet.

Præterea considerantes, sæpedictum Gregorium Prædecessorem in sua Constitutione optimo quidem jure sanxisse, ut soli Episcopi, & non alii Episcopi inferiores, etiamsi Locorum Ordinarii sint, aut nullius Diœcesis, aut Conservatores a Sede Apostolica specialiter, vel generaliter deputati, cognoscere, & declarare valeant, an delicta, pro quibus Inquisiti ad loca immunia confugerunt, & in eis se receperunt, sint, necne de genere, ac numero exceptorum: Nos providam ejusmodi dispositionem approbantes, & confirmantes, eique inhærentes, motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, tenore præsentium quibuscumque Magistratibus, Officialibus, & Ministris Secularibus, nec non quibusvis aliis personis, cujuscumque gradus, & conditionis existant, etiamsi Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis mundana Dignitate, aut auctoritate præfulgeant, districtè interdicimus, ac inhibemus, nè hujusmodi Causis, vel conficiendo Processus, *vel Inquisitos* extrahendo a locis immunibus, vel declarando, crimina ab eis admissa, esse de exceptis in Gregoriana, aut in præsenti nostra Constitutione, ullo pacto sese ingerant, aut immisceant. Quod si secùs quidquam attentare præsumpserint, ex nunc omnia in contrarium præmissorum gerenda irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti perpetuò fore, ipsosque Attentantes in Censuras, & alias pœnas à Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis adversùs eos, qui Jurisdictionem Ecclesiasticam quoquo modo lædunt, ac violant, inflictas incurrere decernimus, & declaramus: volentes, intendentes, ac expresse mandantes, quod omnimoda cognitio, atque judicium de criminibus in Gregoriana Constitutione exceptis, & a Nobis superius explicatis, tum etiam de aliis, quæ in præsenti nostra Constitutione adjicienda, & similiter excipienda duximus, quemadmodum, ut præfertur, adjecimus, & excepimus, ad Episcopos tantùm, privativè quoad omnes alios, perpetuò spectet, atque spectare debeat; & donec ipsi in occurrentibus casibus declaraverint, delictum esse de exceptis, & cetera omnia a Nobis superiùs constituta adimpleverint, Inquisitos Ecclesiæ, vel alterius loci sacri, ad quem confugerunt, immunitate gaudere tutò debere, ac in ea conservandos, & manutenendos esse, statuimus, præcipimus, & mandamus.

Universos demum, & singulos Venerabiles Fratres Nostros Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, quos hujus nostræ Constitutionis Executores deputamus, in visceribus Domini

Domini Nostri Jesu Christi hortamur, & paterna charitate admonemus, ut quanti momenti sit hoc negotium, seriò cogitantes, in occurrentibus casibus qualitatem testium, & probationum pondus summo studio, ac vigilantia scrutentur, omnemque fraudem, dolum procul arceri satagant, quin etiam Sacerdotali pectore, quotiescumque opus fuerit, iis omnibus obsistant, qui ejusdem præsentis Constitutionis executionem, ac observantiam quomodocumque temerario ausu impedire præsumerent. In reliquis porrò casibus tàm in hac nostra, quàm in Gregoriana Constitutione non exceptis memores quam acriter semper, & qua eximia, ac prorsus singulari animi fortitudine Majores nostri pro Ecclesiastica libertate, ac Immunitate pugnaverint, nihil de illa imminui permittant, neque sacris juribus labem ullam irrogari patiantur, sed ea pari sanè zelo, atque constantia tueri curent, ab omni tamen tumultu, ac perturbatione caventes, ne jactantiæ causâ potiùs, quàm miserationis, & justitiæ titulo, Ecclesiastica Privilegia asserere velle videantur.

Decernentes, easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque semper valida, firma, & efficacia existere, ac fore, suosque integros, atque plenarios effectus ubique sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & prò tempore spectabit, quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis præeminentia, & potestate fungentes, ac functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibuscumque Cancellariæ nostræ Apostolicæ Regulis, nec non quorumcumque Prædecessorum nostrorum Literis Apostolicis, Privilegiis, Indultis, & facultatibus quibusvis personis etiam speciali mentione dignis, & quavis quantumcumque sublimi dignitate, & authoritate fulgentibus, & ex quibusvis etiam gravibus, ac urgentissimis causis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus; & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda; aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem præsentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perindè arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent, utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tàm in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc nostræ voluntatis, sanctionis, declarationis, confirmationis, præcepti, decreti, mandati, prohibitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, sexto Idus Junii Pontificatus Nostri anno secundo.

ARGUMENTUM.

Præsidentum Custodiæ Nundinarum Fulginei jurisdictio, Nundinarum tempore, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, ex immemorabili observantia, in Statuto relata, atque Apostolicis Indultis adprobata, extensa hic ostenditur ad Comitativos etiam, ac Forenses, aliosque in Territorio delinquentes, licèt id expresè non præseferant eorundem Indultorum verba; Jurisdictio autem ejusmodi, quod unicuique ex his in solidum habitu, & exercitio competat, ex quibus statui possit?

DISSERTATIO X.

1 *Ex Statuto Civitatis Fulginei DD. Præsidentes Custodiæ Nundinarum, his durantibus, omnimodam habent jurisdictionem tàm in civilibus, quàm in criminalibus.*

Et

Et nedum in omnes Comitatenses, & Districtuales, sed in omnes, & quoscumque delinquentes in Territorio, num.5.

Idque ex immemorabili consuetudine, ibid.

8 *Sacræ Consultæ Tribunal supremâ Principis potestate pollet.*

9 *Sacræ Consultæ Tribunal subsidiarium novæ defensionis remedium non concedit adversùs Sententias validas, & justas, sed solùm adversùs contumaciales Sententias, nullas.*

4 *Ratione delicti, commissi in alicujus loci Territorio, subditus Judici ejus loci quis efficitur*, & num.25.

6 *Consuetudo satis probata dicitur testimonio Doctoris, de ea testantis.*

7 *Maximè verò Statuto, de ea mentionem faciente.*

8 *Consuetudo relata in Statuto, eò magis probata dici debet, si longissimo ab hinc tempore observata reperiatur.*

9 *De jurisdictionis competentia ubi constat, pro personarum, & casuum comprehensione, atque extensione facillimè præsumitur.*

10 *Consuetudinis ea est vis, ut non solùm jurisdictionem augeat, & extendat, sed illam tribuat privatæ quoque personæ.*

11 *Jurisdictionis vis, & qualitas declaratur moribus, & subsecutâ observantiâ.*

12 *Pro jurisdictionis vi, & qualitate statuenda, eadem virtus, quæ Legi, tribuitur consuetudini.*

13 *Nec requiritur, ità fuisse observatum longo tempore.*

Imò probatâ observantiâ solùm per decem annos, si pro antecedenti tempore allegetur immemorabilis, id sufficit ad consuetudinem præscriptivam præsumendam, ibid.

14 *Ex Statuto mentionem faciente de alicujus jurisdictione, justus, seu saltem coloratus promanat titulus pro ea post lapsum 160. annorum præscribenda, etiam absque Principis concessione, atque assensu.*

15 *Ad jurisdictionem adquirendam, concurrente titulo, tametsi invalido, exuberat lapsus minoris temporis, quàm 160. annorum.*

16 *Jurisdictio adquiritur solâ consuetudine, legitimè præscriptâ, tametsi nullo fulcita titulo.*

17 *Immemorabilis vigore quicumque omnium optimus, & præstantissimus allegari potest titulus.*

Eademque nedum suffragatur in materia indifferenti, sed valet etiam pro Regalibus, ac quibuscumque specialibus juribus adquirendis, ibid.

18 *Nec requiritur scientia Principis*, & nu.19.

19 *Immemorabilis habet vim privilegii, legitimè concessi, tituli melioris de Mundo, Legis, veritatis, ac pacti, eandemque habet potestatem, quam Princeps.*

20 *Centenaria, & immemorabilis æquiparatur.*

21 *De virtute Immemorabilis, à Summis Pontificibus generaliter adprobata, dubitari ampliùs nequit.*

22 *Civium appellatione continentur habitantes in Castris, & Villis, Civitati subjectis.*

23 *Idem est nasci, & degere in Castro Civitati subjecto, ac degere in Civitate.*

24 *In pœnalibus regulariter non fit extensio.*

Aliter tamen res se habet quoties Reipublicæ favor id exigit, ibid., & nu.52.

25 *Leges, consuetudines, & Statuta, ad publicam delictorum vindictam ordinata; instar Legis favorabilis, extensivâ interpretatione intelligi debent.*

26 *Subrogatio quando intelligi debeat facta in universæ jurisdictionis exercitio?* & nu. 29.

27 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

28 *Sine Gubernatore Populus stare nequit.*

30 *Observantia est optima, magisque fida actuum humanorum, omniumque dispositionum interpres.*

31 *Uniformis subsecuta observantia multùm valet, etiam pro interpretatione Brevium, & Diplomatum Pontificiorum.*

32 *Licèt contrarius intellectus esset de Jure verior, magisque conveniret Naturæ, seu proprietati verborum.*

33 *Possessio 40. annorum sufficit ad merum adquirendum imperium, licèt, an illud reverà concessum sit, percipi nequeat ex obscuris privilegii verbis.*

34 *Verbis sensus ille inesse dicitur, quem observantia, effectusque secutus demonstrant.*

35 *Observantia merè interpretativa non rigidum, sed benignum exposcit Interpretem.*

36 *Pro observantia interpretativa sufficit, ita fuisse aliquo tempore observatum.*

37 *Observantia interpretativa eò magis prævalere debet, ubi nedum lapsus longissimi temporis, sed Summi etiam Principis tolerantia, ac Supremorum Tribunalium Decreta concurrant.*

38 *Mutanda ea non sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt.*

39 *Contrà usum longævi temporis ne quid attentetur, Principes, ac Tribunalia diligenter curare debent.*

40 *Ex clausula* Sublata, & Decreto irritante, *irrita facta dicenda est quævis observantia contraria, non autem observantia merè interpretativa;* Ratio nu.41.

41 *Observantia merè interpretativa non inducit novum jus, aut novam dispositionem contrariam veteri, sed hanc solum declarat.*

42 *Immemorabilis relata in Statuto, carente Apostolicâ confirmatione, adhuc est servanda.*

43 *Statuti confirmatio ex observantia plusquam centenaria est præsumenda.*

44 *Pro validitate Statuti conditi ad magis in aperto ponendam consuetudinem aliquam, jam à Principe confirmatam, nulla confirmatio requiritur*, & nu.45. & 46.

45 *Jurisdictio promanans ex consuetudine à Supremo Principe adprobata, perindè habenda est, ac si concessa ab eo fuisset.*

46 *Indulta, & privilegia præsertim in materia jurisdictionis*

jurisdictionis, stricte, & ad literam intelligenda.

Contrarium nu.49., *ubi, quod Indulta, tamquam Principis beneficia, latam interpretationem admittunt.*

49 *Argumentatio peccans vitio petitionis principii, ut quia supponat id, quod est in quæstione, est improbata.*

50 *Consuetudo jurisdictionem tribuens, si Apostolico Indulto fuerit quoad certas dumtaxat Personas confirmata, non ideò quoad alias non expressas, & neque implicitè, neque explicitè exclusas, abrogata diceretur.*

51 *Consuetudo ex se sola tantæ authoritatis est, ut Principis confirmatione non indigeat.*

Consuetudo legitimo temporis cursu confirmatur, ibid.

52 *Indignum est, ut ultionem criminis præstigia versuti hominis excludant.*

53 *Leges omnes ad Reipublicæ commodum referre oportet.*

54 *Legis editæ pro Republica incolumitate, eàdem concurrente ratione, extensio facienda, tametsi omninò deessent verba.*

55 *Jurisdictio à Principe concessa in Civitate, intelligitur etiam de ipsius Civitatis continentiis, ac de ejus Comitatu, & Districtu,* & nu.58.

56 *Concurrente præsertim eàdem publicæ quietis, & utilitatis ratione.*

57 *Seu etiam diuturnâ observantiâ.*

58 *Interdicto si Civitas, Castrum, aut Villa subjiciatur, illorum etiam Suburbia, & continentia ædificia interdicta censenda sunt.*

59 *Jurisdictio ex consuetudine procedens, non est delegata, sed ordinaria.*

60 *Ordinarius Judex dicitur ille, qui jurisdictionem habet, non specialiter sibi competentem, sed jure Magistratus, ad quem assumptus sit.*

61 *Inter plures Collegas, ordinariâ jurisdictione pollentes, datur jus accrescendi, seu non decrescendi, cujus vigore, uno sublato, vel impedito, Jurisdictionis exercitium liberum remanet penes alios.*

62 *Jurisdictio ordinaria unicuique in solidum, & habitu, & exercitio competit.*

63 *Jurisdictio ordinaria, altera ex Collegis deficiente, vel impedita, non cessat, sed penes alios integra cum exercitio manet.*

64 *Jurisdictio delegata pluribus in solidum competit habitu, non tamen exercitio.*

65 *Jurisdictio delegata pluribus directa, ab uno disjunctim exerceri nequit.*

66 *In jurisdictione ordinaria, non ita data, ut omnes judicare debeant, non prohibetur unus uti jure suo, & in solidum illam exercere,* & num.72.

67 *Ex* Statuto Fulginei *jurisdictio omnis, Nundinarum tempore, penes duos dumtaxat ex Præsidentibus esse potest*, & num.72.

68 *Acta, seu citationes, rectè ab uno ex Judicibus, ordinariâ in solidum jurisdictione pollentibus, expediri valent.*

Procedit etiam in casu, quo delegatio supervenisset, num.69.

69 *Delegatio superveniens, facultates Judicis, seu Tribunalis ordinarii non immutat, nec imminuit in eo, quod respicit ordinem procedendi.*

70 *Jurisdictio competens pluribus, uti Collegio, apud singulos esse non dicitur, sed apud corpus Collegii fictum, & repræsentatum per singulos, simul collectos.*

71 *Ex eo, quod jurisdictio pluribus, utì Collegio, competat, non sequitur, quod omnes intervenire debeant pro validitate actus, sed tot sufficiunt, quot Collegium ipsum repræsentant.*

72 *Collegium repræsentari potest etiam per unum; & quando?* ibid., & num73.

74 *Statutum tollitur contrariâ consuetudine, etiamsi esset à Papa confirmatum.*

75 *Statuta tandiù valent, quandiù usu, & consuetudine sunt accepta.*

76 *Statuti non usus probatur eo ipso, quod non probatur usus, vel probatur per paucas vices.*

A Tempore, cujus initii memoria non extat, Domini Præsidentes Custodiæ Nundinarum Civitatis Fulginei reperiuntur in quieta, & pacifica quasi possessione exercendi, durantibus Nundinis, omnimodam Iurisdictionem tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus cum mero, & mixto imperio, etiam privativè quoad Gubernatorem, vel Prætorem pro tempore existentes ejusdem Civitatis, quorum Iurisdictio, & officium Nundinarum prædictarum tempore, omninò cessat, & conquie- 1
scit, ex dispositione Statuti ejusdem Civitatis, & Literarum Apostolicarum in forma Brevis san. mem. Pauli III., Sancti Pii V., & Urbani VIII., in quibus fit expressa, & specifica mentio dictæ immemorabilis consuetudinis, usque ad illa tempora semper observatæ, eademque confirmatur, & Apostolicâ Auctoritate roboratur.

Cùm itaque anno 1719. Nundinarum tempore, consultò, & cogitate, videlicet, ut in nostro Foro dicitur, cum appensamento, Franciscus Storti patraverit homicidium, quo miserè interemptus fuit Joannes Baptista Cotogni: Domini Præsidentes freti auctoritate dictæ immemorabilis consuetudinis, non semel Pontificiis Indultis approbatæ, & confirmatæ, illum pœnâ ultimi Supplicii condemnarunt: Idem verò captus, & legitimè, atque formiter recognitus, esse illum, de quo loquitur dicta Sententia, modò instat pro admissione ad novas defensiones; sed rejectâ istiusmodi Instantiâ, demandanda videtur executio Sententiæ, tamquam validæ, & justæ, juxtà praxim Sacri
istius Tribunalis, supremâ Principis potestate 2
impertiti, ejusque majestate effulgentis, *Seta in Vot. Crimin.35., & Vot. Crimin.42. num.4.*, idemque *de Officio Locumtenentis cap.17.num. 1.* testatur, subsidiarium novæ defensionis remedium

dium implorari solùm posse, ac obtineri adversus Sententias contumaciales, nullitatis vitio laborantes. Quæ sanè nullitas in nostro casu sublata remanet ex revolutione actorum, ex quibus
3 liquet, in Sententia ferenda diligenter servatam fuisse formam præscriptam in Constitutione Barberina, cujus, in proposito, sæpè meminit *in Votis supra citatis, & de Officia Locumtenentis cap.12. num.2. & seqq.*

Frustrà verò objicitur, Dominos Præsidentes caruisse Jurisdictione, tàm respectu Personarum, & Loci commissi delicti, quàm etiam, ob non probatam eorum electionem, & deputationem in Præsidentes, & non impletam formam, ab eisdem in judicando servandam: Nam quod attinet ad personas, cum alter, nempè occisus, esset de Castro Sancti Heraclii Comitatus Fulginei, ideoque subditus, & origine, & domicilio; Alter verò, uimirùm Franciscus Storti
4 damnatus, quamvis esset de villa Matidiæ Districtus Terræ Trebii, attamen ratione delicti commissi in via publica Territorii dictæ Civitatis Fulginei, effectus fuisset subditus Judici dicti Loci, per *Text. in leg. 1. Cod. ubi de Crimin. ag. oport.*, *Authent. quæ in Provincia Cod. eodem*, *leg. Præses Provinciæ ff. de Offic. Præsid. cap. final. de For. competen.*, *Conciol. resolut. Criminal. verb. Forum resolut. 1. num. 3.*, *Ursaya Institut Criminal. lib. 1. tit. 3. num. 18.*, *Seta de Offic. Locumtenen. cap. 8. num. 2.*, *& 3.* cum aliis cumulatis per *Zaul. ad Statut. Faveut. tom. 1. observat. ad rubr. 8. lib. 4. num. 5.*, *Merlin. Pignatell. controverſ. forenſ. Centur. 1. cap. 95. n. 1.*, *& 2*, uterque propterea subjiciebatur Jurisdictioni, & potestati Dominorum Præsidentum, qui ex longæva, & immemorabili consuetudine reperiuntur in quieta, & pacifica quasi pos-
5 sessione illam exercendi nedum in Comitatenses, & Districtuales, sed in omnes, ac quoscumque Delinquentes in Territorio, ut disponit Statutum ejusdem Civitatis *cap. 16.*, ibi = *Dictarumquè Nundinarum tempore, illarumque prorogationis, omnes, & singulos Causas tàm Civiles, quàm Criminales, tàm inter Mercatores, & alias personas ad Nundinas ipsas accedentes, quametiam inter ipsius Civitatis Cives, & Incolas, & Habitatores ejusdem, Comitativos, & Districtuales verten., audire cognoscere &c., ac ibi ipsis Nundinis etiam prorogatis durantibus, Delinquentes punire, & castigare etiam usque ad mortem inclusivè &c.* = ; Inque eodem Statuto fit etiam mentio consuetudinis immemorabilis, Pontificia Auctoritate approbatæ = *& quia placuit felic. record. Paulo III. Pontifici Maximo. attenta ejusdem Civitatis immemorabili consuetudine in præmissis &c.*, Id, quod confirmatur etiam subsequuta observantiâ, cohærentèr præexistenti immemorabili, ab Anno 1565. usque in præsens plenè justificata ex Iuribus citata Parte productis, & in manibus Domini Iudicis Relatoris
6 signat. *lit. A. B. C. D. E.* ; At verò si consuetudo satis probata dicitur testimonio Doctoris de illa testantis, *Constantin. ad Statutum Urbis annotat. 4. artic. 5. num. 316.*, *& artic. 6. num. 567.*, *Rota coram Gregor. decis. 274. num. 7.*, *coram Amat. Dunozett. decis. 498. num. 3.*, *in recent. decis. 193. num. 14. part. 6.*, & consonat *Rota Avenionen. apud Tondut. de Prævent. Judic. par. 3. cap. seu resolut. 10. num. 9.*, quantò magis eadem planè constabilita diceuda erit Statuto, quod pro Lege tota Civitas, & universus Populus sibi constituit, *§. Jus autem Civile, ibique Gloss., & Doctores instit. de Jur. natur. Gent., & Civil., Gonzalez. in cap. 7. num. 9. de Constitut., Conciol. ad Statut. Eugubin. in prælud. num. 1., Christin. in Comment. ad leg. nuptial. Mechlinien. pariter in prælud. num. 4.* 7

Certius quia eadem consuetudo asserta in Statuto, nedum a parte ante agnoscitur, & approbatur in superiùs memoratis Indultis Apostolicis, sed etiam, ut mox dictum est, confirmatur auctoritate longissimæ observantiæ, ex post, centum, & sexaginta nimirum annorum spatio continuatæ, quæ etsi contraria allegatione Juris minimè probari diceretur; hodie tamen cumulatè de illa docetur. Ex novis enim Juribus, modò allatis, constat, ab anno 1565. ad hæc usque tempora, Dominos Præsidentes semper durantibus Nundinis, animadvertisse in Comitativos, & Districtuales, aliosque etiam Exteros, Nundinarum tempore in Territorio delinquentes, ut in dictis Juribus signat. *lit. E.*, ubi præceteris in Extractu Querelarum *sub pagina 20. a tergo*, legitur Querela data coram Dominis Præsidentibus ab uno ex Custodibus Campestriæ Castri Sancti Heraclii contra Paulum, pariter de Villa Matidiæ Trebii, pro damno dato in pertinentiis dicti Castri Sancti Heraclii, qui deinde finitis Nundinis, ideoque finitâ etiam Jurisdictione DD. Præsidentum, ut moris est, absolutus fuit a D. Gubernatore. 8

Hæc autem certè sufficerent pro asserenda observantia, & consuetudine prædicta, cum non agatur de illa probanda ad effectum acquirendi, seu tribuendi Dominis Præsidentibus Jurisdictionem cum mero, & mixto Imperio, hæc enim non impugnatur, nec impugnari potest, veluti approbata, & confirmata tribus specialibus Indultis Summorum Pontificum, sed solùm quæstio est, an consuetudo prædicta, præter Comitativos, & Districtuales extendatur etiam ad alios Exteros, & Forenses, in Territorio delinquentes: Quoties namque constat de Jurisdictionis competentia, pro illius qualitate, sive personarum, & casuum comprehensione, aut extensione facillimè præsumitur, ut ait *Menoch. de Arbitrar. lib. 1. quæst. 76. num. 14.*, *Eraſ. de Reg. Patron. Indiar. cap. 95. num. 25.*, *& seqq.*, latè probans, tantam vim esse consuetudinis, ut non solùm Jurisdictionem augeat, & extendat, sed illam tribuat privatæ quoquæ Personæ, proindeque eadem, quoad hæc, veluti accidentalia quædam, sive consectaria, declaratur moribus, & subsecutâ observantiâ, ut disponitur præclaris Iuris nostri locis apud *Fraſſo mox. cit.*, quibus pro Iurisdictione acquirenda, ejusque vi, & qualitate statuenda, eadem virtus, quæ Legi, tribuitur consuetudini, ac ob- 9 10 11 12

obſervantiæ, *Leg. Magiſtratus 25. ff. ad munici-*
pal., ibi = *verùm, etſi non ſit datum, dummodò*
non denegatum moribus, competit - leg. 1., &
leg. fin. Cod. de emancipat. liberor illic, quibus
facere, vel legibus, vel ex longa conſuetudine
permiſſum eſt, leg. Viros 4. Cod. de diverſ. offic.
lib. 12., ibi = *nec aliis ſubjacere Judicibus præ-*
cipimus, Illuſtribus ſcilicèt, ac magnificis Ju-
ris Magiſtris Militum conſuetudine, ac poteſtate
ſi qua ad limites aliquos Orientis, Traciarum,
& Illirici ex longo tempore hactenus obtinuit re-
ſervata = & omiſſis aliis tum Cæſareiis, & Pon-
tificiis juribus, tùm etiam concordantibus au-
ctoritatibus, ab illo congeſtis, tradunt *Cravet.*
conſ. 118. variar. Jur. lib. 1. tit. de conſuetud.
pag. 58. col. 2. verſ. obſervantia, ubi, quod nec
13 requiritur ita fuiſſe obſervatum longo tempore;
Immo verò tanta eſt virtus obſervantiæ prædi-
ctæ, ut ea probata solùm per decem annos; ſi
pro tempore antecedenti allegetur, illud idem
fuiſſe obſervatum ab immemorabili, hoc ſuffi-
cit ad inducendam præſumptionem, quod in-
tervenerit conſuetudo præſcriptiva, juxtà nota-
bilem doctrinam *Anton. de Butr. in cap. fin. de*
conſuetud. propè med., quam ſequitur *Alexand.*
conſ. 42. vol. 6., *Tepat. loco citat. pag. 57. a tergo*
col. prima verſ. conſuetudo ſi probetur, *Gramma-*
tic. deciſ. 64. num. 38., *& ſeqq.*

Potiori itaque jure iſthæc conſuetudo ſequen-
da erit in caſu noſtro, in quo, tametſi defice-
ret præcedens immemorabilis, concludenter pro-
batur, eam excedere metam 160. annorum, &
præterea affertur Statutum antiquum, non ſolùm
mentionem faciens de immemorabili, ſed etiam
illius vigore expreſsè tribuens, ſive veriùs agno-
14 ſcens DD. Præſidentium Juriſdictionem cum
mero, & mixto Imperio in Comitativos, &
Diſtrictuales, & alias quaſcumque Perſonas,
tempore Nundinarum Delinquentes ex quo pro-
pterea Statuto ambigi certè nequit, quin (qua-
tenus opus eſſet) juſtus, ſeù ſaltem coloratus
promanaverit titulus pro Juriſdictione præſcri-
benda, etiam abſque ullâ Supremi Principis
conceſſione, atque aſſenſu, cum ad illam ac-
quirendam, concurrente titulo, tametſi invali-
15 do, minoris quoque temporis lapſum exubera-
re, docuerint *Cravetta conſ. 54. num. 8.*, *Can-*
cer. variar. reſol. part. 2. cap. 2. num. 113. cum
ſeqq., *Tepat. lib. 2. tit. de præſcript 30. vel 40.*
annor. fol. 298. a terg. verſ. regalia Principi
reſervata, *Avendon. de exequend. mand. reg.*
par. 1. cap. 1. ſub num. 21. verſ. quartum deducitur,
& verſ. imò ultrà dico, *Zaul. ad Statut. Favent.*
lib. 3. obſervat. ad rubr. 13. ſub num. 10. verſ.,
& in præjudicium Principis, qui prius firmave-
16 rat, Juriſdictionem acquiri ſolâ conſuetudine,
legitimè præſcriptâ, tametſi nulla fulcita titulo.

Sed reverà fruſtra immoramur iſtiuſmodi,
licèt longiſſimi temporis, obſervantiæ, dum af-
ferre poſſumus immemorabilem, cujus conti-
nuatio cenſenda eſt vetuſtiſſima iſta obſervan-
tia, & cujus vigore (præſertim verò in caſu no-
17 ſtro, in quo toties eadem agnita, & approbata
fuit Pontificiis Indultis) allegari poteſt quicum-
que omnium optimus, & præſtantiſſimus titu-
lus, videlicèt pacti, concordiæ, tituli oneroſi,
& Privilegii, eademque, nedum ſuffragaretur
in materia indifferenti, ſed valet etiam pro re-
galibus, & quibuſcumque Juribus, ſpeciali notà
dignis, acquirendis, *Cap. ſuper quibuſdam §. Præ-*
tereà, *ubi Gloſſ. verb. non extat. memoria de*
verbor. ſignific., *Gloſs. in Cap. innovemus verb.*
regum de Cenſib., *Bart. in leg. quominus ſub n. 4. ff.*
de Fluminib., *& conſ. 189. num. 5. lib. 1.*, *Alex.*
in leg. de quibus num. 43. & 45., ubi de reſerva-
tis Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, *ff. de* 18
legib., *& conſ. 6. per tot.*, ubi, quod juxta com-
munem non requiratur probatio ſcientiæ Princi-
pis, *lib. 1.*, *Dec. conſ. 85. num. 2. verſ. & ideo ſi no-*
bilis, ubi de mero Imperio præſcripto per Civi-
tates Italiæ, quodque non requiratur ſcientia
Superioris, *& conſ. 341. ſub n. 14.*, *& conſ. 496.*
num. 5., ubi de reſervatis Principi, *Soccin. jun.*
conſ. 76. num. 56. lib. 1., *Jaſon. conſ. 166. num. 1.*
vol. 4., *Menoch. conſ. 201. num. 128.*, *Peregrin.*
de Jur. Fiſc. lib. 6. tit. 8. numer. 14. & 15., ubi
ampliat in regalibus, *Covar. de præſcript. part. 2.*
§. 3. nu. 8. verſ. tertia ſpecies, *Balb. eodem tract.*
ſecunda part. tertia part. princip. quæſt. 6. nu. 12.
& 13., ubi pariter extendit etiam ad regalia, &
ea, quæ non poſſunt competere, niſi ex privi-
legio, addens *ſub num. 18.*, quod in iis, quæ re-
gulariter ſunt impræſcriptibilia, tempus imme-
morabile operatur, quod præſumatur legitima
conceſſio, *& num. 20.*, *Gonzal. ad regul. 8. Can-*
cell. Gloſs. 33. num. 4. & 5., ubi quod immemo-
rabilis habet vim privilegii à Principe legitimè
conceſſi, tituli melioris de mundo, Legis, ve-
ritatis, ac pacti, & eamdem poteſtatem, quam 19
habet Princeps, cum cauſa procedens, *Tiraquell.*
de Primogen. quæſt. 4. num. 45., ubi de regalibus,
Intrigliol. de Feud. cent. 1. quæſt. 39. à numer. 49.
ad 61., ubi etiam in Regalibus, & Principi re-
ſervatis, quodque non requiratur ſcientia Prin-
cipis, teſtans de communi, & cumulans pluri-
mos concordantes, *clar. mem. Card. de Luc. de*
Regal. diſc. 47. num. 2. & 11., ubi quod non re-
quiritur ſcientia Principis, vel ſaltem præſumi-
tur, & æquiparat centenariam, & immemora-
bilem, *Laguuez. de fructib. latiſſimè part. 1. cap.* 20
15. §. 4. ex numer. 70., *Antunez. de Donat. reg.*
part. 3. cap. 15. num. 24. & ſeqq., apud quos alii
plures.

Qui ſanè Doctores, ſi tantam vim tribuunt
ejuſcemodi conſuetudini, ut eamdem ſuos effe-
ctus operari, cenſeant, etiam ignorante Su-
premo Principe, cujus Juriſdictio præſcribitur,
quantò magis illa valebit in noſtra hypotheſi, 21
in qua, nedum pluries enunciata, ſed a Sum-
mis Pontificibus generaliter approbata legitur,
& ſic ea etiam parte, quà extenditur ad Fo-
renſes, & Exteros, qui, dum peraguntur nun-
dinæ, deliquiſſe reperiantur; id enim efficit,
ut de ejus virtute dubitari ampliùs nequeat, ad
tradita in ſpecie *per Bonfinium ad Bannìment.*
general. cap. 24. num. 80. & ſeqq., *& num. 87.*

Fruſtrà verò objiceretur, quod in ſupradictis
Brevibus confirmatoriis ſan. mem. Pauli III.,
S. Pii V.,

S. Pii V., & Urbani VIII. nulla fiat expressa mentio de præfatis Personis, sed solùm de Mercatoribus, & aliis Personis, mercaturæ causâ, ad nundinas accedentibus, nec non de Civibus,
22 Hominibus, ac Incolis, & Habitatoribus Civitatis, ad quos dumtaxat Jurisdictio DD. Præsidentum restringi exadverso contenditur: Nam, quod attinet ad Comitativos, omisso, illos comprehensos censeri posse sub nomine Civium, quorum appellatione contineri habitantes in Castris, & Villis subjectis Civitati, per *Text. in leg. qui ex vico 30. ff. de municip.*, ibi = *qui ex vico ortus est, eam Patriam intelligitur habere, cui Reipublicæ vicus ille respondet* =, *ubi Gloss. in figuratione casus = natus in Terra Butrii, dicitur civis hujus Terræ, cum Villa Butrii sub hac Civitate sit* =, *& in verb. habere*, docuerunt *Bartol. in leg. 1. ff. ad municip., & in leg. non dubito ff. de capt., & in leg. 3. Cod. de natur., & lib., Bald. in Authen. sed omninò nu. 35. in fin. Cod. ut Uxor. pro Marit., Felin. in cap. Rodulphus num. 6. vers. limita 2. de Rescript., Peregrin. consil. 126. n. 10. ad fin. lib. 5., Alciat. respons. 77. numer. 2., Boer.*
23 *dec. 13. num. 26.*; Et rectè quidem, nam idem est nasci, & degere in Castro Civitati subjecto, ac degere in Civitate, *Hotman. tit. de verb. signific. lib. 2. cap. 14., Tepat. var. Jur. lib. 2. tit. ad municipal. pag. 319. à terg. col. 1. vers. qui natus est, Rodulphin. in quadam allegat. Jur, relat. à Seta de offic. Locumtenent. post cap. 26. num. 10., Rot. coram Merlino decis. 63. num. 19.*

Quod verò attinet ad alias Personas, in Territorio delinquentes, hæ designatæ videri possent, illis verbis = *Et in ipsis nundinis, etiam prorogatis, durantibus, Delinquentes punire, & corrigere &c.*, quæ quidem verba, ut etiam alia supra relata, in tota sua latitudine accipi debent,
24 nec restringi ullo pacto possunt sub obtentu, quod versemur in pænalibus; nam, etsi in his terminis regulariter extensio non fiat, aliter tamen res se habet, quoties id exigit favor Reipublicæ, cujus interest delicta puniri, *Bartol. in leg. quemadmodum Cod. de Agricol., & censit. lib. 11., Jason. in Leg. Qui se Patris numer. 56. Cod. unà liber., Roman. consil. 105., Merlin. Pignatell. controv. forens. cap. 100. num. 1. & seqq. centur. 1.*, ubi, quod, cum favore publicæ utilitatis receptum sit, quod delinquentes in Civi-
25 tate Neapolis, licèt Exteri sint, sortiantur omninò Forum M. C. V., itàut non possint Barones petere eorum remissionem, idem quoque dicendum est in delinquentibus in Casalibus ipsius, *Gizzarell. decis. 23. num. 10. & seqq., Rovit. decis. 11. num. 7.*, quamobrem jure meritòque Doctores, atque Tribunalia censuerunt, Leges, Consuetudines, & Statuta ad publicam delictorum vindictam ordinata, instar Legis favorabilis, extensivà interpretatione intelligenda esse, ex doctrina *Bartol. in Leg. Quemadmodum nu. 4. Cod. de Agricol., & Censit. lib. 11., Rocc. de Curte in repetit. cap. finali columu. 47. versic. secundus casus*, dicentis, consuetudinem punientem maleficia, esse favorabilem, ideòque extendendam, *Roman. consil. 334. in fin., Cephal. consil. 138. num. 47. & seq., Honded. cons. 95. num. 19. lib. 1.*, sic loquens = *Ubi extensio tendit ad favorem Reipublicæ, ità debemus Legem, seu Statutum odiosum extendere, sicut Legem, vel Statutum favorabile*=, *Marsil. in practic. crimin. §. Aggredior nu. 56., Villagut. in tract. de extens. Legum rubr. de extens. Leg. Correct., & pænal. simal num. 90., Viv. com. opin. 269., & opin. 271., Bosi. tract. variar. tit. de pæn. nu. 12.*, ibi = *Tamen ubi extensio tendit ad favorem Reipublicæ, ità debemus eam extendere sicut Legem favorabilem, & ideò, cum pertineat ad favorem Reipublicæ punire maleficia, ad hoc, ut Provincia purgetur malis hominibus, leg. longius ff. de Offic. Præsid., panà Statuti punientis facientem maleficium, tenebitur fieri faciens, & ita debet extendi Statutum, Surmient. select. interpretat. lib. 1. cap. 12. num. 5. vers. nec supradictis, & nu. 6., Farinac. fragment. crim. part. 1. cap. extensio nu. 100. fol. mihi 187., Cæsar. Specul. Peregrin. quæst., quæst. 8. n. 17. & seq., Raudens. de Analog. cap. 34. n. 128., Osasch. dec. Pedemont. 67. nu. 8.*

His, inquam, omissis, pro Forensium quoquè comprehensione adstruenda satis erit animadvertere, quod in Brevibus prædictis expressè approbatur, & confirmatur consuetudo etiam in ea parte, in qua tempore nundinarum prohibito Gubernatori, aut Prætori Civitatis Fulginei quolibet Jurisdictionis exercitio, a suo officio cessare jubetur, Jurisdictionem omnem transferendo in DD. Præsidentes: Translatio enim isthæc, veluti ex suo necessario antece- 26
dente, sequitur ex suspensione Jurisdictionis facta respectu Gubernatoris, cujus loco si dicti DD. Præsidentes vigore talis consuetudinis, Pontificiis Indultis approbatæ, subrogantur, & subrogati pariter dicendi sunt in universæ Jurisdictionis exercitio, ad tradita per *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 114. & duob. seqq., Van. Espen. in Jus Eccles. univers. par. 3. tit. 12. cap. 5. num. 18., Pignattell. consultat. Canon. 85. nu. 8. tom. 5., Jacob. de Grass. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 27., Rot. coram Martin. Andr. dec. 54. num. 6. versic. Eademque, coram Bichio dec. 459. num. 4. & seqq.*, quod adeò verùm est, ut verens Sanctus Pius V., ne dicti DD. Præsidentes vigore hujusmodi translationis universæ Jurisdictionis in eos factæ, quà in locum, & potestatem Gubernatoris subrogati omninò videbantur, reassumerent Causas, antè nundinarum tempus coram Gubernatore, vel Prætore motas, & indecisas pendentes, prout forsan vigore Literarum san. mem. Pauli III. attentasse dicuntur in ipso Brevi Sancti Pii V., volensque Sanctissimus ille Pontifex providere, nè id deinceps sequeretur, hac ex parte restrinxit auctoritatem Dominorum Præsidentum, & expressè illis prohibendo, nè in Causis prædictis se intromitterent, mandavit, in eisdem usque ad nundinarum finem supersederi; quod rursùs confirmavit san. mem. Urbanus VIII., exceptis Causis criminalibus, in quibus nullatenùs supersederi debere, declaravit. Cum igitur, exceptis Causis prædictis, extra tempus nundinarum

rum coram Gubernatore, aut Prætore motis, & pendentibus, in reliquis Jurisdictio plenè, & 27 liberè translata fuerit in DD. Præsidentes, indè fit, quod si, ut eleganter ait *Cicero* pro *Archia = Exceptio facit nè liceat, ibi necesse est licere, ubi non est exceptio=*, & exemplum est in *Leg.* 18. *ff. de Testib.*, *& in Leg.*28. *§.6. ff. qui Testament. facer. poss.*, benè ad rem *Rota decis.*1025.*num.*7. *&* 20. *coram Seraphin.*, *decis.* 1126. *num.* 1. *& seqq. coram Coccin.*, *in Recentior. decis.*219. *n.*2. *part.*10., *cum aliis in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super praescriptiva* 15.*Junii* 1711. *§.* 22., *coram bon. mem. Caffarello*: propterea que, quemadmodum extra tempus nundinarum Jurisdictio Gubernatoris extenditur etiam ad Comitativos, & alios quoscumque etiam Exteros, in Territorio delinquentes, sic etiam, duranti- 28 bus nundinis, isti omnes subesse debent Jurisdictioni Dominorum Presidentum, loco Gubernatoris subrogatorum, *Bald. in Leg. Parabolani* 18. *Cod. de Episc.*, *& Cleric.*, *Cephal. consil.*20.*n.*2. *& seqq. lib.* 1., *Maresfeot. variar. resolut. lib.* 2. *cap.*8. *numer.* 8., *Giurb. in Consuetud. Messanen. cap.*12. *Glos.*2. *n.*9., *Molin. de Primogen. lib.*4. *cap.*4. *num.* 36., *Surd. decis.* 35. *num.* 9., *& decis.*306. *num.*5., ita quidem efflagitante ratione publicæ quietis, tranquillitatis parandæ, ac servandæ tempore nundinarum, quæ fuit potissima causa transferendi omnimodam Jurisdictionem Gubernatoris in DD. Præsidentes, quæque proindè cum æquè comprehendat Comitativos, Districtuales, ac Exteros quoscumque, quorum delictis turbaretur publica quies, & bonus ordo nundinarum subverteretur, dicendum idcircò est, prædictos omnes, & universos, durantibus nundinis, earumque prorogatione, subjectos esse Jurisdictioni Dominorum Præsidentum, quemadmodum extrà dictum tempus subjiciuntur Jurisdictioni Gubernatoris, *Rebuff. in leg.* 2. *versic. Quinto non procedit ff. de verbor. significat.*, *Covar. in Capit. Alma mater part.*2. *§. Primo num.* 8. *propè finem*, *Novar. de elect. for. sect.*1. *quæst.*63. *num.*19., *Bovadill. politic. lib.*5. *cap.*10. *num.*30., *Rovit. dec.*11. *n.* 20., alioquin sequeretur absurdum illud, quod videlicet cessante per dictum tempus officio, & Jurisdictione Gubernatoris, illi manerent sinè Superiore, & Judice, à quo judicari, & puniri possent, & nimis improvidè, per immemorabilem, Jurisdictio adempta fuisset Gubernatori, & Prætori Civitatis, nisi illa contemporaneè etiam translata fuisset in DD. Præsiden- 29 tes, qui universam Jurisdictionem exercerent loco Gubernatoris, sinè quo Populus stare non potest, ut *Ecclesiast. cap.*11. *num.*13. *= Ubi non est Gubernator, Populus corruit &c.*, *Cicer. de legib. lib.*3., *Aristotel. politic. lib.* 7. *cap.* 8., *Borell. de Magistrat. lib.*3. *cap.* 4. *num.* 4. *& seqq.*, & rectè in similibus terminis pro translatione Jurisdictionis in alium consideravit *Rota coram Coccin. decis.*1054. *num.*2., *post Tondut. de Pension. decis.*31. *num.*4., *& in Nullius, seu Claravallen. Jurisdictionis* 25. *Junii* 1706. *§. Dispositiva coram bon. mem. Kaunitz.*

Clariùs verò hanc ipsam Comitatensium, & Exterorum omnium comprehensionem sub Indultis confirmatoriis demonstrat Statutum Civitatis Fulginei de *Nundinis Cap.* 16., conditum post Breve san. mem. Pauli III., ad quod refertur; in illo autem fit expressa mentio de Comitativis etiam, & Districtualibus, atque ibi delinquentibus: Atque his conformis est subsecuta observantia sexaginta, & ultrà annorum, continuativa, ut dictum est, præcedentis immemorabilis, quo tempore, semper durantibus nun- 30 dinis, DD. Præsidentes Jurisdictionem, & potestatem universim in illos omnes exercuerunt; hæc autem cum sit optima, magisque fida actuum humanorum, omniumque dispositionum interpres, *leg. si de interpretatione*, *& leg. seq. ff. de legib.*, *& leg. Quædam ff. de reb. dub.*, cum aliis apud *Rot. coram Zarat. decis.*119. *num.*10., *coram san. mem. Alexandro VIII. decis.*175. *n.*9., *coram bon. mem. Ansaldo decis.*79. *num.*33., nemo est, qui non sciat, quantæ sit efficaciæ, 31 etiam pro interpretatione Brevium, & Diplomatum Pontificiorum, *Seraphin. Massin. de Confiscation. Bonorum quæst.*35. *num.*80. *& seq.*, *Rot. coram Martin. Andr. decis.* 54. *nu.* 16., *coram Bich. dec.*459. *num.*19., & priùs *decis.* 244. *num.*37., *coram Cavaler. decis.*80. *num.*4. *&* 5., *coram Buratto dec.*679. *num.* 9., *apud Posth. de Manut. dec.*71. *num.*1., *& inter collect. adornat. clar. me. Card. de Luc. de Offic. vacab. dec. unic. num.*4., *& in Carpentoracten. Jurisdictionis* 14. *Januar.* 1707. *§. Nec robur coram clar. me. Card. Priolo.*

Quæ profectò interpretativa observantia sequenda omninò, amplectendaque est, tametsi contrarius intellectus esset alioquin de jure ve- 32 rior, magisque conveniret naturæ, seu proprietati verborum, ad notas Juris regulas, de quibus apud *Soccin. Sen. cons.*143. *numer.* 2. *lib.* 1., *Cravet. in respons. pro Genero numer.* 317. *vers. usque adeò*, *Menoch. cons.*390. *num.*20., *Honded. cons.*92. *num.*27. *& seq. lib.*1., *& cons.*35. *n.*34. *lib.*2., *Gilian. ad Statut. Perusin. verb. legitimo num.*26. *&* 27., ubi, quod sufficit, verba non esse ità clara, ut non possint etiam intelligi alio modo, *pag.*176., *& pag.*181. *num.* 78., *Massin. de Confiscat. Bonor. d. quæst.* 35. *num.* 83., *clar. mem. Card. de Luc. de Benefic. disc.* 27. *nu.* 18., *Rota coram Royas decis.*279. *num.* 7., *coram Ludovis. decis.*184., *ibique Adden. num.* 8., *coram Dunoz. Jun. decis.*829. *num.*9., *coram Priol. decis.*392. *numer.*7., *coram bon. mem. Emerix Jun. decis.*24. *num.*9., *& decis.* 242. *num.* 11., *in Recen. decis.*216. *num.*3., *& decis.*520. *n.*9 *par.*13., *& in Marsicen., seù Nullius Jurisdictionis super bono jure* 7. *Junii* 1700. *§. Posita autem coram bon. mem. Muto*; Quamobrem benè ad rem nostram ait *Avendan. de exequend. Mandat. Reg. part.*1. *cap.*1. *sub num.*21. *vers. imò ultrà dico, quod, si dubitetur, an ex privilegio, à Rege dato, possit nec ne clarè percipi, an Rex voluerit merum imperium concedere ei, cui privilegium* 33 *contulit; Si tamen ejus virtute possedit merum imperium spatio tantùm quadraginta annorum, iste*

ista possessio juncta cum privilegio, cujus verba
sunt obscura, sufficit, ut acquiratur merum im-
perium = quippe sensus ille verbis inesse dicitur,
34 quem observantia, effectusque secutus demon-
strant, per Text. in cap. cum dilectus 10. de Con-
suetudin., Soccin. Jun. cons. 145. num. 2. lib. 1.,
Menoch. cons. 39. num. 29., Bertazzol. cons. civil.
97. num. 6., Rocc. disp. Jur. select. cap 171. n. 8.,
Fontanell. dec. 447. num. 9. & 11., Franch. de-
cis. 22. num. 5., Adeo quidem, ut minimè opor-
teat, talem observantiam fuisse præscriptam,
35 vel in contradictorio Judicio confirmatam, quia
allegatur solummodò pro interpretanda disposi-
tione Brevium prædictorum, quo casu, tam-
quam merè interpretativa, non rigidum, sed
benignum exposcit interpretem, Butr. in cap.
fin. num. 47. de Consuetudin., Dec. in cap. cum
M. Ferrariensis num. 26. de Constit., Rot. coram
Celso decis. 102. num. 7., coram bon. mem. Eme-
rix. Jun. dec. 118. num. 14., in Recen. decis. 374.
num. 21. part. 11., & in Placentina Cappellaniæ
27. Junii 1718 §. Validiùs cum seqq. coram Emi-
nentissimo Domino Card. Scotto; & minimè ser-
vatis regulis, pro consuetudine, sive præscri-
36 ptione inducenda constitutis, satis est, aliquo
tempore, & per aliquos actus, ita fuisse quo-
quo modo observatum, Dec. in d. cap. cum M.
Ferrarien. numer. 23. 26. & seqq. de Constit., Ca-
strens. cons. 347. num. 4. lib. 1., Alexand. cons. 8.
num. 7. lib. 6., clar. mem. Card. de Luc. de Em-
phyt. disc. 28. numer. 13. & 14., Rot. coram Bu-
ratt. dec. 390. num. 3., & coram Celso decis. 190.
numer. 7.

Eò itaque certiùs illa attendi, & prævalere
debebit in casu nostro; quia, ut superiùs di-
ctum est, præter publicum favorem, quo coa-
37 diuvatur, ne videlicet delicta remaneant impu-
nita, non aliquo tantùm tempore, aut per ali-
quos dumtaxat actus, sed per tempus longissi-
mum, & ab immemorabili inter personas, &
per actus plurimos invaluit, & nedum à Supre-
mo Principe agnita, ac tolerata, sed etiam à
Sacro, & Supremo isto Tribunali comprobata
reperitur, per ea, quæ tradunt Bonden. de Jur.
contr. collect. leg. 44. numer. 22. & seqq., & præ-
sertim. num. 25., Rota decis. 71. num. 3. & duob.
seqq., & num. 9. vers. hujusmodi, & num. 27. &
38 52. part. 19. Rec., neque enim mutanda sunt,
ea, quæ interpretationem certam semper habue-
runt, ut loquitur Paul. Jurisconsultus in leg.
Minimè 22. ff. de legib., cui concinit Sententia
Hermogeniani in leg. sed & ea 34. ff. eodem, quod
nempè ea, quæ longa consuetudine comprobata
sunt, ac per annos plurimos observata non minùs,
quàm ea, quæ scripta sunt, jura servantur = con-
suetudinis quipppè, usu̅sque longævi non est levis
auctoritas, ut edixit Honorius III. relatus in
cap. cum consuetudinis 9. de consuetud., quamo-
brem Judices, & Tribunalia diligenter curare
39 debent, nè quid contra illum attentetur, sed ut
fideliter custodiatur, juxtà monitum Alexan-
dri Imperatoris in leg. 1. Cod. quæ sit longa con-
suetudo; ibi = Præses Provinciæ probatis his, quæ
in Oppido frequentèr in eodem controversiarum
genere servata sunt, causà cognità statuet; nam
& consuetudo præcedens, & ratio, quæ consue-
tudinem suasit, custodienda est, & nè quid con-
tra longam consuetudinem fiat ad sollicitudinem
suam revocabit Præses Provinciæ =.

Frustrà verò pro elidienda observantia prædi-
cta, opponitur clausula sublata, & decretum
irritans, contentum in Brevi san. mem. Urba-
ni VIII., quoniam tantum abest, illam istius-
modi clausulis sublatam censeri posse, ut ha-
rum vigore eàdem potiùs confirmatà, irritum
declaretur quidquid contra illam attentari quo-
quo modo contigeret, ut liquet ex lectura
ejusdem Brevis; & sanè, dum in eo approba-
tur, & confirmatur longæva, & immemora-
bilis consuetudo, quæ usque tunc viguit, &
huic conformis est subsecuta observantia, quis
unquam dixerit, hanc sublatam censeri posse 40
per dictum Breve; quo quidem, magis justà ra-
tione, irrita facta dicenda esset quævis observan-
tia contraria, non autem observantia merè in-
terpretativa, quæ non inducit novum jus, aut
novam aliquam dispositionem contrariam vete-
ri, sed hanc solum declarat, adeout eadem sic 41
interpretata, vim suam retineat, & veluti ex
primæva, & propria virtute disponat, Fagnan.
in cap. Tuæ num. 14. de Cleric. non residen., Joan.
Franc. de Ponte cons. 41. num. 3. lib. 1., Ciarlin.
contr. 106. num. 89. & seqq., Mans. consult. 170.
numer. 73. & seqq., Rot. coram Dunoz. Jun. de-
cis. 937. num. 26., in Rec. decis. 320. n. 9. par. 13.,
decis. 212. num. 7. part. 18., & decis. 32. num. 6.
part. 19.

Jam verò ex his patet, colore nullo exadver-
so opponi posse, Statutum Fulginei dicto cap. 16.
de Nundinis, tamquam carens Apostolica con-
firmatione, minimè potuisse extendere ad Co-
mitativos districtuales, & Exteros Jurisdictio-
nem, in Brevi san. mem. Pauli III. concessam,
satis namque esset respondere, quod DD. Præ- 42
sidentes non desumunt Iurisdictionem à Statu-
to, sed à consuetudine immemoraabili, in Sta-
tuto, relata, quæ etiam illo secluso, servari
deberet; Verùm præterea talis nullitas desum-
pta ex supposito defectu confirmationis dicti Sta-
tuti, officere minimè valeret, tamquam subla-
ta duplici responsione. Prima est, quod illius
confirmatio præsumenda esset ex observantia 43
plusquam centenaria, Ripa respons. 22. num. 3.
de pact., Mean. in observ. ad consuetud., Leo-
dien. observ. 90. tom. 1., clar. mem. Card. de Luc.
de Judic. disc. 34. numer. 63., Rot. in recent. de-
cis. 656. num. 8. & 9. part. 19., & in Theatina
Jurisdictionis 14. Maii 1708. §. Et licèt coram
Eminentissimo Domino Card. Scotto, & in puncto
Statuti Constantin. ad Statut. Urb. in prælud.
num. 8. & plurib. seqq. qui plures cumulat Sacræ
Rotæ decisiones id firmantes, Altera est, quod,
cum reverà Statuentes nil aliud egisse videan-
tur, quàm in scriptis, & in municipalem Le-
gem redigere consuetudinem, sic, ut supra,
approbatam, & confirmatam Pontificià aucto- 44
ritate; quod & Romanos fecisse, constat Leg. 2.
ff. de regul. Jur. col. 1. de vulgar., Giurb. ad con-
suetud.

ſuetud. Meſſan. in proem. numer. 25., *Vinv. deciſ.240. num.6.*, nullà idcircò tali caſu opus erat
confirmatione pro validitate Statuti, quod editum non fuit, ut ullam per ſe, veluti novam,
tribueret Juriſdictionem, ſed conditum ſolummodò fuit ad ampliorem, diuturnioremque notitiam,
atque evidentiam apud Poſteros adſtruendam vetuſtiſſimæ illius conſuetudinis, cujus vigore Juriſdictio,
de qua agitur, quæſita, & radicata jam erat in Populo. Cumque talis
conſuetudo adprobata deindè fuerit Pontificiis
45 Indultis, Iuriſdictio, ex ea promanans, periudè habenda eſt, ac ſi ab ipſomet Principe, talem
conſuetudinem agnoſcente, atque adprobante,
expreſsè conceſſa fuiſſet, *Innocent. in cap. cum Venerabilis num.1. de Cenſibus*, ubi etiam *Abb.*,
Butr., *& alii*, *Felin. in cap. cum acceſſiſſent num.5. de Conſtitut.*, *Gonzal. in cap. Paſtoralis
num.2. de Donat.*, *Pignatell. conſult. canon.tom.5. conſult.71. n.5.*, *Rota coram Cavaler. dec.1763.
num.5. & 6.*, *in Cabilonen.*, *ſeu Ciſtercien. Juriſdictionis 19. Junii 1702. §. Ex quibus coram
bon. mem. Molines*, *& in Conſtantien. Juriſdictionis ſuper bono Jure 13. Aprilis 1714. §. Abſque
eo quod coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Scotto*, ideoque Statutum nullam, veluti
46 novam, concedens, ſed ſimpliciter referens,
& confirmans conſuetudinem tribuentem Iuriſdictionem, & quidem jam à Principe confirmatam,
ulteriori confirmatione non indigebit,
Rota coram Card. Cerro dec. 173. num.6..

Ex his, quæ ſuperius dicta ſunt, ſublata etiam
videri poſſet objectio illa, quòd videlicet In-
47 dulta, & privilegia, præſertim in materia Iuriſdictionis, ſint ſtrictè, & ad literam intelligenda,
adeò quidem ut quidquid in eis conceſſum expreſsè non reperitur, prohibitum cenſeatur,
ideoque cum in illis tributa non legatur Iuriſdictio in Comitatenſes quoque, & Exteros,
hæc denegata dicenda ſit. Talis enim objectio
corruit in facto, & in jure non officit. Supponit enim in facto, quod in dictis Indultis non
fuerit conceſſa Iuriſdictio ulla etiam in Comitativos, & Diſtrictuales, atque alios etiam Exteros,
in territorio delinquentes, cumque hoc ſit
id, ſuper quo controverſia vertitur, contrarium idcircò ſuppoſitum probandum concludenter
eſſet, nè alioquin allata objectio rejicienda
omninò ſit eà ſolà ratione, quod peccet vitio
48 petitionis principii, ſupponendo nimirum id,
quod eſt in quæſtione, quem argumentandi modum improbant *Caſanat. conſ.50. num.22.*, *&
Rota in Romana, ſeu Reatina Fideicommiſſi 2. Decembris 1697. §. Hæc enim argumenta coram
clar. mem. Card. de la Tremoille*. Tantum verò
abeſt, id probari exadverſo poſſe, ut potius clariſſimis argumentis oppoſitum ſuperioribus locis
à nobis demonſtratum fuerit.

In Jure verò obeſſe nequit, quia aut controverſam Juriſdictionem, veluti ex ſuo fonte,
49 derivamus ex Indultis, & iſta tamquam Principis beneficia, latam admittunt interpretationem,
leg. beneficium, *ubi Jaſon. num.25. ff. de Conſtit. Princip. cap. cum dictis de appell.* benè in
ſpecie *Menoch. de Arbitrar. lib.1. quæſt.99. n.12.*,
& ſequentibus, apud quem alii, præſertim concurrente identitate rationis, ut obſervat idem
Menoch. dicta quæſt. 99. numer.10., & latiùs
mox ſubjiciam. Aut verò illam deſumimus ex
conſuetudine, & hoc caſu cum dicta Indulta
nil aliud agant, quàm approbare, & confirmare conſuetudinem prædictam, inde fit, quod ſi
ex eiſdem confirmata, & approbata ſolum dici 50
poſſet Juriſdictio quoad certas perſonas, non idcircò ſequeretur illius reprobatio, & abrogatio
quoad alias non expreſſas, & neque explicitè,
nec implicitè excluſas, ſed quoad iſtas remaneret
in ſuo robore conſuetudo, illas alioquin comprehendens, & reſpectu earum expreſsè non abrogata,
quod proculdubio ſufficeret ad hoc ut illæſa, & incolumis ſervata diceretur Juriſdictio
quoad Perſonas, ſub ipſa conſuetudine comprehenſas, quippè conſuetudo ex ſe ſola tantæ au-
ctoritatis eſt, ut Principis confirmatione non 51
indigeat, quia confirmatur legitimo temporis
curſu, ut in ſpecie *Rebuff. in Conſtit. Regn. tom. 3. tract. de conſuetud. art.2. gloſ.20.*

Et huc ſane redeunt illa, quæ diximus *§. Quod verò attinet ad alias perſonas*, quod videlicet,
cum ad incolumitatem Reipublicæ perti-
neat punire maleficia, illa propterea ſequenda 52
ſit interpretatio, quà Delinquentium temeritas
coerceatur, cum *indignum ſit, ut ultionem criminis præſtigia verſuti Juris excludant*, ut loquar
verbis *Textus in leg. ita nobis 28. Cod. ad leg. Juliam de adulter.* quamobrem, quoties,
ut in caſu noſtro, eadem rationis, & cauſæ
finalis identitas concurrit tàm reſpectu Civium,
& Incolarum Civitatis Fulginei, quàm etiam
reſpectu Comitatenſium, & Exterorum, nundinarum tempore delinquentium (quippè horum
omnium delictis, illarum quies æquè conturbatur) DD. Præſidentes indifferenter in
illos omnes exercere poterunt Juriſdictionem,
quà, eà mente impertiti fuerunt, ut duran-
tibus nundinis, publicæ tranquillitati conſule- 53
rent, publicique commercii felicitati advigilarent.
Si itaque ex *Cicerone de inventione libro primo* = *omnes leges ad commodum Reipublicæ referre
oportet, & eas ex utilitate communi, non ex ſcriptione, quæ in literis eſt, interpretari.
Nemo enim Leges, Legum cauſa ſalvas eſſe vult, ſed Reipublicæ* =, tametſi omninò deeſſent ver-
ba, ſola rationis, & cauſæ finalis identitas, pro 54
illorum omnium comprehenſione ſufficeret,
per *Text. in l. ſi quis adulterium ff. ad leg. Juliam*, *Tiraquell. in leg. ſi unquam verb. libertis num.45.*,
Caſtill. quotid. contr. Jur. lib. 5. cap. 177. num. 19. *Cravet. de antiquitat. tempor. part.4. §. Videamus
modò*, *Conſtantin. Caſar. ſpecul. Peregrin. quæſt.*, *quæſt.8. num.18.*, *& ſequentibus*,
Lotter. de re benefic. lib.3. quæſt.30. num.124., *& ſequentibus*, *Gonzal. ad regul.8. Cancellar.
§. 6. proœmial. num. 59.*, *Rota in Melevitana Parochialis 10. Decembris 1681. §. E contrà verò
coram bon. mem. Rondinino*, *cum aliis allegatis loco ſuperiùs indicato*.

Rationibus hiſce, quibus, quod attinet ad
Comi-

Comitatensium, & Exterorum personas, DD. Præsidentium Iurisdictio constabilita censeri potest: eisdem profectò etiam illa probata, & statuta dicenda est quoad Locum, Comitatum nempe, & Districtum. Favet enim in hac quoque parte immemorabilis consuetudo, & Lex municipalis coadjuvata observantiâ continuativâ immemorabilis, plus quàm centum aonorum spatio servata, ut ex præcitatis juribus in manibus dicti Iudicis Relatoris *signat. dd. lit. A. B. C. D. E.* Nec adversantur verba illa Bullæ confirmatoriæ, quæ ita se habent = ac ibi = *ipsis Nundinis etiam prorogatis, durantibus, Delinquentes punire, & castigare etiam usque ad mortem inclusivè* = Nam præter responsiones datas superioribus locis, & hic quoque locum sibi vindicantes, non deest alia, & quidem validissima, & efficacissima responsio, quod nimirum, etsi dictio illa ibi referri contendatur, ut sustinet Pars Adversa, ad Civita-
55 tem Fulginei, non inde tamen sequitur, Iurisdictionem DD. Præsidentium esse restrictam ad Delinquentes intra muros dumtaxàt ipsius Civitatis, quia Iurisdictio a Principe concessa in Civitate, concessa intelligitur etiam in continentibus ipsius Civitatis, & io ejus Comitatu, & Districtu, ut probat *Textus in leg. prima ff. de Offic. Præfect. Urb.*, ibi = *cum Urbem nostram fidei tuæ commiserimus, quidquid igitur intra Urbem admittitur, ad Præfectum Urbis pertinere videtur; Sed etsi quid intra centesimum milliarium admissum sit, ad Præfectum Urbis pertinet* = & tradunt *Bald. in dicta leg., Bartol., & Alciat. in leg. in princip ff. de verbor. significat., Abb. in Cap. Rodulphus num.4., & ibidem Felin. num.6. vers. limita 2. de rescript., Alberic. de Rosat. in tract. de Statut. part.2. quæst.177. col.2.*, optimè *Menocch. de Arbitrar. lib.1. quæst. 99. num.12., & 13.*, ita loquens = *Si ergo suo Privilegio beneficium hoc conferat Princeps alicui, ut suo arbitrio possit definire aliquod genus Causæ in Civitate, poterit definire, quæ ex continentiis Urbis oriuntur, cum beneficium latam admittat interpretationem &c. & num.21.*, ibi = *extenditur secundò, ut procedat etiam quoad ea, quæ perpetrata erunt in Comitatu, hoc est in vicis ipsius Comitatus Civitatis, ita namque sub Civitate sunt, ut partes Civitatis censentur &c.* = ad quem remissivè se habet *Tepat. lib.1. tit. ubi de crim. agi oport. pag.166. col.2.*

Cui porrò Iuris dispositioni, sive potiùs interpretationi datæ nostris Indultis ab ipsa Lege, si addatur ratio, hanc ipsam interpretationem suadens, publica nempe quies, & utilitas, ob quam Indulta prædicta emanarunt, quæque alio-
56 quin turbaretur per delicta in Territorio patrata, tranquillitatem, & bonum ordinem nundinarum, non minus invertentia, quàm illa io ipsa Civitate commissa, ut similem interpretationem desumptam ab identitate rationis probant *Abb. cons.52. dub.2., Rebuff. Alciat.*, & alii relati per *Novar. de elect. for. sect.4. quæst.63. num.19., Merlin. Pignattell. contr. forens. contr.1. cap.100. sub num.20.*, ibi = *quia non est major ratio in delinquentibus in Casalibus, ac in Civitate, cum hæc duo habeant se per modum unius* = bene *Rovit. decis.11. num.20.*, & his insuper jungatur longæva, & diuturna observantia, huic interpretationi omninò conformis, quæ ex alibi deductis omoinò attendenda est pro declaratione hujusmodi Brevium, & Indultorum, nul- 57
lum amplius dubium superesse poterit quoad Iurisdictionem DD. Præsidentium in loco patrati delicti, cum & consuetudine immemorabili, & Pontificiis Indultis, a Lege, ratione, & observantia declaratis, eadem quæsita, ac firmiter constabilita videatur.

Quamobrem nemo non videt, non benè pro restringenda DD. Præsidentum Iurisdictione, argumenta exadversò peti ex causa finali petitionis, & respectivè concessionis similium Indultorum, nam, si illa fuit, ut etiam in contraria allegatione a disertissimo D. Pauperum Advocato admittitur, ratio publicæ quietis, & evitandi scandali tempore nundinarum, & ut DD. Præsidentes magis promptè, liberè, & fortiter munus suum exequi valerent, quà de causa sublata fuit etiam omnis Iurisdictio Gubernatori; profectò hæc eadem ratio suadet, universam Iurisdictionem, etiam extra Civitatem, & in Comitatu, & Districtu, translatam fuisse in DD. Præsidentes, alioquin enim publica quies potius turbaretur, & scandala orirentur, dum liberè, & impunè extra Civitatem tempore nundinarum delinqui posset, eo quippè tempore sileret omninò universa Iurisdictio Gubernatoris, & Prætoris, illa verò DD. Præsidentium, esset restricta intra ambitum ejusdem Civitatis,
ideoque rectè hic locum sibi vindicat dispositio 58
Textus in cap. si Civitas 17. de Sentent. excomm. in 6, ita loquens = *Si Civitas, Castrum, aut Villa subjiciatur Ecclesiastico Interdicto, illorum suburbia, & continentia ædificia, eo ipso intelligi volumus interdicta, num, licèt prædicta videantur aliàs murorum ambitu terminari, hoc tamen casu ne vilipendi valeat Sententia Interdicti, (quod fieret, si posset in ipsorum suburbiis, vel continentibus ædificiis licitè celebrari, ut priùs, expedit interpretationem fieri latiorem* = quo sanè Textu io proposito utuntur *Abb. in cap. Rodulphus num.13., Felin. ibidem num.4. vers. Limita dupliciter de Rescript., Bald. in cap. significavit num.12. eodem, Menoch. de arbitrar. lib.2. quæst. 99. num. 10., & 11., & lib.2. cent.2. cas.155. num.8., Rovit. decis.11. num.7., & seqq., & num.20., Gizzarel. decis.13. num.10.*, docentes, etiam in casu, in quo aliàs Iurisdictio extendi non deberet, eam nihilominùs extendi posse, ubi ratio ita suadet, & ne fiat fraus Legi, vel Principi concedenti.

Reliquum modò est, ut Iurisdictionem DD. Præsidentum, vindicemus ab altera oppositione, nimirum tum oon probatæ eorum electionis, sive deputationis in Præsidentes, a qua tota eorum Iurisdictio pendet, tùm etiam formæ in procedendo, ab eisdem minimè servatæ. Prima objectionis pars statim removetur ex facto, ex quo constat, illosmet, qui in hac Causa processe-

cesserunt, fuisse extractos, & electos Præsidentes nundinarum anni 1719., ut ex documento, judicialiter producto in manibus Domini Iudicis Relatoris signato *lit. F*, Secunda sublata similiter apparet ex facto, dum servata reperiuntur omnia, de Iure, & consuetudine servanda.

Nec obesse potest, quod Jurisdictio DD. Præsidentibus competat non uti singulis, sed omnibus simul, & conjunctim, proindeque sustineri nequeant acta facta de mandato, vel unius tantùm ex eis, vel trium: multòque minùs stare valeat Sententia, à quatuor dumtaxat subscripta, cum omnes Præsidentes essent quinque; Nam
59 si fermo sit de Sententia, satis superque est in hypothesi nostra, illam subscriptam fuisse a quatuor Præsidentibus, cum quintus esset infirmus, & propterea legitimè impeditus; Etenim illorum Jurisdictio tamquam procedens a consuetudine, non est delegata, sed ordinaria, *leg. 1. Cod. de emancipat. liberor.*, *ubi Glos.*, *Bartol. in leg. 8. Cod. de divers. Offic.*, *& appar. lib. 12. Tepat. Variar. Jur. lib. primo tit. de consuetud. pag. 58. a tergo col. 1. vers. Statutum licet tollat*, ubi quod ordinarius Judex dicitur ille, qui Juris-
60 dictionem habet non specialiter sibi competentem, sed jure Magistratus, ad quem assumptus sit; Et ipsos reverà uti ordinarios processisse, ex *Processu fol. 39.* notatur etiam in contraria allegatione Iuris *S. Penultimi*, ideoque certum est, inter Collegas habere locum jus accrescendi, sive non decrescendi, cujus vigore, uno sublа-
61 to, vel impedito, Iurisdictionis exercitium liberum remanet penes alios ad *Text. in leg. unic. ff. de Offic. Consul.*, ibi = *sanè si qua ex causa Collega non poterit manumittere, infirmare scilicet, vel alia justa causa impeditus Collegam posse manumissionem expedire*, *Senatus censuit* = *leg. Imperatores 21. ff. de appellat.*, *& relat. §. Si Magistratus*, ibi = *Si Magistratus creatus appellaverit Collegam, ejus interim utriusque Officium sustineri debere* =, *Bald. in leg. unic. num. 3. versic. Si verò pluribus Cod quod non petent. part.*, *Curt. Sen. conf. 49. num. 52.*, *Gravett. consf. 995. num. 3.*, *Bellon. de Jur. accrescen. cap. 6. quæst. 50. numero primo*, *clar. mem. Card. de Luc. de feud. discurs. 8. sub num. 8. vers. dando etiam exemplum*, *Rota decis. 536. num. 151. part. 14. recent.*; quam-
62 obrem Iurisdictio ordinaria rectè dicitur competere unicuique in solidum, & habitu, & exercitio, juxta *Glos. in l. Pomponius 36. aliud si uni verb. proferre*, *Bartol.*, *& alii ff. de re judicat.*, *Alexand. cons. 93. num. primo volum. 7.*, *Bellon de Jur. accrescend. dicta quæst. 50. num. 6.*, *Campan. resolut. 12. sub num. 13. vers. supra relatam*, *Mastrill. decis. 27. num. 9.*, *& decis. 292. num. 18.*, *& seqq.*, ac per consequens, altero deficiente, vel impedito, non cessat Iurisdictio,
63 sed integra manet cum exercitio penes alios, ex supra firmatis: idque evidens, & apertum, redditur praxi etiam Tribunalium Collegialium Urbis; Et sanè fortuito casu impedito aliquo ex DD. Præsidentibus, si ab aliis exerceri non posset plena Iurisdictio, quot quantaque mala in Nundinarum tumultu, & tot Exterorum concursu, Civitati illi accidere possent?

Iura verò, & auctoritates in contrarium allegatæ, non applicantur, quia vel loquuntur in casu Jurisdictionis delegatæ, in qua diversimodè res se habet; nam, licèt in solidum competat 64
habitu, tamquam res individua, non tamen competit exercitio, quod expleri debet de mandato, *Gonzal. in cap. 13. descript. num. 6.*, *Gratian. disceptat. 396.*, *Bellon. de Jur. accrescend. dicta quæst. 50. numer. 7.* ideoque cum tale mandatum non singulis, sed duobus, vel pluribus conjunctim sit directum, non potest unus ex 65
delegatis disjunctim Iurisdictionem exercere, ut prosequitur *Bellon. loc. cit. num. 8.* Vel procedunt in terminis Iurisdictionis ordinariæ, ita datæ, ut omnes judicare debeant, cum alioquin, nil prohibeat Iudicem ordinarium, habentem in 66
solidum Iurisdictionem, uti Iure suo, *Leg. mores 5. ff. de Jurisdict.*, *leg. cognitio 4. in princip. vers. cum proprium ff. de Offic. ejus*, & posse etiam jure suo eam in solidum exercere, ut observat *Bellon. de Jur. accrescen. dict. quæst. 50. num. 8.*

Potiori verò jure hæc locum obtinent in casu nostro, attenta dispositione *Statuti dicto cap. 16. de Nundinis*, juxtà quam omnis Iurisdictio penes quatuor dumtaxat Præsidentes residere videtur, ibi = *extrahantur de Bussolo dicti Communis*, (*in quo omnes de Consilio imbussulari debeant*) *sex de dictis Consiliariis*, *videlicet quatuor*, *qui in Nundinis prædictis, & illorum tempore habeant, & habere debeant omnimodam Jurisdictionem, merumque, & mixtum Imperium*, quamobrem de quinto curandum non esse, præsertim verò, quia ab eodem Statuto clarè disponitur, exercitium Iurisdictionis pænes duos tantùm ex Præsi- 67
dentibus esse posse, ibi = *Qui quidem Præsidentes teneantur, & debeant omnes, vel duo ex eis, & Notarius prædictus die qualibet continuatis horis, & temporibus stare, & sedere honorificè ad locum eorum solitæ residentiæ in Platea publica magna dictæ Civitatis in loco deputato, vel ab eis deputando ad eorum solitum Tribunal, dictorumque Nundinarum tempore, illarumque prorogationis, omnes & signandas Causas, tàm Civiles, quàm Criminales &c.*

Si verò loquimur de aliis actis antè Sententiæ promulgationem factis de mandato unius, vel trium dumtaxat ex Præsidentibus, non absimili ratione, eadem quoque ritè, rectèque gesta videntur, quia nimirum, si dicti DD. Præsidentes, ut probatum est, habent ordinariam Iurisdictionem in solidum, indè sequitur, acta prædicta rectè fieri potuisse ab uno, vel tribus tan- 68
tùm ex eis vigore illius potestatis, qua unusquisque, tàmquam Iudex ordinarius pollebat, ut in similibus terminis agendo de citatione, cam expediri posse per unum ex Iudicibus, advertit *Campan. dicta resolut. 12. sub. num. 13. versic. nam isto in casu, citatio poterit expediri per unum ex Judicibus*, qui præterea loquitur in casu, quo supervenisset delegatio, & tradit nihilominùs, citationem ab uno tantùm expediri posse, quia delegatio superveniens non immutat, nec im- 69
minuit

minuit facultates Iudicis five Tribunalis ordinarii in eo, quod respicit ordinem procedendi, *Mastrill. decis.292. num.17., & seqq.*, & factum ab illo, factum censetur ab omnibus, qui ab illo repræsentantur, ex doctrina *Bartoli in dicta leg. Pomponius ff. de re judic. num.2., & seqq.*, id quod apposite verificatur in casu nostro, dum acta prædicta expleta quidem fuerunt ab uno ex Præsidentibus, facto tamen prius verbo cum aliis, ut testatur Notarius, cui credendum est, bene in specie *Abb. cons. 33. num.6. libr.2., Card. Tusch. practic. conclus. lit.I. conclus. 419. num.21.*, ideoque perinde habentur, ac si ab omnibus facta fuissent per *Text. in leg. Item eorum §. Si decuriones ff. quod cujusque Univers. nomin.*, ibi = *parvi enim refert, ipse Ordo eligat, an is, cui Ordo negotium dedit* = *Gloss. in leg. apertissimi §. Si verò verb. delegat. Cod. de Judic.*, & confert. *Text. in Leg. Si Pater ff. de manumiss. vindict., Capiblanch. de Baron. part.2 Pragmat. 10. num. 85., Giurb. ad consuetud Messan. cap.2. Gloss. 10. num.11. post. disceptat. Contr.*, quibus consonat *Statutum Fulginei dicto cap.16. de Nundin.* aperte disponens, alterum ex Præsidentibus esse debere Capitaneum ad effectum exequendi quidquid ab aliis ipsis mandatum fuerit, ibi = *Alius verò sit Capitaneus, qui universa ad dictum Officium, spectantia, & ab eodem provenientia, executionem tamen merentia, de mandato eorumdem fideliter exequatur* =

Nec turbat, quod Iurisdictio competens pluribus, uti Collegio, apud singulos esse non dica-
70 tur, sed apud Corpus Collegii fictum, & repræsentatum per singulos, simul collectos, juxta doctrinam *Abbatis*, & aliorum, exadverso relatam; Nam non idcirco sequitur, quod omnes pro validitate actus debeant intervenire,
71 sed tot sufficiunt, quot repræsentant ipsum Collegium, bene *Merlin. Pignattell. in exadverso allegat. cap.25. num.18. Centur. 1.*, ibi = *Nam Jurisdictio delegata concessa ipsi Tribunali M.C.V., potest exerceri per tot Judices, per quot repræsentatur ipsum Tribunal, quamvis omnes Judices ipsius, præsentes non sint &c., Ratio est, quia Jurisdictionis exercitium datum est ipsi M.C.V., uti Collegio, quod corpus fictum est* = adeout, cum de stylo, consuetudine, & ex dispositione Statuti in casu nostro Collegium, sive Tribunal Dominorum Præsidentium repræsentari possit etiam per unum, vel per duos,
72 aut plures, exuberanter servata apparet forma, ad validitatem actus necessaria, dum citatio, & præcedentia mandata subscripta fuerunt à solo Præsidente Capitaneo, facto tamen verbo cum aliis Præsidentibus, Inquisitio verò, utpote actus magis relevans, à tribus eo tempore in Tribunali præsentibus, & Sententia demum ab omnibus, præterquam ab infirmo, ut prosequitur *Merlin., Pignattell. dict. cap. 25. num.18.*, ibi = *Ideoque reg lariter sufficerent duo, per quos repræsentatur ipsa M. C.* =, *Cardinalis Tusch. practic. conclus. 313. num.13.*, ubi, quod sufficit major pars, quando non fuit dictum, quod omnes judicare debeant concorditer, non bene igitur actus de 73
nullitate redargui videtur.

Prout etiam minus recte in dubium revocatur electio Capitanei, & Notarii à Statuto requisita, nam de extractione primi constat ex documento relato in *in fol. signat. lit. F.*, electionem verò secundi confirmat ipsamet compilatio Processus. Et Statutum in hac parte, quatenus nempe mandat, Notarium quoque extrahendum esse ex numero Consiliariorum, usu receptum; amplius non est, quinimo contra- 74
riâ consuetudine abrogatum apparet, *Felin. in cap.1. sub num. 8. vers. intellige de Treg., & pac., Abb. in cap. final. num. 33. de for. compet., Alexand. cons. 132. num. 4. lib.1., Gratian. discept. forens. cap. cap. 965. num. 2.*, ubi quod valet consuetudo, per quam Statutum non fuit usu receptum, etiamsi esset confirmatum à Papa, *& num. 10., Baitell. decis. ultim. volunt. 99. num.26.*, ubi, quod Statuta valent, quandiu usu, & consuetudine sunt accepta, idemque firmat *Rota coram Verall. decis.203. num.1., & num.3.*, ubi etiam, quod Statutum tollitur per contrarium non usum, *par.3.*, qui quidem contrarius non usus probatur eo ipso, quod non probatur usus, vel probatur per paucas vices, ut 75
ait *Gratian. discept. forens. cap. 965. num. 17., Rota coram Verallo dicta decis.203. num.4. & 5., & seqq. part.3.*, ubi etiam *num.8*, quod usus per allegantem est probandus; quapropter nostra sententia, tanquam valida, & justa, jure, meritòque executionem expectat.

ARGUMENTUM.

Copiose hic agitur de Ecclesiasticorum Immunitate, de Institutione, officio, & auctoritate Sacræ Congregationis Boni Regiminis, ac potissimum de Ecclesiastica ejus jurisdictione in Clericorum Bona, & Personas in iis, quæ ad vectigalia pertinent, rationesque expenduntur, cur in Pontificia Ditione iisdem Clericis onera Cameralia imponantur.

DISSERTATIO XI.

1 *Cleri, & Ecclesiasticorum Immunitatem tueri maximopere fategit Bonifacius VIII., anathematis pœnâ in Violatores statutâ.*
2 *In Viennensi Concilio innovata fuerunt Decreta Alexandri III., & Innocentii III. lata in Conciliis Lateranensibus.*
3 *Laici, cum Ecclesiarum Bonis onera imponunt, Summorum Pontificum exempla, injuriâ tamen, se id agere dictitant.*
4 *Sacram Congregationem Boni Regiminis, Laicum Tribunal appellant, freti authoritate Cardinalis de Luca, & Cocellii.*
5 *Eminentissimus Cardinalis Imperialis ejusdem Congregationis Præfectus errorem hunc exteris Curialibus quibusdam imperitis adimere curavit.*
6 *Divisio hujus Disceptationis.*

Cle-

CLeri ejusque Bonorum libertatem, quam Cœlo delapsam, & plurium seculorum auctoritate confirmatam, dixit *Thomassin. de Vet., & nov. Eccles. discipl. tom.3. lib.1. cap.42. num.2. vers. cum ejus concessionis*, & quam cum ipso Sacerdotio Ecclesiæ suæ Christus communicatam esse voluit, *ex Epist.1. D. Ambrosii*, idem scripserat *d. lib.1. cap.18. n.8.* irreligiosè violare semper præsumpserunt, atque hodiedum moliuntur seculares Potestates;
1 idque nedum antiquitus, sed præsentium etiam temporum experimento, evenire consuevisse dolenter referens *Bonifac. VIII. in Cap. Cleric.3. de Immun. lib.6.*, gravibus verbis, & sententiis execratur, inquiens= *Clericis laicos infestos oppidò tradit antiquitas, quod & præsentium experimenta temporum, manifestè declarant, dum suis finibus non contenti, nituntur in vetitum, ad illicita fræna relaxant, nec prudenter attendunt, quàm sit eis in Clericos, Ecclesiasticasve Personas, & Bona, interdicta potestas: Ecclesiarum Prælatis, Ecclesiis, Ecclesiasticisve Personis regularibus, & secularibus imponunt onera gravia, ipsosque talliant, & eis Collectas imponunt, ab ipsis suorum proventuum, vel Bonorum dimidiam, decimam, seu vigesimam, vel quamvis aliam portionem, vel quotam exigunt, & extorquent, eosque moliuntur multifariè subjicere servituti, suæque submittere Ditioni*.

Premebat Bonifacium onus tuendi libertatem, à Christo, cujus ipse vices gerebat in Terris, Ecclesiæ Sponsæ suæ, veluti Dotem relictam, & quam, ut refertur *a Raynal. in continuat. Annal. tom.14. ad ann. 1296. n. 22., & seqq.*, improbè violari videbat à Principibus seculi, qui in Ecclesiasticos grassabantur, Bonaque Ecclesiæ diripiebant, adeo quidem, ut miserrima esset Cleri conditio, ubique Principum cupiditati, Ministrorum avaritiæ, Exactorum crudelitati, ac prædæ expositi: quapropter, ut dicta Constitutione potentiùs injiceret frænum, quo illorum licentiam, & nefarios conatus coerceret, Censurarum religione, & gravissimarum pœnarum terrore ad d. Constitutionis observantiam adigere curavit laicas Potestates, quocumque titulo, ac Dignitate fulgentes, quæ perversè Ecclesiæ, & Cleri libertatem, Immunitatemque temerare auderent: atque etiam severè animadvertit in socordem patientiam Cleri, ejusmodi iniquis conatibus, & attentatis obviare, seque illis opponere trepidantis, aut desidiosè negligentis.

Sed abrogatis nonnullis gravioribus pœnis in Bonifaciana Decretali constitutis; quod insti-
2 tuerat Benedictus XI. in Concilio Viennensi, perfecit Clem. V., rebus eo omnibus restitutis loco, quo illas esse jusserant Concilia Lateranensia, ut notat *Van. Espen. in Jus Eccl. univers. to.2. part.2. tit. 35. cap. 3. n 38., & seq. fol. 1174., & Thomassin. d. lib.1. cap.43. n.9. 5. Usque ad Bullam in Clem. unumque unica de Immunit.*, præfatus Sum. Pontifex Clemens ita loquitur = *Volentes, & firmiter statuentes illud (contra quoscumque laicos exigentes, seu extorquentes ab Ecclesiis, Ecclesiasticisque Personis tallias, seu Collectas, aut exactiones quascumque, & contra dantes ad id faciendum consilium, auxilium, & favorem, nec non, & circa præstandas subventiones Laicis ab Ecclesiarum Prælatis, ac aliis Viris Ecclesiasticis, inviolabiliter observari, quod super his à Prædecessoribus nostris in Lateranensibus Conciliis, quæ Nos sub obtestatione Divini Judicii præcipimus observari districtè, salubriter est provisum* = ut autem ibi adnotat *Glos. lit. D., & E.* Prædecessorum Decreta, quæ Clemens districtè præcipit observari in Lateranensibus Conciliis, edita fuerunt ab Alex. III., & Innoc. III., eademque referuntur in *Cap. Non minus 4., & Cap. Adversus 7 de Immunit.*

Vulnera, quæ antiqua, & recens ætas infligi vidit Ecclesiæ, & Clero, mortifera certè sunt, & inconsolabilia: at eadem acerbiùs recrudescunt lenimento ipso, quod summarum Potestatum Ministri, illorum atrocitati mitigandæ obtendunt: eò enim illorum audacia progressa est, ut dum Ecclesiam, & Clerum subjiciunt servituti, impudenter asserunt, nihil ipsos ex 3
ejus libertate, Immunitateque decerpere, se purgando inverecundâ illâ excusatione, quod nimirum Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum Bonis, non alia imponant, quam illamet onera, quibus passim in Ditione Sanctæ Sedis à Summo Pontifice, Clerici æquè, ac Laici gravantur. Distinguentes siquidem Sacerdotium ab Imperio (quorum tamen utrumque unitum esse non abnuunt in persona Summi Pontificis habentis utrumque gladium, *Can omnes, ibique Glos. in verb. Cælestis, dist. 22., Cap. Per Venerabilem 13. qui fil. sint legit., Cap. Dilecto 6. de sent. Excom. lib.6., & in celebri extr. Unam sanctam, de major., & obed., inter commun.*) inquiunt, quod dum Ecclesiasticorum Bonis, idem ex justis causis, imponit ea onera, a quibus alioquin in seculi Principum Ditionibus, tamquam exempta illa propugnant, id ab ipso fieri, veluti suæ Ditionis temporali, ac Supremo Principe.

Planèque hoc perspici, ac ex eo confirmari subdunt, quod ejusmodi onera, Collectæ, & vectigalia distribuuntur, & exiguntur auctoritate, & ministerio S. Congregationis, quæ ex fine, ob quem instituta fuit a sanctæ mem. Clem. VIII. in ejus famigerata *Constit. la 10. Bullar. nov. to.3. fol.9.* atque ex munere eidem injuncto, *boni Regiminis*, appellatur, & quam nonnisi secularis Magistratus speciem, potestatemque gerere comminiscuntur: nec deest illis fucus aliquis, quo commentum hoc colorare queant; illum enim mutuant ex iis, quæ exciderunt, *cl. mem. Card. de Luc. in relat. Rom.* 4
Cur. disc.26. nu.8. & seq., dum egit de Institutione, munere, & officiis hujus *S. Congr.*; & *rursus in Tract. de Judic. disc.47. num.19. in supplem. part.4.*, & ante eum tradiderat *Cobel in suis Comment. ad d. Const. cap.2. n.18., & seq.*, quo loci ait, Papam in ea loqui, ut *Regem*, & habentem dominum, & Iurisdictionem temporalem.

Et si hæc, tum actuum, tum opinionis per veritas, nequiter excusetur exemplo eorum, quæ ita eflagitante temporum ratione, & nedum Ditionis, sed veriùs totius Christianæ Reipublicæ utilitate, atque necessitate ita imperante, justissimè a Sancta Sede, penes quam
5 residet suprema horum potestas, constituuntur, ab ejusque Ministris explentur: attamen id sæpius audivisse, summoperè indoluit Eminentissimus Card. Imperialis, qui tot lustris, quibus tamquam Præfectus dict. Sac. Congr. bo. Regiminis præfuit, & præest; quemadmodum summâ vigilantiâ, maximisque laboribus publicas utilitates, necessitatesque curare nunquam desiit; sic etiam, nunquam satis laudanda religione, Immunitatem Ecclesiasticam incolumem semper præstitit: quin etiam illud, & quidem permolestum persæpè ipsi accidit, quod hunc errorem apud probos etiam viros serpsisse audivit, quasi reputarent, quod Sacra Congreg. bon. Regiminis, nonnisi tamquam *Secularis Magistratus* in Ecclesiasticos quoque potestatem gereret. Quapropter mihi benignè injunxit, ut errorem hunc, si qui illo imbuti adhuc essent, ab eorum animis depellere curarem.

Profectò pro eisdem a tali errore avertendis, satis esset eos alloqui verbis ipsius *clar. mem. Card. de Luca in Const. leg. & rat. obser. 241. in supplem. part. 3., ubi hæc habet = scandalum superficiales concipere solent, quod in temporali Ecclesiæ Ditione Pontifex ab utriusque secularis, & regularis Cleri personis Gabellas, aliaque laicalia onera, quasi pariformiter à Laicis exigat, aliis verò Principibus interdicat: quasi quod ita violare sit regulam, ab omni Divino, ac naturali, & humano jure statutam, ut quisque Juris in alio statuit in se ipso statuere debeat, vel ut eadem ipse mensura metiri debeat, cum qua alios metitur. Verum qui solam rerum callens superficiem, eorum error, ineptia hic est, quoniam Pontifex in propria temporali Ditione pro illis Fidei, & Catholicæ Reipublicæ indigentiis, ac oneribus Ecclesiasticos gravat, pro quibus justum, ac rationabile foret, ubique eosdem gravari, abstinet autem ex Apostolica concessione eos gravant singuli respectivè Principes, pariformiter pro Regionum qualitate, ut ideoque irrationabilitas, & ineptia dignoscantur, ita generaliter, ac in abstracto id considerare, atque stylum redarguere, cum potius rationis, & æquitatis fomentum id habeat, cum ejusdem Pontificis præjudiciali restitutione, ut id, quod ab omnibus exigere potest, contentus sit ab illis tantùm exigere, qui in ejus temporali Ditione vivunt=* Veniam deprecor si tum præclari hujus Auctoris, tum etiam aliorum verba sæpius transcripsero; id enim agam pro majori legentis commoditate, ut videlicet sinè librorum revolutione, sinè aliquo labore, & sine temporis jactura, in promptu, & ante oculos habeat, quod traditum est a Majoribus nostris, ut pro eadem venia impetranda præfatur *Rodoan. de reb. Eccles. non alienan. in prohem. versus finem*.

Jam verò demandato mihi mumeri manum admoturus, rei tractationem in plures dividam sectiones, partitio namque, & mentem, memoriamque legentis præparat, *Gloss. in proem. Instit verb. easdem Institutiones*, & apta est tum ad ordinem sermoni, & claritatem rei tractandæ afferendam, tum etiam ad veritatem faciliùs assequendam, *Thabor. axiomat. Jur. lib. 4. cap. 42. axiom. 3.* At quamvis in hoc dicendi exordio videri possent ommittenda mihi esse ea, quæ de libertate Ecclesiarum, & Cleri Immunitate ab omnibus oneribus, gravaminibus, & servitutibus, nedum quoad Personas, verùm etiam quoad Bona, constituta reperiuntur; quippè hæc omnibus planè nota sunt, nihilominus tamen, quia, ut admonet *Paul. J. C. in lib. 1. ff. de dol. mal., & met. except.*, quo lucidius res intelligi possit, cum prius de causa videamus oporteat, prænoscendo nimirum quo jure Immunitas instituta; & ordinata fuerit, propterea fas mihi sit, paulò fortè fusiùs in hanc quoque rem: non sane quia ea veluti dubitationem habens, rationum, atque probationum indigeat fulcimento, sed quia, ut Causæ instituto, & scribendi, dicendique rationi, ac ordini serviam, id præmonstrasse abs re non fore reor.

Præcognito namque quo jure inducta, & quo- 6
ex fonte in Ecclesias, Ecclesiasticorumque Personas, ac Bona libertas, & immunitas promanaverit.

Secundo loco illico patebit, potestatem omnem in illas penitus ademptam seculi Principibus, penès solum Romanum Pontificem residere. Qui absque ulla earumdem læsione, Papali potestate, pro suis indigentiis, & Populi sibi subjecti necessitatibus levandis, subsidia Clero imperare potest. Id autem ab ipso agi pro publicis, & necessariis causis, Ecclesiasticis æquè ac laicis communibus, & quando horum facultates non sufficiunt, ut tertio loco demonstrabitur.

Et quarto demum loco reliquum erit, ut probetur, quod ejuscemodi subsidia, Pontificià auctoritate indicta, Ecclesiastici Magistratus ministerio, qualis est Congr. bo. Regiminis, distribuantur, & exigantur.

SECTIO I.

Probatur, Immunitatem Ecclesiæ, & Cleri, ejusque Bonorum Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus esse institutam.

7 *Constantinus Imperator Clericos exemptos à publicis muneribus, eorumque Bona ab oneribus immunia esse voluit.*

8 *Si Personæ sunt exemptæ, eorum quoque Bona exempta esse necesse est.*

9 *Exempta sunt nedùm Ecclesiarum Bona, sed etiam Patrimonia Clericorum.*

10 *Divino, & humano jure Immunitas Ecclesiastica statuta est, ac veluti Dos a Deo suæ Sponsæ constituta, ut ex sacris libris præsertim Deuteronomii, & ex Conciliorum, & Sanctorum Pontificum Canonibus depromitur.*

11 *Inno-*

11 *Innocentius III. dolet, sub Christianis Principibus deterioris conditionis Sacerdotes esse, quàm sub Pharaone fuerint.*

12 *Immunitatem Ecclesiasticorum jure Divino primùm institutam fatentur Concilia Salisburgense, & Coloniense, & demùm Tridentina Synodus.*

13 *Populorum omnium consensu Jura hæc fuerunt recepta.*

14 *Summus Pontifex ea, quæ Divina Lege constituta sunt, dispensare valet, Leges declarando, & interpretando.*

15 *Dum oneribus secularibus Bona Ecclesiastica, & Clericos subjicit, Immunitati non derogat, saltem directè.*

16 *Ad publicam salutem tuendam Reos atrocissimorum delictorum ab Ecclesiis extrahi permittit.*

17 *A Decimarum præstatione quandoque quosdam eximit, tamen Decimas numquam omnino tollit.*

REm ordiendo à prima propositi assumpti, seu divisionis parte; nedum Ecclesias, & Ecclesiasticas Personas, sed earum quoque Bona libertate, immunitateque gaudere, ambigi sanè nequit. Porrò, quod attinet Personas, tum summ. Pontificum Sanctiones, tum etiam Conciliorum, & Sacr. Canonum Decreta illarum immunitatem asseruerunt, ut patet ex eorum locis, relatis apud *ven.mem. Card. Bellarminum Contr. to.2. de Cleric.lib.1.cap.28.col.325. lit.B., & seq. juxtà* impress. Colonien., & *Eminentissimum Card. Petro in suis Comment. ad Const. Apost.tom.3. ad Const.5. Urb.IV. num.7., & seqq. fol.316.*

Quinimmò statim, ac Ethnicæ Tyrannidis jugo excusso, Ecclesiæ pax illuxit, illam velu-
7 ti Clericatui ipsi innatam, longè antea professus fuerat Constantinus magnus, qui ut refert *Euseb. lib.10. cap.7. in Epist. data* ad Annulinum PræfectumAfricæ, Legem jusserat his verbis = *Clericos ab omnibus omnino publicis functionibus immunes volumus conservari* = subdendo summam illam rationem = *ne errore aliquo, aut casu sacrilega, à cultu summæ Divinitati debito abstrahantur* = Epistolæ hujus meminit *Bellarm. d. lib. 1. cap.29. col.333. lit. B.* Pluresque aliæ similes Leges, tum ab ipso Constantino, tum ab illius Successoribus editæ referuntur *apud Thomassin. de Veter., & nov.Eccles. disciplin.p.3. lib.1. cap.33. ex. n.3., Van-Espen. in jus Eccles. univers. tom. 2. tit.35. cap.1. num. 1., & seq. fol.1157., & seqq.* latè agentes de hac Cleri personali immunitate dictis Legibus conservata.

Quod verò attinet Bona Ecclesiæ, & Cleri, illorum quoque realis immunitas agnita, & præservata fuit Constantini, ac ejus Successorum Legibus, & aliorum Supremorum Principum Constitutionibus, qui veluti Ecclesiæ defensores, & Ecclesiasticæ libertatis vindices, illam custodiendam esse præceperunt; eædem verò recensentur apud *Bellarmin. dict. cap.28. lit. D. fol. 327., Eminentissimum Petra tom. 3. ad dict. Const.5. Urban. IV. num.3., & seq. fol. 316., Thomassin. d. p.3. lib.1. cap.33. n.3., & seq., & cap.34.,* ubi more suo eruditè rem prosequens, refert etiam plures hujus immunitatis realis vicissitudines.

Enim verò, si tributa, atque contributiones præstantur = *quia hæc est probatio subjectionis, in Cap.2. de Censib.,* indè certè sequitur, Ecclesiæ, & Cleri Bona ab illis immunia esse opor- 8
tere, quemadmodum Ecclesia, & Clerus exemptus est à Jurisdictione, eadem indicentium, *ad Textum in Capit. Decernimus 2. de Judic., & in Cap. nullus 2. de for. compet., Gonzal. in Cap. non minus num.9. de Immunit.tom.3.fol.980.* quamobrem jure meritòque Sacri Canones veluti ejuscemodi libertatis acerrimi vindices, illi incolumi servandæ perpetuò invigilarunt, ut *ex Concil. Lateranen. sub Alexand.III., & Innoc.III*, quorum Decreta, ut alibi notavimus, referuntur *in Cap. non minus 4., & Cap. Adversus 7. de Immunit.,* & sancitum quoque fuit *in Cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de Constit., Cap. quamquam 4. de Censib. lib.6., & Cap. quia nonnulli, & Cap. Clericis de Immunit. lib. pariter 6. in Extravag. quod olim eod. tit.,* quibus *Gonzal. d. Cap. non minus n.6.* addit formidandam Bullam Cœnæ Domini Cap.18.

Neque verò realis hæc immunitas intelligenda est de Bonis dumtaxat Pauperum Christi, & Ec-
clesiæ usibus, ejusque Ministrorum substenta- 9
tioni dicatis, quæ cælesti hac prærogativa proculdubio gaudent, sed eadem porrigitur; tum ad Bona quoque patrimonialia Clericorum, *Van-Espen. in Jus.Eccles. univers. to.2. part.2. tit.35. cap.2. n.9., & seqq. fol.1163.,* id inferens ex mox relatis Decretis Conciliorum Lateranensium, quæ utpote loquentia *indefinitè de Bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & Pauperum usibus deputatis, ita accepta fuisse videntur quasi sub hac immunitate Bona patrimonalia essent comprehensa, ex Synodis sub idem penè tempus habitis non obscurum est* = ut ipse loquitur referendo dd. Synodorum loca: tum etiam ad Bona, quæ ex successione, aliisque legitimis, & à Sacris Canonibus minimè improbatis titulis, ad eosdem pervenerint; quippè *Bona etiam temporalia Clericorum Bona dominica propriè dicuntur in Can.4. Apostolico, & ideo tamquam Deo sacra Jurisdictioni laicorum subjecta esse non possunt, ita Bellar. citat. cap. 29. col. 334. lit.B.;* proptereaque ambulare dicuntur pari passu cum Bonis Ecclesiasticis tamquam sequentia personam Clerici certè immunem, & undequaque exemptam, *Gonzalez. in dicto Cap. Non minus num. 10. tom. 3. fol. 981., Fagnan. ibid. num.16., & seq., & in Cap. Episcopus n.42. de Præbend., & Dignitat. tom.4. in 1. part. 3. Decretol. fol.88., Suar. ad Reg. Angliæ lib.4. cap.16. n.11. cap.17. num.1., cap.25. n.4., & seqq., del Bene de Immunit. Eccles. cap.5. dubit.15. n.17. & seq., Bellet. Disquisit. Clerical. par.1. de exempt. Cleric., & eorum bonor. à munerib. public. cap.5. n.3. in fin., & seq., Carol. de Grass. de effect. Clericat. effect.2. n.32., & 34., Cortiod. dec.26.n.31., & seq., Panimol.*

nimol. dec.36. n.9., *& seq.*, *Rota coram Merlin. dec.902. n.21.*, *& seq.*

Jam vero si quæratur, quo jure introducta sit immunitas, & libertas isthæc, tot sacris asserta Canonibus, & terrenarum Potestatum venerata Legibus: ambigi certè nequibit, eam utroque jure, Divino scilicet, humano, sive positivo institutam fuisse. Et quidem, quod jure positivo constabilita sit, patet ex tot Summ. Pontificum, Conciliorum, & Sacr. Canonum, quæ supra indicavimus, Decretis: verumtamen non ita ad positivum Jus referenda illa est,
10 quasi Pontificiis Constitutionibus, aut Conciliorum sanctione primùm inventa, atque excussa fuerit; Sed ut sub initium innuebam, libertate ac veluti dote à Christo Domino Ecclesia ejus Sponsa donata fuit, ut tamquam mater filiis præesset, ideoque eandem ante omnem humanam Constitutionem, veluti Divino dono acceptam, Leges humanæ susceperunt, quemadmodum declaravit Joan. VIII. *Canon. si Imperator 11. distinct.96.*, præclarè inquiens = *Non à Legibus publicis, non à Potestatibus Seculi, sed à Pontificibus, & Sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ Religionis Clericos, & Sacerdotes voluit ordinari, & discuti* = ubi *Gloss. in verb.* discuti animadvertens, quod = *antequam esset aliqua Constitutio, etiam Clerici non erant de Jurisdictione Seculari* = rectè indè sic infert = *unde omnes Constitutiones, quæ emanarunt, non sunt nisi Juris declaratio* = *Fagnan. in dicto Capitulo Non minus num.4.*, *& seqq.*, *Eminentiss. Petra tom.3. in Const. 5. Urban.IV. n.10. fol.317. & tom. 4. in Constit. 10. Martini V. num.1. fol.447.*

Porrò si de personali Immunitate res sit, *d. Bellarmin. d. cap.28. fol. 329. lit. D.* duo ex Sacris paginis illius petiit illustria testimonia: primum attulit *ex lib. numeror. cap.3.*, ex quo adnotat, *quod Deus non semel., sed sæpius repetit, Levitas propriè suos esse*, atque *eos sibi ex omni Populo delegisse* = Alterum desumpsit *ex Matth. Cap. 17.* ubi Christus Dominus dixit Petro, quod licèt liberi ipsi essent, nihilominus staterem in ore piscis inventum daret Tributi Exactoribus, ne eos scandalizarent, qui locus refertur etiam *apud Thomassin. part.3. lib.1. cap.18. num.7 in fine*. Omittam in præsens Summ. Pontificum, & Conciliorum Decreta, personalem hanc Cleri libertatem confirmantia: quippe ea veluti realem quoque Bonorum immunitatem, Divino pariter, & humano jure inductam esse testantia, jam de hac agere incipiens, suo ordine illa referam.

Satis profectò esset ad eam probandam dixisse, apud Hebreos Levitas fuisse liberos a Tributis, *ex capit.30. Exodi, & cap. 1. numeror.* sed longè præclarius est exemplum, quod habetur in *Gen. cap.47.*, ex quo rectè *Div. Ambros.* inferebat, Sacerdotum Bona subducenda esse Tributis, ait enim Epistolâ VII. relatâ à *Thomass. part.3. lib.1. cap. 18. num.8.* = *Joseph Tributum constituit, præter possessionem Sacerdotalem, quam à tributis immunem reservavit, ut apud Ægyptios quoque inviolabilis haberetur Religio Sacerdotalis.* Plenam pariter immunitate, libertateque *lib. 1. Esdræ cap.7. num. 24.* Artaxerses donavit Sacerdotes, & Ministros Domus Dei in Hierusalem, sic loquens = *Vobis quoque notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Nathinæis, & Ministris Domus Dei hujus, ut Vectigal, & Tributum, & Annonas, non habeatis potestatem imponendi super eos*, utrumque hunc Sacræ Paginæ locum affert *Bellarmin.cap.29.lit.B.fol.333.*, subdens, ex omnium pariter gentium consuetudine cognosci posse, Sacerdotes, tametsi gentiles, veluti nativâ potitos libertate, ab ejusmodi Tributorum præstatione præservatos fuisse immunes.

Jure igitur, meritòque *Innocen.III. in d. Cap. Non minus de Immunit.*, ex Concilio Lateranensi deplorabat, quod *deterioris conditionis factum sub. eis* (Christianis videlicet Principibus) *Sa- 11
cerdotium videatur, quàm sub Pharaone fuerit, qui Legis Divinæ notitiam non habebat, ille quidem omnibus aliis servituti subactis, Sacerdotes, & Possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & eis alimoniam de publico administravit*: Quem locum egregiè explicat *Fagnan.* ibi videndus *num.4.*, ad rem afferens optimam quoque Iustiniani legem, nempe *la 22. Cod. de Sacrosf. Eccl. tom. 4. in 2. par. 3. Decretal. fol.366.*, cujus Legis verba similiter expendens *Bellarmin.dict.cap.29.fol.333. lit.C.* ait, Justinianum ostendisse *exemptionem illam non fuisse arbitrariam, & liberam, sed debitam, & necessariam*, & notavit etiam *Eminentissimus Petra tom.2. ad Constit.1. Honorii III.sect.1.n.5. fol.370.*

Consonat his *Decretal. Bonif. VIII. in d. cap. Quamquam 4. de Censib. lib.6.*, ubi confirmans *Constit. Alex.IV.* relatam *in cap.1. de Immunit.* pariter *lib.6.* ita definivit: *Cum igitur Ecclesiæ, Ecclesiasticæque Personæ, ac res ipsarum, non solùm jure humano, quinimmo & Divino a secularium personarum exactionibus sint immunes*: ibique *Glos. in verb. Divino*: id etiam habetur ex Concilio Lateranensi *sub Leone X. celebrato sess.9.*, *& in Bulla* reformatoria, eodem S. approbante Concilio ab illo edita anno 1514. *Bull. nov.tom.1. in ord. la 7.§.39. fol.554.* eamdemque immunita- 12
tis originem agnoverat *Conc. Salisburgense celebratum an.1386.*, *& Coloniense an.1530. part.9. cap.20.*, ibi: *Immunitas Ecclesiastica vetustissima res est, jure pariter Divino, & humano introducta, quæ in duobus potissimùm sita est, primum, ut Clerici, eorumque possessiones à vectigalibus, & Tributis, aliisque muneribus laicis libera sint; deinde ne Rei criminis ad Ecclesiam confugientes indè extrahantur*, uterque horum Conciliorum locus indicatur *apud Gonzal. dict. cap. Non minus num.8.*

Quæ denique omnia an. 1563. confirmata fuerunt ab auctoritate *Sac. Trident. Synodi*, quæ *sess.25. de reform. cap.20.* immunitatem Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum Personarum juri Divino referendam indicavit, dum ait; se confidere, Principes seculares non *permissuros, ut Officiales, aut inferiores Magistratus, Ecclesiæ, & per-*

Personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione violent; sed una cum ipsis Principibus debitam sacris Sum. Pontificum, & Conciliorum Constitutionibus observantiam præstent, immediatè subjuncto Decreto, & confirmatione omnium, quæ de Ecclesiastica Immunitate sancita, ac constituta fuerant: *Decernit itaque, & præcipit, Sacros Canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apost. Sanctiones in favorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiasticæ & contra ejus violatores editas, quæ omnia præsenti etiam Decreto innovat, exactè ab omnibus observari debere*; pluribusque rem persequens, admonet Imperatores, Reges, Principesque omnes, ut ea *quæ Ecclesiastici Juris sunt, tamquam Dei præcipua, ejusque patrocinio tecta, nec ab illis &c. maximèque Ministris ipsorum Principum lædi patiantur, sed severè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque jurisdictionem impediunt, animadvertant*: Hæc autem hactenus allata Sacræ paginæ, Pontificiarum Constitutionum, Conciliarium Decreto-
13 rum, & Legum demùm Cæsarearum loca, quibus tum personalis, tum realis hæc immunitas, veluti Dei ordinatione instituta, & universarum gentium confirmata consensu, religiosè culta perpetuò fuit, præter alios superius allegatos, refert etiam *S. Rot. in celebri Alboanen. Gabellæ cor. Merlin. dec. 902.*, in qua cum aliis dicti Sacri Tribunalis resolutionibus proferuntur ferè omnes antiquiores Doctores, & Canonistæ, illamque sequuta deinceps semper est ipsa Sacra Rota, ceterique pariter Recentiores, qui longo quidem ordine, sed inutiliter congeri possent.

Neque verò ex eo, quod personalis, & realis, ac demum localis immunitas Divinâ ordinatione, veluti dos, à Christo Ecclesiæ, & Clero impartita fuerit, inferri poterit, nullo unquam idcircò casu hoc cœlestæ donum, nec etiam Sum. Pontificis auctoritate illis adimi posse, cum idem, quod attinet ea, quæ Lege divinâ constituta sunt, immutare, aut dispensare nequeat, juxta regulas in *Can. sunt quidam 6. caus. 23. q. 1.* aliisque pluribus Sac. Can. locis præscriptas, atque Theologorum, ac Canonistarum traditionibus, & unanimi consensu confirmatas, ut copiosè apud *Faguan. in Cap. cum pridem n. 76., & plurib. seqq. de pact. in 2. part. 1. Decretal. tom. 2. fol. 551., & in Cap: Cum esses num. 113., & plurib. seqq. de Testam. in 1. Decretal. tom. 4. fol. 340., & seqq.*

Objectio namque ista facilè submovebitur, si animadvertatur, Sum. Pontificem potestate in ipsum transmissa à Christo, cujus vices gerit in Terris, Divinas ordinationes interpretando, declarare posse casus, sub illa non comprehensos, ut scripsit Innoc. III. Episcopo, & Petro Scholastico Moguntiensi *in Cap. Quanto 3. de translat. Episcop.* inquiens = *Non enim homo, sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in Terris) Ecclesiarum necessitate, vel utilitate pensatâ, non humana, sed Divinâ potiùs auctoritate dissolvit*, *Fagnan. in Cap. Magans n. 88. de obligat. ad ratiocin. to. 2. in 2. part. 1. Decretal. fol. 356., in cap. cum non ab homine n. 66., & seq. in 2. Decretal. to. 3. fol. 13., in cap. ex parte n. 58., & seqq. de Cleric. non resident. in primam part. 3. Decretal. to. 4. fol. 53., Anchar. cons. 239., & cons. 373.*, ut enim benè idem *Fagnan in Cap. Cum pridem superiori §. allegata n. 80., & seq.*, probat ex Divo Thoma, potest
Apostolicus declarare, Divinas leges in aliquibus 14
casibus propter aliquas circumstantias, non obligare, cum scilicet ex earum observantia, aut aliquid sequitur iniquum, aut majus bonum impeditur; alias enim cum pro interpretatione ad Deum recursus non pateat, non dedisset ipse Vicario suo sufficientem potestatem ad Ecclesiam gubernandum; quod erroneum esset asserere: Atque ita his casibus concedunt Theologi Summo Pontifici jus declarandi, ut in specie *S. Thomas in 2. 2. &c.* ibi: *Non tollitur lex naturalis humana lege, sed declaratur.*

Dum igitur Clericos, & Ecclesias subjicit, vel subjici permittit temporalibus oneribus, di-
rectè non derogat, neque tollit Immunitatem 15
Divino dono illis concessam, sed interpretando Jus Divinum, ex justa causa declarat, quod in aliquibus casibus particularibus Lex Divina non obliget; ratio namque, quæ ipsi Legi virtualiter inesse dicitur, postulat, ut Christi Vicario concessa dicatur potestas, per viam interpretationis, & declarationis ejus, quod est juxtà mentem Divinæ legis, & justitiæ naturalis dictamen, excipiendi ab ea peculiares casus, veluti sub illius dispositione non venientes, ut ex communi Theologorum, & Canonistarum sententia, benè ad rem nostram ratiocinatur clar. mem. *Card. de Luca de regal. disc. 55. n. 8.*, animadvertens potiori jure, ut ipse loquitur, id locum sibi vindicare = *in illis Gabellis, & oneribus, quæ ob urgentes Sedis Apostolicæ necessitates imponuntur, quasi quod subsidium ex hujusmodi Gabellis resultans redundet in beneficium Reipublicæ Catholicæ, ac servitium universalis Ecclesiæ* = & latiùs id probat *in tract. de Judic. disc. 35. n. 26., in Miscel. disc. 47. n. 18. in supplem. par. 4.*, & alibi.

Et ne longè ab instituto discedam, licèt propter reverentiam, quæ Deo, & Divino cultui debetur, Ecclesiæ, Sacrisque locis localis immunitas concessa sit; nihilominus quia experientiâ compertum est, quod si Ecclesia sinu suo reciperet, tuereturque quoscumque Delinquentes, tametsi atrocissimorum delictorum
Reos: locali istâ immunitate, nedum Ecclesiæ 16
sanctitas pollueretur, sed nefarii homines proniores redderentur ad immania facinora perpetranda, quibus publica quies summopere perturbaretur, publicaque salus in discrimen vocaretur, idcircò nedum Sixtus IV., sed Sanctus etiam Pius V. plures exceperunt casus, in quibus sanctius esse declararunt, enormibus flagitiis obnoxios, è sinu Ecclesiæ ejicere, quàm illius localem immunitatem colere, quod deinde ampliavit Gregorius XIV. in famigerata sua

sua *Constit. la 7. Bullar. nov. com. 2. fol. 707.* Ut etiam licèt personalis Clericorum exemptio jure Divino instituta sit; attamen Summus Pontifex ex justa causa declarare non cunctatur, Clericos in aliquo casu tali privilegio effectos indignos, degradandos, & per secularem Potestatem comprimendos esse, *Fagnan. in dict. Cap. Magnus, & Cap. Cum non ab homine locis allegatis in §. Objectio namque ista.*

Satis est, omissis aliis, quorum plura proferuntur à *Cardinali de Luca d. disc. 35. de Judiciis*, hæc in re nostra attulisse exempla, quibus tamen unum dumtaxat addam, illud videlicet Decimarum, quæ ad substentationem Ministrorum Ecclesiæ *Divina Constitutione debentur*, ut
17 rescripsit Innocentius III. Episcopo Vercellensi *in Cap. tua 25., & quas Deus in signum universalis dominii sibi reddi præcepit*, idem *Innoc. in Cap. seq.*; simili pariter sententia loquutus in *Cap. Cum non sit 33. de Decim. Thomasin. de Veter., & Nov. Eccles. discipl. part. 3. lib. 1. cap. 3. n. 6 8., & 9. cap. 4. n. 2., & n. 5., & seqq., cap. 6. n. 1., & 4. cap. 7. n. 6., & cap. 9. n. 8. 11., & 13.*, de illis loquens *Gloss. in Cap. à nobis 24. verb. exemptus de Decim.* quærit = *Quomodo potest Papa concedere privilegium de non dandis Decimis contra præceptum Divinæ Legis, contra quam dispensare non potest, imo usque ad animam, & sanguinem debet defendere* sibique opponens *d. Canonem sunt quidam*, objectionem submovet duplici responsione, quarum secunda præsenti quæstioni magis congruens, hæc est = *vel dic quod contra jus naturale dispensare potest, remittendo Decimas alicui specialiter: non tamen Constitutionem posset facere, quæ omninò tolleret illud præceptum, quia jus naturale immutabile permanet 5. dist. in princ. Verum & simul, sed non in individuis, id est non potest omninò tolli, sed potest in quibusdam remitti, sicut illud jus naturale, quod homines ab initio sint liberi, in Authent. quib. mod. &c. immutatum est in quibusdam, sed non in omnibus, hoc enim fuit impossibile, quod omnes essent servi, propter naturam correlativorum.*

Tradita hic per Glossam sapientiùs explicantur a *Divo Thoma 2. 2. qu. 86. art. 4., & qu. 87. art. 1. in corpor. in fin.*, & ex eo probat *Fagnan. in cap.* in aliquibus *n. 8., & seq de Decim. in primam. par. 3. Decretal. fol. 400.*, & *seq.*, *Thomassin. d. cap. 9. n. 13.* plura excribens Angelici Doctoris loca, ac communiter consentiunt Doctores; omnibus namque notum est, positivis Legibus, & Regionum moribus, circa Decimarum solutionem, variam statui potuisse disciplinam, idem *Thomassin. num. 13. §. Idem* verò, ex Sancto pariter Doctore sic loquens = *Idem verò rursus Theologorum facilè Scholæ Princeps, illud cum primis memorandum adnotat, quamvis lex Decimarum à veteri Testamento, ad novum traducta sit cum cæteris moralibus præceptis, quod inerat tamen ceremoniale; nempe definitio decimæ partis, non unà traductum fuisse, sed ab Ecclesia ultro adoptatum, quæ relaxare idipsum potest, aut ex parte, aut omninò, ut in partibus Italiæ, & in Oriente, ubi nec solvitur, nec exigitur quidquam Decimarum, quamvis penes Ecclesiam sit eas exigendi Jus inconcussum, quod nec præscribi possit, nec alienari.*

Hæc igitur cum ita se habeant, & immunitas Ecclesiæ, ac Cleri, Divinà ordinatione constituta, sola Summi Pontificis potestate declarari, & remitti possit, consequens his est, quod seculi Principes, & Magistratus Tributa nulla, nullasque contributiones, aut collationes imperare valeant Clero, ejusque Bonis, ut sancitum fuit *d. cap. non minus*, aliisque Sacris Canonibus relatis in *§. Enim vero si tributa*; Ipsos enim *obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, Canon. 1. distinct. 96.*, Ideoque super Bonis Deo dicatis jus nullum sibi asserere possunt, ut, & lumen rationis ostendit, & Deus ipse in Scripturis sanctis non obscurè tradit, cum ait Levitici ultimo, *quidquid semel Deo fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino, præclarè Card. Bellarminus dict. lib. 1. cap. 29. fol. 334. lit. A.*

SECTIO II.

Summus Pontifex dum Tributa, & Contributiones imperat Clero, & Ecclesiis, id agit Pontificia potestate, qua pro suis indigentiis, & Populi suæ Ditionis calamitatibus levandis, subsidia ab illis exigere potest.

18 *Dici nequit, Papam, custodem Canonum, Ecclesiasticis suæ Ditionis temporalis Tributa imponere auctoritate laicali.*

19 *Ideo dicendum est, id agere auctoritate Pontificia.*

20 *Quidquid à Principe fit, jure factum censendum est.*

21 *Papæ est suprema potestas in omnium Ecclesiasticorum Bona, & omnes Ecclesiæ subsidium præstare debent Romanæ Ecclesiæ.*

22 *Ideo potest de Ecclesiarum Bonis disponere.*

23 *Papæ, qui communi utilitati invigilat, commune subsidium debetur.*

24 *Episcopi jure exigunt charitativum subsidium ab Ecclesiis sibi subjectis.*

25 *Annatarum, & dimidiarum annatarum institutio.*

26 *Referuntur ii, qui hanc annatarum exactionem à crimine vindicarunt, quidve circa hæc in Conciliis Constantiensi, & Basiliensi actum fuerit, exponitur.*

27 *De decimis quandoque Ecclesiis impositis in Papæ subsidium, ejusque Curiæ.*

28 *Itidem ad Bella paranda contra Turcas, & Hæreticos.*

29 *Bonifacius VIII. Clerum Gallicanum non prohibuit, quin Regi ad tuendum Regnum subsidia largiretur, sed tantùm sinè assensu Apostolicæ Sedis id fieri vetuit.*

30 *Idem Bonifacius, atque ante ipsum Martinus IV., & Nicolaus IV. Galliæ Regi Decimas concessit ad Regni tuitionem.*

31 *Referuntur aliæ Decimarum concessiones.*

32 *Papa cum Regibus Decimas jure concesserit, potiori jure subsidium ab Ecclesiis exigit.*

16 *Re-*

33 *Referuntur largitiones Imperatorum, & Principum erga Ecclesiam Romanam.*
34 *Epilogus hujus sectionis.*

FUsiùs fortè, quàm præsens Causa efflagitare videretur, actum est tum de personali, & reali Ecclesiæ, & Cleri immunitate, tum etiam de jure nedum positivo, sed Divina quoque ordinatione, qua illæ introducta est, tum denique de omnimoda Principum Secularium incapacitate, sive in Personas Ecclesiasticas, sive in eorum Bona exercendi potestatem ullam, quæ tota residet penes Summum Pontificem, ad quem, velut Christi Vicarium, pertinet administratio hujus Jurisdictionis, & tuitio libertatis, qua Ecclesia Divino munere locupletata fuit. Verumtamen hæc non obiter solummodo, sed paulò latiùs attigisse libuit, quia illorum commemoratio plurimùm confert pro confirmando quàm improbè Laicæ Potestates id moliantur, sub inani illo, & damnando colore, quod quidquid simulatè plerumque necessitatis prætextu hac in re ab ipsis agitur, id fiat exemplo Romani Pontificis, perinde ac si idem, veluti seculi Princeps, Ecclesiis, & Clero temporalia onera indiceret, eademque ministerio secularis Magistratus exigeret.

Commenta siquidem hæc nonnisi pro impunè violanda, imo pro irreligiosè avertenda funditus immunitate excogitata cuique apparebunt, qui ex veritate, & non ex falsis, pravèque confictis opinionibus, justè rem æstimet: nam, ut satis hactenus dictum est, & latiùs mox probaturus sum, ambigi certè nequit de plena Summi Pontificis potestate tum spirituali, tum etiam temporali: dum itaque quæritur, qua idem uti voluerit, ususque dicendus sit, profectò, si natura dispositionis, & disponentis intentio dignoscitur ex subjecta materia; ex fine ad quem ordinatur; & denique ex modo tum loquendi, tum executionis, argumento *Text. in l. si stipulatus sis 4. ff. de usur., Corn. cons. 139. nu. 5. lib. 1., Ber. cons. 106. n. 24. lib. 1.*; his perpensis, primo ipso oculorum conjectu, manifestum omnibus fiet, Papam, nonnisi Ecclesiastica, & Spirituali potestate, Ecclesiarum, & Cleri Bonis onera, & contributiones imperare: quemadmodum ex iisdem principiis, & rationibus argui, an idem aliquid mandaverit, sive statuerit potiùs tamquam Supremus Princeps suæ Ditionis, quàm uti universalis Ecclesiæ moderator, tradunt *cl. mem. Card. de Luca de Judic. disc. 35. n. 24. vers. alterum est jus, Roc. disp. jur. sel. cap. 160. n. 13., & seqq., Constan. in prælud. ad Stat. Urb. n. 178., Rot. in rec. dec. 682. num. 29., & num. fin. par. 4. tom. 3.*

Ecquis enim, ne mente quidem cogitare po-
18 terit, quod Summus Pontifex mera Secularis Principis auctoritate Eccclesiasticos vectigales facere velit, quando ipse, tamquam religiosissimus Divinarum Ordinationum, & Sacrorum Canonum custos, ac vindex jugiter invigilat, nè seculi Principes, quoquo colore Ecclesiasticam libertatem *Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam*, violare attentent? Et rursus ecquid sibi suadere valebit, quod, tamquam temporalis Domiuus, tributa, & præstationes exigere velit à Clericis, quando, ut alibi notatum est, ipse in Principatu, cujus supremus regulator est, dum talia onera Ecclesiasticis quoque speciatim imponit, id Ecclesiastica, & spirituali potestate facere potest, ut admonemur à *Cardin. de Luc. in relat. Rom. Cur. disc. 26. n. 8., & seq., & disc. 58. n. 7.*, ubi idcirco ait, quod ob mixturam Ecclesiasticæ potestatis cum temporali, *vel nunquam, vel nimium raro de his in Urbe, & in reliquo Statu Ecclesiastico disputari contigit, dum ex Pontificiis Decretis nulla dignoscitur differentia inter Ecclesiasticos, & Seculares in hujusmodi taxis, & contributionibus*. Idque etiam tradit *in annot. ad disc. 33. relat. Rom. Cur n. 9. supplem. par. 4.*

Quapropter, si Clerici Contributionum, aut Taxarum impositionibus, eo dumtaxat casu,
subjecti non censentur, quo nimirum appareat, 19
Summum Pontificem uti noluisse spirituali gladio, & utriusque potestatis mixtura, indè arguendo defectum voluntatis, *Card. de Luc. de regal. disc. 95. ex n. 4.* usque ad fin., *& disc. seq.*, ambigi profectò nequibit, quod dum Clericos, & Ecclesiasticos apertis, conceptisque verbis nominatos in talium onerum impositione comprehendere voluit; si sola Papali potestate id potuit; usus proculdubio dici debeat potestate illa, qua poterat, non autem alia, qua non solum non potuisset, sed apertè à Divinis Ordinationibus, ac Ecclesiæ Legibus discessisset; ita suadente juris regula, naturalis rationis dictamini conformi, quod videlicet, quum aliquid agimus, quod a nostra sola voluntate dependet,
factum censeatur eo jure, & titulo, quo melius 20
id facere possumus, ad *Text. in l. similes 3., & bene in ejus sum. ff. de Testam. milit., Molin. de Primog. lib. 2. cap 2. n. 15., Reynos. observ. 8. n. 12., Thabor. axiomat. Jur. lib. 1. cap. 25. axiomat. ultim., Rot. in Ferrarien. Successionis 10. Jan. 1727. §. Fortissimum. vero circa fin cor. R.mo Aldrovando Dec.* & bene idem *Card. de Luc. loc. allegat. superiori §. Et de regal. disc. 56.* animadvertens, in similibus casibus quæstionem nullam esse posse, nisi cum aliquibus Ecclesiasticis, qui non solius generalis exemptionis virtutè; sed vel libertatis præscriptione, vel speciali aliquo privilegio sese ab hujusmodi oneribus exemptos esse contendant.

Quamquam verò, planè ex his statui posse videatur, Summum Pontificem nonnisi Ecclesiastica illa potestate, qua universæ Ecclesiæ præsidet, Clericorum Bona oneribus, sive ordinariis, sive extraordinariis in sua Ditione subjicere, nihilominus tamen propius ad rem accedendo: magis magisque id elucescet, si duo firmissima constabiliantur fundamenta. Pri-
mum est, suprema, & generalis potestas illi de- 21
lata in omnium Ecclesiarum Bona. Alterum huic cohærens est, quod Romanæ Ecclesiæ, justa urgente causa, subsidium, & subventio præstanda est à ceteris Ecclesiis; illam quippè excusat neces-

neceſſitas, quia non poteſt de ſe omnibus providere, *Fagnan. in ſæpius citando cap. Præterea n.46.tit. ne Prælati vices ſuas ta.5.in p.par.5.Decretal.fol.*192. His jactis fundamentis, evidens,
22 & apertum redderetur, quàm juſtè in Ditione Eccleſiaſtica onera Clero imponantur, ſpectando præſertim, tum cauſas, & circumſtantias, in quibus illa injungi conſueverunt, tum etiam modum, quo diſtribuuntur, atque exiguntur, ſervatà nimirum formà a Sacris Canonibus præſcripta: de quibus omnibus diſtrictè, ſuoque ordine agam.

Primam autem intuendo, ſupremam videlicet Summi Pontificis poteſtatem, ſi vera eſt aſſertio eorum, qui cenſent, quod ille plenariam diſpoſitionem, & dominium habeat rerum Eccleſiæ, utpote quæ in Patrimonio Chriſti ſunt, ſicuti, tamquam falſa, exploſâ contrarià ſententià, definivit Joannes XXII. *in extravag. cum inter 4. de verb. ſignific., ubi* egregie *Gloſſa Zenzelini comprobat* optimis rationibus hauſtis e Sacrorum Canonum fontibus, *Card. in Clem. prima de ſumm. Trinitat., & Fid. Cathol., Barbatia ibidem n. 4., & 6., Bald. conſ. 175. n. 2. verſ. Dominus Papa lib.2., Spad. conſ.105. n.13. l.1. latè Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.1. tit.3. ex n.83., Marga de Beneſic. qu.2. §.2. n.264., & quæſt.9. ſect.2. n.217., Lotter de re beneſi. lib.2. quæſt.22. ex n.4., Sperel. dec. 154. n. 41.* inquiens, Papam habere plenariam Bonorum Eccleſiæ diſpoſitionem jure monarchico, quod apud eum reſidet in univerſum Eccleſiæ Corpus, & ſingula ejus membra, alioſque in id allegat, tum antiquiores, tum recentiores, *Rota apud Tamburin. de Jur. Abbat. dec.20. n. 11., & duob. ſeqq., Eminentiſ. Petra in ſuis Comment. ad Conſt. Apoſt. to.1. ad Conſtit. 1. Leonis Magni ſect. 3. n. 67., & ſeq. fol.89.*

Vel ſaltem, ſi in dubium revocari nequit, quin reſpectu rerum, & Bonorum Eccleſiæ, certè teneat apicem ſupremæ poteſtatis diſpenſativæ, ut ex *Angelico Doctore, & Card. Cajetano* docuit *Fagnan. in Cap. quanto n.82., & ſeqq. de translat Epiſcop. in 2. part. 1. Decretal. tom.2. fol.137., Thomas del Bene de Immunit. Eccleſ. to.1. cap.1. dubitat. prima ſect. 3. nu.4., & dubit. 14. ſect.1. num. 16., ſeq.,* & quidem quoties juſta cauſa, cum abſoluta diſpoſitione, ac dominicali adminiſtratione, per *Tex. in cap.2. in princip. de Præb., & Dignit. lib.6., & in Clem.1. in fin. tit. ut lit. pend.,* idem *Fagnan. in Cap. relatum n.29. & plurib. ſeqq. tit. ne Cler., vel Mon. to.4. in 2. part.3. Decr. fol.412.,* & tradunt alii ferè omnes ſuperius allegati, quibus adduntur *Roman. conſ.396. n.27., Novar. in manual. cap.23. n.108. verſ. octavo infertur, Barboſ. dec. 96. num. 48. cum 4. ſeqq., Rota cor. Merl. dec. 775. num.21., & ſeqq.*

Conſequens profectò his erit, quod Papa, ſivè ob dominium, quod habet Bonorum omnium Eccleſiarum, ſive ob plenariam eorum adminiſtrationem, ipſi competentem, ex juſta cauſa de illis diſponere, oneribuſque, & contributionibus gravare queat, poteſtate eidem, tamquam Supremo Eccleſiæ moderatori, privativè præſervata ex mente, & ſententia Romanæ Synodi convocatæ ſub Symmacho Papa, ac relatæ in *Can.1. diſtinct.96., cap. non minus 4., & cap. adversùs 7. de Immunit., cap. Eccleſia S.Mariæ 10. de Conſtit.* aliorumque Sacrorum Canonum locis. Quinimo (ut latius deindè dicetur) ſi publica urgente cauſa, publicæque inco- 23
lumitatis ratione ita efflagitante, Sancta Sedes Principibus, & Univerſitatibus ſecularibus indulgere conſuevit, ut a Clero auxilium, ac ſubventiones implorare queant, quando calamitates, quibus premuntur, adeò graves ſunt, ut illis levandis non ſufficiant Laicorum facultates, ut expreſsè diſponitur in *dict. cap. non minus, & cap. adversùs*: potiori certè jure, quum ratio temporum, & aliqua juſta, publicaque cauſa id exigit, Summus Pontifex, tum pro ſua, ſuæque Curiæ ſubſtentatione, tum etiam pro Populi ſibi ſubjecti neceſſitatibus levandis, ſi Laicis vires non ſuppetant, honeſtis, æquiſque contributionibus ſubjicere poterit Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum Bona, ut neceſſaria ad hæc ſubſidia comparentur: quod eſt alterum ſuperiùs poſitum fundamentum.

Ut autem per ſuas ſpecies rem exequar, naturalis ipſa ratio dictat, & præcipit, ut Summo Pontifici ejuſcemodi congrua, ac neceſſaria ſubſidia debeantur, nam ſicuti loquitur *D. Tom.2. 2. quæſt.87. art.1. in corpor. = his, qui communi utilitati invigilant, ſcilicet Principibus, & militibus, & aliis hujuſmodi ſtipendia victus debeantur a Populo. Unde, & Apoſtolus hoc probat prima ad Corinth.9. per humanas conſuetudines, dicens, quis militat ſuis ſtipendiis unquam, aut quis plantat Vineam, & de Fructibus ejus non edit?* Quem Angelici Doctoris locum ad rem allegat *Monet. de Decim. cap.9. n.3.,* ita etiam ex ejuſdem naturalis rationis, imo Iuris Divini dictamine, Pontifici Maximo, non alicujus particularis, ſed univerſalis Eccleſiæ Capiti, cui fidelium omnium cura credita eſt, ex inferiorum Eccleſiarum, & Beneficiorum fructibus ſubſidium debetur, ut ex eodem Apoſtolo arguit *Fagn. in d. cap. Præterea n.23., & ſeqq., & n.36., & ſeqq.,* ubi id confirmat illo ſimili argumento, videlicet, quod ſi 24
naturali ratione omnes totius Diœceſis Eccleſiæ tenentur ſolvere Epiſcopo indigenti charitativum ſubſidium, adeout contra illud præſcriptio non valeat, cur Epiſcopo univerſalis Eccleſiæ non licebit ſimilia ſubſidia imperare? Alia ad hæc affert exempla *num. 47., & ſeqq.,* & comprobat *num.59., & ſeqq.* referens, Petrum de Monte Epiſcopum Brixienſem Eugenii IV. Legatum, eàdem Apoſtoli ſententià alloquutum fuiſſe Henricum VI. Angliæ Regem.

Miſſis aliis, qui copiosè proferri poſſent, ſatis erit animadvertiſſe, naturalis hujus rationis dictamen, agnitum etiam, probatumque fuiſſe *à Joanne Gerſonia,* ex quo *Fagnan. in dicto cap. Præterea n.98.* latiùs ejus verbis rem proſequens, ait, quod ille = *in eadem tractatu de Simonia in reſponſione ad primam objectionem dicit, officio Papæ deberi ſufficiens Beneficium, & condecens,*

decens, illudque ſubſidium poſſe, vel potuiſſe, debitis circumſtantiis obſervatis, accipi ſuper fructibus inferiorum Beneficiorum, ubi non eſt aliter facta Papæ ſufficiens proviſio tàm ex jure Divino, quàm naturali, præſuppoſito Divino, hunc *Gerſonis* locum refert etiam *Thomaſin. de veter.*, *& nov. Eccleſ. diſciplin. tom. 3. lib. 2. cap. 58. num.* 8.

Jure idcircò, meritòque ad hanc generalem,
25 & naturalem rationem congrua ſubſidia comparandi univerſalis Eccleſiæ Capiti, & Paſtori, qui pro totius Gregis ſalute advigilat, refertur jus exigendi annatas ex fructibus primi anni Beneficiorum, Chriſtiano Orbe vacantium, quæ Romano Pontifici debentur pro dimidia, ex dd. fructibus deducenda, tamquam onus reale, & tributum in recognitionem ejus dominii in univerſalem Eccleſiam, benè *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 89. ſic loquens = *illud præmoſcendum venit, quod ex antiquiſſimo, ac immemorabili Eccleſiæ Catholicæ, Sedíſque Apoſtolicæ uſu introducta fuit in Beneficiis Eccleſiaſticis actio communium ſervitiorum, ac annatarum in recognitionem univerſalis dominii, quod Pontifex, & Eccleſia Romana habet omnium Eccleſiarum & Monaſteriorum ac Beneficiorum, ideoque etiam ante tempora Conciliorum Viennenſis, & Conſtantienſis hic annatarum uſus habetur* = Quippè, ut legitur in *Conſtitutione 3. Innoc. XIII. Bul. no. to. p. fol.* 447., Romani Pontifices in magnum totius Chriſtianæ Reipublicæ ſubſidium opus habuere annatarum reſervationem, & exactionem ordinare pro oneribus, quæ ipſos ſubire oportet in regimine univerſalis Eccleſiæ, & ſubſtentatione S. R. E. Cardinalium, & Miniſtrorum, ſibi inſervientium, atque adjutorium præſtantium, benè *Fagn. in cap. cum pridem. n.* 140. *de pact. in* 2. *par.* 1. *decretal. tom.* 2. *fol.* 559. Et ſanè ſi Epiſcopi, ſi Prælati omnes tàm ſeculares, quàm regulares, fructus primi anni Beneficiorum, in ſua Ditione vacantium, tum jure ſuo, tum ob impenſam operam, tum ad neceſſarias expenſas uſurpare diu præſumpſerunt, ut ex *Thomaſin. d. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 58. *n.* 1., quonam colore, aut qua juſta ratione id denegari poterit Summo Pontifici, qui pro communi Eccleſiæ univerſalis utilitate aſſiduas curas, & ſolicitudines ſubſtinet.

Cenſuit verò idem *Fagnanus in d. cap. Præterea ex num.* 6. *uſque ad fin.*, ex profeſſo, ſummaque cum doctrina annatarum tractationem aſſumens, quod illarum exactio, licèt fulciatur, & totius Eccleſiæ conſuetudine, cujus initii memoria non extat, & conſtabilita ſit Lege poſitiva, plurimis nempe Conſtitutionibus editis à
26 Summis Pontificibus, doctrina præclaris, & Sanctitate venerandis, relatis tum ab ipſo *in d. cap. Præterea n.* 43., tum ab *Emo Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſt. to.* 5. *ad Conſtit.* 6. *Pauli II. n.* 8. *fol.* 478., cui Legi obſequuta jam fuerant Concilia etiam generalia; cenſuit, inquam, earumdem nihilominus originem, non tàm ex Lege dumtaxat poſitiva Eccleſiæ, quàm, ut ex *Gerſonio* ſupra innuebatur, ex naturalis, ſeu verius Divini juris dictamine derivandum. At huic origini ſubtiliùs inveſtigandæ fruſtra immorarer, quia ſive à jure naturali, & Divino illa deducatur, ſive profecta dicatur à Lege poſitiva, qua annatis forma, & nomen inditum eſt, omnes tamen ex Lege apud Catholicos inviolabili, quia ſancita cum pœna interdictionis ſacrorum, eaſdem Summo Pontifici deberi conſentiunt, *Lotter de Re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *ex n.* 19., *cl. me Card. de Luc. de Benefic. d. diſc.* 89. *n.* 2, *n.* 8., *&* 10., *Scortia ad Conſtit. Apoſt. Epit.* 44. *theorem.* 120., *D. Advoc. Pitoni diſcep. Eccleſ. to.* 1. *diſcept.* 18. *n.* 3., *n.* 6., *& ſeq. num.* 12., *& num.* 22., *Emus Petra ad d. Conſtit.* 6. *Pauli II. ex num.* 6., quibus denique omnibus ſummâ eruditione more ſuo lucem addidit *Thomaſin. de veter*, *& nov. Eccleſ. diſciplin. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 58., *& cap. ſeqq.*

Haud verò crediderim improperandum mihi fore, quod peccans contra rectam argumentandi rationem, pro conſtabiliendo jure, quo Summus Pontifex ſubſidia, & contributiones exigere poteſt ex fructibus inferiorum Beneficiorum, afferam argumenta petita, ex petitione annatarum, jamdudum acriter impugnata; hac quippe notâ me eximeret *cl. me. Card. de Luc. d. diſc.* 89. *n.* 2. *verſ. hinc proindè* inquiens, quod = *apud Catholicos in gremio S. R. E. viventes, quærendum non eſt quid Exteri, vel ex ignorantia, cum privata auctoritate deſuper ſcripſerint, dum habemus adeo expreſſam, ac literalem Apoſtolicam determinationem, quod hæc ſervitiorum, ac annatarum introductio introducta fuerit in recognitionem Dominii univerſalis Eccleſiæ Romanæ* = Imo verò magis juſta ratione redarguerer, ſi id, quod actum jam eſt, iterum agere aggrederer: ea enim, quæ temerè Heterodoxi, & irreligiosè nonnulli effutierunt contra annatas, ſummâ doctrinâ confutata fuerunt à præclariſſimis Scriptoribus, à *Fagnano* videlicèt, *& à Thomaſino d. cap.* 58., *& cap ſeq.*, *a Natali Alexandro in ſua diſſertatione* 6. *ad Sæculum XIII.*, cui titulus eſt contra Lannoyanas circa Simoniam obſervationes animadverſio, aliiſque apud Eminentiſſimum *Petra* ad *dictam Conſtitutionem* 6. *Pauli II. n.* 7.

Verumtamen abſre non fore reor meminiſſe, in Concilio Conſtantienſi, denique magis audaciter in Baſilienſi, Conciliabuli nomine appellato, atque damnato in Concilio generali Lateranenſe ſub Leone X., magna cum exterarum Nationum contentione actum quidem fuiſſe de annatis, ſed in eis illas exploſas non reperiri, ut loquens de Decreto Concilii Baſil.enſis, cujus acta, veluti irrita, caſſata fuerunt, probat *Fagnanus in dict. Cap. Præterea num.* 60., *& ſeqq.*, & per evidentiam rei in dd. Conciliis geſtæ demonſtrat *Thomaſin. d. cap.* 58., *&* 59., in quibus examinatis utriuſque actis enarrat, quod licèt annatarum, & S. Sedis Obtrectatores expoſtularent de ratione illas exigendi; nihilominus agnoſcentes, naturali, & Divino jure niti eam Legem, qua à Summo Pontifice percipiebatur ejuſcemodi ſubventio pro ipſius, Sacri Col-

Collegii Cardinalium, & in Ecclesiæ servitio ministrantium conveniente substentatione illam omnino debitam confitebantur, idcirco, vel annatis, vel alia salubriori ratione subsidium hoc Romanæ Ecclesiæ comparandum fore. Duo autem ad id probandam *d. Cap. 58. num. 8.*, *& seqq.* afferuntur magna Concilii Constantiensis nomina.

Primus est *Cardinalis de Alliaco* Episcopus Cameracensis *in tract. de auctorit. Eccles.*, annatarum solutiones probans exemplo Levitarum
27 veteris Testamenti, qui cum Decimas a Laicis acciperent, ipsi vicissim Decimarum harum Decimas exsolvebant, Aaronico Summo Pontifici, inde inferendo, simillimo quodam munere a Prælatis inferioribus colendum esse Romanum Pontificem, idque convenienter per annatas pertici; Ideoque eos, qui secus sentiant, aut garriant, Statutis, & Edictis Regum Galliæ, Ecclesiæ Gallicanæ, & Universitatis Parisiensis adversari; en ejus verba = *postremo facientes contra præmissa non conformant se, sed manifestè obviant Institutionibus Regis Franciæ, Ecclesiæ Gallicanæ, & Universitatis Parisiensis, sicut patet eas intuentibus* = Hæc *Alliacensis* verba refert etiam Rever. Episcopus *Petitdidier* Abbas S. Petri Senoniensis in sua dissertatione Historica, & Theologica de Concilio Constantiensi *cap. 2.* sub initium.

Alter est *Joannes Gerson. in tract. de Simon.* Is enim, ut benè admonet *Thomassin. d. cap. 58. n. 8. nemini non exploratum est, quam abhorreret ab adulatione, ubi Romanæ Curiæ res agebatur. Et fatetur ille tamen in hoc opusculo* = videlicet de Simonia annatas deberi. Quia tamen illi falsò suggestum fuerat, labem, vitiumque irrepsisse in ratione exigendi jura, alioquin legitima vitia hæc abstergenda esse Jure obtestatur, incolumi, & illibato manente Canonico = *Status Summi Pontificis* (ajebat Gersonius) *& Sacri Collegii Cardinalium, dum recipit, & quærit subventiones consuetas in oblationibus, Decimis, vel annatis, & similibus non debet eo ipso de Simoniaca pravitate notari, nisi fortè vitium aliud in exactionis modo concurrerit, quod vitium corrigi debet, non obinde status minui, destrui, culpari, vel juribus aliunde defraudari, sicuti ab infirmo morbus tollendus est, non subjectum, vel corpus destruendum. Oppositum verò pertinaciter imponere, notando generaliter de Simoniaca pravitate totum statum istum, temerarius error est, nec esset ferendus* = hactenus *Gersonius* optimè vindicatus a *Faguan. in d. cap. Præterea num. 98.* locum hunc referente.

Nec denique omittendum, quod *Petrus de Marca in concordia Sacerdotii, & Imperii lib. 6. cap. 12. n. 4.* pariter excribens mox relata *Gersonis* verba; non solùm, vel invitus fateri cogitur, eas licitè percipi, tamquam subsidium jure debitum Romano Pontifici; verùm præterea *n. 6.* agnoscit, improbari amplius non posse modum, qui earumdem exactionem Gersonio suspectam reddebat. Plurimum autem pro asserenda annatarum justitia valere, reor testimonium quoque Scriptoris, quem neminem latet, Jura Sanctæ Sedis sus deque vertere ubique conari.

Quoniam, verò annatarum subsidium, tametsi perpetuum nihilominus repentinis supervenientibus infortuniis, nec Summi Pontificis, ejusque Curiæ substentationi, multo verò minus aliis publicis calamitatibus sublevandis sufficiens esse poterat: hisce idcirco novis depellendis malis nova presto esse oportebat subsidia, quæ si aliunde non possent, compararentur subjiciendo Ecclesiarum Bona extraordinariis oneribus. Omitto de his per suas species differere; quippè plures sunt, sed sat is erit mentionem egisse Decimarum Papalium, quas Summus Pontifex imponere consuevit solvendas de reditibus Beneficiorum, ut succurreretur urgentibus necessitatibus, quibus Sanctam Sedem premi quandoque contigit, quemadmodum disponitur *in Extravag. unic. Bonifacii VIII. inter communes de Decim.*, *Gloss. & Doctores in Clem final. eodem tit.*, *Abb. in cap. novum genus n. 9. tit. pariter de Decim.*, easque universo Clero imponi solitas compertum sit ex triennalibus Decimis Angliæ, Scotiæ, & Hyberniæ Ecclesiis indictis, quarum meminere *Raynald. tom. 14. ad annum 1302. num. 17.*, *& Thomassin. de veter.*, *& nov. Ecclesiæ disciplin. part. 3. lib. 1. cap. 43. num. 8. in fin.*, *& num. 11. pariter in fin.*, tradens, ex gravibus causis S. Sedem per universum Orbem illas exegisse.

Has verò Decimas, Papam non solùm sibi, sed aliis etiam publica cogente necessitate præstandas reservasse, testatur *Gloss. in d. Clem.*, 28
& in Extravag. Excepti, Joannis XXII. verb. Decimæ de elect. Non loquar hic de Decimis addictis Sacræ militiæ expeditionibus, videlicet in Palestinam, & Hierosolymas, quæ dictæ primùm fuerunt *Saladinæ*, ut apud *Thomassin. d. cap. 43. n. 1.*, *& Van. Espen. tom. 2. part. 2. tit. 35. c. 3. num. 12. fol. 1171.*: vel de iis, quæ tuendo Imperio Constantinopolitano, & pro Græca Ecclesia Latinæ rursus copulanda, aut pro Hispaniis à Maurorum jugo vindicandis, nec de illis, quæ indictæ fuerunt contra Fridericum II., non Pontificum modò, & Apostolicæ Sedis, sed Catholicæ Religionis hostem infensissimum; non enim de Decimis, quæ in Albigenses, Comitesque Tholosanos, aliosque passim hæreticos constitutæ fuerunt; nec denique de iis, quæ pro coercenda immani Turcarum tyrannide, aliisque his similibus de causis à Summis Pontificibus universo Clero imponi consueverunt, de illis enim *Thomassin. d. cap. 43.*, *& cap. seqq.*, ubi de hujuscemodi Decimarum institutione, progressu, earumque vicissitudinibus, eruditè agit, & *Van. Espen. d. cap. 3. num. 12.*, *& seqq.*

Non, inquam, de his ad Bella sacra destinatis Decimis, sed loquor de illis, quibus Summi Pontifices, commiserantes Regna Bello, aliisque infortuniis oppressa, cum extremis, quibus onerabantur malis sublevandis, Laicorum non suppeterent facultates, mandarunt, per Ecclesiasticos conferri Regibus subsidia Decimarum, quæ

ad

ad suorum Regnorum, & Ecclesiarum simul tutelam ex universo Clero colligebantur. At quoniam, ut inquit *Gloss. in d. Clem. verb. Civis, in Regno Franciæ sæpe practicatur iste casus*. Primò referam, quàm frequenter Summi Pontifices Franciæ Regibus; deinde verò aliis quoque Decimas his de causis ex Clero colligere permiserint. Narrat *Thomassin. d. cap. 43. n. 2., & seqq.*, Philippum Augustum gravibus exactionibus vexasse Clerum, nedum pro S. Terræ Hierosolymitanæ à Paganis liberatione, sed pro strenua Regni defensione adversus Othonem Imperatorem Bovinensi prælio, & Joannem Angliæ Regem hisce auxiliis devictos.

Apud eundem *num. 8. §. Sed illud hic in fin., & §§. seqq.*, legitur, Clerum Gallicanum, impe-
29 tratâ Bonifacii VIII. licentiâ, spontanea Decimarum largitione adversùs Anglos congrua subsidia Regi subministrasse. Quinimò acerbissimæ contentiones cum Philippo Pulchro excitatæ d. Pontificem remoratæ non fuerunt, quin æquum esse declararet, quod Clerus Regi, pro suarum virium modo opportunè adesset, quoties necessitas aliqua urgeret; sed Apostolica longanimitate Regem admonens ajebat, nihil à se prohibitum fuisse, quod jamdudum non damnassent Sacri Canones Conciliorum, & Decreta Sedis Apostolicæ: non enim à se vetitum, ne Clerus Regno in discrimen, & in angustias adacto auxilium, opemque præstaret, sed nè id fine assensu Sedis Apostolicæ fieret = *quis sanæ mentis judicaret* (sunt verba Bonifacii) *quis sanæ mentis judicaret, licitum, & honestum esse sub anathemate prohibere, nè Clerici ex devotione Principum incrassati, pro modulo suo Principibus assistant contra ingruentes injustarum persecutionum adversitates, quocumque colore excogitato, doni, vel mutui, vel subventionis pro se ipsis, pro Rege, pro Regno pugnantibus, & resistentibus inimicis vi armorum alimenta præbendo, vel stipendia persolvendo* = ut apud eundem *Thomassin. d. cap. 43. num. 9. in fin.*, *Van. Espen. d. cap. 3. num. 34. & seqq.*, latius referentem tum hujus, tum alterius Bullæ tenorem, quibus Bonifacius declaravit, à mente sua alienam prorsùs esse interpretationem illam ejus Decretalis, quæ tantam offensionem attulerat Philippo Regi.

Raynaldus quoque *Annal. tom. 14. ad ann. 1297. numer. 43. & seq.* narrat, quod idem Summus
30 Pontifex Galliæ Præsulibus permisit, ut Regi, ob defectionem Comitis Flandriæ laboranti, congruam impertirentur subventionem, verumtamen = *voluntariam, liberalem, ac liberam, non coactam absque omni conclusione exactione, ac executione temporali, vel laicali exigendam hac vice præsenti nostra freti licentia impartiri, eamque similiter Regi liceat recipere memorato* = subditque *num. 45.*, quod = *aliis etiam literis egregium Præsulum in juvando Regem studium commendavit, eorumque Sancita de attribuendo Regi Decimas confirmavit* = prætereaque = *permisit etiam, ut ob sumptuum magnitudinem, quæ in Bello tolerato mediam eorum partem, quæ vel indistinctè, vel pro Terra Sancta legata erant, accipe-*

ret =. Addit his *Thomassin. d. cap. 43. numer. 7. §. Anno 1283., Martinum IV., & num. 8. Nicolaum IV.* Decimas Philippo Regi Franciæ concessisse pro invadendo Regno Aragoniæ, ex eoque deturbando Petro, qui Siciliæ Regnum S. Sedi ligium occupaverat, ubi illud occurrit peculiari nota dignum, quod = *Rodulphi Imperatoris querelis lacessitus est Pontifex, quòd ad Aragoniæ, Cathaloniæ, & Valentiæ Regnum perdomandum, Gallo Regi Decimas concessisset ex Ecclesiis Germaniæ corradendas* = sunt verba *Thomassini*, qui *num. 9. & seq.* rem prosequens, nedum narrat, pluries ob similem causam tuendi Regnum illarum exactionem Franciæ Regibus indultam fuisse; verùm in eas procliviores fuisse Gallicanos Præsules, quia tuendis, muniendisque Regno, & Regni Ecclesiis addicebantur, & notat etiam *Van. Espen. d. cap. 3. numer. 28. & 30. fol. 1172.*

Sed ut alibi dicebam, non Franciæ Regibus dumtaxat pro sui Regni defensione; at etiam aliis hæc Decimarum subsidia S. Sedes elargita fuit: ob immensos namque sumptus in Siculo Bello factos, idem Bonifacius omnium Ecclesiasticorum proventuum Decimas, tum in Italia, tum in Ditione, cui Carolus Siciliæ Rex in Gallia dominabatur, triennio colligendas, imposuit, ut eidem subventio compararetur, ejusque ob exhaustum Ærarium inopia levaretur, *Raynald. annal. tom. 14. ad ann. 1295. numer. 24.*, ut etiam Jacobo Regi Aragoniæ, & Comiti Artesio pro conficiendo Siculo Bello Decimæ à d. Pontifice attributæ fuerunt, *Thomassin. d. cap. 43. num. 8. in fin.*, idem *Raynald. ad ann. 1297. num. 1.* narraus præterea *num. 29.*, Pisanos, Ligustici Belli diuturnis adversitatibus attritos, Cleri adjumento recreatos fuisse. Cur autem Summus Pontifex auxilia hæc non indulsisset Regibus, summis Regni calamitatibus afflictis, quando Vvenceslao Bohemiæ Regi permissum reperitur, ut subsidiariam pecuniam pro celebranda Regiæ Coronationis pompa à Clero cogeret, *Raynald. ad ann. 1297. num. 51.*

Denique rem absolvam admonendo, ex pluribus, quæ afferri potuissent, me veluti præcipua selegisse nonnulla, ex solo ferè Bonifacio loca, quia licèt ille in ea famigerata Decretali *Clericis Laicos semper infestos*, tantarum offensionum causâ cum Philippo Pulchro, Apostolico zelo, & Summo Pontifice dignâ constantiâ, Cleri libertatem à laicorum Principum oppressione vindicare constituisset: nihilominùs tamen ea pietate, & æquitate, cujus cultrix est Ecclesia, necessitati veniam à S. Sede dandam semper esse professus fuit. Atque etiam ad memoriam revocando, tum illud, quod Sacrorum Canonum, & Summorum Pontificum Decretis edocemur, quidem ejuscemodi Decimas, & quæcumque alia subsidia à Clero non coactè, sed veluti pià, & spontaneâ liberalitate elargita accipienda esse: at nihilominùs iidem Summi Pontifices reluctantem Clerum sepiùs monitione, quandoque minis, & demùm censuris etiam ad illa præstanda coegerunt, *Thomassin. d. cap. 43.*

cap.43. num.8. §. Ex his, *Van. Espen. d. cap. 3. num.33.*: tum illud aliud, quod tertia pars Decimarum, quæ auctoritate Summi Pontificis Bello sacro destinatæ erant, in Ærarium Pontificium pro S. Sedis adjumento inferebantur, ut eodem *cap.43. n.12. §. Anno 1489.*, *& cap.44. num.3. versus finem*, *& num.4. §.1. in fin.* Neque verò à quopiam improbari id poterit, quando medietatem Decimarum, quæ imperabantur ob Bella sacra, aliasque similes causas; alicubi ad Regium Fiscum pertinuisse contendebatur, licèt non alio, quàm diutinæ occupationis titulo illas Fiscus sibi vindicaret, ut apud Historiæ Neapolitanæ damnatum Scriptorem *tom. 4. lib. 33. cap.7.*

Jam verò si copiosiùs, quàm hodierna rei tractatio efflagitet, probatum est, quod Summi Pontifices, non solùm pro temporali Regno, & Principatu defendendo, publicisque malis ab
32 illo avertendis, verùm etiam pro reficiendis viribus collapsis ob præteritas adversitates, Principibus indulgere consueverunt, quod Decimas, aliasque contributiones è suæ, imo quandoque ex aliarum etiam Ditionum Clero exigere possent: indè certè sequitur, quod ipsi, quibus naturali Jure subsidium, atque subventio præstanda est ex fructibus Beneficiorum omnium, & Ecclesiarum inferiorum, ideoque plenâ potiuntur potestate, ex justa aliqua causa universim oneribus subjiciendo Clerum, & Ecclesias, indè, inquam, sequitur, quod potiori jure publicæ necessitatis, vel utilitatis causâ id exposcente; Clero, Ecclesiisque, intra suam Ditionem Bona possidentibus, indicere valeant Contributiones illas, pro quibus justum, ac rationabile alioquin esset ubique Ecclesias omnes & Clerum gravari, benè *clar. mem. Card. de Luc. in conflict. leg.*, *& ration. observ. 241. in fin. in supplem. part.3.* dicens quod = *potiùs rationis, & æquitatis fomentum id habeat cum ejusdem Pontificis præjudiciali restrictione, ut id, quod ab omnibus exigere potest, contentus sit ab illis tantùm exigere, qui in ejus temporali Ditione vivunt* = Certò autem certiùs, si intueamur supremam utriusque gladii, spiritualis nempè, & temporalis Jurisdictionis potestatem, quam in illa habet Summus Pontifex, qui ut rescripsit *Innoc. III. in cap. per Venerabilem 13. qui fil. sint legitim.* = *in Patrimonio Beati Petri &c.*, *& Summi Pontificis auctoritatem exercet*, *& Summi Principis exequitur potestatem* = atque etiam si animadvertamus; quod tota, qua latè patet d. Ditio, & Principatus, tamquam Romanæ Ecclesiæ dos, piâ Regum, & Principum munificentiâ Summis Pontificibus, & S. Sedi donatus fuit, qui propterea, collatis per Ecclesiasticos quoque subsidiis, tuendus, conservandusque est, atque ab ingruentibus calamitatibus liberandus.

Aperiendo namque fontes, ex quibus in Patrimonium Beati Petri influxerunt tot Provinciæ, tantaque Dominia; profectò si oculos convertere deberemus ad Constantinianam Donationem inficias iri non posset, eundem tamquam maximè pium, ac pariter munificentissimum, ore quoque Gentilium prædicatum, cunctis, quibus valuit, officiis coluisse Romanam Ecclesiam, in qua sciebat totius Christianæ Religionis vigere Principatum, atque Cardinem verti, eandemque in medio æmulantium, lacessentium, atque oblatrantium hostium collocatam, amplissimis donasse muneribus, summàque potentiâ communisse, atque juribus stabilisse, ut apud *Card. Baronium annal. tom. 3. ad ann. 324. fol. 244. lit. B. & seqq.*

Amplissimam itaque Dotem Romanæ Ecclesiæ constituisse, amplissimoque Patrimonio illam locupletasse dicendus esset, *ut Pontificalis apex non vilesceret, sed magis, quàm terreni Imperii dignitas, gloriâ, & potentiâ decoraretur* = quemadmodum legitur in Canone *Constantinus 34. §.Undè ut Pontificalis distinct.96.*, *& in cap. fundamenta 17. §. Ne autem de elect. lib. 6.* Nisi enim Pontificalis apex, & Christi Vicarii Dignitas, hac temporali potestate communita esset satis illi provisum minimè videretur, eo quod spiritualia sinè temporalibus diu esse non possint, ut sapientèr rescripsit *Nicol. III. in d. cap. Fundamenta loco citato*, inquiens = *Ne autem ipsa Mater Ecclesia in Congregatione, & pastura fidelium temporalibus careret auxiliis, quin potiùs ipsis adjuta, spiritualibus semper proficeret incrementis: non absque miraculo factum esse concipitur, ut occasionaliter Constantini Monarchæ à Deo provisa &c. quamdam quasi adjiceret ipsi Ecclesiæ firmitatem* = & notarunt *Fagnan. in d. cap. Præterea num.52.*, *Michael Vulcarrunus de regimin. mundat. inter tract. magn. tom.16. 4. principal. quæst. num.14. & seqq. fol.124. à terg.*, latissimè *Mart. de Jurisdict. part.1. quæst.30.* per extensum referens Constantinianam Donationem, *Barbos. in Jus. Eccles. lib.3. cap.28. n.5.*, *Cobel. in notit. Cardinal. cap. 15. congregat. 21. fol.114. & seqq.*, & benè in eandem sententiam *Thomasin. d. part.3. lib.1. cap.26. num.9. in fin.*, inquiens, quod ut tantis Romana Ecclesia confirmaretur præsidiis, tantamque consequeretur potestatem, factum esse Summi Numinis providentiâ, quæ sempiternæ sapientiæ, & justitiæ Legibus creatas omnes dispensat vires, & potestates. Nè ergò ita insaniamus, ut minùs placeat nobis, quod incorruptibili Dei sapientiæ placuerit: hoc persuasum, fixumque nobis sit, quod ubi hæc accesserunt spirituali Pontificum auctoritati, id quoque consultissimè provisum fuisse, aut ad gloriæ cumulum Sacerdotio adjiciendum, aut ad cœlestis Sanctimoniæ auram aliquam temporali dominationi adspirandam, ut his ferè verbis ille loquitur.

At alii uberrimi, magisque certi, ac noti patent fontes, quibus Romana Ecclesia irrigata ad supremum temporalis potestatis fastigium excrevit, ejusque Sponsus Christi Vicarius tanta dote accepta, ad summam dignitatem, potentiamque pervenit: indicans hic dumtaxat quasdam Regum, & Principum Longobardorum donationes cursim commemoratas à *Thomasino d. part.3. lib.7. cap.27. nu. final.*, à *Cobellio*

lio in notit. Cardinal. d.cap.55. Congregation.21. fol.116., & passim ab aliis: pergam ad maximas illas, præclarissimasque Provinciarum, Insularum, atque Civitatum largitiones, à Pipino, & Carolo Magno factas, atque à Ludovico Pio auctas donatione sua relata in Canone *Ego Ludovicus 30. distinct. 63.*, & quæ integrè, ac emendatè habetur apud *Card. Baronium tom. 9. ad ann.817. fol. mihi 652. & seq.*; eisdemque ab Othone Magno, S. Henrico, aliisque Imperatoribus religiosè veneratis, accessit donatio Ditionis illius à Comitissa Metilde facta Gregorio VII.; quæ hodiè appellatur *Patrimonium Divi Petri in Tuscia*.

Ambigi autem nequit, tot Provincias, & Civitates, & quotquot, alia munificentià Imperatorum, Regum, & Principum piarum Do-
33 uationum Diplomata, & claves offerentium ad Altare SS. Apostolorum Petri, & Pauli, donata fuerunt Romanæ Ecclesiæ, illos in eandem minimè contulisse, ut temporalem quendam Principatum instituerent, sed tamquam donata in expiationem peccatorum, & pro salute animæ, vel tamquam debita Deo largitori Regnorum, & Principatuum, quos ab eo acceperant, ipsos obtulisse Papæ, veluti Christi Vicario, & Successori B. Petri, & dicata voluisse Deo, ac Christo, & Ecclesiæ ejus Sponsæ *Canon. Videntes 16.*, ibi = *ipsa enim res Fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur*, *Canon. res Ecclesiæ 26. caus.12. quæst.1.*, *Canon. Nulli 3. eadem caus.12. quæst. 2.*, *Canon.7.* Concilii Aurelianensis ajentis = *omnia, quæ Deo offeruntur, consecrata habentur in terris possessionibus &c., ut quæ Ecclesiis, sinè dubio Christo, qui Sponsus earum est, offeruntur* = similique sententià Benedictus III. alloquutus fuit Galliarum Episcopos Epistola sua relata *tom.8. Conciliorum pag. 239. lit. B.* = *quis ignorat, illa, quæ collata sunt Deo per Fidelium manus, Divinitati possidenda consignari, & ab humano jure in jus Divinum concedi, nec etiam hominum dominationi posse transcribi, quod constat Divinitatis possessione semel fore contradictum? Unde quisquis ea sui Juris dominationi conatur adjungere, alterius, idest Dei pervasorem certum est fore eum* = & probant *Innoc. in cap. Verùm num. 2.*, ibi = *sed nos contra credimus, & maximè ea ratione, quia cum rerum istarum dominium sit Ecclesiæ quæsitum, Sanctum Sanctorum est Domino* = *de for. competen.*, *Hostiens. in cap. quanto de translat. Prælator.*, *Afflict. in tit. qui Feud. dar. poss.* in quæstione, an Rex possit infeudare Demanialia *vers. sed ultra eum*, *Card. Jacobatius de Conciliis inter tract. magn. tom.13. fol.398. lib.10. artic.8. nu.34.*, *Restaur. Castald. de Imperatore paritèr inter tract. magn. tom. 16. quæst.51. sub num.13., & num.14. fol.51. à terg.*; *Mart. de Jurisdict. part. 1. cap. 29. numer. 30.*, *Joan. à Chochier. vindic. libertat. Eccles. cap.20.*, *Redoan. de reb. Eccles. non alienan. in prohem.*, & omnium latissimè alios referens *Spad. consil.5. numer. 50., & seqq., & consil.6. numer.1. & seq. lib.1.*

Cum itaque certum, indubitatumque sit, ad Romani Pontificis solicitudinem, & curam pertinere, hoc Beati Petri Patrimonium, & Ecclesiæ Romanæ Sponsæ suæ Dotem incolumem servare, jure idcircò, meritòque non solùm aliis præsidiis tuetur, sed si hæc non sufficiant, recurrit ad extremum illud, quod superest, subsidium, nam Religione etiam Censurarum, ipso jure, & absque ulla hominis declaratione inflictarum, deterret eos, qui quoquo modo S. Sedis Bona, aut aperta vi invadere, aut callida machinatione occupare ausi fuerint, ut ubique sancitur Sacris Canonibus, & in famigerata Bulla, in die Cœnæ Domini, singulis annis promulgari solita, ne ullus Bonorum, Deo dicatorum, usurpator, diuturna, ac longæva illorum detentatione præsumere possit eluisse crimen, & effugisse pœnas, à Sacris Canonibus contra ipsum constitutas, ut tradunt *Bonaccina oper. moral. tom.3. de Censuris in Bul. Cœnæ Domini contentis disputat. 1. quæst.21. punct.1. num.7. & seq*, *del Bene de Immunit. tom.1. cap.2. dubitat.12. sect.1. num.1.*, & communiter notant Doctores *ad Canon.20. ejusdem Bullæ*: mortiferum namque hoc, formidandumque telum, tanta celebritate, atque solemnitate, non conjiceretur in rei merè temporalis usurpatores; quippè in eos animadverteretur aliis pænis à jure statutis.

Quapropter, sicut Ecclesiastici omnes tenentur de suorum Beneficiorum fructibus, atque
reditibus contributiones præbere pro inferio 34
rum Ecclesiarum tuendis juribus, earumdemque necessitatibus sublevandis, *Cap. Conquerente 16. de offic. Judic. ordinar.*, *Cap. cum Apostolus 6. §. Prohibemus de Censib.*, *Federic. de Senis cons. 224. in princ.*, *Piasesch. in prax. Episcop. part.2. cap.2.*, *Bellett. disquisit. Cleric. part.1. de Cleric. debitor. §.12. num.2. & seq.*, *Antonell. de Jurib., & Onerib. Cleric. lib.2. part. 6. cap. 17. num. 37.*, multò certè magis rationi, & pietati consentaneum erit, quod Sancta Sede periclitante, rerumque angustia laborante, suæ præsertim Ditionis inferiores Ecclesiæ subsidium, opemque ferant Romano Pontifici, ac Romanæ Ecclesiæ. Cum enim eidem immediatè subsint omnes Mundi Ecclesiæ, quarum cura commissa fuit B. Petro, dum aliquid ab illis percipit, nihil de novo acquirere, sed quod suum est, retinere dicitur, ut post *Oldrad. cons. 172. num.4., & cons.244. num.8.* optimè probat *Fagnan. in sæpiùs citat. Cap. Præterea numer.33. & seqq., nè Prælati vices suas in primam part. 5. Decretal. fol.191.* Et sane qua justa ratione Pontificiæ Ditionis Ecclesiæ, & Clerus detrectare, aut conqueri possent de oneribus, quæ publica arctante necessitate, quum Laicis deficiunt facultates, eisdem imponuntur à Summo Pontifice, Patrimonium B. Petri sublevare curanti calamitatibus, quibus illud ad interitum penè perduceretur, quando ipsi seculi Principes, veluti ejus Defensores, & Advocati, S. Sedi angustiis oppressæ opem, auxiliumque ferre obligati, ut admonetur in *Canon. Principes 20., & Canon. seq., ac Canon. Regum officium 23., caus.23. quæstion.5. in Clement. unic. §. Dudum de Jurejur.*,

Gen-

Gonzal. in cap. Per Venerabilem verb. Advocato de elect., *Alvar. Pelag. de planctu Eccles. lib. 1. cap. 39. in princip.*, *Lancellot. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib. 2. cap. 1. numer. 7. fol. 2. à tergo*, *Mager. de Advocat. armat. cap. 9. num. 446. & seq.*, *Eminentissimus Petra ad Constit. Apostolic. tom. 3. ad Constit. 6. Alexandri IV. numer. 14. & seq. pag. 213.*, gravissima quoque Bella pro ejusdem incolumitate asservanda susceperunt, ut plenè testantur Sacri Annàles.

SECTIO III.

Summus Pontifex quando subsidia per Ecclesiasticos quoque conferenda indicit, juxta Sacrorum Canonum regulas id agit, nedum ex justa causa, illis æque, ac Laicis communi, verùm etiam quando Laicorum facultates illis subministrandis non sufficiunt.

35 *Papa non tenetur servare formam à Canonibus præscriptam.*
36 *Tamen ea in gravaminibus imponendis adamussim servat.*
37 *Alia sunt onera Cameralia, alia Communitativa.*
38 *Onera Communitativa Clericos non afficiunt.*
39 *Onera verò Cameralia etiam Clericis expressè fuerunt imposita.*
40 *Ad onera publica Clerici non tenentur, nisi concurrant requisita Cap. Non minùs, & Cap. Adversùs.*
41 *Quæ sint ejusmodi requisita?*
42 *Probatur, quod hæc servata fuerint à Summis Pontificibus, quum Clericis onera imposuerunt.*
43 *Enarrantur quædam onera, quibus gravata est Sedes Apostalica, quæve Clero communia esse debent.*
44 *Aliorum onerum Causæ numerantur, & præcipuè probatur, S. Sedem ære alieno tantoperè gravatam esse, nedùm ob Status Ecclesiastici indemnitatem, sed ob publicas Catholicæ Ecclesiæ necessitates.*
45 *Saracenorum, & Turcarum incursus, collatis opibus nedùm Christianorum Principum, sed præcipuè Sedis Apostolicæ fuerunt repressi.*
46 *Ad Hæreticorum perfidiam coercendam Legati Apostolici per Europam ad Catholicos Principes missi sunt: maximis S. Sedis impensis Tridentina Synodus coacta fuit, & ad Calviniauorum conatus cobibendos magnæ opes Status Ecclesiastici in Gallia erogatæ.*
47 *Ad Catholicam Fidem per universum Orbem propagandam Cardinalium Congregationem instituit Urbanus VIII., maximisque fundis instruxit.*
48 *Locorum Montium origo, ac primitùs Montis fidei sub Clemente VII.*
49 *In publicas causas erogasse S. Sedem certò scimus novem* milliones, *& dimidium, præter alios quamplures, de quibus monumenta non extant.*
50 *Quæ ratio habenda sit de opibus, quæ in Curiam Romanam obveniunt, si cum prædictis sumptibus comparentur, ex Sententia Cardinalis de Luca.*
51 *Repetuntur rationes, ob quas Clerus prædictis oneribus obnoxius esse debeat, & præcipuè impotentia Laicorum, & publica utilitas, & necessitas.*
52 *Paulus III. subsidium triennale imposuit etiam Clericis agnità Laicorum impotentià.*
53 *Julius III., & Marcellus II. idem prorogare coacti sunt.*
54 *Communitates cum ad onera subeunda annuatim impares sint, nova onera subire coguntur, solvendo nempè fructus Montis Communitatum.*
55 *Tamen Bona primæ erectionis, & Patrimonia Sacra sunt exempta à quibuscumque oneribus, præter quàm in defectu Vectigalis*, Carnis, & Macinæ.

ETsi Summus Pontifex, ob Supremam Potestatem, quam habet in Ecclesiasticos,
eorumque Bona, gravare eosdem possit oneribus, quibus sibi comparet congrua subsidia,
nedum pro sui, & Sanctæ Sedis Ministrorum substentatione; ita quidem dictante naturali ratione; verùm etiam, ut suæ Ditionis, Populique, ipsi subjecti, publicis necessitatibus subve- 35
niat; idemque, quia est supra Canones, quum id agit, non teneatur servare formam ab illis præscriptam: nihilominùs tamen, ut non solà Ecclesiasticæ Legis voce, sed exemplo etiam moneat, doceatque Seculi Principes, non temerè, nec cujusvis necessitatis prætextu ullo eis licere Ecclesiasticorum Bona subjicere contributionibus; demonstrandum modò est, quanta cum circumspectione, & cura minùs gravandi Clerum, & quoad conditio temporum, ac rerum status permittunt, illæsam servandi illius libertatem, id in sua Ditione fiat à Summis Pontificibus, præ oculis semper habentibus regu-
las à Sacris Canonibus constitutas, dum nonnisi 36
ex justa causa, & summa premente necessitate imponunt, & nonnisi Ecclesiastici Magistratus ministerio distribuunt, atque exigunt onera, ex Ecclesiasticorum quoque Bonis solvenda, quando illa Laicorum non sufficiunt.

Ut autem id clariùs elucescat, veluti præcipua, & ut dicitur, præliminaris, præmittenda est distinctio onerum, quæ in Ecclesiastico Principatu imponuntur: quippè alia sunt Cameralia, alia verò Communitativa; ab his exempti certè sunt Clerici, quia eadem magis de privato
participant, & appellantur Communitativa, 37
veluti alicujus particularis Civitatis, & Populi usibus applicanda, *clar. mem. Card. de Luc. in relat. Rom. Cur. disc. 26. num. 7.*; quemadmodum, permittente Principe, in quolibet Principatu Civitates, & Universitates Populo suæ Jurisdictioni subjecto indicunt Collectas, quæ licèt ad communes ipsarum œconomicas necessitates, & onera substinenda pertineant, *Bartol. in leg. unic. Cod. de superindicto lib. 10.*, *& leg.*

leg. unic. Cod. de mulieribus, *&* *in quo loco lib. paritèer* 10., *Alex. in leg. Si non obtulit ff. de re judic.*, *Grammatic. cons.59.*, *Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 4. in Gloss. sub nu. 47. fol.135.*, *Farinac. quæst. 173. num. 72.*, *Avendan. de exequend. mandat. reg. part. 2. cap. 14., nu.2. & seqq.*, *Card. de Luc. de regal disc. 102. num.1.*, *Bonden. collect. legal. tom. 2. collect. 35. num.84.*, *Thesaur. decis.257. num. 1.*, *Rot. cor. Buratt. decis.751. num. 4.* Attamen tamquam
38 impositæ laicarum Universitatum auctoritate,
Clericos afficere nequeunt, *Fagnan. in cap. non minùs num.16. de Immunit. in 2. part. 3. Decretal. tom.4. fol.368.*, *Panimol. dec.154. num. 54. & seqq. tom. 3.*, *Rot. in Brundisina Gabellæ cor. Pen. decis.1079.*, *& in Alben. Gabellæ coram Merlin. decis.902.*, quas refert, & sequitur *Rot. in una Colonien. Nummi centesimi 27. Aprilis 1714. §. Res enim cum ageretur cum seq. coram clar. mem. Card. Scotto*, *& in Brixinien. Onerum, & Taxarum 13. Junii currentis anni 1727., cor. R. P. D. Millino*, *Panimol. d.dec.154. n.43. & seq., tom.3.*, se referens ad alibi latissimè ab ipso tradita.

Alia verò, ut dicebam, sunt vectigalia, sive
39 Tributa Cameralia, & hoc nomine nuncupantur, quia utpotè destinata totius Principatus allevandis necessitatibus, publica sunt, & communia, eademque ad differentiam Communitativarum Collectarum, rectà vià inferuntur in Pontificium Ærarium, ut in has publicas indigentias erogentur. Illis verò obnoxius fit Clerus etiam tàm Secularis, quàm Regularis, in eorum impositione expresè nominatus; ob generalem nimirum revocationem quarumcumque Immunitatum, & exemptionum respectu ejusmodi Cameralium onerum factam in Bullis Pauli III., Pauli IV., Clem. VIII., Pauli V., & aliorum Summorum Pontificum: quarum propterea vigore Sac. Congregatio Boni Regiminis, ad eam delatis controversiis super similium onerum solutione, Clericos ad illam adstringit, nisi libertatem præscripsisse doceant *Fagnan. in cap.Episcopus n. 42. de Præbend. in 1. par. 3. Decretal. tom. 4. fol. 88.*, *Cobel. ad Bull. Bon. Reg. cap. 35. num. 44. & seqq.*, ubi legitur resolutio Sacræ Congregationis Immunitatis, quam refert etiam in sua Collectanea Bullarum, Resolutionum, & Decretorum *cap.4. de' Privilegiati, & Esenti* vers. *quali siano poi li soliti pesi*, *Card. de Luc. de Regal. disc.55. in fin.*, *disc.92. num. 4. & 6.*, *in relat. Rom. Cur. d. disc. 26. citat. num.7.*, *Rub. in annotat. ad decis. 30. num.12. part.4. tom.2.*, ubi de hac constanti Sacræ Rotæ opinione, *Panimol. in annot. ad dec.6. num.3. 9. & seqq.*, *& d. dec.154. nu.37. & seqq. tom.3.*, pluresque Resolutiones S. Congregationis Immunitatis extant apud *Ricc. in Synop. verb Onera Cameralia num.1. & seqq.*, *& nu.7.*

Quamvis autem, quum quæstio generalitèr habetur de oneribus hisce, & contributionibus, universalis, publicæque utilitatis, aut necessi-
40 tatis causà indictis, Ecclesiastici ad illas non teneantur, nisi eo dumtaxat casu, quo concur-
rant conditiones requisitæ *in cap. Non minùs*, *ubi Abb.*, *& cap. Adversùs*, de quibus idem *Abb. consult.3. part.1.*, latè apud *Fagnan. in cap. Non minùs ex num.23.*, *Gonzal.* ibidem *nu. 14. & seqq.*, *clar. mem. Card. de Luc. de regal. disc.58. num.12.*, *disc. 59. num. 3. & seqq.*, *Eminentissimus Petra ad Constit. Apost., ad Constit.9. Martini V. fol.345. tom.4. in d. Brundusina Gabella cor. Pen.*, & apud alios; Nihilominùs, ut dicam in sequenti Sectione, quum agitur de oneribus, quæ Pontificià auctoritate, Ecclesiasticæ Ditionis Clero irrogantur, quærendum non videtur de his, quæ veriùs ad modum, seu formam executionis, illorum videlicèt distributionem, & exactionem pertinent: quemadmodum pro evitando periculo, quod Ecclesiasticæ imminere posset libertati, fit, quando Seculi Principes, & Summi Pontificis permissione, & cum Cleri consensu ab Ecclesiis, quæ intra eorum Principatus fines sitæ sunt, attamen, quod attinet rem ipsam, causam nempè, Summus Pontifex nunquam, nisi summa arctante necessitate, & nisi post exhaustas Laicorum facultates ad hoc subsidiarium remedium, publicis malis, & calamitatibus adhibendum, devenire consuevit.

Præcipiunt Sac. Canones, quod publicæ ne-
cessitatis, vel utilitatis causa, nedum sit vera, 41
ut habetur ex verbis *d.Cap. Non minùs*, ibi = *Tantam necessitatem, vel utilitatem aspexerint* =, ubi *Glos. in verb.* Tantam, & consonant *Textus in cap. Adversùs*, *Fagnan. in d.cap. Non minùs numer.25.*, *Barbat. cons.1. num.57. lib.3.*, *Purpurat. cons.50. per tot.*, *& cons.335. nu. 1. & seqq. lib.1.*, *Riminald. Jun. cons.2. numer.10. lib. 1.*, *Capra regul. 96. num. 77. vers. secundò requiritur*, *Vulpell. in tract. de libertat. Eccles. part.2. num.29.*, *Carol. de Graff. de effectib.*, *Cleric. effect. 3. nu.242.*, *Bellett. disquis. Clerical. part.1. §.2. de exempt. Clericor.*, *& eor. Bonorum à muner. public. nu.7. & seq.*, *Franc. Marc. dec. 458. numer. 21. part.1.*, *Cavalc. decis.44. numer.100. lib. 1.*

Sed quod eadem communis sit, & æquè primariò, ac immediatè respiciat commodum tàm Laicorum, quam Ecclesiasticorum, quippè indè nascitur communis paritèr eorum obligatio, ut disponitur *in d. cap. Non minùs*, *ubi Fagnan. num.20. & seqq.*, *& numer. 26. & seqq.*, Gonzal. ibidem *nu.3. & seqq.*, *Riminald. Sen. cons. 740. num.8.*, *Sylvester. verb. Immunitas nu.20.*, *Festus in tractat. de Æstim., seu Collect. part.4. capit.1. numer.25.*, *Carol. de Graff. d. effect.3. numer. 243.*, *Bonacin. de Censur. in Bull. Cœn. quæst.19. punct.3. §.3. sub num.16. vers. secunda est causa tom. 3 fol. 152.*, *Card. de Luc. de Reg. disc.58. num.13. vers. undè propterea*, *Panimoll. annot.1. ad dec.6. num.14.*

Dummodò tamen publica isthæc utilitas, aut necessitas tanta existat, ut primæ consequendæ, alteri verò levandæ impares prorsùs sint Laicorum vires, ut pro alia conditione requirunt Sacri Canones, & auctoritates superiùs allegatæ; propterea̗que Cleri contributionem suàpte naturà subsidiariam solummodò dicendam esse

tradiderunt *Fagnan. d. cap. Non minus num.30., & num.54.*, ubi conciliat contrarias opiniones, *& num. 58.*, *Gonzal. ibidem num. 14.*, *de Graff. dict. effect.3. num.244.*, *Bonacin. d. §.3. nu. 15. in fin.*, latè *Mart. de Jurisdict. part.4. centur. 1. cas.1. ex num. 48.*, *Gratian. discept. for.300. numer.19.*, *Pignattell. consult. Canon. tom.3., consult. 15. num. 53.*, id eliciens etiam ex Indultis Urbani VIII. pro Ducatu Mediolanensi, & Civitate Panormitana ibidem relatis, *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.28. num.115.*, *Card. de Luc. in miscell. disc.2. numer.43.*, *Antonell. de Jurib., & Onerib. Cleric. lib. 1. part.1. cap. 2. num.17.*, *P. Schiarra in Theolog. bellic. tom. 2. lib.6. difficult.20. num.11. & plurib. seqq.*, *Panimol. dict. annotat. 1. ad dec.6. num.23. & seqq.*, *Rot. coram Penia dec.1079. num.7. & seqq.*

Ob eam sanè rationem, quod videlicet tàmetsi similes expensæ pertineant ad causas, Clero, & Laicis pariformitèr, & æquè immediatè communes, nihilominùs justè Clerus ab illis eximatur, quia in earum compensationem subit plura alia onera spiritualia, *Rot. in rec.dec.412. n.48., & seqq. part.9. tom.2.*, *Van. Espen. in Jus. Eccles. univ. tom.2. part.2. tit.35. sub numer.51. fol. 2168.*, ubi ait, quod hac ratione Respublica, Ecclesiasticorum labores compenset, *Gonzal. in d. cap. Non minus num.2.*, latè *Card. de Luc. de regal. disc.59. num.3. & seq.*, *in Miscell. disc. 2. num.42.*, , *disc.48. num.11.*, *ac in Summ. n. 41. in supplem. part.4.*, *in Vot. edito post adnotat. ad disc.33. relat. Rom. Cur. nu. 5. in supplem par. paritèr 4.*, & tradunt *Bonacin. de Censur. in Bull. Cœn. content. disput.1. quæst.19. punct.3. §.3. n.15. tom.3. fol.151.*, *Leo in Thesaur. for. Eccles par.3. cap.7. num.117.*, & cum aliis, *Panimol. in dict. annot.1. decis.6. num.14.*, *& decis.154. num. 57. tom.3.*, *Rot. in Colonien. Nummi centesimi 27. Aprilis 1714. §. Res enim cor. clar. mem. Card. Scotto.*

42 Juxtà igitur mox traditas regulas, juxta quas in Ditione Ecclesiastica à Summis Pontificibus Ecclesiastici æquè, ac laici subjiciuntur oneribus Cameralibus, quod id fiat illis religiosè servatis: rei, pænè dixerim, evidentiâ probatum dicetur, si consideremus causas, ob quas illa indicuntur, intueamurque immensas opes, & pecunias, ob tales causas absumptas, atque demùm spectemus statum Cleri, & facti circumstantias, quibus Romani Pontifices adacti, Ecclesiasticorum quoque Bonis manum admoverunt.

Profectò, ut notatum est Superiori Sectione, si Ecclesiastica Ditio considerari nequit, tamquam secularis Principatus, sed spectanda est, tamquam Patrimonium Vicarii Christi, cui in expiationem peccatorum, & salutem animæ, a Seculi Principibus oblata, atque donata fuerunt ea omnia, quæ Romana Ecclesia hodiè possidet, id satis esset, ut Summus Pontifex, qui colendus est, non uti Seculi Princeps, sed tamquam suprema spiritualis Potestas, Supremam paritèr dominationem exercens in Patrimonio ipsi deputato, veluti Christi Vicario; id, inquam, spectasse satis esset, ut extraordinariis oneribus subjicere posset Ecclesiasticos etiam, nimirùm ne illi deessent modus, & media omnia necessaria pro dict. Ecclesiæ, Beatique Petri Patrimonio tuendo, servandoque; quemadmodum, ut pluries dictum est, quando Laicorum facultates non suppetunt, Ecclesiæ pietas seculi etiam Principibus subsidia à Clero conferri indulget, ut publicis subvenire valeant calamitatibus.

At nullo quidem potiori jure à Clero, dictoque ex Patrimonio veluti suo, eidem suppeditandæ sunt subventiones, ut pastorale munus, & universalis Ecclesiæ regimen meliùs, feliciùsque administrare possit: nam, ut alibi probatum est, ex naturalis rationis dictamine, Summo Pontifici debentur tum ordinaria, tum quoque extraordinaria omnia subsidia, nedum pro ipsius personæ, quæ universæ præsidet Ecclesiæ, verum etiam pro sustentatione Ministrorum in illius regimine ipsi assistentium, & qui in partem solicitudinis Pastoralis evocati, assidua Apostolicorum Nuntiorum delegatione, & frequentèr sublimiori munere, extraordinaria videlicèt missione à Pontificio Latere Legatorum, qui vel ad Hæreticos profligandos, vel pro pace inter Christianos Principes reducenda, per universa Catholici Orbis Regna, & Provincias delegantur. His addendæ sunt tot Sacræ Congregationes, ac amplissima, supremaque Tribunalia, à quibus jus redditur tum Ecclesiasticis, tàm Secularibus, quàm Regularibus, tum ceteris omnibus ex universis Christianis Regionibus controversias ad illa deferentibus. 43

Pro sustinendis itaque tot, tantisque ordinariis oneribus, quibus Summus Pontifex premitur, tamquam Christi Vicarius, & universalis Ecclesiæ moderator, si à Ditionis suæ Ecclesiis justè exigere potest subsidia illa, quæ petere alioquin, ac comparare sibi posset ex universi Orbis Ecclesiis; cur etiam, ut suæ Ditionis Populum eximat à calamitatibus, quibus tum ob has, tum ob alias quotidie supervenientes publicas necessitates, & causas opprimitur, ab Ecclesiasticis quoque auxilia petere nequibit? Dum enim Summus Pontifex pro communibus sui Principatus in Ecclesiæ universæ oneribus ferendis Ecclesiasticos quoquè gravat, quid aliud agit, aut curat, quàm Patrimonii B. Petri incolumitati consulere? Quàm certè minime consequeretur, si gravamina omnia ferenda perpetuò essent à solis Laicis; quippè laicæ omnes Universitates, tantis oppressæ oneribus, brevi interirent.

Verùm enim verò onera, & subsidia, de quibus agitur, licèt specie aliqua videri possent, 44 imposita pro levandis necessitatibus Principatus, & Populi, re tamen ipsa, si videlicèt rerum causam, & originem intueamur, referenda certè sunt ad universalis Ecclesiæ immediatam utilitatem: nam præter eas, quas, ut paulò antè commemorabam, Summus Pontifex nonnisi tamquam universalis Ecclesiæ moderator, sustinet expensas; longe majores, gravioresque sunt illæ, quas S. Sedes subire coacta semper fuit,

fuit, & cogitur pro Orthodoxa Religione tuenda, servanda, atque propaganda, ac pro aliis calamitatibus à Christiano Orbe avertendis, adeò quidem vires omnes, curasque perpetuò in id impendendo, ut Ecclesia Romana sit unicus ille permanens, perennisque thesaurus providens universi Christiani Orbis indigentiis: quod minimè fieri videmus à Seculi Principibus, qui nec ad Populi sui publicam utilitatem, minùs verò ad finitimarum Regionum, adversitatibus laborantium, levamen, sed persæpè ad privatum, ac paucorum dumtaxat Procerum commodum, tributis, gravique jugo Subditos opprimunt, ut animadvertit *Eminentissimus Petra ad Constit. 5. Nicolai IV. num. 1. & 2. tom. 3. fol. 497.*

Missa facio ea, quæ, ut alibi dicebatur, pro Hierosolymis, Palestina, universaque Terra
45 Sancta à Saracena immanitate vindicandis, summa pietate à S. Sede, & Romano Clero gesta fuerunt, ut exemplo suo, licèt persæpe sinè fructu, totius Orbis Clerum, & Ecclesias ad grande, ad pium opus perficiendum permoveret: sed ad recentiora, magisque nobis proxima oculos convertendo, quisque illicò perspiciet, quod post à Mahomete II. subjugatum Orientale Imperium, Romana Ecclesia Principibus, Regnis, & Provinciis à potentissimo hoste invasis, semper præstò fuit pecuniis, copiis, classibus. Hæc sæpius in Pontificiis Bullis, & Literis Apostolicis, atque apud Historicos commemorata, singillatim non proferam, quia longius esset illa enarrare, atque etiam quia præter ea, quæ nostra ætate vidimus, nemo facilè reperietur adeo rudis, & rerum publicarum ignarus, qui eadem à Majoribus saltem non audiverit, & veluti omnibus nota, testata, ac manifesta, memoriâ non exceperit.

Maxima licet hæc sint, non minora tamen impendia S. Sedes passa est pro Neotericorum
46 Hæreticorum furore compescendo: sub initium namque XVI. sæculi dum à Luthero magna Europæ pars, tota nempe Germania, & septentrionalis plaga; à Calvino Galliæ, finitimæque Provinciæ, & à Zuvinglio Helveticæ Regiones execrandâ contagione labefactabantur, ex universa Ecclesia cogenda fuit Sacrosancta Tridentina Synodus, ut Orthodoxæ Religionis exitium averteretur: pro illius autem convocatione, & Legatorum ei præsidentium, plurimorumque Episcoporum, eidem assistentium, sustentatione, quantas pecunias S. Sedes erogaverit, conjici poterit ex d. Sacri Concilii, quod diu duravit, Historia, atque ex iis, quæ infra dicentur.

Sed magis, magisque in dies adversùs Religionem Catholicam furentibus Hæreticis, cum Calviniana rabies erroribus; & armis per Galliam universam grassaretur, pro illa frangenda, & nè in Avenionen. quoque Ditionem irruendo, eam contaminaret, præter ingentem pecuniæ vim aliundè paratam, pluries perfractis arcis sanctioris Ærarii, ex illis efferre oportuit aurum, in eis conditum, & a Sixto V. in hasce causas comparatum. Ut etiam nunquam Romani Pontifices defuerunt aliis Regnis, & Provinciis pro compescenda vesania, & retundendo furore Hæreticorum, præsertim Lutheri, & Zuvinglii, sæpiùs, licentiusque tota Germania, aliisque Regionibus bacchantium.

Quinimmo, non solùm vi restitendo, illos extirpare, sed Missionum auxilio, eosdem devios, errantesque ad Dominicum Gregem revocare curarunt; neque verò hæc muneris Apostolici solicitudo intra solius Europæ fines sese continuit, sed in omnem terram, qua latè patent Asiæ, Africæ, & novi Orbis vastissimæ Regiones, exivit vox, & sonus Apostolicarum Missionum: id quod non sinè magnis sumptibus agi cœptum, majoribus cum expensis, & curis San. Sedes prosecuta deindè fuit; nam ut habetur apud *cl. me. Card. de Luc. in Relation. Rom. Cur. disc. 23.*, ut dictæ Missiones felicius procederent, & magis semper, magisque in amplianda, ac propaganda Christiana Religione progrederentur, à Gregorio XV. ex pluribus Eminentissimis Cardinalibus, & nonnullis Prælatis instituta fuit Sacra Congregatio Propagandæ fidei, ut dd. Apostolicarum Missionum regimini, & directioni præsideret. 47

Grande hoc opus, cujus initio, regnante Gregorio occasionem dederat cujusdam religiosi Viri pia, ac munifica dispositio, ad summam majestatem perductum fuit ab Urbano VIII., qui maximo sumptu ædificavit nobile illud, ac conspicuum Collegium, quod omnium oculis, & admirationi patet, ex nomine d. Sacræ Congregationis nuncupatum, Propagandæ fidei, idemque ab illo opibus auctum, & ab ejus Successoribus, pluribusque S. R. E. Cardinalibus amplis fundis, & reditibus locupletatum reperitur, non solùm, ut in eo alerentur, ac Catholicâ Doctrinâ imbuerentur, rectâque disciplinâ instruerentur ex remotissimis Regionibus evocati Alumni, qui veluti ex Orthodoxæ Religionis arce prosilientes fidei luce illustrarent Regiones, ad quas redituri erant, novisque Ovibus Christi Ovile replerent; verùm etiam, ut congrua subsidia parari ex illo possent Missionariis, qui ab Apostolicæ prædicationis munus per universum Orbem delegantur.

Etsi ex magnitudine tantarum causarum, & frequentia, qua eædem plurium Sæculorum decursu, in præsens usque tempus acciderunt, perspici facilè possit immensitas pecuniarum, quas pro Christianæ Reipublicæ incolumitate S. Sedes jugiter, alacriterque, ac sinè ullà cunctatione subministravit; nihilominus tamen, ut ea, quæ hactenus generatim exposita sunt, manifesta penitus omnibus reddantur, singillatim aliqua indicare juvabit; consulto tamen recensere omittam calamitates illas, & infortunia, quibus ob rerum vicissitudines quilibet temporalis Principatus obnoxius est, & quibus levandis, si non suppetunt Laicorum facultates, canonica æquitas indulgere consuevit, ut ab Ecclesiasticis etiam subsidia præstentur, vel ipsis Principibus seculi: ut etiam non loquar de expensis iis, quas secretò fieri oportet pro politico

tico Principatus regimine: sed speciatim agam de iis dumtaxat extraordinariis malis, sive calamitatibus, pro quibus propulsandis Summus Pontifex non tamquam temporalis Princeps, & Pontificii Principatus moderator, ac Dominus, sed tamquam Ecclesiæ universalis Pastor, & caput, amplissimos thesauros erogavit.

Rem hanc veluti à sua origine repetens egregius ille Vir *cl. me. Card. de Luc. in tract. de loc.*
48 *Mont. non vacabil. impress. post tract. de Offic. vacab. cap. 6.* ait, Summos Pontifices, ut occurrerent extraordinariis, maximisque hisce indigentiis & sumptibus ex causa fidei, antiquitus consuevisse indicere Cruciatas, Decimasque imponere super Beneficiis, aut alienare, seu oppignorare Civitates, Oppida, & Castra Status Ecclesiastici, vel novas facere erectiones Officiorum venalium vacabilium. At circa initia XVI. sæculi (quod insinuaverat etiam *cap. 1. n. 1.*) Clemens VII., oblitus tetri carceris, quo diu immaniter detentus fuerat, & luctuosæ direptionis Urbis, ac depopulationis Ecclesiastici Principatus à Cæsareis copiis factæ, pro auxiliis subministrandis Imperatori adversùs Turcarum Tyrannum, contraxit grande æs alienum fructiferum, veluti per speciem Census consignativi sub nomine Locorum Montium: dictoque Monti, exemplo aliorum Principatuum, primùm in Ditione Ecclesiastica ab ipso institui cœpto, nomen inditum à causa, pro qua erectus fuit, ideoque nuncupatus *Mons Fidei*.

Plures deinceps à Clementis Successoribus ex eisdem causis peractæ Montium erectiones, quæ licèt nomen emiserint, quia ab Alexandro VII. translatæ fuerunt in novum majorem Montem, cui *Restaurati* nuncupatio attributa fuit; nibilominus tamen adhuc hodie viget idem debitum, quod calculatis omnibus Montibus ex d. primæva causa Fidei erectis, & de quibus expressè constat, illorum summa conflat nonagies, & quinque centena millia, & ultra, vulgo novem miliones cum dimidio, quem calculum ex *d. cap. 6.* refert etiam bo. me. Comes *Dominicus Berninus Historia Hæresum tom. 4. ad seculum XVI. cap. 3. fol. 380.*

Sola profectò tantarum expensarum, & æris alieni mole Principatus Ecclesiasticus penè obrutus, & Subditorum facultates ad nibilum penitus redactæ videri possent; sed admirandum etiam est id, quod ab illo subditur *d. cap. 6. sub n. 7.* ubi rem prosequitur his, quæ juvat exscribere, verbis = *Ultra dd. summas quamplures aliæ nimium considerabiles, etiam ultra pluries miliones ultra montes, & respectivè ultra mare ex eadem causa Fidei pro subventione Principum Christianorum in Bellis cum Turcis, vel Hæreticis respectivè transmissæ fuerunt per varios Pontifices, & præsertim moderno tempore pro Bello cum Turcis in Insula Cretæ, vulgò Candia, per Pontifices Innoc. X., Alexand. VII., & Clemen. IX., & in Polonia per Pontifices Clem. X., & Innoc. XI., non tamen ponuntur in calculo, vel ob certæ notitiæ defectum, an alii Montes erecti fuerint, vel quia mihi innotescit, quod in parte pecuniæ obvenerunt ex Decimis spiritualibus impositis super Beneficiis Italiæ, & præsertim Status Ecclesiastici, & in parte ex pecuniis Cameræ: undè propterea, ut supplerentur onera, aliæ Montium additiones factæ fuerunt, absque tamen expressione istius causæ.*

Quamobrem justa ratione eximius, summusque ille vir, non solum ob diuturnam in 49
foro exercitationem, sed magis etiam ob ministerium ab ipso gestum, Romani, publicique Iuris peritissimus, quemadmodum ait *Rot. decis. 44. num. 38. post Antonell. de Jur., & Oner. Cleric.*, affirmavit, vires Ecclesiastici Principatus vix sufficientes pro adimplendis oneribus currentibus, impares prorsus esse tot extraordinariis subeundis gravaminibus, ut etiam justa pariter ratione conquestus fuerit, quod illud aurum = *quod à partibus ultramontanis, vel ultramarinis ad Urbem, & Romanam Curiam obvenit occasione expeditionum Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, adeo magnificatum à malignis, vel ab indoctis, & non informatis, importat paucas guttas comparatione fluminum auri, per Sedem, & Cameram Apostolicam profusi, & transmissi ad easdem Regiones ultramontanas, & ultramarinas &c.*

Ita ille scripsit sub Pontificatu V. S. D. Innoc. XI., apud quem summa cum potestate Pontificii Auditoris munere fungebatur. Is enim piissimus Pontifex ex Cameræ Apostolicæ Ærario plus quam decies centena millia scutorum ad Leopoldum Imperatorem misit, cum Turcarum armis Austria, finitimæque Regiones invaderentur, atque penè obrutæ viderentur; Quibus si Decimæ, & piæ largitiones Cardinalium, ac Prælatorum Urbis addantur, eam certè summam conflabunt, qua non minima pars Belli confecta fuit; his addenda sunt maxima illa impendia regnantibus Alexandro VIII., Innocentio XII., Clem. XI., & Innoc. XIII. facta eisdem de causis Turcici Belli, vel pro catholica Fide propugnanda, eademque ab Hæreticorum machinationibus defendenda, quibus enumerandis frustra immorarer, quippè recens est illorum memoria, & si quis ea curiosius quærit, novisse poterit *apud bon. mem. Com. Berninum tom. 5. suæ Historiæ in vita fel. rec. Clem. XI.*

At verò si sola pietatis causa sufficit, ut Clerus, & Ecclesiæ ejuscemodi oneribus subjici
valeant, *Bellamer. cons. 47. n. 1. vers. subdit autem*, *Bursat. cons. 16. n. 23.*, *Capr. reg. 96. n. 18.*, *& n. 67.*, *Rip. in tract. de Peste tit. 1. n. 456.*, *& seq* plurimisque relatis *Carol. Anton. de Grass. de effect. Cleric. effect. 3. n. 251.*, *& trib. seq.*, *Cavalcan. dec. 44. n. 100. vers.* nisi hæc onera, *Rot. coram Penia dec. 1079. n. 8.* Quinimmo si Ecclesiæ Bona, tamquam Deo dicata, piisque operibus destinata, potiori jure ad illam concurrere tenentur, ut docet *Abb. in Cap. 1. num. 8. vers. 1. casu de emption.*, *& vendit.*, quem sequitur *Cebell. ad Bull. bon. Regim. cap. 21. nu. 70.*, *& seq.*, *ac cap. 28. n. 106.*, & denique, quod magis est, si ita suadente pietate, atque ita dictante canonica 50

nica æquitate, Ecclesiasticos omnes justè invitatos toties vidimus ad subsidia coutribuenda pro temporali Regnorum Dominio tuendo, liberandoque ab invasoribus, ut ex *Thomasin. de veter., & nov. Eccles. disciplin. par.3. lib. 1. cap.43., & seq.*, aliisque latè alibi probatum est: ambigi profectò nequibit, quin in nostra hypothesi plenè probatum dici debeat, adesse justam causam (quænam enim magis justa esse potest illà Religionis?) Ob quam summus Pontifex, quemadmodum rectè Ecclesiasticos cogere potuisset ad coutribuendum maximis iis, quarum meminimus, expensis, ita etiam pari ratione, eosdem subjicere modò valeat oneribus illis, quæ dicuntur Cameralia, ut uuiversum Populum sibi subjectum parem reddat tum solvendis tot ceutenis nummorum millibus pro annuis fructibus æris alieni, reditibus nempe tot Montium erectorum ex causa, Ecclesiasticos, & Laicos immediatè tangente, omnibusque æquè communi, tum etiam pro sustinendis publicis illis necessitatibus, in quas conjectus fuit, ob immensas opes, & thesauros, plurium sæculorum decursu erogatos pro Christiana Religione incolumi servauda, ne videlicet in plurimis Christiani Orbis Regnis, & Provinciis, obscœna Mabometicæ superstitionis turpitudine deleretur, vel hæretica pravitate pollueretur.

Ut etiam, in dubium revocari non poterit quin ex magnitudine thesaurorum, quos San-
51 cta Sedes, ob hasce Causas effudit, veluti per rei evidentiam resultantem ex causa, & antecedente uecessario, manifestum quoque redditum dici queat, Laicorum vires insufficieutes prorsus esse ferendis oneribus, sive ordinariis, sive extraordinariis, quibus Ecclesiasticos etiam a Summis Pontificibus subjici oportuit, quippè, ut paulo ante dictum est, ex *Card. de Luca*, vires Ecclesiastici Principatus, tamquam vix pares adimplendis oneribus occurrentibus, impares certè sunt solveodis tot annuis centenis millibus pro sustinendis gravaminibus, quæ in dies supervenerunt.

His igitur perpensis circumstantiis, ex quibus notoriæ factæ sunt graves erumnæ, totius Ecclesiasticæ Ditionis Populum opprimentes, atque etiam spectatis plurimis aliis intolerabilibus oneribus Laicorum, à quibus exempti sunt Clerici, ut ex *cl. mem. Card. de Luca in miscell. disc.3. n.8., & seq., & prius disc.58. n.14. de Regal.* nemò non videt, quod frustra in nostra hypothesi quæreretur, an soli Laici absque Clericorum concursu ferre possent onera injuncta, ob causas æquè principaliter, & immediatè utrosque tangeotes, quando alioquin, verè hac summa cogente necessitate, ad hujusmodi subsidiarium Ecclesiasticorum gravamen deventum præsumendum semper esset, *Fagnan. in Cap. Ex parte num.27. de Feud.* ubi ait, hanc solam præsumptionem magis urgere, quàm exprimitur causa, quæ tempore factæ alicujus dispositionis intervenisse potuit, *in primam part. tertii Decret. tom.4. fol. 287., Cresp. de Valdaura tom.1. observ. prima §.3. num.54., & plur. seq. usque ad fin. 5.*, latissimè rationibus, & auctoritatibus probans, quod cum Princeps aliquid imperat, vel statuit, publicum gubernium respiciens, standum sit ejus assertioni, satisque esse, quod verisimiliter coustet publicæ utilitatis, vel necessitatis casum evenisse, *Lancellot. Conrad. in Templ. omn. Judic. cap.1. §.1. quæst.2. num.7.* hoc firmans ex suprema Papæ potestate *fol.3., Eminentiss. Petra ad Constit. Apost. tom.1. ad Constit. primam Leonis magni sect.3.n.68.fol.89., Rot. cor. Merlin. dec.775.* ubi postquam *num.19., & seq.* probavit, Summam, & Monarchicam potestatem Summi Pontificis disponendi de rebus Ecclesiæ, *num.23.* tradit, quod si de illis disponat, justa causa præsumenda semper sit in hujuscemodi gestis per Summum Pontificem.

Propterеaque inde etiam fit, quod ut constasse dici queat, Laicorum Bona non sufficere, non requiratur formalis illorum discussio, quando si deficeret rei notorietas, & evidentia, certè concurrentes in nostra hypothesi, extrajudiciales quoque informationes sufficere possent; hoc namque casu sequendum est exemplum editum à Clemente VIII., cujus facto præscripta dici debet forma inspicienda, servandaque in hisce Causis, illudque refertur *à Mart. de Jurisdict. part.4. cent.1. cas.1. num.52., & seqq.*, ubi expresse ait, discussionem hanc non requiri, quoties insufficientia est notoria, & post *Martam* probat etiam *Gonzal. in d. Cap. Non minus n.14. in fin.*

At cur his utimur argumentis, quasi dubia videri possit Laicorum insufficientia ferendis, iis, de quibus agitur, oneribus, quando illa veluti, ut dicitur, a priori apertè jam demonstrata, per suam nempè causam, evidens præterea cuique redditur ex effectu, ex eo videlicèt, quod licèt Laicis Clericorum quoque auxilium adjunctum fuerit, ut eadem onera quanto inter plures divisa reperirentur, tantò commodius ab omnibus, & majori cum æquanimitate susciperentur, ut notavit *Fulgos. cons. 120. num.3.*, nihilominus a Clero collata auxilia satis non fuerunt, nec pro tollenda causa, videlicèt pro S. Sede exoneranda ære alieno, ob quod solvendum subsidia per Ecclesiasticos etiam conferri oportet; nec ut laicæ Universitates persolvere valeant immoderata, ac permagna gravamina, publicæ necessitatis causà imposita, absque eo, quod in deterius semper ire cogantur, novum in dies æs alienum coutrahendo.

Quod attinet primum, ne frustra quæratur probatio rei manifestæ, qualis est magna æris alieni moles, quà Sancta Sedes premitur: innuisse satis sit, irrito sæpe conatu Summos Pontifices ex eo emergere tentasse. Paulus III. imme-
diatus Successor Clementis VII. Principatum ex 52
eo suscepit maximis, ut dictum est, calamitatibus jam penè confectum, & grandi ære alieno gravatum his levandis cum nosceret non sufficere Laicorum vires, extraordinarium, temporariumque a Clero auxilium conferri, præcepit subsidio illo, quod ex tempore Triennii, quo duraturum erat, Triennale nuncupatum fuit,

ut

ut ex dicti Pontificis Constitutione edita anno 1543. *In 39. Bull. nov. tom. 1. fol. 764.* Sed vota ejus in irritum cessere, novis enim prementibus necessitatibus, instanteque Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi convocatione facta ann. 1545., dictum subsidium ad aliud Triennium prorogare oportuit.

Julius III. hoc extraordinario onere Subditos liberare destinaverat: *at Ærario ipsius Cameræ*
53 *propter malas temporum conditiones, non solùm attrito, sed penitus exhausto, cum,* ut ipse loquitur in sua Constitutione *In 22. Bull. vet. tom. 1. fol. 522., non habeamus unde molem expensarum, quæ pro Orthodoxæ Fidei defensione, & Statûs S. R. E. conservatione nobis in dies inevitabiliter subeundæ sunt, sufferre possimus, votum, consiliumque nostrum mutare, & impositionem Subsidii Triennalis dudum ad certum tunc expressum tempus factam, &c. in aliud tempus prorogare, & extendere cogimur.*

Religiosissimus Pontifex Marcellus II. in sua *Constit. d. Bull. vet. tom. 1. fol. 567.* deplorat, quod Julio III. rebus humanis erepto = *Camera Apostolica in ea egestate reperta fuit, ut* (quod sane maxima nota dignum est) *neque ipsius Prædecessoris exequiæ modo solito, neque Conclavis expensæ commodè fieri potuerint, quinimò ad eas sarcire remissè faciendas, oportuerit multum æs alienum cum gravi ipsius Cameræ jactura contrahere, verum cum ex ordinariis ejusdem Cameræ redditibus hujusmodi dissolvi, & moles expensarum, quæ pro Orthodoxæ Fidei defensione, & Status S. R. Ecclesiæ conservatione* = subeundæ in dies erant, sustineri nequirent, recurrere coactus fuit ad extraordinaria auxilia, rursus ad aliud tempus d. subsidium prorogando.

At cum onera etiam illa, quæ publicâ postulante utilitate, vel necessitate, noviter indicuntur, ideoque extraordinaria nuncupantur, ordinaria effici non rarò contingat, ut ex *Bart. in l. 1. C. de Indict.*, aliisque probat *Fajard. alleg. 33. ex num. 2208.*, & præsertim *num. 2215., & seq.*, quod à Valentiniano III. factum refert *Thomasin. d. cap. 34. num. 4.*, Paulus IV. non amplius ad Triennium, sed aliud efficiendo perpetuum, ad beneplacitum Sedis Apostolicæ exigendum indixit in sua *Constit. 20. Bull. nov. tom. 1.*, ut habetur apud *Cobell. ad. Bull. Bon. Regimin. cap. 50 n. 126., & seqq.*, ubi referuntur alia onera a Summis Pontificibus deinde indicta, inter quæ adest Taxa pro sustentatione Triremium, cui Ecclesiasticos etiam subjecit Sixtus V., ut ex eodem *Cobell. cap. 28. num. 132., Panimol. annotat. 2. dec. 6. n. 1.*

Verùm quidem est, ut mox dicebam, quod quum ratio temporum permisit, & ingruentis necessitatis vis remissa est, Summi Pontifices, vel abrogarunt, vel allevarunt onera aliqua, Ecclesiasticis etiam incumbentia; at sicuti novæ semper supervenerunt causæ, publicæque calamitates, ob quas magna moles expensarum in dies subeunda fuit, tum pro orthodoxæ Fidei, tum etiam Status S. R. E. defensione, ita etiam nunquam urgere desiit instans illa necessitas, ob quam, vel antiqua renovanda, vel nova imponenda fuerunt gravamina, quibus sustinendis Laici, tametsi adjuti Clericorum subsidiis non sufficiunt, idque est alterum, quod pariter ex effectu demonstratur, extremum.

Neminem enim latet quàm frequenter pleræque Civitates, ac Universitates Pontificii Principatus cogantur ingens æs alienum contrahere pro solvendis Tributis, & Contributionibus, quæ à Reverenda Camera exiguntur, ut illicò erogentur in publicas indigentias, & præsertim in solutionem fructuum Locorum Montium, quibus destinatæ sunt: præter enim passivas Censuum impositiones, quæ à dd. Civitatibus passim celebrantur, quanta debitorum 54
mole eædem obruantur, manifestum fit ex erectionibus Montium, qui nuncupantur Communitatum, pro quibus annuos solvunt fructus, & tamen grande hoc æs alienum contrahitur, quia nec Laicorum facultates, nec subsidia subministrata à Clero satis esse valent pro Tributis & Contributionibus, quæ pro oneribus ordinariis in Pontificium Ærarium deferre promptè oportet.

Quamquam vero si præsentem rerum statum, & tempora intueamur, extrema videri queant mala, & angustiæ, quibus premitur universus Ecclesiastici Principatus Populus: attamen Sancta Sedes, ita Laicis opem ferri statuit à Clero, ut magna ex parte illius Immunitatem sarctam, tectamque velit. Primò enim a oneribus Cameralibus exempta relinquit Bona primæ erectionis, *Thomas del Bene in suis addit. novissimis, post 2. tom. de Immunit. sub lit. B. verb. Bona data pro erectione Locorum Piorum*, ubi refert plures Resolutiones Sacræ Congregationis, quibus addendæ aliæ apud *Ricc. in Synopsi Decret. S. Congreg. verb. Bona 1. Erect. a num. 1. usque ad fin.*

Pari quoque Immunitate gaudent Bona patrimonialia, ad quorum titulum Clericus est ordinatus, quia tale Patrimonium, utpote subrogatum loco Beneficii, illius naturam assumit, *Fagnan. in cap. Episcopus n. 31., & n. 39. de Præbend. in 1. part. 3. Decret. tom. 4. fol. 87., & seq.*, latè *Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de exemption. Cleric.*, & *eorum Bonorum muneribus publicis §. 5. n. 9.* cùm aliis, qui lato calamo referuntur apud *Panimol. in annot. 3. ad dec. 6., & dec. 154. n. 39., & seqq. tom. 3.*, & juxta resolutiones S. Congregationis Immunitatis, de quibus *Ricc. loc. mox cit. num. 10., & 12.* Necnon Sac. Congregationis Boni Regiminis, de quibus *Cobel. ad Bull. Clem. VIII.* Ita quidem ut hujusmodi patrimonium aliis non subjiciatur oneribus, nisi realibus, certis, invariabilibus, & infixis Bonis propter Bona, & non Bonis propter Personas, *Fagnan. in dicto cap. Episcopus sub n. 42. vers. nec tolli, Panimol. dict. decis. 154. n. 44.*,
vel nisi urgentibus Cameræ necessitatibus illius 55
Immunitas limitata quandoque reperiatur respectu aliquorum onerum magis privilegiatorum, videlicèt defectus vectigalis Carnis, & Macinæ, ut animadvertitur *dict. decis. 154. n. 41.*

Hæc

Hæc igitur cum ita se habeant, & argumentis luce clarioribus demonstratum dici posse videatur, extremas esse necessitates, quibus S. Sedes Ecclesiasticos etiam subjicere cogitur oneribus Cameralibus, illasque originem ducere ex publicis caussis, immediatè tangentibus Ecclesiasticos æquè, ac Laicos, quibus præterea, utpotè tot aliis gravaminibus oppressis, licèt tantæ non suppetant facultates, ut pares illis esse valeant: nihilominus tàm Bona primæ erectionis, quàm Patrimonia, ad quorum titulum Clerici ordinantur, immunia relinquuntur ab ejuscemodi oneribus: ambigi profectò nequibit, quod nedum summa cum circumspectione, sed maxima cum Religione, Ecclesiastica Immunitas servari curetur, & nonnisi summa arctante necessitate Clerici ad subsidia Laicis conferenda advocentur Canonicâ illâ æquitate, quam Sac. ipsi Canones commendarunt.

Hæc autem profectò omnia si æqua ratione perpendantur, nemo non videt æquitati, & rationi consentaneum esse, ut in Ecclesiastica Ditione Clerici auxilio sint Laicis pro substinendis oneribus nonnisi ex justa pietatis, & publica Religionis causa impositis, *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap.* 28. *n.* 116., & benè considerat *cl. me. Card. de Luca in Miscell. disc.* 3. *num.* 7., *& seqq.*, *disc.* 4. *num.* 40. *& seqq. in annot. ad disc.* 33. *de Relat. Rom. Cur. num.* 7., ubi, & alibi etiam animadvertit, Clericatum plerumque suscipi pro illis evitandis; neque verò id corruptis nostrorum dumtaxat temporum moribus introductum est, sed omni ævo, opibus, & natalibus cæteris Civibus antecellentes, oneribus, quibus subjiciebantur se subducere curarunt profitendo Clericatum, teste *Thomasin. d. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 13. *&* 14., *& n.* 18., ut etiam antiquum, & vetus fuit, quod Clerici sub pallio Immunitatis, Prædiis suis concessæ, subtraherent illa Laicorum, ex eodem *Thomasin. dict. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 5.

SECTIO IV.

Summus Pontifex, subsidia, quæ pro publicis necessitatibus, per Ecclesiasticos quoque conferenda, Pontificia Potestate, & non temporalis Principis auctoritate imperat, Ecclesiastici pariter Magistratus, qualis est Sacra Congregatio Bon. Regiminis, ministerio distribuit, & exigit.

56 *Iterum enumerantur requisita Cap. Non minus, & Cap. Adversùs.*
57 *Statuitur, quod Papa suis Legibus non subjiciatur.*
58 *Tamen ea adamussim servat.*
59 *Quantà injurià Laici Summos Pontifices calumnientur.*
60 *Quàm differant in hac materia cæteri Episcopi, præcipuè ii, qui in Laicorum Ditionibus sunt, a Summo Pontifice.*
61 *Summi Pontifices exactioni Ecclesiasticorum vectigalium Magistratus Ecclesiasticos præposuere.*
62 *Antiquitus erat penes Tribunal Cameræ Apostolica omnis auctoritas circa Tributorum solutiones, ut patet variis exemplis, præsertim sub S. Pio V.*
63 *Clemens VIII. Sac. Congregationem Boni Regiminis instituit.*
64 *Refellitur opinio Cardinalis de Luca circa istam institutionem.*
65 *Sac. Congregatio in ipsa sua origine fuit Tribunal Ecclesiasticum.*
66 *Primò quia Personis Ecclesiasticis constat, quando ad id sufficeret, quod constaret saltem Ecclesiasticis, & Laicis.*
67 *Secundò quia ipsi attributa est auctoritas, non tantùm in Civilibus, sed etiam in Criminalibus contra Clericos.*
68 *Tertiò quia à sententia sanguinis ferenda abstinere debet, & in hoc differt à Sac. Consulta, quod est Tribunal Laicale, & propterea eget speciali facultate, ut Clericos judicet.*
69 *Quartò, quia potest contumaces coercere censurarum pœna.*
70 *Optimo jure cautum fuit à Summis Pontificibus, quod S. Congregatio omnes Universitatum Causas, & præcipuè eas, quæ ad Vectigalium solutionem pertinent, privativè quoad alia Tribunalia summariè cognosceret, omnimodaque auctoritate polleret in quascumque Personas.*
71 *Per novam erectionem Sacræ Congregationis super Immunitate Ecclesiastica nihil detractum fuit auctoritati Sacræ Congregationis Bo. Regim.*
72 *Quid tradiderint Fagnanus, & Cobellius circa praxim Sacræ Congregationis Boni Regiminis in distribuendis oneribus inter Ecclesiasticos, & Laicos.*
73 *Quare deputata fuerit à Ven. Innocentio XI. Congregatio particularis ad statuendam jurisdictionem in Causis cognoscendis ab una, vel altera ex dd. Congregationibus.*
74 *Quid ab ea responsum fuerit?*
75 *Innocentius XII. cum ad SS. Congregationes deferenda prohibet Causas contentiosas, excipit S. Congreg. Bo. Regiminis.*
76 *Decreta quinque Innoc. XI. confirmat, & ampliat idem Innocentius XII.*
77 *Ex tenore Brevium, quibus Visitatores Apostolici deputantur, confirmatur Jurisdictio S. Congreg. Boni Regiminis.*
78 *Examinatur tenor ejusmodi Brevium.*

UT Ecclesia, & Clerus publicarum calamitatum commiseratione permotus, à Laicis advocari possit ad ferendam eis opem, quando ipsi cum suis facultatibus ex illis emergere non valent, & si adesse oporteat, sex illa requisita, quæ ex *Cap. Non minus, & cap. adversùs de Immun.* desumpsit *Abb. in famigerato consil.* 3. *par.* 1., 56
quorum præcipuum est assensus Pontificius, Secundum consensus simultaneus Episcopi, & Cleri, Tertium justa causa publicæ necessitatis, vel utilitatis. Quartum quod illa promiscuè respiciat

ciat tàm Laicos, quàm Ecclesiasticos. Quintum ut subsidii ratio ita exigat, quia nempè Laicorum vires non suppetant. Sextum denique, quod hujus subsidii exactio fiat auctoritate Judicis Ecclesiastici, non autem Magistratus secularis, ut aliis collectis, ex communi Canonistarum, & Moralium sententia latè habetur apud *Fagnan. in dicto Cap. Non minus num.23. & seq tom.4. in 2. part. tertii Decretal. fol.368., Gonzal. ibidem num.14., & seq. tom 3. fol.984., cl. me. Card. de Luc. de Regal. disc.58. n.11., & seqq., & in Miscell. disc.2. n.43., & disc.53.n.3., Van-Espen. in jus Eccles. univ. to.2. part.2. tit.35. cap.3. n.6., & seq. fol.1171., & seqq.*, & passim apud alios.

57 Attamen Summus Pontifex, cujus sola auctoritate, & permissu ejusçemodi Cleri subsidium à Laicis implorari potest, cum supremam illam, qua id indulget, potestatem non receperit à Sacris Canonibus, quibus non subjicitur, *cap. significasti 3. de Elect.*, *Fagnan. in cap primo num.57. de pact. in 2. par. primi Decretal. tom.2. fol.538. & in cap. Si aliquando n.11. de sentent. excomm. in 2. part. quinti Decretal. tom.5. fol.183.* quippe est supra jus, omniaque extra jus, & contra jus posse dicitur ab eodem *Fagnan. in cap Consultationibus num. 25. de Cleric. ægrotant. in primam part. tertii Decretal. tom.4. fol.204.*, & prius dixerat *Bald. in cap. Cum super de cauf. possession., & proprietat.*, *Barbat. cons.1. per tot. lib.1.*, *Lancellot. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib.1. cap. 1. §. 1. quæst. 2. n.7. fol.3.*, quibus additur *Frast. de Reg. Patronat. Iudior. to.1. cap.3. num.42., & seqq.*, apud quem concordantes, tutius idcircò, solertiusque de iis, quæ ita a Sacris Canonibus præscripta reperiuntur, inquirendum minimè videretur, quando ipse, qui est primarius, supremusque dispensator proventuum omnium Ecclesiasticorum, in Urbe Romana, suaque Ditione vectigalia, & onera Ecclesiarum, & Cleri quoque Bonis imponit, *cl. me. Card. de Luc. in miscell. disc.4. n.8., & seq., Eminentissimus Petra in suis Commentar. ad Constit. Apost. tom.4. ad constit.9. Martini V. n.10. fol.445.*

58 Verùm tamen quia = *Justum est, Principem Legibus obtemperare suis: Tunc enim jura suo ob omnibus custodiendo existimet, quando & ipse illis reverentiam præbet* = ut in *Canon. Justum est, distinct.9., leg. digna. vox cod. de legib., & leg. Princepsff. eodem, Eminentiss. Petra ad constit. Apost. ad constit.6. Gregor.IX. n.2., & num.43. tom.2. fol.530., & 534.*; Summi idcircò Pontifices ut exemplo etiam suo admoneant Sæculi Principes, quantâ religione coleoda, servandaque sint Sacrorum Canonum Decreta præcipientia, manus abstinendas esse ab Ecclesiis, ac Ecclesiasticorum Bonis, super quibus, tamquam oblatis, & consecratis Deo, jus nullum ipsi habere possunt, ut = *& lumen rationis ostendit, & Deus ipse in Scripturis Sanctis non obscurè tradit, cum ait Levitic. ultim., quidquid semel Deo fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino*: quemadmodum loquitur *Card. Bellarm. controvers. tom.2. de Cleric. lib.1. cap.29. fol.334. lit. A.*, propterea haudquaquam utentes suprema illa potestate, quæ cum summo Sacerdotio ipsis attributa est, dum contributiones imponunt, atque exigunt à suæ temporalis Ditionis Clero, juxta Sac. Canonum mentem id agunt in iis solum modò circumstantiis, & iis urgentibus extremis necessitatibus, in quas conjecti, Seculi etiam Principes impetrare solent, ut ex Clero ipsis subministretur subsidium illud, quod Canonica æquitas eisdem non denegat.

Ut autem id demonstrem, non est cur in hac nostra hypothesi agam de iis, quæ a Sacris Canonibus constituta fuerunt, ut præscriberetur modus, & regula quà servatâ, nullus relinqueretur locus struendis insidiis in perniciem Ecclesiasticæ libertatis, cui Laicos infestos semper fuisse collacrymabat Bonifacius VIII. *Cap. Clericis Laicos 3. de Immunit. lib.6.* Nam sicuti demonstratum est tota Sectione præcedente: quando Summus Pontifex Apostolica auctoritate expressè, & speciatim Clerum subjicit oneribus Cameralibus, cum id agat arctante summâ necessitate, & impellente causâ omnium justissimâ, & piissima pariformiter, Ecclesiasticos, ac Laicos immediatè tangente, qualis est illa tuitiunis, ac propagationis orthodoxæ Fidei, atque conservationis Patrimonii B. Petri, & rursus nonnisi post exhaustas Laicorum facultates imperet subsidiariam opem, per Ecclesiasticos conferendam, improbè idcircò, perversèque diceretur, ex eo, quod in hac re Pontificia sit auctoritate, Ecclesiasticam libertatem violatam, aut imminutam iri. 59

Frustra igitur hoc casu exposceretur consensus Episcopi, & Cleri particularium Ecclesiarum, quia respectu illarum, utpote rectè requisitus in Ditionibus Seculi Principum, ne emendicatis coloribus ab his petatur, Ecclesiasticos sinè justâ causâ ullis subjici oneribus, vel quàm id illis per Summum Pontificem licet, ne in eorum distributione plus æquo graventur, nullo certè pacto requiritur quoad Ecclesias Pontificiæ Ditionis: tum quia Summi Pontifices, tamquam primarii rerum Ecclesiasticarum dispensatores, sæpe numero, vel ob justas, publicasque causas Regibus Decimas, aliamve partem proventuum Ecclesiasticorum inconsulto Clero attribuerunt, *Van. Espen. in Jus Eccles. univ. part.2. tit.35. cap.3. num.19., & seqq., fol.1171.*, & vel quoties extrajudicialibus informationibus, aut facti notorietate eidem constitit, talem consensum fuisse ab Episcopo, & Clero injustè denegatum, illum suppleverunt, prout justè suppleri posse, tradunt *Gonzal. in d. cap. Non minus n.15., cl. me. Card. de Luc. de Regal. disc.58. num.14., in miscell. disc.2. n.45., disc.3. n.6., & in Sum. sub n.42.*; Tum etiam quia, ob supremum regimen, & Jurisdictionem, quam ipse habet, & exercet in universum Populum, immediatè sibi subjectum, omnesque Laicos, ac Ecclesiasticos æquè sibi subditos, certò semper novisse præsumitur œconomicas indigentias sui Principatus, & an res in eo statu 60

sint,

sint, eæque concurrant circumstantiæ, quæ locum facere valeant subsidiariis auxiliis imperandis Clero, ut cum Laicis concurrat ad publica onera subeunda.

Ut etiam timendum non est, quod peccetur in modo, quo talis subsidiaria exactio fiat, asperà videlicet coactione lædendo reverentiam Ecclesiis, & Clero debitam, quia quidquid hac in re fit, veluti factum in conspectu Papæ, & Sedis Apostolicæ, qua non permitteretur aliquid irreverenter contra Ecclesiasticam libertatem attentari, ritè semper, rectèque gestum præsumendum est, ut *in addit.ad disc.33.cl.me.Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. n.11. vers. idque ad evidentiam in supplem. part.4.*

At quoniam Ecclesiasticæ libertatis tuendæ cura præcipuè postulat, ut quidquid subsidii à Clero Laicis impenditur, id non solum agatur Pontificia auctoritate, sed etiam ministerio Magistratus Ecclesiastici, non autem secularis, quemadmodum expressè sancitur *in dicto Cap.*
61 *Non minus, & Cap. Adversus*: quod unum servari se velle Bonifacius VIII. admonebat Philippum Pulchrum, cui alioquin non obnitebatur, ut dona, mutuà Summi Pontificis interveniente auctoritate,& summa quadam impellente necessitate à Clero ipsi offerrentur, ut agendo de dissidiis inter illos subortis occasione dictæ Decretalis *Clericis Laicos*, notavit *Thomasin. d.cap.43. præsertim n.9;* propterea instituti, quod sub initium mihi proposui, rationi congruit, ut occurrendo obtrectationibus Ministrorum secularium Principum, qui pro tuendo quidquid ipsi perversè moliuntur contra Ecclesiasticam libertatem, impudenter obtendunt, in Ditione quoque Sanctæ Sedis id fieri ministerio Magistratus Secularis, demonstrem, onera, non quidem meri Principis secularis, sed ut probatum est duabus præcedentibus Sectionibus, Summi Pontificis Spirituali Potestate Clero in Ecclesiastico Principatu imposita, distribui etiam, atque exigi ministerio Magistratus verè Ecclesiastici, qualis est Sacra Congregatio Boni Regiminis.

Verùm antequam id agam, abs re non erit animadvertisse, in hoc amplissimo temporali Principatu S. Sedis, omni ævo innumeras extitisse Ecclesiasticas Personas, Locaque Ecclesiastica, possidentia immensa Bona, omnique pariter ævo oportuisse dicta Bona gravare oneribus, atque contributionibus, nedum ob publicas indigentias d. Principatus, sed, rectiùs dixerim, ob causas respicientes Christianæ Reipublicæ incolumitatem, quapropter oportuit etiam semper adfuisse Tribunal aliquod, cujus ministerio distribuerentur, & exigerentur onera imposita super Ecclesiasticorum Bonis, adstringendo Debitores ad illorum solutionem.

Priscis temporibus hæc omnia exercebantur à
62 Supremo Tribunali plenæ Cameræ, quæ tum Ecclesiastica, tum Laica Jurisdictione impertita reperiebatur: quinimo si quæ emergerent controversiæ super exemptione, & immunitate ab oneribus, tametsi merè communitativis, ex-

dem, veluti a Tribunali competente, ab illo Cameræ cognoscebantur; Porrò ad id probandum satis erit referre solemne Votum à d. Tribunali editum regnante Sancto Pontifice Pio V. Religiosissimo Ecclesiasticæ libertatis assertore: cum enim Ecclesiasticorum Coloni se exemptos esse contenderent à Collectis impositis pro oneribus publicis, sive communitativis; articulo hoc maturè examinato in pleno Tribunali Cameræ = *de voto omnium* (sunt verba Voti Cameralis) *de voto omnium, nemine penitus discrepante, judicatum fuit, Colonos, arrendatarios, negotiorum gestores, aliosque hujusmodi Religiosorum factores, quoad ipsorum Bona, seu quoad portionem Bonorum Ecclesiasticorum ad ipsos spectantem, non esse eximendos, sed immunitatem respicere debere ratam solam, & partem redituum ipsorum Religiosorum; itaut Coloni, & alii similes, ad onera publica teneantur* = Hujusmodi autem Votum fuit approbatum à dicto Sancto Pontifice, qui illud servari, & exequi mandavit.

At quoniam, ob plurima illa, & quotidiana negotia, ad universum S. Sedis, & Principatus Ecclesiastici patrimonium pertinentia, aliaque gravia munera, quibus d. Reverendæ Cameræ 63
Tribunal distinebatur, fortè non adeo feliciter œconomicum ejusdem Principatus gubernium administrabatur, ea nimirum, qua oportebat, diligentia, & celeritate ad solutionem urgendo Debitores Communitatum, atque Universitatum, quæ illà retardatà impares reddebantur publicis functionibus obeundis, & oneribus cameralibus exolvendis; quorum præterea exactio difficilior reddebatur, tum quia veteri Debitorum more facile eisdem erat declinare, vel longius Causas protrahere in Tribunali, tanta aliorum negotiorum multitudine occupato, tum etiam quia ea ex parte, quæ respiciebat dd. onerum distributionem inter Personas quoque Ecclesiasticas, exactionemque ab illis faciendam, assiduè ab eisdem excitabantur controversiæ, an videlicet onera essent cameralia, nec ne? Sive potius communitativa, seu mixta? Ex cujus qualitatis declaratione præcipuè pendebat determinare, an eis subjici possent Ecclesiastici: propterea ut hæc omnia, sublatis quibuscumque Debitorum diffugiis, expeditum exitum haberent, providè, sap. enterque à san. me. Clemente VIII. erectum fuit unum, & peculiare Tribunal, Sacra nimirum Congregatio Boni Regiminis, cui in hisce Causis, & negotiis plena Jurisdictio, tàm quoad Ecclesiasticos, eorumque Bona, quàm quoad Laicos privativè concessa fuit.

Obiter hic animadvertisse liceat, apertè quidem errasse *cl.me. Card. de Luc.*, asserendo, Sac. 64
hanc Congregationem speciem, & potestatem gerere secularis Magistratus; sed graviori errore ex eo lapsas convinci Seculares Potestates, illarumque Ministros, sese perperam excusando exemplo d. S. Congregationis, dum irreligiose contributiones imperant, atque exigunt ex Ecclesiasticorum Bonis. Quamvis enim præfatus Auctor, ut alibi notatum est, sentiat, quod d.

Sac.Congregatio = *spectatâ ejus origine, ac naturâ, secularis potius, quam Ecclesiastici Tribunalis, vel Magistratus speciem redoleat, attamen cum in hoc Principatu, cujus supremus Regulator utrumque gladium in manibus habet, &c. hinc proindè Pontifex aliquas facultates cum Ecclesiasticis circà hujusmodi Collectas, & Contributiones ei communicare cœpit, adeout paulatim, ac insensibiliter ita quoddam Tribunal mixtum effectum videatur* = sunt ejus verba *d. disc. 6. n. 8., & 29. in Relat. Rom.Cur.* quod etiam dixit *in tract. de Judic. disc.47. sub n.19. in supplem. part.4.* cumque, ut ipse animadvertit *d. disc. 26. n.2.*, eadem Sac Congregatio constituatur ex competenti numero Eminen.Cardinalium, & Prælatorum, ideoque, ex Ecclesiasticis Personis integrè constetur, incongruum ab eo non dicitur, quod jurisdictionem suam in Ecclesiasticos quoque exerceat, utiturque exemplo similis Tribunalis Ædilium, sive Magistrorum viarum, de quo *in Relat. Romana Curiæ disc.38. n. 7.* ; cumque sequitur *Emus Petra in sui Comment. ad Constit. Apostol. tom.4. ad Constit.9. Martini V. n. 9. fol. 444.* En igitur ex Sententia ipsius *Card. de Luc.* adempta excusatio, cujus colore Sæculares Magistratus violare non verentur Ecclesiasticam immunitatem, ajendo se sequi exemplum, quod à S. Sede ipsis præbetur, quando ex iis, quæ ille disertis verbis tradidit, cuique manifestum est, quod si hæc omnia in Ecclesiastica Ditione exercentur ministerio S. Congregationis Boni Regiminis, eadem nonnisi auctoritate Ecclesiastica peragi dicenda sunt.

Redeundo undè paululum digressus sum, ad assumpti nempè, quod mihi proposui, proba-
65 tionem: profectò Sac. hæc Congregatio non pedetentim, & per quandam facultatum communicationem juxtà negotiorum qualitatem deinde illi factam, adepta fuit jurisdictionem in Ecclesiasticos, sed in ipsa sua origine, & institutione, jurisdictione hac impertita fuit, tamquam Tribunal verè Ecclesiasticum. Si enim spectemus illius erectionem à san. me. Clemente VIII. factam vigore ejus Constitutionis 10., cujus alibi meminimus; primo ipso oculorum conjectu ex ea sese nobis offert ejusdem Ecclesiasticæ qualitas, dum teste etiam ipso *Card.de Luc.* absque ulla Secularium mixtione, nonnisi ex Personis Ecclesiasticis, ex pluribus nimirum Eminentiss. Cardinalibus, atque Illmis Prælatis illud constitutum videmus, eidemque, tamquam Præfectus præest unus ex dd. Emis Cardinalibus: quamobrem spectata Ecclesiastica qualitate Personarum, quibus tantum Tribunal componitur, id satis videri posset, ut Ecclesiasticum reputari deberet ex doctrina Innocentii in *cap. dilectæ num.9. de excessib. Prælator., Dec. in cap. ex literis num.20., & seq. de Constit., Fagnan. in cap. in præsentia n.105. de probat. in secundum Decretal.t.m.1 fol.178., Raynald.observ. crimin.tom.4. in supplet. 5. ad cap.22. num. 17.*

Quinimo tale censendum esset, etiamsi in
66 illo adessent Personæ quoque Laicæ, quippè quia qualitatem suam desumeret ex eo personarum genere, quod, vel ob numerum, vel ob majorem dignitatem in ipso præponderaret, juxta doctrinam *Abb.in cap.cum ab Ecclesiarum n.6.de Offic. Ordin., & cap. ex literis 11. n.4. de Constit.* ubi ita loquitur = *quomodo autem cognoscatur, an Collegium sit Ecclesiasticum, vel sæculare, dic, quod si plures sint ibi Clerici, esse Ecclesiasticum, si plures sint Laici, esse Seculare; data paritate, est dicendum Ecclesiasticum, quia magis dignum trahit ad se minus dignum* = *Socc. in cap. n.17., & in cap.significasti n.43.de for. compet.* verùm quod magis est & benè probatur ex *Fagnan. in cap. magnopere n.11., & seq.* magis dignum præfertur, etiamsi minus dignum excedat in quantitate, vel numero, eo quod mixtum ex duabus naturis, naturam sibi assumit à potentiori, & dignori *tit. ne Cleric., vel Monach. tom.4. in secundam par.3. Decr. fol.403.*, ubi se refert ad alia, quæ latiùs scripserat *in cap.Cum propter ex n.53.pariter in secundam par.3. Decretal. fol.259., Sylvest. in Summ. verb. Collegium in princ., Covarru. practic.quæst. cap.34. sub 1., Marant. in prax.par.2.distinct.11. num.23., Ricc. pariter in prax. resol. 317. n.3., Lauren de privileg. Scholar. privil. 66. limit. 1., Bonacciu. de Censur. in commun. tom.1. disp. 1. qu.1. punct.2. proposit. unic. num.7., Raynald. in mox allegat. supplet.4. n.15. circa fin. vers. quarto quando.*

At frustra argumento hoc, tametsi alioquin validissimo, utimur ad assumptum nostrum pro- 67
bandum, quando Ecclesiastica qualitas Supremi hujus Tribunalis, & ordinaria ejus jurisdictio in Clerum universum, & Ecclesiarum Bona, manifesta redditur ex aperto tenore totius d. Constitutionis, & disertis verbis explicatur in Brevi ab eodem Clemente VIII. edito Motu proprio, atque registrato in calce d. Constitutionis sub *n.1.* in eo namque Cardinales pro Bulla exequenda deputati, expressè, & nominatim impartiti leguntur amplissima jurisdictione quoad Causas omnes spectantes ad œconomicam, & felicem administrationem Communitatum, atque Universitatum Ditionis Ecclesiasticæ, supremâ, summâque eidem Congregationi datâ potestate compellendi ad solvendum id, quod illis debetur, nedum Laicorum, sed Clericorum etiam cujusvis Dignitatis Personas: perspicua sunt verba d. Motus proprii, ibi = *tàm Laicorum, quàm Clericorum cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, vel præeminentiæ existentium, etiam Cardinalatus honore fulgentium &c. etiamsi Universitates, Societates, Congregationes Collegia, ac tàm virorum, quàm mulierum Monasteria, Hospitalia, Ecclesiæ, aut Loca Pia quocumque privilegio, immunitate, vel exemptione suffulta fuerint* = Quæ Sacræ hujus Congregationis jurisdictio ampliata legitur ad Causas omnes criminales etiam, & mixtas alia posteriori Constitutione Pauli V. *Bullar. nov.t.3. fol.225.*, atque demum confirmata est à fa. me. Innocentio XII. in Decreto 71. edito super renovatione, & declaratione Constitutionis 74 Sixti V. *§.7. in ejus Bull. fol. 242.*, de quo Decreto latius infra verba faciam.

At

At si verùm est, quod nemo dubitat, Tribunal nullum, quod ratione sui muneris sit verè laicum, Jurisdictionem, præsertim verò criminalem, exercere posse in Clericos, tametsi iidem spontè sese illi subjicere vellent, ut sancivit Innoc. III. *in cap. si diligenti 12. de for. compet.*, ibique latè *Gloss.*, ac *Gonzal. nu.9. & 11.*, & disponitur etiam in *authen. statuimus post leg. Omnes, qui ubique 32. C. de Episc.*, & *Cleric.*, *Squillan. de privileg. Cleric. cap.7. num.2. & 3.*, *Antonel. de Jurib.*, & *onerib. Cleric. part. 1. cap. 1. pariter num.2. & 3.*, *clar. mem. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 3. num. 27.*, *Panimol. in annot. 1. ad dec. 85. num. 26.*, *Thomassin. de Veter.*, & *Nov. Eccles. disciplin. part. 1. lib. 2. cap. 97. num.7.*, ubi loquens de Defensoribus Ecclesiæ, illos Ecclesiasticos fuisse probat ex eo, quod in Clericos Jurisdictionem exercerent; ait enim = *At posterioribus seculis certum est, eos ex Clero adscitos fuisse, sicut, & in Oriente. Nec enim Chalcedonensis Synodus eu potestate Laicum Defensorem muniisset, ut Clericos Urbe exigeret* = Dicendum profectò est, quod cum Summus Pontifex d. Sacræ Congregationi Boni Regiminis ordinariam Jurisdictionem in Ecclesiasticas omnes Personas, illarumque Bona plenariè contulerit, constituta proptereà fuerit Tribunal verè Ecclesiasticum, & Ecclesiasticam Jurisdictionem habens in earum Causis.

Animadvertisse tamen juvat, quod licèt tantum Tribunal impartitum reperiatur Jurisdictione criminali, nihilominùs illa eidem concessa reperitur cum ea restrictione, videlicèt = *Dummodò sententiam sanguinis per se ipsos non ferant* =, & rectè quidem, quia Tribunali Ecclesiastico, quà tale est, non conveniebat potestas constituendi pœnam ultimi supplicii, aut mutilationis membrorum, juxtà *Text. in cap. Clericis 5.*, & *cap. sententiam sanguinis 9. tit. ne Cleric.*, *vel Monach.*, & pluribus Conciliorum Decretis probat *Gonzal. d. Cap. Clericis numer. 4.*, ac tradunt *Raynald. vot. crimin. 157. numer. 5.*, *Chartar. dec. crimin. 1. nu. 94. & 96. & plurib. seqq., dec. 2. num. 21., dec. 70. num. 96., decis. 77. num. 4.*, & *num. 47.* quæ pœna infligi viceversà potest à Tribunali Sacræ Consultæ, quod dicitur Tribunal Seculare respiciens temporale, & politicum regimen Status Ecclesiastici, Jurisdictione carens in Ecclesiasticas Personas, *ut ex Card. de Luc. d. disc. 25. in relat. Rom. Cur.*, *in quo dum num. 15.* tradit, illud non se ingerere in Causis Personarum Ecclesiasticarum, nisi vigore specialium facultatum, juxtà negotiorum qualitatem, eidem à Summo Pontifice concessarum, confirmat, quantum ab eo differat Sacra Congregatio Boni Regim., nulla indigens speciali commissione, ut in quibuscumque Causis nedùm Civilibus, sed Criminalibus etiam, aut mixtis ordinariam suam Jurisdictionem exerceat in Personas Ecclesiasticas.

68

69 Verùm enim verò hæc omisisse poteram, prout alia plura missa facio, ne justâ ratione redarguar, me in re non dubia, frustrà quærere argumenta non necessaria. Quonam enim colore ambigi poterit de qualitate Ecclesiastica dicti Sacri Tribunalis, ejusque plenaria Jurisdictione in universum Clerum, quando præter pœnas temporales, eidem data reperitur summa potestas censurarum quoque, & excommunicationis Religione terrendi, coerceudique contumaces, ut legitur *in §. 2. d. Brevis Clementini in fin.*, & *habetur in d. Constitutione 38. Pauli V. §. 3.* Censuræ namque cum sint gladius ecclesiasticus, & arma spiritualia, quæ sunt propria Ecclesiæ, ut in Concilio Lugdunensi sancivit Innoc. IV. *relat. in cap. Dilecto 6. de Sentent. excommun. lib. 6.*, ac nervus Ecclesiasticæ disciplinæ dicantur à Sacrosancta Trident. Synodo *cap. 3. Sess. 25. de reformat.*, exerceri certè nequit, nisi ab eo, qui munitus est Ecclesiastica Jurisdictione, ad quam pertinet, per *Text. in cap. 1. de raptorib.*, *Canon. tùm Sacerdotes 14.*, *ibique Gloss. caus. 24. quæst. 3.*, & *in Can. nemo Episcopus, ubi Gloss. verb. excommunic. caus. 2. quæst. 1.*, *Koning. in lib. 5. Decret. tit. 39. de sentent. excommunic. part. 1. de censur. in gener. §. 4. numer. 7 vers. dixi tom. 2. fol. 219.*, & post *Angelic. Doctor.*, *Sotum*, *Suarez*, aliosque tradit *Bonaccin. de censur. in commun. disput. 1. quæstion. 1. punct. 2. sub num. 3. vers. quarta est*, & *proposit. unic. numer. 6. t. 1. fol. 393. & seqq.*, *Britto cap. 2. sub num. 53. de locat.*, & *conduct.*, *Chartar. decis. crimin. 84. num. 12. & seqq.*, *ubi ex cap. 1. de Testib. cogend.*, & *scribentibus in cap. 1. de offic. delegat.* notat idem esse jus Ecclesiasticæ districtionis, ac censuras infligendi, *Sperell. decis. 9. num. 13.*

Oportebat sanè, supremum Tribunal, quod præsidere debebat œconomico regimini totius Principatus, & felici administrationi Bonorum, 70 ac redituum Communitatum, atque Universitatum, utriusque gladii, & Jurisdictionis præsidio communiri, ne eidem ulla deesset ratio, & modus, quo consequi posset finem, ob quem institutum fuit. Et quoniam frustrà tantâ potestate donatum fuisset, si viâ ordinariâ, & in figura Judicii, inque Foris suorum Debitorum dd. Communitates, atque Universitates illos convenire debuissent: idcircò, nè Summus Pontifex d. Sacr. Congregationis Institutor frustraretur fine ab ipso volito, oportuit etiam, quod præter amplissimam hanc Jurisdictionem, eidem Sacræ Congregationi impertiretur illud aliud eximium, maximàque notâ dignum privilegium privativè, & summariè Causas omnes = *motas, aut movendas cum illarum dependentiis emergentibus, incidentibus, annexis, & connexis, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, solâ facti veritate inspectâ, etiam terminis substantialibus non servatis, manu regiâ audiendi, cognoscendi, & fine debito terminandi* =, ut in d. Clementina Constitutione §. 24., & in Motu proprio illi subjuncto sub §. 1.

Sapientissimus enim d. Constitutionis conditor propè intelligebat, quod *Fiscalium ratio, & militibus, & privatis, ipsisque Templis, & cunctæ Reipublicæ utilis, & necessaria est* =, ut dixerat

xerat Imperator *in Authen. de mandat. Princip. cap. 12. tit. 4. novell. 17., Boler. de decoctor. debitor. fiscal. tit. 5. quæst. 11. num. 4. & seqq., Larr. alleg. fiscal. 11. num. 8., & alleg. 59. numer. 1. & seqq., Fajard. alleg. fiscal. 33. nu. 2175. & seqq.*, ajentes, vectigalia, tamquam pertinentia ad publicam utilitatem favorabilia dici, *Cobell. ad Bull. Bo. Regim. cap. 47. numer. 98., & seqq.*, quodque si hujusmodi exactiones, & facta publica, nonnisi per longos Judicialis Ordinis anfractus expediri possent, Respublica periclitaretur, benè *Bald. consil. 434. num. 1. lib. 3., Antonell. cons. 49. num. 7., Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 88. numer. 26., Affin. in prax. §. 7. lim. 33., Corrad. in prax. lib. 1. capit. 9. §. 7. limit. 33., Pegas. ad Ordinat. Regn. Portugall. tom. 12. fol. 365. lib. 2. tit. 52. ad rubr., & ad princip. Gloss. 2. num. 2., Castill. decis. 55. nu. 4. & seqq. tom. 1.*, justà proindè ratione sublatis Debitorum subterfugiis, solà facti veritate inspectà, & Manu Regià debito fine privativè ad S. Congreg. terminanda fore sancivit.

Privativæ Jurisdictioni, & celeritati, quà Summus Pontifex ejuscemodi Causas expediri voluit, veluti quædam illius naturæ consentanea sequela, accessit potestas illas à quibuscumque aliis Judicibus, & Tribunalibus, tametsi Ecclesiasticis avocandi, ut legitur in §. 1. Brevis Clementini, & §. 3. Constitutionis Pauli V. confirmatis in superius memorato Decreto san. mem. Innoc. XII. Quemadmodum enim publici Boni ratio postulat, quod celeriter Communitates, atque Universitates Debitores suos excutere, atque persequi possint, ad tradita per *Anibinum de prævent. Instrument. cap. 2. num. 69. vers. in quo versatur, & nu. 98., Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 2. disput. 6. num. 23., Novar. de elect. For. sect. 4. quæst. 32. num. 5., & numer. 10.*, ita etiam unum dumtaxat dari necesse fuit, quod adiri posset, certum, & paratum Tribunal, tum summà illà potestate, quà pollet, tum eà maximà diligentià, quà curat œconomicum regimen Principatus, negotia omnia, & causas explicaturum. Experientià namque compertum habemus, quantum rectæ administrationi justitiæ officiant contentiones super competentia Jurisdictionis, cujus colore Creditores distracti per plura Tribunalia eluduntur, & nonnisi cum maximo, tum temporis, tum pecuniarum impendio, crediti sui solutionem consequi valent.

Cuncta verò ea, quæ summà providentià a Clemente VIII. præordinatà, & veluti summoperè proficuà à Paulo V. ampliata fuerunt, confirmatà reperiuntur subsecutà observantià; Si enim spectemus illam proximam promulgationi Clementinæ, & Paulinæ Constitutionum, quæ optima semper est illarum interpres, *leg. si de interpretatione 37. ff. de leg., & ex Bold. in probem. Digestor. num. 7.* tradit *bon. mem. Fattinell. post tract. de translat. pension. resp. 43. n. 12., & 13., Rot. coram Montic. dec. 59. num. 12. & seqq., in rec. dec. 316. num. 12. & seqq. part. 9., dec. 266. num. 1. & seqq. part. 15., dec. 251. n. 26. part. 19., in Colon. Canonicatus 10. Martii 1687. §. Cumque d. Constitutio cor. bon. mem. Hervavals*, illam probare possemus volumine Resolutionum, & Declarationum impresso Maceratæ anno 1616., quibus manifestè evincitur, plenarium universæ hujus Jurisdictionis exercitium semper resedisse penes S. Congregationem Bon. Regiminis: huic autem proximæ observantiæ conformis est, ut infrà dicetur, posterior praxis ejusdem Sacræ Congregationis.

Neque verò illi quidpiam detractum dici potest ex alterius Sacræ Congregationis *Jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ* erectione deindè factà. Nam cum pluribus Pontificiis Constitutionibus, & Decretis, superioribus locis relatis, plenè constabilita fuerit ejus Jurisdictio; & ex illis certò etiam constet, quæ, qualisque ea sit, & ad quas Causas, & negotia porrigatur, eadem idcircò, veluti firmissimis innixà fundamentis, immota manebit, donec afferatur aliqua posterior Pontificia Constitutio, Breve, Motus proprius, aut quid simile, quibus derogando prioribus Constitutionibus, aliquid diminutum dici queat de amplissimis facultatibus, & privativà Jurisdictione impartità Sac. Congregationi Bo. Regiminis, quippè si non debemus esse faciles ad dicendum, per novam Constitutionem vetera jura esse correcta, ubi illa id non exprimit, quia si hoc intendisset, utique expressisset, benè *Gloss. in cap. Alma Mater 24. verb. commutat. de Sentent. excomm. in 6.*, profectò tantum abest, id factum dici posse in nostra hypothesi, ut deficiente quovis novo Pontificio placito, penitùs excludatur quævis derogatio, aut moderatio, tum naturæ Jurisdictionis, quà nimirùm in ipsa primæva institutione illa potita fuit, tum etiam incrementi, quod eidem deindè accessit: quamobrem quod legitimà auctoritate mutatum non est, quare stare prohibebitur? *leg. Sancimus 27. C. de Testament., Thobor. axiom. Jur. lib. 11. cap. 76. axiom. 3.*

Neque id mirùm videri debet, cum enim, ut supra dictum est, in Ecclesiastica Ditione one-
ribus cameralibus Clerici æquè, ac Laici sint ob- 71
noxii, indè fit, ut quoad eadem onera unicum quodammodo eorum patrimonium esse censeatur. Itaque si ex Pontificiis Sanctionibus Sacræ Congregationi Boni Regiminis curæ esse debet, ut onera æquè inter Subditos dividantur, eaque Debitores omnes absque mora persolvant, recta rei administrandæ ratio postulat, ut nullum aliud Tribunal iisdem negociis sese immisceat, ne una eademque Causa coram diversis Judicibus agi contingat, ejusdemque negocii dispar sit exitus. Illud verò præcipuum esse munus Sacræ Congregationis Boni Regiminis, testatur *Fagnan. in cap. Episcopus num. 42. de Præbend., & Dignit. in 1. part. Decretal. tom. 4.* his verbis= *Tamen stantibus Bullis Pauli III., & Pauli IV., Clementis VIII., Pauli V., & aliorum Summorum Pontificum revocatoriis quarumcumque exemptionum, & Immunitatum à solutione onerum cameralium, Sacra Congregatio super Bono Regimine sæpiùs mandavit adstringi Ecclesiasticos, & alios privilegiatos ad solutionem hujusmodi*

modi onerum, nisi libertatem præscripserint, præterquam ex Bonis patrimonialibus, ad quorum titulum Clerici ad Sacros Ordines sunt promoti, Cobell. ad Bull. Bon. Regimin. cap. 35. numer. 44., ubi in fine ad rem nostram refert Resolutionem Sacræ Congregationis Immunitatis præcipientis, servandum esse Decretum Clementis VIII., cujus alibi memini. Hodiè hisce incidentibus quæstionibus, & Causis nullum amplius dubitationi locum relinquere Decreta edita à Congregatione particulari deputata à Ven. Ser. Dei Innoc. XI.

Cum enim ob frequentes controversias, quæ super competentia, vel incompetentia Tribu-
72 nalium oriebantur, œconomicum regimen plurimùm perturbaretur: dum quoties Communitatibus cum Ecclesiasticis res erat, eosdem tanquam privativo Judice conveniebant coram Sacra Congregatione Boni Regiminis; contra verò illi declinabant ad aliam Immunitatis, sperantes, eam, vel magis propitiam experiri, vel certè beneficio temporis se se usuros fore, antequam definiretur præjudicialis articulus immunitatis: propterea prudentissimus Pontifex deputavit d. particularem Congregationem, quà statuerentur fines, quibus utraque Sacra Congregatio Boni Regiminis, & Immunitatis contenta esse deberet.

Quanta autem cum maturitate condita, & quantæ auctoritatis esse oporteat dicta Decreta, illicò perspiciet quisquis intuebitur summam dignitatem, eximiamque doctrinam præclarissimorum Virorum, quibus d. particularis Congregatio imposita fuit. Sapientissimus enim ille Pontifex elegit Cardinalem Otthobonum pro Sacra Congregatione S. Officii, post eum ad Summi Apostolatus apicem evectum, Cardinalem Carpineum Præfectum Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium, & illi Immunitatis, Card. Columnam Præfectum Sac. Congregationi Concilii, & Card. Pium pro Sacra Congregatione Boni Regiminis: hisque additi fuerunt RR. PP. DD. Altovitus, Brancatius, Bussius, & Ratta, dd. Congregationum Secretarii, de Luca, qui tunc Auditoris Summi Pontificis munere fungebatur, & Sanctes de Pilastris Commissarius Rev. Cameræ Apostolicæ.

Convocatâ autem d. Sac. Congregatione pro
73 dirimendis controversiis adeò frequentèr, ut dictum est, super dd. Tribunalium competentia haberi solitis, die 4. mensis Decembris an. 1680. eadem ità rescripsit = *Quoad onera cameralia solvenda ab Ecclesiasticis, serventur Constitutiones, & Chirographa Summorum Pontificum, prout jacent, & quoad eorum interpretationem, & executionem, ad Sac. Congregationem Boni Regiminis*. At verò cum tàm Constitutio Clementis VIII., & Breve ab eodem Summo Pontifice pro majori illius declaratione eidem subjunctum, quàm illa Pauli V., universim comprehendant nedum Personas omnes Ecclesiasticas, quamvis omnium maxima, Cardinalatus videlicèt Dignitate fulgentes; verùm etiam Causas omnes, quæ occasione onerum cameralium, & interesse Laicarum Communitatum, & Universitatum, inter istas, & dd. Personas Ecclesiasticas verti contingeret: indè sequitur, quod postquam dicto Decreto generalitèr statutum fuit, ut *quoad onera cameralia solvenda ab Ecclesiasticis serventur Constitutiones, & Chirographa Summorum Pontificum, prout jacent* = indè, inquam, sequitur, quod cum tempore, quo dd. Pontificiæ Constitutiones, & Chirographa edita fuerunt, nec Sac. Congregatio Immunitatis nondum erecta, nec ulla alia adesset Congregatio, in qua tales Causæ cognosci possènt; si eadem servanda sunt, *Prout Jacent*, similes controversiæ nonnisi ad Sac. Congregationem Boni Regiminis deferendæ sint, quemadmodum tempore primævæ institutionis, & erectionis d. Tribunalis, ad illam deferebantur: alioquin enim, ut nemo non videt, d. Decreto frustrà cautum fuisset, Apostolicas Constitutiones, & Chirographa servanda esse, *Prout Jacent*.

Ut etiam si oriente in posterum quæstione aliquà, aut dubietate, Partes *quoad earum interpretationem, & executionem ad Sac. Congregationem Boni Regiminis* remissæ fuerunt; profectò nulla amplius quæstio esse potest de Jurisdictione, & potestate d. Sacræ Congregationis: dum postquam, ut dictum est, d. Sacra Congregatio particularis rescripserat, Pontificias Constitutiones, & Chirographa intelligenda esse ad literam, & juxtà amplitudinem verborum; eidem prætereà præservavit facultatem interpretandi dd. Constitutiones, declarando nimirùm, an ageretur de casibus in illis comprehensis, & de oneribus, ad quæ ex earum præscripto Ecclesiasticæ Personæ tenerentur, vel non, cogique ad ea præstanda possent?

Et denique cum quæstio orta esset, an Ecclesiastici casu aliquo cogi possent ad onera communitativa subeunda, eadem Sac. Congregatio particularis die 15. Mensis Jan. an. 1681. respondit = *quoad onera communitativa suis loco, & tempore exprimendo, Ecclesiasticos non teneri ubi suppetunt facultates Communitatum, & providebitur in casibus particularibus per Sac. Congregationem Boni Regiminis* = Melius sanè, quàm dicendo verbis, & probando argumentis demonstrare valeam, Decreto hoc firmissimè quoad omnes casus, & causas constabilita reperitur universalis, & privativa jurisdictio Sacræ Congregationis Boni Regiminis: licèt enim, ut in d. Decreto statuitur, & alibi dixi, Ecclesiastici exempti sint ab oneribus communitativis; nihilominùs tamen, si, vel necessitas, vel justa ratio postulet, quod iidem quandoque in subsidium ad illa cogi valeant, id *in casibus particularibus per Sacram Congregationem Boni Regiminis* provideri debet: en quod nullæ amplius excogitari possunt Causæ præjudiciales ab ulla alia Sac. Congregatione definiendæ, relictà illi Boni Regiminis simplici executione, dum eadem prædita, munitaque noscitur jurisdictione cognoscendi, & decidendi particulares casus, & Causas, in quibus Ecclesiastici, ceteroquin exem-

exempti, ad hæc quoque onera sustinenda compelli possunt.

Provida hæc Decreta à summæ sapientiæ,
74 prudentiæ, & dignitatis Viris edita, nedum approbata fuerunt à san. mem. Innoc. XI., sed plenæ firmitatis robur eisdem impartitus fuit san. me. Innoc. XII., ejus enim mandato indicta convocatione particularis Congregationis super renovatione, & declaratione Constit. 74. Sixt. V., quâ ab illo erectæ fuerunt quindecim Congregationes S. R. E. Cardinalium, concessa tamen eisdem jurisdictione cognoscendi certum dumtaxat genus Causarum, & negotiorum, quæ videlicèt = *non aliter, quàm in forma extrajudiciali cognosci, & definiri debent*: dicta Congregatio ad normam Sixtinæ Constitutionis censuit quidem, si Sanctissimo placeret = *Non posse in dd. Congregotionibus cognosci Causas contentiosas, seu negotia, formam, & ordinem judiciarium requirentia*, at excepit Sac. Congregationem Boni Regiminis post d. Sixti V. Constitutionem à Clemente VIII. institutam pro œconomico regimine Commuuitatum, & Universitatum Status Ecclesiastici, cum privativa facultate cognoscendi Causas omnes, ad illud pertinentes, easdemque avocandi à quibusvis aliis Tribunalibus, etiamsi contentiosæ essent, & formam, ordinemque judiciarium requirerent, ut fusius dictum est superioribus locis, Decretum hoc, cujus alibi memini, satis videri posset exscribere ex parte, quâ d. Sac. Congregationis particularis Decreta approbantur: at libet ejusdem integrum tenorem referre, quia præclarè explicat, atque confirmat eximiam, amplissimamque jurisdictionem Sac. Congregationis Boni Regiminis.

Illud autem itâ se habet = *Et quoniam post eam-*
75 *dem san. mem. Sixti V. Constit., Sac. Congregatio Boni Regiminis instituta fuit pro felici, & œconomico gubernio Communitatum Status Ecclesiastici, & ad hoc, ut sublatis Debitorum subterfugiis expeditior esset exactio onerum, & collectarum eisdem Universitatibus incumbentium, exindè censuit Congregatio, Causas omnes tàm pro adimplemento Bullæ, Boni Regiminis nuncupatæ, quàm alterius declaratoriæ impressæ post Const. 10. Clem. VIII., sive sint civiles, sive criminales, aut mixtæ, juxta aliam Const. 38. Pauli V. contrà quoscumque earumdem Universitatum Officiales, Administratores, Appaltatores, aut quosvis alios Debitores, ex causa tamen onerum cameralium, & communitativorum, aliorumque redituum in Tabella Sac. Congregationis descriptorum, sive etiam ratione publicæ Annonæ, nec non appellationes, reclamationes, aut recursus super præmissis omnibus interponendos spectare ad eandem Sacram Congregationem privativè quoad omnes alias Sacras Congregationes, Judices, & Tribunalia, etiamsi agatur de Personis, & locis Ecclesiasticis quantumvis exemptis, & privilegiatis, ac speciali nota dignis, itaut ad eandem Sac. Congregationem Boni Regiminis pertineat privativa (ut supra) cognitio, an privilegia, & exemptiones suffragentur contra dd. Communitates, earumque Administratores, & Appaltatores, & an onera sint cameralia, communitativa, vel mixta præfatam Bullam declaratoriam Clementis VIII., & juxtà alia Decreta Congregationis particularis edita die 4. Dec. 1680., & 15. Januarii 1681. à san. mem. Innocentio XI. approbata* = Hactenus d. Decretum à Summo Pontifice Innoc. XII. approbatum.

Quæ pluribus Pontificiis Constitutionibus,
pluribusque Sacrar. Congregationum Decretis, à 76
Summis Pontificibus confirmatis, statuta, atque ordinata fuerunt pro incolumi, illæsaque semper servandâ Jurisdictione Sac. Congregationis Boni Regiminis, probantur etiam argumento desumpto ex deputatioue Visitatorum Apostolicorum Provinciarum, & Civitatum Status Ecclesiastici, quæ identidem à Summis Pontificibus fieri solet. Cum enim Sacra Congregatio Boni Regiminis de iis dumtaxat Causis cognoscere valeat, quæ ad eandem, ad instantiam Partium, deferuntur, iisque solummodò malis ex officio providere, quæ vel tamquam notoria, vel quavis aliâ ratione cognita ipsi fuerint, attamen cum eam lateant particulares causæ, & origines calamitatum, quibus Civitates, & Communitates affliguntur, earumque facultates labefactantur ob pravam administrationem publicorum proventuum factam negligentiâ, vel malitiâ Officialium, idcircò Summi Pontifices deputare semper consueverunt, tum spectatâ probitate, tum rerum gerendarum experientiâ præditos Prælatos, quorum fide, prudentiâ, & integritate confisi, eosdem destinant ad dd. Provincias, & loca visitanda.

Plura referri possent Pontificia Brevia, quibus, ita exigentibus Provinciarum, & Communitatum necessitatibus, earum Visitatores deputati fuerunt, verùm satis erit exhibuisse illud, quo recentèr R. P. D. de Carolis Provinciæ Marchiæ Gubernatori die 27. Mensis Augusti an- 77
ni 1718. à san. mem. Clem. XI. demandata fuit visitatio d. Provinciæ. Ex eo patet, dictis Visitatoribus dari, privativè quoad omnes alios, potestatem similem illi Sac. Congregationis Boni Regiminis, dispungendi videlicèt rationes, & computa cum Officialibus, & Ministris, qui reditus, & Bona Civitatum &c. administrarunt, cum facultate easdem rationes, & computa revidendi, etiamsi aliàs revisa, & solidata fuerint, nec non dd. Universitatum Debitores, *tàm Seculares, quàm Ecclesiasticos, etiam Regulares utriusque Sexus, ac omnes privilegiatos, etiam Fratres Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ac alios etiam in Ecclesiastica, Episcopali, Patriarchali, ac etiam majori dignitate, licèt Cardinalatus, constitutos, illorumque famulos &c., ad eorum debita persolvenda Manu Regiâ &c. cogendi*: atque etiam terminandi quascumque lites, resecandi expensas superfluas, imponendi collectas necessarias &c., & præter alias plurimas facultates tributas *pro præmissorum omnium executione contrà quascumque personas, etiam quovis privilegio suffultas, earumque Bona* = additur etiam illa faciendi omnia con-

concernentia commodum Annonæ, Cameræ, Communitatum, & Subsidiorum *ad instar Congregationis super Bono Regimine*: cavendo demum, ut à Decretis, & ordinationibus vigore suarum facultatum à Visitatore faciendis = *nulla ad quascumque Judices admittatur appellatio, vel recursus, præter quam ad memoratam Cardinalium Congregationem super Bono Regimine deputatam, in devolutivo dumtaxat, & non retardata ullo modo executione* = duo autem ad rem nostram ex similibus deputationibus elicimus argumenta.

Primùm est, quod si illarum vigore Summi
78 Pontifices elargiuntur Visitatoribus facultatem privativè cognoscendi Causas omnes tàm civiles, quàm criminales, seu mixtas pertinentes ad œconomicum regimen dd. Communitatum, nullàque factâ distinctione inter Personas Laicas, & Ecclesiasticas cujuscumque status, & gradus, cogendi Debitores onerum, tum cameralium, tum communitativorum, concesso tantùm devolutivo recursu ad Sac. Congregationem super Bono Regimine, ambigi sanè nequit, quin respectu earumdem Causarum, & Personarum nullum aliud agnoscatur competens Tribunal, quàm illud, ad quod privativè (nullà prorsùs factâ distinctione illarum etiam Causarum, quibus agi contenderetur de Immunitate) devolutivus solummodò recursus admittitur, quodque præterea longè major sit Jurisdictio illius Tribunalis, ad quod veluti habens ordinariam, & supremam Jurisdictionem, in devolutivo recurri debet pro moderatione gravaminum, si quæ per Visitatores irrogata fuerint, ad *Text. in leg. 1. §. Si quis in appellatione ff. de appellationib. Cap. Cum inferior de majorit., & Obed., Glossa in cap. 2. verb. Officiali de consuet. in 6.*, & latè firmavit *Scacc. de appellation. lib. 3. cap. 2. quæst. 1. artic. 1. num. 1., Pax. Jordan. var. lucub. lib. 14. tit. 26. num. 3. & seq., Afflict. dec. 51. num. 2., & in annot. lit. A.*

Alterum est, quod ortis controversiis inter Universitates Laicas, & Clericos, an nimirùm hi teneantur, necnè ad aliqua onera? perabsurdum esset, quod Visitator à Sac. Congregatione Immunitatis expectare teneretur decisionem hujus præjudicialis articuli, ut deindè deveniri posset ad executionem: ita enim visitatio, quæ suàpte naturâ celerem semper efflagitat executionem, ut tradunt *Antonin. Macerосten. var. resol. lib. 1. cap. 110. numer. 13., Barbos. de offic., & potest. Episcop. allegat. 7. numer. 43. in fin. part. 3., Panimoll. decis. 10. numer. 17., & decis. 11. numer. 14.*, frustraretur suo fine, præsertim verò in casu nostro, in quo Visitatores solà facti veritate inspectâ, & Manu Regià Communitates levare debent incommodis, quæ sustinent, vel ob tergiversationes Debitorum, vel ob malam suorum Officialium administrationem, multò minùs similes præjudiciales definitiones expectandæ essent in Sacra Congregatione Boni Regiminis, cui summa Jurisdictio, & potestas privativè quoad omnes alias Sacras Congregationes credita est, ut quàm celerrimè remedium adhibeat malis, quibus Communitates opprimuntur.

ARGUMENTUM.

Coloni partiarii Ecclesiasticorum à solutione Gabellarum communitativarum, præsertim posteaquam in Reverendam Cameram translatæ, & camerales proindè effectæ fuerint, non sunt exempti. Revocatio exemptionum licèt non facta in forma specifica, quando privilegiatas etiam Personas comprehendat?

DISSERTATIO XII.

1 *Capitula Appaltus vim Legis habent, omninò servanda.*

2 *Præsertim si confirmata authoritate Summi Pontificis.*

3 *Pacta ex contractu oneroso à Principe cum suis Subditis inita servare decet.*

4 *Gabellæ, licèt ab initio communitativæ, attamen translatæ in Reverendam Cameram, cameralium naturam assumunt, & n. 7.*

5 *Exemptio à Gabellis competens Colonis Ecclesiasticorum, Summi Pontificis voluntate abrogari potest.*

6 *Immunitatis Ecclesiasticæ læsio cessat, quoties Summi Pontificis consensu, & authoritate exactio Gabellarum imposita est, & nu. 17.*

8 *A cameralium Gabellarum solutione Ecclesiastici, eorumque Coloni non sunt exempti, & num. 21.*

9 *Camerales Gabellæ exigi censentur ob urgentes necessitates Apostolicæ Sedis.*

10 *Camerales Gabellæ etiam à Clericis, in Statu Ecclesiastico, absque læsione Ecclesiasticæ Immunitatis, solvuntur, utpotè quia in beneficium universæ Ecclesiæ earum exactio redundat.*

11 *Coloni partiarii Ecclesiasticorum nullo quoad fructus, à Solo Ecclesiæ separatos, deque eorum patrimonio effectos, gaudent Immunitatis privilegio, sed Collectas, & Gabellas, tametsi Laicales, pro rata ejusmodi fructuum tenentur solvere.*

12 *Præsertim, ubi consuetudo adsit.*

13 *Hæcque est communissima opinio.*

14 *Refertur votum à plena Camera hac de re editum anno 1667.*

15 *Ut etiam Decretum Sac. Congregationis Boni Regiminis, seu Literæ ab eadem datæ de anno 1710.*

16 *Decreta Sac. Congregationis Boni Regiminis super Gabellarum solutione, vim Legis habent.*

18 *Exemptionum à Gabellis revocatio referenda est ad Gabellam illam, quæ caussa finalis revocationis fuerit.*

19 *Dictio* = & = *frequenter conjungendo, & copulando dispositiones, licèt separatas, in sequenti dispositione repetit rationem, & caussam, in præcedenti expressam.*

20 *Se-*

20 *Sequens dispositionis caput ad præcedens referendum est, si aliàs imperfecta, vel dubia remaneat dispositio.*

21 *Revocatio exemptionum à Gabellis nequit, quoad Ecclesiasticos, aut eorum Colonos, minimè exemptos à Gabellarum cameralium solutione, intelligi de Gabellis istiusmodi cameralibus.*

22 *Exemptionum à Gabellis revocatio quoad Ecclesiasticos, eorumque Colonos, nonnisi de Gabellis communitativis intelligi potest; ratio*, ibid.

23 *Sub generali exemptionum revocatione quando comprehendantur vel non S. R. Ecclesiæ Cardinales?* & nu.30. ad 35.

24 *Exemptio à Gabellis ut etiam quoad Ecclesiasticorum Colonos revocata censeatur, non sufficit confirmatio Papæ in forma communi, sed eadem esse debet in forma specifica.*

Secus, ubi de verisimili Papæ voluntate constet, num.25. 30. 31.

25 *Concurrente verisimili Pontificis voluntate, sufficiunt generalia verba in iis etiam casibus, in quibus specialia necessaria essent, &* num.32. 33.

26 *Solutioni Gabellarum, quæ ab initio communitativæ fuerant, Sac. Rota nullam requirens declarationem in forma specifica, obnoxios Ecclesiasticos censuit ex eo, quod Sacra Congregatio Boni Regiminis factum adprobaverit Communitatum, quæ tales Gabellas in suis tabellis inter introitus camerales descripserant.*

27 *Illustrissimus Thesaurarius præcipuè in concedendis Appaltibus gerit vices Papæ.*

28 *Revocatio exemptionis à Gabellis, amplis verbis in Pontificio Chirographo confirmata cum clausula =* quorum tenores = *non in forma communi, sed specialitèr facta intelligitur.*

29 *Clausula =* quorum (*nempè capitulorum*) tenores = *efficit, ut capitula pro insertis Chirographo habeantur.*

35 *Capitulorum qualitas, & substantia à Summis Pontificibus, qui ea sæpiùs confirmarunt, ac pro Lege haberi voluerunt, ignorata dici nequit.*

36 *Observantia, juxta quam Coloni partiarii Ecclesiasticorum Gabellas semper solverunt, attendenda omninò est.*

37 *Præsertim, si coæva sit ipsis capitulis Appaltus.*

38 *Observantia non in linea præscriptiva, sed in linea merè præsumptivâ sumpta, etiamsi diuturnà non sit, summoperè valet pro dignoscenda, quænam Personæ, & casus sub revocatione exemptionis comprehendantur.*

39 *Ministris præpositis exactioni, atque administrationi Gabellarum, deponentibus de facto proprio, plena fides adhibenda.*

Maximè, si eorum testimonium coadjuvetur tum Libris Dohanæ, tum confessione Episcopi, num.40. & 41.

40 *Libri Dohanæ probant Gabellæ exactionem.*

41 *Ex confessione Episcopi, superlativè probatur Gabellæ solutio, &* num.48.

42 *Testes in dicto, & persona exceptionem patientes audiendi non sunt.*

43 *Testes numero plures aliis paucioribus prævalent.*

44 *Testium depositio innixa capitulis Appaltus certum veritatis primordium habere dicitur.*

45 *Testes de affirmativa præferendi sunt Testibus de negativa deponentibus.*

Præsertim, si negativa ad aliud referri valeat, num.46.

46 *Negativa depositio solutionis Gabellæ referri potest ad fraudes hac in re fieri solitas.*

47 *Gabellæ solutione ab aliquibus factâ, possessio eam contra omnes exigendi quæsita dicitur.*

49 *Transactio religiosè observanda.*

50 *Exemptio in transactione restricta ad certos casus, & actus, denegata censenda est quoad omnes alias res in transactione non enumeratas.*

PRÆVIO recessu à decisis, confirmanda videtur Sententia Illustriss. D. Thesaurarii, declarans, Colonos partiarios
Mensæ Episcopalis Fulgioei, non esse exemptos, 1
sed teneri ac obligatos esse ad integram solutionem tam Gabellæ, quam vocant *Rimessa de' frutti*, quàm alterius nuncupatæ *le Bocche*, sive *il Bollo del Macinato*; præfata namque Sententia, justissima est, utpotè innixa Capitulis Appaltus Thesaurariæ Umbriæ cum Reverenda Camera celebrati à D. Barone Aneajano, quæ eum vim Legis habeant, *leg. Cæsar, ubi Glossa in verb. legem ff. de Publican., & Vectigal., Corn. consil.339. in princip. lib. 1., Cardinalis de Luca de Regal. disc.61. num.2., disc.89. num.3., R. P. D. Futtinell. ad Bull. Baron. respons.13. num.2.*, omninò servanda sunt *Paris. cons.82. num.47. lib.1., Becc. cons.45. num. 25. & seqq., Larrea alleg. fiscal.119. num.9., Card. de Luc. de Regal. disc. 78. sub num. 3., Pacion. de Locat., & Conduct. cap.13. nu. 130., R.P.D. Ansald. de Commerc., & Mercat. disc.47. nu.3.*;
præsertim verò, quia confirmata sunt auctorita- 2
te Summi Pontificis, præcisam illorum observantiam Conductori promittentis, decet enim servare pacta ex cootractu oneroso à Principe
cum suis Subditis inita, ex Sententia *Cyni in* 3
leg. Digna vox Cod. de legib., & tradunt *Bartol. in leg. omnes Populi nu.30. ff. de Just., & Jur., Alexand. consil.54. numer. 2. lib.5., Bartholom. Gatt. cons.25. num.24. cum plurib. seqq., Peregrin. de Jur. fisc. lib. 5. tit. 2. per tot., Capyc. latr. consult.66. nu. 24. & seq., Cyriac. controv. 154. num.16., Staiban. de Interess. lib.1. quæst.2. per tot.*, & præsertim *num. 12., Tapia decis.33. num.85., & num.102.*

In præfatis enim Capitulis, sublatâ omni exemptione, Coloni Meosæ Episcopalis, & ceterorum Ecclesiasticorum Fulginei nominatim subjiciuntur solutioni dictarum Gabellarum, quæ, licèt in sua origine communitativæ essent,
& Laicorum auctoritate impositæ dicerentur, 4
nihilominùs eædem ab antiquissimo tempore, tàm à dicta Civitate, quàm ab aliis, Perusiæ nem-

nempè, Tuderti, Assisii &c. cessæ, seu translatæ fuerunt in Reverendam Cameram, ad quam hodiè immediatè pertinent, ut ex Capitulo primo, & duobus sequentibus dicti Appaltus, & apertiùs habetur in ejusdem Appaltus Capitulo octavo, ibi = *Item, si concedono a detto Tesoriere tutte le Dogane, e Gabelle libere, che sono della Camera nella Città di Perugia, compresoci la Gabella del Pane* =, & rursus = *parimente si concedono nel modo, che si è costumato nel passato, tutti li sopravanzi della Gabella di Foligno, Todi, Assisi, con ogni Dritto, Dazj, membri, e Proventi dichiarati nelli Capitoli, e Tasse di dette Gabelle, con questo, che li scudi 120. che prima si mettevano in Tavola della Tesoreria per pagare al Governatore di Foligno a compimento di scudi venticinque il Mese &c. debba il Tesoriere pagare al Governatore di detta Città di Foligno sopra la Gabella della medesima Città a suo conto, e promette la Camera dare, e spedire Bandi, e Provisioni opportune etiam penali, acciò le Gabelle suddette, e particolarmente di Foligno non ricevano danno, ne si faccino frandi sopra dette Gabelle, tanto in non assegnare le Merci, e loro vera quantità, e qualità, come in abusare li Privilegij delle Fiere di Foligno, Assisi, & altri Luoghi compresi nel presente Appalto.* = Cui Capitulo consonat etiam Tabella Thesaurariæ, & deniquè confirmatur expressa confessione Reverendissimi Episcopi Adversarii, dictarum Gabellarum pertinentiam ad Reverendam Cameram agnoscentis in sua Epistola scripta D. Baroni Ancajano, ut aliàs monstratum est.

At verò, si dictæ Gabellæ pertinent ad Reverendam Cameram, si eædem in Instrumento Appaltus assignatæ fuerunt Thesaurario, correspectivum censum, sive pensionem, quotannis solvere promittenti, si denique, nè prætextu exemptionum, quibus illarum proventibus diminutis, tum Conductor Thesaurariæ grave damnum, tum etiam Reverenda Camera ingentem census diminutionem tractu temporis sensura esset; expresso pacto, ex mente, & voluntate Summi Pontificis dictis Capitulis adposito, nedum cautum fuit, quod certis dumtaxat exceptis Personis, exemptiones omnes revocatæ censerentur, verbis illis = *Per provedere, che la Camera, e detto Conduttore non vengano dannificati sotto pretesto d'esenzioni, d'adesso d'ordine di Nostro Signore si revocano, e tolgono via tutte le Esenzioni, e concessioni fatte in qualsivoglia Persona, Communità, Collegio, & Università &c. talmente che verùno non sia libero, nè franco in qualsivoglia modo nelle Città, e Contadi della presente Concessione, eccetto solo gli Eminentissimi Signori Cardinali, e Camerali &c., e quelli del numero de' dodici figli &c., e quanto alli Luoghi Pij, secondo lo stile de' Luoghi s'intenda l'Esenzione solo per uso de' loro Conventi, Monasteri, Ospedali, e così parimente per i frutti de' Beneficiati, che solo per le robbe de' proprj Beneficij, e per uso delle Persone proprie abbino a godere il privilegio* =, sed prætereà expressè disponitur, quod tali exemptione, ratione peculiarium privilegiorum certis Personis impartitâ, frui nequeant Ecclesiasticorum Coloni, ut ex illis aliis immediatè subjunctis verbis = *e non già s'intenda per li Lavoratori, nè per gl'altri Beni, che non siano della Chiesa* = Capitulo nono ejusdem Appaltus, frustrà iidem à dictarum Gabellarum solutione se eximere contendunt, sub obtentu exemptionis, quæ, quatenus etiam reverà ipsis competiisset, abrogari potuisset
Summi Pontificis voluntate, ita quidem, ut 5
sublatà prorsùs quæstione potestatis, de illà solà quærendum sit, *Cobell. ad Bull. Bon. Regimin. cap. 50. numer. 127. vers. quibus ità positis*, *clar. mem. Cardinalis de Luca de Regal. disc. 56. n. 3.*, cessat enim quæcumque Immunitatis Ecclesiasticæ prætensa læsio, quoties agitur de exactio-
ne Gabellarum, Summi Pontificis consensu, & 6
auctoritate facta, *Adden. ad Bartol. in leg. hæres absens num. 7., & num. 12. ff. de Judic.*, *Grat. cons. 1. num. 22. & seq. lib.*, *Aufrer. de Potest. Secul. in Eccles. regul. prima fallent. 12.*, *Menoch. de retinen. possess. remed. 3. num. 35.*, *Grass. de effect. Cleric. effect. 5. num. 372. & seqq.*, *del Bene de Immunit. cap. 1. dub. 2. Sect. 3. num. 2. & seqq., & cap. 5. dub. 2.*, *clar. mem. Card. de Luca de Regal. dicto disc. 56. n. 3. & seqq., & disc. 62. num. 4.*, *Cacheran. decis. 30. num. 16.*, *Thesaur. decis. 31. num. 12.*

Certius hæc locum sibi vindicant in nostra hypothesi, quia non agitur de directè subjiciendo Personas, aut Bona Ecclesiasticorum alicui Gabellæ, potestate merè laicali impositæ, sed sive spectemus Gabellam ipsam, de qua agitur, sive intueamur Personas, & res, quæ illius solutioni subjiciuntur, nullà ex parte violata dici potest Immunitas, quæ Canonistarum, & Moralium sententià, de Jure Divino Ecclesiasticis, eorumque Bonis competit. Nam, si res sit de Gabella, hæc, spectatà primà origine,
censeri quidem poterat laicalis, utpotè imposi- 7
ta à Fulginatensibus Civibus, sed, ut sub initium dixi, cum iidem deinceps illam cesserint, ac transtulerint in Rev. Cameram, pro subeundis, adimplendisque oneribus cameralibus, quibus ipsi obnoxii erant, non ampliùs communitativa, sed per subrogationem cameralis Gabella effecta, hujus naturam assumpsisse dicitur, ideòque eodem Jure, quo ceteræ Gabellæ camerales, censenda est, per ea, quæ tradunt *Thob. Non cons. 45. num. 28. & seqq.*, *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 35. num. 13. & seqq.*, & ex mente Sacræ Congregationis Immunitatis tenet *Panimoll. decis. 6. annot. 2. numer. 17. & 21. vers. Sacra Congregatio*, quem sequitur *Rota in Spoletana Gabellæ 11. Junii 1708. §. Nihilominùs quia coram Reverendissimo Aldrovando*, à quarum cameralium Gabellarum solutione, quem-
admodum Ecclesiastici exempti non sunt, sic 8
etiam exempti non erunt à solutione istius Gabellæ, effectæ cameralis, & pro oneribus cameralibus exolvendis, ut dictum est *in §. In præfatis enim in fin.*, descripta in tabella tradita Domino Thesaurario, ut benè observat *Rota in*

mox citata Spoletana Gabellæ §. Atque hinc cef-
9 *sat cum seq.*, eadem enim, ficut aliæ, exigi cenfentur ob urgentes Sedis Apoftolicæ neceffitates, utque ex illis fubfidium eidem feratur, quod cum redundet in beneficium Reipublicæ Catholicæ, atque Ecclefiæ Univerfalis, hinc promanat ratio, ob quam citra violationem Ecclefiafticæ Immunitatis, in Statu Ecclefiaftico, iftiuf-
10 modi Gabellæ à Clericis etiam folvuntur, per ea, quæ obfervat *clar. me. Card. de Luc. de regal. difc. 55. fub nu. 8. in relatione Romana Curiæ difc. 26. num. 7.*, *de Angel. de Confeff. Opuf. ul. 3. poft tom. 1. num. 27.*, *Panimoll. decif. 6. annot. 2. n. 1.*, *Pignatell. tom. 3. confult. Canon. confult. 15. n. 1. & pluribus feqq.*, *& confult. 26. num. 2.*, *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 28. num. 99. & feqq.*, *& num. 130. & feqq.*, *& in collect. Bullar. refel.*, *& Decretor. concern. intereff. commun. capit. 4. pag. mihi 171.*, *& cap. 8. pag. 202.*, & benè *in d. Spoletana Gabella d. §. Nihilominùs quia*.

Si verò intueamur Perfonas, five res, quibus talis Gabellæ folutio, & onus injunctum eft, idem non ab Ecclefiafticis, fed eorum Colonis, non ex illorum Bonis, fed ex fructibus tranflatis in Colonorum dominium, deque eorum patrimonio jam effectis præftandum eft; nullo autem Sacrorum Canonum loco, nullâque Pontificia Conftitutione Colonorum perfonis, at-
11 que huic Bonorum fpeciei Immunitas à folutione Gabellæ, tametfi laicalis, impartita reperitur, ut benè in propofito notat *Fontanell. decif. 307. num. 16.*, fed eadem, nonnifi extenfione quadam, excogitatâ à nonnullis Doctoribus, inducta, reprobatur à communi Scribentium Schola, quæ docet, Colonos partiarios Ecclefiafticorum, colore nullo hoc Ecclefiafticæ Immunitatis beneficio gaudere poffe, fed teneri ad folutionem Collectarum, & Gabellarum pro rata fructuum, qui poft illorum feparationem factam à folo Ecclefiæ, effecti fuerunt de laicali eorum patrimonio, juxtà *celebre confilium Federici de Senis 14.*, & tradiderunt *Aretin. in leg. placet Cod. de Sacrof. Ecclef.*, *Joan. de Plat. in leg. Senatorum Cod. de Dignitat. lib. 12.*, *Geminian. in cap. quamquam in fin. de cenf.*, *Niger. in extravag. unic. num. 306. de vit.*, *& honeft. Cleric.*, *Decian. conf. 51. numer. 4. lib. 3.*, *Natta conf. 409. num. 6. & feq.*, *Surd. conf. 301. num. 89.*, *& conf. 338. num. 14.*, *Botta conf. 37. num. 32.*, *Burfat. conf. 25. num. 13.*, *& conf. 42. num. 14. lib. 1.*, *Odd. conf. 70. num. 14.*, *Murot. conf. 76. per tot.*, *Menoch. conf. 136. num. 25.*, *& de arbitrar. caf. 562. num. 37.*, allegans ibi viginti graviffimos Doctores, idque reaffumit in *tract. de Jurifdict.*, *& Immunit. lib. 3. capit. 27.*, *Ferret. de Gabell. numer. 537.*, *Graff. de effect. Clerical. effect. 3. num. 56.*, diftinguens, & conciliàns contrarias, *Alvarez in Specul. Chriftian. Relig. cap. 35. num. 31.*, *& num. 33.*, *Spillant. de Privileg. Cleric. cap. 8. nu. 21.*, *Leo in Thefaur. for. Ecclef. cap. 14. num. 6.*, *Mart. de Jurifdict. part. 4. caf. 112. numer. 7.*, *Mafcard. de general. Statut. interpret. conclus. 2. num. 157.*, *Cyriac. controv. 687. num. 8. & 9.*, *Bellett. difquifit. Clerical. de Cleric. exempt. part. 1. §. 7. numer. 4.*, *Cobell. ad Bull. Bon. Regimin. cap. 35. num. 90.*, *Petr. de poteft. Princip. cap. 5. nu. 8. & 9. n. 12.*, inquiens maximè id procedere fi extet confue- 12
tudo, quod Coloni folvant, *clar. me. Card. de Luca de Regal. difc. 51. fub num. 4.*, *Ciarlin. controv. 22. num. 18.*, *Caftill. decif. 227. per tot.*, *Cavalcan. decif. 44. tom. 1. lib. 1. num. 97.*, ubi, quod hæc eft communiffima opinio *Cabed. de-* 13
cif. 64. num. 8. part. 2., *Reverter. decif. 192. in fin.*, & ibi *de Marinis in obfervat. Fontanell. decif. 307. per tot. num. 1.*, inquiens totum Mundum effe pro hac opinione, *Chriftin. dec. Belgic. 229. num. 17. & feq. lib. 1.*, *decif. 107. lib. 3.*, *dec. 41. num. 12. & feq.*, *decif. 99. num. 5.*, *Panimoll. decif. 6. annot. 7. num. 44.*, *Cortiad. decif. 104. n. 15. & 16.*, *& decif. 209. num. 32.*, *decif. 220. nu. 8.*, cui fententiæ adhærere quoque videtur *Sperellus*, ipfe enim, ftrenuus alioquin quoad cetera onera Colonorum Ecclefiafticorum vindex, admittit, hoc cafu eos fubjici Collectis, atque Gabellis, tametfi merà auctoritate laicali impofitis, ut in *decif. 41. num. 4.*, *& num. 45.*, & melius *decif. 42. num. 19.*, *& decif. 121. num. 68.*, & denique hanc quoque fententiam amplexa fuit *Sacra Rota in una Corrigien. Gabellæ coram Juftu impreff. apud Ciarlin. controv. 22. num. 67.* & fequendo *Thefaurum* ita decifum fuit *decif. 182. in fin. part. 24. Rec.*

Confultò omitto expendere graviffima rationum momenta, quibus fententia hæc fulcita reperitur, prout etiam non eft, cur relatis perpaucis contrariæ fententiæ Auctoribus, eos fingillatim refellam, fi enim id expediret, aut ratio Caufæ expofceret, operæ pretium jam feciffet D. Advocatus Conftantius in fua allegatione Juris diftributa à Defenforibus D. Baronis 14
Ancajani in præterita hujus Caufæ propofitione, fed pro noftra fententia firmiùs conftabilienda fatis erit ad mentem Illuftriffimorum Patrum revocare, Supremum iftud Tribunal, normam ità judicandi jamdudum fibi præfcripfiffe; Cum enim anno 1567. quæftio ifta acriter inftaurata fuiffet, Sanctus Pius V. illius cognitionem delegavit Tribunali plenæ Cameræ, ejufdem votum in fcriptis requirendo, diligenter autem, ac maturè à fapientiffimis illis Patribus examinatis Privilegiis, & exemptionibus Ecclefiafticorum, *de voto omnium, nemine penitùs difcrepante*, funt verba Voti Cameralis relati in *Summario* Domini Baronis Ancajani, *judicatum fuit, dd. Privilegia &c. declarans &c. videlicet &c. Colonos Arrendatariorum, negotiorum geftores, alios hujufmodi Religioforum Factores ipforum Bona, feu quoad portionem Bonorum Ecclefiafticorum, ad ipfos fpectantem, non effe eximendos, fed Immunitatem refpicere debere rotam folam, & partem redituum ipforum Religioforum, itaut Coloni partiarii, & alii fimiles ad onera publica teneantur =*; quod Votum auctoritate Sancti Pontificis confirmatum, exe-
cutioni deinceps demandatum fuit, ut perfpici 15
poteft ex innumeris Decretis Sac. Congregationis Boni Regiminis, quæ mandavit, iftiufmodi

Colo-

Colonos partiarios Ecclesiasticorum adstringendos esse ad solutionem Collectarum, & onerum etiam Communitativorum; missis enim plurimis illius Decretis, recensendis à Domino Barone Ancajano, referam dumtaxat literas, ab eadem datas die 21. mensis Junii anno 1710., in quibus loquens de similibus Collectis fructuum, ita rescripsit Gubernatori Anconæ= *Perchè la Communità Flumana possa esser sodisfatta dalli Coloni Lavoratori di cotesta Mensa Vescovale di ciò, che devono per la Gabella del raccolta del Grano, e Vino, dovrà V. S. commettere, che da quei publici Rappresentanti debbano farsi le dovute istanze avanti cotesto Vicario Generale, al quale si scrive, che astringa li sudetti alli dovuti pagamenti, eseguisca dunque, e Dio la prosperi* =, ut latius habetur ex *Summ.* D. Baronis Ancajani.

Si igitur ex veriori, atque communiori Doctorum sententia, Coloni partiarii Ecclesiasticorum speciali istà exemptione donati minimè reperiuntur, si hujus exemptionis cognitione à S. Pontifice Pio V. delegatà Supremo isti Tribunali, idem solemni Voto censuit, il-
16 lam non competere, si denique ad normam hujus Voti, Pontificià auctoritate confirmati, ita judicare consuevit Sacra Congregatio Boni Regiminis, cujus Decreta in similibus Causis habere dicuntur vim Legis, religiosè observandæ, ut in specie de illis loquitur *clar. mem. Card. de Luc. de regular. disc.26., in relat. Roman. Curiæ paritèr disc.26. sub num.6. vers. occasione autem*, & pluries *sub tit. de regal. disc.48. 57. & 92., Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 20. num. 15., Rota in Spoletana Gabellæ 11. Junii 1708. §. Sed indubitanter & seqq., coram R. P. D. Aldrovando*, dicendum certè esset, præfatos Colonos, nullà justà ratione, se hodiè eximere posse à solutione controversarum Gabellarum, tametsi illæ merè communitativæ essent, & Pontificià auctoritate confirmatæ non reperirentur; quanto autem potiori Jure huic oneri obnoxii erunt in
17 nostra hypothesi, in qua Summus Pontifex, adeò solemnibus pactis initis cum Thesaurario Umbriæ, illos ad tales Gabellas præstandas obligare voluit, juxta latè firmata *§. In præfatis & seqq.*, hoc enim casu non violari Immunitas Ecclesiastica, sed servari dicitur voluntas Papæ, ad quem pertinet declarare casus, Personas, & res quæ illà gaudent, justum modum adjiciendo, justisque ex causis eam restringendo, ut docuerunt *Grat. cons.61. num.22. & 23., Pacion. cons.116. & 117., Navarr. cap.27. nu.6., Dian. part.1. tract.2. resol.112., Suarez lib. 4. de Immunit. part.2. argum. 6., del Bene de Immunit. cap.1. dub.2. sect.3. num.2. & 5. cap. 5. dub. 12., Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 5. n. 372. & seqq., Sess. in epistol. ad regular. n.46. & 100., & de inhibition. cap.8. §.3. num.152. & seqq.*

Quamobrem, cum in specie Gabellæ, de qua agitur, ut illius solutioni obnoxii censeri queant Coloni partiarii Ecclesiasticorum, non requiratur, quod illa imposita fuerit Pontificià auctoritate, & hæc in nostro casu allegata fuerit solummodò, ut demonstraremus, Causam hanc versari extrà omnem difficultatis aleam, superfluum, proindè videri posset cum Parte Adversa disceptare de efficacia, & relevantia revocationis exemptionum contenta in supra relatis Capitulis, quam extendendam non esse, dicitur ad onera, & Gabellas communitativas, eò quòd loquatur dumtaxat de oneribus cameralibus, id inferendo ex eo, quod in illis eximantur Cardinales, qui nullo pacto subjici possunt oneribus communitativis, ideòque, nè exemptio, eorum favore præservata, inepta, atque inutilis reddatur, referenda omninò sit ad Gabellas, & onera cameralia. Licèt à contrario isto discursu me facilè expedire possem, repetendo deducta superioribus locis; videlicèt ab hac Gabella Colonos exemptos non esse, eisdemque Immunitatem nullam, quatenus competiisset, suffragari amplius posse, postquam illa cameralis effecta fuit; nihilominùs, ut pleniùs Parti Adversæ satisfactum dici queat, facile erit demonstrare, interpretationem restringentem revocationem exemptionum ad sola onera cameralia, apertè repugnare menti, & vim facere verbis dd. Capitulorum.

Etenim, si istiusmodi exemptionum revocatio metienda dijudicandaque sit ex causa finali, ob quam illa facta fuit, referenda certè erit ad 18
dictam Gabellam, ad cujus incolumitatem assequendam, veluti ad suum finem, ordinata fuit, per ea, quæ tradunt *Ancharan. cons.109., Butr. cons.33., Card. de Luca de Regal. disc.56. num.7. 8. & 9., Rota coram fan. mem. Alexandro VIII. decis. 257. num. 4. & 5.*, perspicuum id fit ex eo, quod, postquam in *cap.* 8. nominatim recensitæ fuerant Gabellæ istæ, quæ olim ad Civitatem Fulginei pertinuisse, & deindè in Reverendam Cameram translatę dicuntur, eædem locantur, & conceduntur D. Ancajano, ibi = *nel modo costumato per il passato tutti li sopravanzi delle Gabelle di Foligno, Todi, Assisi, con ogni dritto, dazj, membri, e Proventi dichiarati nelli Capitoli, e Tasse di dette Gabelle* =; & nè eidem in illarum exactione fraus ulla fieret, aut damnum ullum irrogaretur, *promette la Camera dare, e spedire Bandi, e provisioni opportune etiam penali, acciò le Gabelle suddette, e particolarmente di Foligno, non ricevano danno*. At quoniam prævidebatur, non ita facilè Bannimentis, & pænarum comminatione occurri posse damnis, dd. Gabellarum Conductori inferendis, si locus relinqueretur fraudibus, quæ sub inanium exemptionum colore fieri illi potuissent; ut eædem penitùs averterentur, in immediatè subjuncto *cap. 9.* præservatis exemptionibus, de jure, vel speciali privilegio, certo Personarum generi competentibus, ceteræ sublatæ prorsùs fuerunt, ut ex verbis *d. cap.9.* alibi relatis, & non abs re hìc iterum repetendis = *E per provedere, che la Camera, e detto Conduttore non vengano dannificati sotto pretesto d'esenzioni, d'adesso d'ordine di Nostro Signore si revocano, e tolgono via tutte le esenzioni fatte in qualsivoglia Persona*= ne verò ambiguitas

ulla in verbis esse posset, speciatim eodem Capitulo cavetur, quod inter Personas, quæ excipiebantur, comprehensi minime intelligerentur Coloni =, *e non già s' intenda per li Lavoratori* =, cum itaque revocatio exemptionum contenta in dicto *cap.9.* facta fuerit in executionem *cap.8.*, & ordinata reperiatur ad finem, in illo vonitum, pro quo assequendo amplissime, promissæ fuerant provisiones omnes, quibus occurri potuisset fraudibus; in dubium revocari non potest, quin, sicuti promissio facta in dicto *cap.8.*, veluti finem, respiciebat indemnitatem Conductoris dd. Gabellarum, sic etiam eundem finem spectet subsecuta abrogatio exemptionum, quæ, tamquam medium, ad illum ordinata reperitur, per ea, quæ tradunt *Cravett. conf.137. nu.24., Valenz. conf.85.n.34. tom.1., & conf.151. num.31. tom.2., Guttierez. practic. quæst. tom.3. quæst.17. num. 280., Bonden. collect. legal.42. num.74. & seqq. vol.2., Tiraquell. de retract. lignag. §.1. Gloss.7. num. 45.*

Causæ finali, utrumque Capitulum informanti, consonat figura, & tenor verborum, quibus conceptum reperitur *d.cap. 9.*, ibi = *E per provedere* = dict o illa = *&* = innuit, quod sequens dispositio, tametsi facta per caput sepa-

19 ratum, subordinata, sive cohærere censeatur dispositioni contentæ in cap. præcedenti, juxtà naturam, & efficaciam similis dictionis copulativæ = *&* = quæ frequenter conjungendo, & copulando dispositiones, licèt separatas, *leg. si quis ità stipul. sus ff. de verbor. oblig., leg. si heredes plures ff. de condit. Instit., leg. heredi §. Cajo ff. de fund. instruct., leg. Titiæ Textores §. Nihil ff. de legat., Reynos. conf.41. numer. 12., Menoch. conf.111. num.9., & conf.117. n. 54., Antonin. var. resol. lib.1. resol.7. nu. 7., Gratian. discept. 147. numer. 26., Rot. coram Ludovis. decis.308. num.1., in rec. decis.167. numer.11. part. 5., & decis.3 9. num. 16. part. 7.* in sequenti repetit rationem, & causam, in præcedenti expressam, *Natt. conf. 573. num.14. tom. 4., Menoch. consil. 6. num.95., Plut. de in lit. jurand. §.6. n.33., Guid. pap. decis.527. num.1., & in singular.309. num. . 1. & 4., Thesaur. decis.189. nu. 1., Rot. decis.308. num.1. coram Gregor., decis.115. nu.8. par.2. divers.*, certius, si animadvertatur, quod, si sequens capitulum *9.* ordinatum non diceretur in executionem capituli antecedentis, contineret imperfectam, vel saltem obscuram dispositionem, etenim, ut consuleretur Cameræ, & Appaltatoris indemnitati, in eo revocarentur exemptiones, absque eo quod speciatim nomi-

20 narentur res, & casus, in quibus exemptionum abusu damnum contingere poterat, dubietas autem quæcumque tollitur, & oratio perfecta redditur, si caput sequens referatur ad præcedens, in quo claris, & perspicuis verbis enumerantur Gabellæ, quarum incolumitati, & tutæ exactioni providebatur exemptionum revocatione, quæ idcircò de illis intelligenda est, nè alioquin imperfecta, vel dubia remaneat dispositio, ad *Text. in leg. quoties 12. ff. de reb. dub., Menoch. de arbitrar. cas.223. num.27., & de præsumpt. lib.1. præsum.6. num.5., Mantic. de conject. lib.2. tit. 15. num. 2., Afflict. decis. 43. num.25., Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis.73. num.18., coram bon. mem. Emerix Jun. decis.498. num.2. & 3., & decis.1175. numer.4.*

Quamquam vero hæc manifeste demonstrent, *d. cap.9.* loqui de specie Gabellarum, de qua est quæstio, non autem de illis, quæ tum origine, tum destinatione camerales sunt, nihilominùs, nè in re alioquin clara, & aperta locus ullus quæstioni relinquatur, duplici aliâ ratione demonstratur, in dicto capite actum minimè fuisse de Gabellis cameralibus. Prima est, quod respectu Onerum, & Gabellarum, ex primæva origine, & destinatione cameralium, D. Baro Ancajanus non gerit personam Conductoris, nec pro illis aliquem præstat censum, sed fungitur munere exactionis, eidem injunctæ à Rev. Camera, cum emolumento scut.2. cum dimidio pro quolibet centenario, in compensationem nimirùm laborum, & expensarum, quæ in simili exactione facienda, & pecuniis exactis ad Urbem transmittendis ab illo subeuntur, ut legitur in *cap. 2.* Appaltus, & in fide Domini Abbatis de Valentibus, hodie à Domino Ancajano prolata, altera est, quod, si revocatio dd. exemptionum respicere diceretur Onera dumtaxat cameralia, illa superflua omninò 21
fuisset, quia, nemo non scit, nec Ecclesiasticos, nec eorum Colonos, nec ullam aliam Personam ab illarum solutione exemptam esse, nisi speciali privilegio, aut contrariâ observantiâ, legitimè introductâ, Immunitatem acquisiverit, *Cohell. ad Bullam Bon. Regimin. cap.50. num.125. & seqq., clar. mem. Card. de Luca de servitut. disc.35. num.2., de regal. disc.92. n.4., de regular. disc. 26. num.4., & num. 6., Rota in d. Spoletana Gabellæ 11. Junii 1708. §. Nihilominùs, & §. Firmato ex his coram R. P. D. Aldrovando*; nè igitur revocatio ista exemptionis referatur ad subjectum, super quo talis exemptio cadere nequibat, intelligenda erit de 22
revocatione exemptionis respectu Gabellarum communitativarum, à quibus colore aliquo competere potuisset exemptio, *Cravett. consil.126. sub numer.7. vers. quæ quidem clausula, Fusar. de substit. quæst. 650. sub num. 124. vers. idem & fortiùs, Rot. coram Seraphino decis. 382. num.4. & 5.*

Proindèque nil turbat, quod dicto cap.9. declarati fuerint exempti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quasi ex hoc inferri queat, actum fuisse de Gabellis cameralibus, non autem communitativis, quibus nec Cardinales, nec Camerales subjiciuntur, animadversio namque ista facilè submovetur, recurrendo ad qualitatem dictarum Gabellarum, quæ, ut dictum fuit superioribus locis, licèt in sua origine communitativæ essent, nihilominùs inspectâ plenâ illarum translatione factâ in Reverendam Cameram, camerales effectæ fuerant, ex deductis in *§. Certiùs hæc*, nè itaque in dubium revocari posset, an sub generali istâ revocatione exemptionum omnium, facta jussu Summi Pontificis, ibi =

ibi = *d'ordine di Nostro Signore si revocano* = comprehensi dicendi essent nec ne Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Camerales, juxtà ea, quæ in terminis similium amplissimarum revo-
23 cationum, seu dispositionum super comprehensione Eminentissimorum Cardinalium disputata fuerunt apud *Sacram Rotam coram Duran. decis.67. num.7. & seqq., coram San.mem. Alexandro VIII. decis.157. per tot., in recent. dec.352. num.8., & decis.464. numer. 3. & seqq. part. 5.* rectè cautum, declaratumque fuit, quod Summus Pontifex speciali exceptione exemptionem ab istis Gabellis præservabat certæ Personarum speciei, quibus congruebat quidem exemptio à Gabellis cameralibus, quibus obnoxii esse poterant, nullo autem pacto conveniebat exemptio à Gabellis communitativis, quibus minime subjiciebantur.

Frustrà etiam objicitur, quod exemptio Colonis Ecclesiasticorum competens, utpotè à Jure illis impartita, revocata censeri nequeat similibus capitulis Appaltus, stipulatis auctoritate Illustrissimi D. Thesaurarii Generalis, sed requiratur clara, & expressa voluntas Papæ, explicata legitimo documento, cui explicationi equi-
24 pollere minimè dicebatur confirmatio facta per Chirographum à Sanctissimo signatum, utpote secumferens confirmationem in forma communi, non sufficientem pro convalidanda dicta revocatione similis exemptionis. Etenim objectio ista, silentio præteriri posse videbatur, utpotè innixa falso supposito assertæ exemptionis, Colonis de jure competentis, quando agitur de solutione Gabellæ merè communitativæ, & auctoritate laicâ impositæ, quod tamen non subsistere demonstratum fuit superioribus locis.

Verùm, tametsi ageretur de istiusmodi Gabellarum specie, & Coloni reverà ex Juris dispositione ab illarum solutione exempti dici possent, non idcircò tamen verum esset, quod ut illorum exemptio caderet sub revocatione, requireretur expressa, atque individua Summi
25 Pontificis declaratio, explicata speciali Brevi, sive Literis Apostolicis in forma speciali expeditis, nam, ut notatum fuit *§. At verò, si dictæ Gabellæ*, cum versemur in re, in qua nulla de potestate, sed de sola voluntate quæstio esse potest, in hac inquirenda, assequendaque immorandum non est formulis, & cortici verborum, sed spectatâ negotii substantiâ, intuendum est, quid verisimiliter Papa de eo disponere voluerit, quà verisimili voluntate concurrente, attenduntur, & sufficiunt verba generalia etiam in iis casibus, in quibus alioquin necessaria essent specialia, ut benè in proposito ità loquitur *clar. me. Card. de Luc. de regal.disc.56. numer.3.*, & generaliter ante eum tradiderunt *Garz. de Benefic.part.4. cap 5. num.37. & seqq., clar. mem. Card. Albit. discept.2. quæst.9. nu. 5. in fine apud Card. de Luc. de Jurisdict., Rota coram Puteo decis.104. num.1. lib.1. inter divers. decis.88. num.4. part.3., in recent. dec.630. n.42. & seqq. part.4. tom.2., decis.316. num.11. par.5., in Colonien. Canonicatus primæ gratiæ 27. Januarii 1698. §. Quandoquidem coram bon. mem. Muto*. Quamobrem jure meritòque *Sacra Ro-* 26
ta, ut Ecclesiastici subjecti censerentur solutioni similium Gabellarum, quæ in origine communitativæ fuerant, nullo pacto requirens declarationem ullam, in forma specifica factam, satis esse censuit implicitas declarationes, promanantes à Sacra Congregatione Boni Regiminis, approbante factum Communitatum, quæ tales Gabellas in suis Tabellis inter introitus camerales descripserant, ut *in dicta Spoletana Gabellæ 11. Junii 1708. §. Sed indubitantèr cum seqq. coram R.P.D. Aldrovando*.

At verò, sicut dictum est, si in proposito sufficiunt verba generalia, ex quibus apparere possit de Summi Pontificis voluntate, si in dicta decisione sufficiens reputata fuit approbatio Sacræ Congregationis, non quidem expressis verbis facta, sed desumpta ex eo, quod viderit, & inter onera cameralia describi permiserit Gabellas hasce, quantò fortius in nostro casu urgebit
revocatio exemptionis, quæ in superius relatis 27
capitulis, stipulatis cum Illustrissimo Thesaurario in rebus ad suum ministerium pertinentibus, & præcipuè in concedendis Appaltibus gerente vices Papæ, *clar. mem. Card. de Luc. in relat. Roman. Cur. disc.35. num.2. vers. non solùm autem*, expressè de illius mandato facta le- 28
gitur, ibi = *d'adesso d'ordine di Nostro Signore si revocano, e tolgono via tutte le esenzioni* =, & propterea confirmata reperitur Chirographo ejusdem Summi Pontificis, qui in eo pro expressis haberi voluit Instrumentum, & capitula omnia Appaltus = *E però col presente Chirografo, in cui abbiamo per espresso il tenore dell'Instrumento, e capitoli degl'Appalti presenti* =;
adeò enim effrenata verba, & clausula illa 29
quorum tenores efficiunt, quod dicta capitula revocationis exemptionis pro insertis habeantur ipsi Chirographo, ad effectum ut derogatio specialiter facta intelligatur, *Castrens.cons.357. sub num.1. lib.1., Cravett. cons.126. num.6. & seq., Spad. cons.47. num.2. & sequen. lib.2., Mart de claus par.1. claus.139., Gonzal. ad regul.8. Cancell. Gloss.36. num.29. & seq., Rota coram Gregor. decis.240. num.2. & seqq.* Cumque Summus Pontifex expressè declaraverit, eisdem capitulis informari velle contractum Appaltus, non erat, cur inutili superfluitate illa repetere teneretur,
speciatim enumerando casus omnes, & Perso- 30
nas, quas eis affici voluit, sed satis erat generalis expressio, atque derogatio etiam pro removendis particularibus privilegiis, specificam alioquin mentionem requirentibus, *Felin. in cap. nonnulla num.9. de rescript., Dec. cons.265. num.2., Spad. cons.47. num.1. lib.2., Covarr. in rubr. de Testament. part.2. num.19. in fin., clar. mem. Card. Albit. dicta disceptat.2. quæst.9. n.2. apud Card. de Luc. de Jurisd., Rota coram Puteo decis.160. numer.1. lib.2., coram Buratt. decis.390. nu.5., coram Gregor. decis.240. num. 2. & seqq.*

Sed cur in re non dubia argumentis utimur non necessariis? deliberata namque voluntas Sum-

Summi Pontificis confirmandi capitula, conti-
31 nentia revocationem quarumcunque exemptio-
num, clarè elucescit nedum ex eo, quod illa
approbantur dicto Chirographo, sed eisdem
Summus Pontifex plenæ firmitatis robur adjice-
re voluit confirmatione factâ motu proprio, ex-
plicato verbis illis = *Nos igitur volentes, ut præ-
dicta omnia, tamquam de mandato, & voluntate
nostra, gesta favore Andreæ Ancajani, suum
sortiantur effectum, in omnibus, & per omnia ap-
probamus &c., & plenissimè confirmamus &c.,
illisque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus,
prædictumque nostrum Chirographum, & Instru-
menta, & singula in eis contenta, & expressa
firmitate inconcussa substineri, & inviolabilitèr
etiam in fide, & verbo Romani Pontificis attendi,
& observari debere decernimus, & mandamus* =
Si igitur in superiùs relatis capitulis expresse re-
vocantur exemptiones omnes, ibi = *Si revocano,
e tolgono via tutte l'esenzioni, e concessioni fatte
in qualsivoglia persona &c. talmente che veruno
non sia libero* = verbum enim illud *qualsivoglia*,
32 pluries repetitum, proculdubio comprehendit
exemptionem omnem, omnesque Exemptos,
Spad. cons.47. num.5. lib.2. Rursùs si speciatim
declaratur, quod exemptione ista gaudere non
debeant Coloni, ibi = *E non già s'intenda per li
Lavoratori* = quonam colore affirmari poterit,
Summum Pontificem, qui omnia conventa fa-
vore Andreæ Ancajani suum sortiri voluit effe-
ctum, & Apostolicæ firmitatis robur adjiciendo
tum Chirographo suo, tum singulis contentis
in Instrumento, illa *etiam in fide, & verbo Ro-
mani Pontificis attendi, & observari* mandavit,
quonam inquam colore dici poterit, dictà di-
33 spositione, facta Motu proprio, minimè con-
firmatam censendam esse revocationem exem-
ptionum, contentam in dictis capitulis? ut post
*Castrens. cons.357. ante num.2., Dec. cons. 165.
num.6. vers. item etiam in Privilegio* tradit *Spad.
d. cons.47. num.4. lib.2.*

Eòque certiùs, quia in dubium revocari ne-
34 quit, quin Summus Pontifex plenam, & spe-
cialem notitiam habuerit dispositorum in eisdem
capitulis, quæ semper à Summis Pontificibus in
suis Chirographis, & Motu proprio approbata
fuerunt cum qualitate *di patti, e capitoli soliti*,
absurdum enim esset asserere, quod in negotio
35 adeò gravi Summi Pontifices ignoraverint qua-
litatem, & substantiam capitulorum, quæ to-
tiès confirmarunt, & quæ pro Lege observari vo-
luerunt; Atque etiam quia illa plenè, & cum
effectu observata fuerunt, exactione nempè con-
troversarum gabellarum *remissionis fructuum*,
36 *& Bulli Macinatus*, quæ semper solutæ fuerunt
à Colonis partiariis Ecclesiasticorum, hanc
autem observantiam attendendam omninò esse
edocemur, *ex Textu in leg.4., & leg. final. ff.
de publican. & vectigal., leg. missi Opinatores 7.,
ubi Joann. de Plat. notab. 3. Cod. de exact. tri-
but. lib.10., leg. unica, ubi Bartol. Cod. de Aur.
Coronar. eodem lib.10., Grillenzon. cons.77. nu-
mer.20. & seqq., Personal. de Gabell. numer.34.
& seqq., Balmased. de Collect. quæst.126. nu.9.,
Grass. de effect. Clericat. effect. 3. num. 74., Cy-
riac. controv. 141. num.50., & controv.222. nu-
mer.18. & seq., Ciarlin. contr.22. nu.30., Quæ-
sad. Pilo differt.22. ex numer.42., Larrea alleg.
Fiscal.7. num.22., Noguerol. alleg.38. num. 37.,
Mascard. de general. Statut. interp. conclus. 1.
num.139., & num.148., clar. mem. Card. de
Luc. de regal. disc.56. num.10., disc.72. num.5.
vers. ideòque disc.94. num.10., Rocc. disput. jur.
select. cap.74. num.45. & seqq., & cap.170. n.21.
& seqq., Fontanell. decis. 303. num. 17. & seq.,
& decis.304. num.9., Cortiad. decis.220. nu.17.,
Rot. in recent. decis.348. num 4. part.3., dec.38.
num.4. part.8., coram fan. me. Alexandro VIII.
decis.175. num.10., & decis.257. num.15., & in
dicta Spoletana Gabellæ 11. Junii 1708. §. Qui-
bus accedit coram Reverendissimo Aldrovando*,
eidemque eò firmiùs inhærendum erit in casu 37
nostro, quia vetustissima, immò coæva est ipsis
capitulis Appaltus, *clar. mem. Card. de Luc. de
regal. disc.94. num.10.*, & prius *disc.49. sub nu-
mer.16. vers. secundo in fin. disc.52. numer.2. &
seqq., disc.71. num. 7., Capyc. Latr. consult.68.
num.31., Bonden. collect. legal.8. n.100. vol.2.,
Rot. coram Royas dec.205. num 10., & dec. 279.
num.12. apud Posth. de subhast. decis. 163. n. 11.
in addit., in recent. dec.150. num.28. par.5., de-
cis.375. nu.13. part.9. tom.2.*, atque etiam quia
illam non asserimus tamquam observantiam
præscriptivam, quà simplici contrario usu ab-
rogata dicatur exemptio, beneficio Juris alicui
Personarum generi expresse concessa, sed eam
expendimus pro interpretanda voluntate Sum- 38
mi Pontificis, an scilicèt revocatio exemptio-
num, ejus mandato indicta in præfatis capitulis,
speciali Chirographo, & Motu proprio ab eo-
dem confirmatis, comprehendat Colonos par-
tiarios Ecclesiasticorum, hoc enim casu, ob-
servantia, etiamsi diuturna non sit, summo-
perè valet pro dignoscendo, quænam personæ,
& casus sub revocatione exemptionis compre-
hendantur, idem *clar. mem. Card. de Luca de
regal. disc.49. num.15. & seq., disc.56. num. 10.,
& disc.72. sub num.5. versic. adeoque in hac ma-
teria & seqq., Barbos. in leg. post dotem num.47.
& seqq., ff. solut. matrim., Rot. coram Buratt.
decis.679. num.9., coram Cavaler. decis.497. nu-
mer.5., coram fan. mem. Alexandro VIII. de-
cis.165. num.19., coram Royas decis.78. nu.21.,
& decis.137. num.18., in recent. decis. 319., &
decis.351. part.6., decis. 316. num. 15. part. 9.*;
Eòque magis quando, ut alibi notavimus, non
agitur de abroganda exemptione, quæ ex certa
Juris dispositione impartita reperiatur, qualis est
illa, quam sibi adrogant Coloni Ecclesiastico-
rum, juxtà veriorem Doctorum sententiam
exemptione nulla donati.

Neque verò observantia ista, plenè proba-
ta depositione plurium Testium, relatorum 39
in *præterito Summario D. Baronis Ancajani*
quibus, utpotè Ministris præpositis exactio-
ni, atque administrationi dd. gabellarum,
ideoque deponentibus de facto proprio, de-
que eo optimè informatis, plena fides adhi-
ben-

benda est, Barbat. conf. 88. n. 9., Rot. dec. 118. num. 6. & seq. part. 9., dec. 25. num. 27. & seq., part. 12. dec. 242. num. 3. part. 16., maximè quia eorum testimonium coadjuvatur tum libris Dohanæ continentibus d. gabellæ exactionem, qui
40 pariter illam probant, Bart. in leg. Titiæ Textores in princip. num. 2. ff. de legat. 1., & conf. 81. num. 2. part. 1., Dec. conf. 496. numer. 7. & seq., Capyc. Latr. consult. 66. num. 37., Capparell. resol. Fiscal. 58. numer. 2., Card. de Luc. de regal. disc. 80. num. 4., tum etiam confessione Reverendiss. Episcopi Fulginatensis, d. gabellæ solu-
41 tionem non negantis, quâ etiam superlative illa probata dici debet, clar. mem. Card. de Luc. in Miscell. dec. 7. num. 15. & seq., Rota dec. 439. num. 12. & seq. part. 13., & dec. 235. numer. 33. part. 16., dec. 325. num. 5. part. 19., & in Spoletana Gabellæ 11. Junii 1708. §. Quibus accedit observantia coram R. P. D. Aldrovando.

Hæc, inquam, observantia interversa dici nequit contrariâ depositione quatuor Testium, ajentium, Colonis Reverendiss. Episcopi, &
42 Eminentissimorum Cardinalium præservatam fuisse d. exemptionem, quia ob exceptiones, quibus eorum personæ, & dicta perstringuntur in Informatione D. Baronis Ancajani, audiendi minimè sunt, ut ait Rota in dicta Spoletana Gabellæ §. Posthabitis attestationibus coram Reverendiss. Aldrovando; eisdemque prævalent no-
43 stri Testes, nedum quia sunt numero plures, Conciol. allegat. 53. num. 38., Farinac. de Testib. quæst. 65. num. 107., Rot. dec. 169. num. 7. par. 7.; Verum etiam quia illorum depositio, utpotè innixa titulo desumpto ex dd. capitulis, habere di-
44 citur indubitatum veritatis primordium, leg. 3. ff. de Testib., Farinac. de Testib. quæst. 65. n. 150., Bonden. collect. legal. 50. num. 159. lib. 2., Rot. coram Gregor. dec. 51. num. 2., coram Carill. decis. 71. num. 14., coram Bich. dec. 290. num. 40., & dec. 647. numer. 7., coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 16. numer. 20., coram Royas decis. 391. num. 8., coram Zarat. dec. 53. num. 20., in rec. decis. 302. num. 26. part. 9., decis. 192. n. 8. part. 11., & denique quia, si Testes deponentes de affirmativa præferendi omninò sunt contra-
45 riis Testibus de negativa loquentibus, leg. diem proferre §. Si plures sub n. 3. ff. de recept. arbitr., Rot. dec. 242. num. 4. par. 16., quanto potiori jure Testes affirmativi prævalebunt negativis, quando, ut in casu nostro, negativa solutionis
46 similis gabellæ referri potest ad fraudes, quas nemo non scit in solutione gabellæ frequentèr fieri? ut benè animadvertunt Firman. in tract. de Gabell. part. 9. per tot. in discurs., Ferret. eodem tract. paritèr in discursu, Boss. in tit. de fraudantibus vectigal., Massin. de confiscat. quæstion. 21., Farinac. quæst. 173. part. 1. numer. 1., clar. mem. Card. de Luc. de Regal. disc. 69. n. 7., & disc. 76. num. 2. Quamobrem rectè in subjecta materia exactionis gabellarum, quarum solutio tot artibus, & modis eluditur, constitutum
47 reperitur, quod illius solutione ab aliquibus factâ, quæsita contra omnes dicatur possessio eam exigendi, Posth. de manut. observ. 73. num. 167. vers. prout quasi possessio, & in nota post eamdem impress. decis. 646. num. 1., Rot. coram Seraphin. decis. 561. num. 2., quibus consonant Abb. consil. 61. sub num. 7. lib. 2., Lanar. conf. 14. num. 5., Garz. de expens. cap. 9. à num. 39., Capiblanc. de Baron. lib. 2. cap. 5. num. 5. sub vers. ulteriùs nota, Nogueral. alleg. 39. sub num. 46.

Non omittendo, quod negativa, de qua deponunt contrarii Testes, non est absoluta, ut declaratur epistolâ Reverendissimi Episcopi scriptâ D. Baroni Ancajnoo, & relata in ejus præterito Summario, quâ ille Colonos Mensæ suæ viodicare oon audet à solutione gabell.e repositionis fructuum, sed exemptos solummodò 48
esse dicit à solutione cujusdam illius augmenti in tertia parte, clara sunt verba d. epistolæ, ibi = Alcuni Coloni partiarii della mia Mensa Vescovale, li quali introducono li loro frutti in Città pretendono non esser soggetti al pagamento della sopradetta giunta del terzo per la detta quota, che introducono, e parendomi la di loro pretensione fondata, ne feci parlare a questo Signor Massarini Ministro di V. S. Illustrissimo = hæc autem sincera confessio Reverendissimi Episcopi, emissa in literis scriptis, antequam litis calor, & utilitas Mensæ illum allicerent ad totalem exemptionem Colonis suis comparandam, apertè probat, Reverendissimum Episcopum solum curasse eos eximere à solutione dicti augmenti gabellæ, remissionis fructuum, quod Ministri Thesaurariæ percipiunt in compensationem laboris, quem subeunt peragrando Castra, & Villas Territorii pro mensurandis fructibus, quos Coloni in Civitatem non introducunt, proindeque nullo pacto subsistit affectata depositio contrariorum Testium de absoluta negativa solutionis dictæ gabellæ.

Cum itaque his omnibus plenè demonstratum dici posse videatur, Colonos partiarios Ecclesiasticorum Civitatis Fulginei, nullâ in nostra specie, gaudere posse exemptione; nihilominus, si quæ adhuc in re non dubia difficultas superesse posset, eam penitùs submovisset solemnis transactio anno 1656. celebrata inter Reverendiss. Episcopum, & Civitatem Fulginatensem, in qua præscripta reperitur exemptio Colonorum, tàm quoad numerum Personarum, quàm quoad res, sive onera, à quibus ipsi immunes
reddebantur; In ea enim cavetur, quod Epi- 49
scopus, nonnisi quindecim Colonos eximere possit, & enumerando species exemptionum, quibus fruerentur, dicitur = quali devono godere l'infrascritti privilegi, e non altri, cioè l'elezione del Foro nelle Cause civili, e criminali, la delazione dell'Armi, l'esenzione dalle Rappresaglie per debiti publici, e del carreggio del Sale =, ut in Summar. D. Boronis Ancajani. Cum autem hæc transactio impetrata à Summo Pontifice, & Sacra Congregatione Sgraviorum, conciliata fuerit auctoritate clar. mem. Cardin. Rondinini, religiosè observanda est, proindèque, si in illa Colonis Reverendissimi Episcopi conceditur exemptio restricta ad certos casus,
& actus, denegata censenda erit quoad omnes 50
alias

alias res, in dicta transactione non enumeratas, *Becc. consf.18. num.44.*, *Eugen. consf.83. num.48. lib.1.*, *Cyriac. contr.*400. *num.61. tom.2.*, *Palm. Nep. alleg.1. num.24. & 25.*, *& alleg.3. nu.52. & seq. lib.1.*, *Rota coram bon. mem. Emerix jun. dec.997. num.6. tom.2.*, *coram Merlin. dec. 390. num.22. tom.1.*, *in rec. dec.247. num.22. part.5.*, *& dec.21. num.3. part.17.*, proindèque firmare manet dispositio capituli 9., in quo tàm antè, quàm post d. transactionem cautum semper fuit, Colonos exemptione, de qua agitur, gaudere non debere =, *e non già s'intenda per li Lavoratori* =.

Partiarios Ecclesiasticorum Colonos ad solutionem gabellarum, etiam communitativarum, ob expressam Summi Pontificis derogationem quibuscumque exemptionibus, teneri; secundum ea, quæ in superiori disertatione perpensa sunt, hic iterùm ostenditur.

51 *Capitula appaltus, utpotè vim Legis habentia, omninò servanda sunt.*
Certiùs, si confirmata authoritate Summi Pontificis, num.52.
52 *Supremi Principes sese alligatos profitentur pactis ex contractu oneroso initis cum suis Subditis.*
53 *Exemptio à gabellis quoad partiarios Ecclesiasticorum Colonos revocata à Summo Pontifice, iis ampliùs competere nequit.*
54 *Immunitatis Ecclesiasticæ læsio cessat, quoties Summi Pontificis consensu, & authoritate exactio gabellarum imposita est.*
55 *Instrumentum appaltus celebratum cum Illustrissimo Thesaurario, habetur ac si Pontificià authoritate esses confirmatum.*
56 *Illustrissimus Thesaurarius in rebus ad suum ministerium pertinentibus, & præsertim in concedendis appaltibus gerit vices Papæ.*
57 *Clausula* = quorum (*nempè Capitulorum*) tenores = *operatur, ut Capitula pro insertis Chirographo habeantur.*
58 *Exemptionum quarumcumque revocatio contenta in Capitulis, Chirographo insertis, sat est pro particularibus removendis privilegiis, nec specialis derogatio requiritur, &* num.59.
59 *Verba* = tutte l'esenzioni = qualsivoglia persona = *comprehendunt exemptionem omnem, omnesque Exemptos.*
60 *Revocatio exemptionum contenta in Capitulis, Chirographo insertis, confirmata omninò dicenda est à Summo Pontifice, mandante, omnia, in Capitulis contenta observari.*
61 *Certiùs, si in iis disposita plenè noverat.*
62 *Capitulorum qualitas, & substantia à Summis Pontificibus, qui ea sæpiùs confirmarunt, ignorata dici nequit.*
63 *Observantia, juxta quam Coloni partiarii Ecclesiasticorum gabellas semper solverunt, attendenda omninò est.*
Præsertim, si coæva sit ipsis capitulis appaltus, num.67.
64 *Ministris præpositis exactioni, atque administrationi gabellarum, deponentibus de facto proprio plena fides adhibenda.*
65 *Maximè, si eorum testimonium coadjuvetur tum libris Dohanæ, tum confessione Episcopi, &* num.66.
68 *Observantia non in linea præscriptiva, sed in linea merè interpretativa sumpta, etiamsi diuturna non sit, summoperè valet pro dignoscendo, quænam personæ, & casus sub revocatione exemptionis comprehendantur.*
69 *Coloni partiarii Ecclesiasticorum nullo quoad fructus, à solo Ecclesiæ separatos, deque eorum patrimonio effectos, gaudent immunitatis privilegio, sed collectas, & gabellas, tametsi laicales, pro rata ejusmodi fructuum solvere tenentur, &* num. 78.
70 *Ad Summum Pontificem spectat declarare casus, personas, & res, quæ exemptione gaudent.*
71 *Præservatio cadere debet super Subjecto præservabili.*
72 *A solutione gabellarum cameralium nemo exemptus.*
73 *Exemptionum à gabellis revocatio, quoad Ecclesiasticos eorumque Colonos, nonnisi de gabellis communitativis potest intelligi, ratio* ibid.
74 *Sub generali revocatione exemptionum quando comprehensi dicantur vel non S. R. Ecclesiæ Cardinales?*
75 *Testes, numero plures, aliis paucioribus prævalere debent.*
76 *Testium depositio innixa Capitulis appaltus, certum veritatis primordium habere dicitur.*
78 *Negativa solutionis gabellæ depositio referri potest ad fraudes, hac in re fieri solitas.*
78 *Confessio Episcopi, non in calore Litis emissa, multùm probat.*
79 *Exemptio restricta ad certos casus, & actus denegata censenda est quoad omnia alia, in transactione comprehensa.*
In hac etenim materia locum sibi vindicat regula: Inclusio unius est exclusio alterius, ibid.

IN Camera habita die 7. mensis Junii Anni præteriti, prævio recessu à decisis die 4. ejusdem mensis Anni 1714., dictum fuit = *Confirmandam esse Sententiam Illustrissimi Domini Thesaurarii* = declarantem, Colonos Ecclesiasticorum quoad portionem colonicam teneri ad Gabellas nuncupatas *Rimessa di frutti, e Bolle del Macinato*; Cum autem fundamenta hujus secundæ Resolutionis undequaque firma videantur, supplicamus Illustrissimis PP., ut in ea persistentes, pro secundo loco decisis rescribere dignentur.

Votique compotes effici speramus, quia Defensores Colonorum Mensæ Episcopalis minimè ausi impugnare rationes, & fundamenta, quibus dicta secunda Resolutio innixa est, vires omnes suas exercuerunt tum in demonstrando, dictas Gabellas in origine non esse camerales, sed communitativas, tum etiam in subtiliùs di-
spu-

ſputando, an Coloni partiarii Eccleſiæ immunes ſint necnè à Gabellis laicalibus pro fructibus eorum portionis colonicæ ab ipſis jam perceptis, & in eorum dominium tranſlatis, ut perſpici poteſt ex eorum Reſtrictu, qui totus in his ſiſtit: Licèt autem in præterita Cauſæ diſputatione à Defenſoribus tum Reverendæ Cameræ, tum Domini Baronis Ancajani, ab ea vigore Appaltus cauſam habentis, ſolidiſſimis rationibus demonſtratum fuerit, eas, de quibus agitur, jure Gabellæ cameralis, non autem communitativæ cenſendas eſſe, ab eiſdemque ex veriori Juris cenſura, tametſi communitativæ eſſent, Colonos partiarios Eccleſiaſticorum exemptos cenſeri minimè poſſe; nihilominus, quando etiam colore aliquo contrarium ſuſtineri poſſet, non idcircò tamen præfati Coloni juvari poſſent aſſertâ exemptione, quæ penitùs ſublata fuiſſet vigore Capitulorum Appaltus Theſaurariæ Umbriæ à Domino Barone Ancajano ſolemniter ſtipulati cum Reverenda Camera, in nono enim ex dictis Capitulis agendo de his Gabellis, quæ jamdudum Reverendæ Cameræ ceſſæ fuerunt à Communitatibus Fulginei, Peruſiæ, Aſſiſii, aliiſque, ita diſponitur = *Talmente, che neſſuno ſia libere, nè franco in qualſivoglia modo nelle Città, e Contado dello preſente conceſſione &c. eccetto li Signori Cardinali, e Camerali &c., e quanto alli Luoghi Pij s'intenda l'eſenzione ſolo per uſo de' loro Conventi, Monaſterij, Oſpedali, e così parimente per i frutti de' Beneficiati, che ſolo per le robe de' proprj Beneficij, e per uſo delle Perſone proprie abbino a godere il privilegio, e non già s'intendo per li Lavoratori, nè per gl'altri Beni, che non ſiano della Chieſa.*

At verò, ſi iſtiuſmodi Capitula, utpotè vim legis habentia, ad *Text. in leg. Cæſar. ubi Gloſſ.*
51 *in verb. legem ff. de publican., & vectigal., Corn. conſil.339. in princ. lib. 1., Cardinal. de Luca de regal. diſc.61. num.2., & diſc.89. nu.3., R.P.D. Fattinell. ad Bull. Baron. reſponſ.13. numer. 2.,* omninò ſervanda ſunt, *Pariſ. conſil.87. num.47. lib.1., Becc. conſil.45. num.25. & ſequen., Larreo allegat. fiſcal.119. num. 9., clar. mem. Card. de Luca de regal. diſc.78. ſub num.3., Pacion. de locat., & conduct. cap. 13. num. 130., R. P. D. Anſold. de commerc., & mercat. diſc. 47. nu.3.;*
52 Certiùs, quando confirmata ſunt auctoritate Summi Pontificis, illa enim non minùs civilis, quàm naturalis Juris vox, quâ Supremi Principes ſe alligatos profitentes pactis ex contractu oneroſo initis cum ſuis Subditis, præcipuè digna eſt majeſtate Romani Pontificis, per ea, quæ tradunt *Cyn. in leg. digna vox Cod. de legib., Bartol. in leg. omnes populi num.30. ff. de juſtit., & Jur., Alexand. conſ.54. num.2. lib.5., Bartholom. Gatt. conſ.25. num.24. cum plurib. ſeqq., Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.5. tit.2. per tot., Cyriac. contr.154. nu.16., Copyc. Latr. conſult.66. n.24. & ſeq., Staiban. de intereſſ. lib.1. quæſt. 2. per tot., & præſertim num. 12., Tapia deciſ. 33. num.85., & num. 102.,* hinc ſequitur, quod, ſi vigore præfati Capituli, Coloni partiarii Eccleſiaſticorum expreſsè ſubjiciuntur oneri ſolvendi controverſas Gabellas = *E non già s'intenda per li Lavoratori* =; & quidem ex contractu auctoritate Summi Pontificis inter ſuam Cameram, & Theſaurarium Provinciæ Umbriæ titulo oneroſo celebrato, colore nullo iidem exempti dici poſſunt à dictæ Gabellæ ſolutione; quævis 53
namque exemptio, quæ alioquin ipſis de Jure competiiſſet, ſublata penitùs cenſenda eſſet voluntate Summi Pontificis, ita quidem ut ceſſante prorsùs quæſtione poteſtatis, de illa ſola quærendum ſit, *Cobell. ad Bullam Bon. Regimin. cap.50. num.127. verſic. quibus ita poſitis, Card. de Luca de regal. diſc. 56. num. 3.,* nulla quippè ex parte Immunitas Eccleſiaſtica læſa dici poteſt, quoties agitur de impoſitione Gabellarum, tametſi à Laicis facta, modò Pontificia aucto- 54
ritas, & conſenſus firmitatis robur eiſdem addiderit, *Adden. ad Bartol. in leg. hæres abſent numer.7., & num.12. ff. de Judic., Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed.3. num 35., Graſſ. de effect. Clericat. effect.5. num.312. & ſeq., Del Bene de Immunit. cap.1. dub. 2. ſect. 3. num. 2. & ſeqq., & cap.5. dub.2., clar. mem. Card. de Luc. de regal. d. diſc.56. num.3., & diſc.62. num. 4., Caccheran. deciſ. 30. numer.16., Theſaur. deciſ. 31. numer. 12.*

Neque verò in dubium revocari poſſe videtur, quin diſpoſitio dicti Capituli noni, quâ abrogatis omnibus exemptionibus, præfati Coloni expreſſim ſubjiciuntur oneri ſolvendi dictas Gabellas, confirmata fuerit auctoritate, & conſenſu Summi Pontificis; enim verò pro ea inducenda exuberare poſſe videretur, quod In- 55
ſtrumentum Appaltus Theſaurariæ Umbriæ à D. Barone Ancajano ſtipulatum fuerit cum Illuſtriſſimo Theſaurario, in rebus ad ſuum miniſterium pertinentibus, & præſertim in concedendis Appaltibus gerente vices Papæ, *Cardinal.* 56
de Luc. in relat. Roman. Cur. diſc.35. numer. 2. verſic. non ſolùm autem; Ille autem in dicto Inſtrumento expreſsè profitetur, mandato Summi Pontificis exemptiones omnes revocatas, & ſublatas eſſe = *d'adeſſo d'ordine di Noſtro Signore ſi revocano, e tolgono via tutte l'eſenzioni* = Et rectè quidem Illuſtriſſimus Dominus Theſaurarius in dicto Inſtrumento declaravit, mandato Summi Pontificis revocaſſe exemptiones omnes, quibuſvis perſonis ſive de Jure, ſive ex ſpeciali conceſſione competentes, quia in ſpeciali Chirographo, cujus vigore deventum fuit ad illius ſtipulationem, eidem data legitur expreſſa facultas idem ſtipulandi = *Con li patti, e Capitoli ſoliti, e con altri, che vi pareſſe bene dichiarare, e aggiungere* = Cum itaque in Inſtrumento Appaltus contineatur Capitulum Nonum ſubjiciens Colonos partiarios Eccleſiaſticorum ſolutioni Gabellarum, de quibus agitur, & quod magis eſt, illud non novum, ſed, ut alibi dicetur, antiquiſſimum ſit, ambigi nequit, talem revocationem exemptionum Summi Pontificis auctoritate, & conſenſu factam fuiſſe; Præſertim verò, quando Summus Pontifex illam sè ratam habiturum profeſſus fuit, perindè ac ſi eandem

specialiter confirmasset, dum in dicto Chiro-
grapho pro expressis haberi voluit Instrumenta,
57 & Capitula omnia Appaltus, ibi = *E però col pre-
*sente Chirografo, in cui abbiamo per espresso il
*tenore dell'Instrumento, e Capitoli degl'Appalti
presenti = Ejuseemodi namque verba adeo efffre-
nata, & clausula *quorum tenores*, utpotè ope-
rantia, quod Capitulum revocationis exemptio-
nis haberetur pro inserto ipsi Chirographo, effi-
ciunt, quod talis derogatio specialiter facta in-
58 telligatur, *Castrens. consil.354. sub nu.1. lib.1.*,
Cravet. cons.126. num. 6. & sequent., *Spad. con-
sil.47. num.2. & sequent. lib.2., *Mart. de claus.
part.1. claus.139., *Gonzal. ad regul.8.*, *Cancellar.
Gloss.36. num.29. & sequent., *Rota coram Gre-
gor. decis.240. nu.2. & sequen., absque eo quod
oporteret inutili superfluitate illa singillatim
repetere in Chirographo, speciatim enumerando
casus, & Personas, quas Summus Pontifex di-
ctæ exemptionis revocationi subjicere intende-
bat, sed cum idem expressè declarasset, dictis
Capitulis informari velle contractum Appaltus,
satis erat illorum expressio, importata vigore
clausulæ *quorum tenores*, ut remota censerentur
quæcumque impedimenta Juris, & privilegia,
tametsi specialem, & expressam mentionem re-
quirentia, *Felin. in cap. nonnulla num. 9. de re-
script., *Dec. consil.265. num.2.*, *Spad. consil.47.
nu. 1. lib. 2., *Covarruv. in rubr. de Testam. part.2.
nu.19. in fin., *Cardin. Albit. discept.2. quæst. 9.
num.2., *apud Cardin. de Luc. de Jurisdict.*, *Rot.
coram Puteo decis.160. num.1. lib.2., *coram Bu-
rat. decis.390. nu.5., *coram Gregor. dec.240. nu-
mer. 2. & seqq.

Quamquam verò præventiva isthæc confirma-
tio à Summo Pontifice impertita, validam
omninò reddat dictarum exemptionum revoca-
tionem, contentam in dicto capitulo 9. Instru-
menti appaltus, nihilominùs, nè colore ullo in
dubium revocari unquam posset ejusdem volun-
tas illam approbandi, eidem plenæ firmitatis
robur adjecit aliâ magis solemni confirmatione,
deinuè facta Motu proprio, in qua confirman-
do dictum Instrumentum, vigore sui specialis
Chirographi celebratum, omniaque in eo con-
tenta, ait = *Nos igitur volentes, ut prædicta
*omnia tamquam de mandato, & voluntate nostra
*gesta favore Andreæ Ancajani suum sortiantur
*effectum, in omnibus, & per omnia approbamus &c.
& plenissimè confirmamus &c., *illisque Aposto-
*licæ firmitatis robur adjicimus, prædictumque
*nostrum Chirographum, & Instrumenta, & sin-
*gula in eis contenta, & expressa firmitate incon-
*cussa sustineri, & inviolabiliter etiam in fide, &
*verbo Romani Pontificis attendi, & observari
debere decernimus, & mandamus. At verò si in
dicto capitulo 9. expresse revocantur exemptio-
nes omnes, ibi = *Si revocano, e tolgono via tut-
*te le esenzioni, e concessioni fatte in qualsivoglia
Persona &c. talmente, che veruno non sia libero =
59 profectò verba illa = *Tutte l'esenzioni*, & illa
alia = *in qualsivoglia Persona*, & denique = *Che
veruno non sia libero = necessariò comprehendunt
exemptionem omnem, omnesque Exemptos,
Spad. cons.47. num.5. lib.2. Præterea si nominatim
declaratur, Colonos gaudere non posse
exemptione, de qua agitur, ibi = *E non già s'in-
tenda per i Lavoratori = dicendum sanè erit,
quod Summus Pontifex, qui conventiones
omnes, & pacta in Instrumento Appaltus inita
favore Domini Baronis Ancajani *etiam in fide*,
& verbo Romani Pontificis attendi, *& observari* 60
mandavit, dicendum, inquam, erit, in di-
spositione ista facta Motu proprio, certò certiùs
confirmasse revocationem exemptionum, in di-
cto capitulo contentam, ut post *Castrens. con-
sil.357. antè num.2., *Dec. cons.165. num.6. vers.
Item etiam in Privilegio, tradit *Spad. dicto con-
sil.47. num.3. lib.2.

Quæ fortius urgent in casu nostro, quia non
agitur de nova aliqua revocatione exemptionis
dd. Colonis competentis, sed quoad longissimè
potest mens nostra respicere spatium præteriti
temporis, & rerum memoriam recordari ulti-
mam indè usque repetentes, comperimus cen-
tum, & ultrà ab hinc annis Appaltum Thesau-
rariæ Umbriæ celebratum semper fuisse cum
insertione dicti capituli; quis autem ne mente 61
quidem cogitare unquam poterit, quod capitula
ista in omnibus Appaltibus tot Chirographis, &
Literis, Motu proprio editis, approbata à Summo
Pontifice cum qualitate *di patti, e capitoli soliti*, 62
non fuerint ex ejusdem voluntate, & scientia
confirmata? præsertim verò quando promissio-
ni eorumdem adimplementi, & executionis
etiam in fide, & verbo Romani Pontificis factæ,
consonat subsequuta observantia, continua
nempè exactio controversarum gabellarum *Ri-* 63
messa de' frutti, e Bollo del Macinato, quæ sem-
per solutæ fuerunt à Colonis partiariis Ecclesia-
sticorum, ut probatur depositione plurium Te-
stium, quibus utpotè Ministris præpositis exa- 64
ctioni, atque administrationi earundem gabel-
larum, plena fides adhibenda est, eo quod de-
ponere dicantur de facto proprio, deque eo
optimè informati existant, *Bursat. cons.88. nu-
mer.9., *Rota decis.118. num. 6. & seq.*, *part. 9.
decis.25. num.27. & seq., *part.12.*, *decis.242. nu-
mer.3. part.16., præcipuè, quia ipsorum testi-
monium consonat Libris Dohanæ, continenti-
bus dictæ gabellæ exactionem, qui pariter illam 65
probant, *Bartol. in leg. Titiæ Textores in princip.
num.2. ff. de legat.1., *& cons.81. num.2. lib. 1.*,
Dec. cons.496. num.7. & seq., *Capyc. Latr. con-
sult.76. num.37., *Cepparell. resol. Fiscal.58. nu-
mer.2., *clar. mem. Card. de Luca de Regal. di-
scurs.82. num.4., & confirmatur etiam confes-
sione Reverendissimi Episcopi Fulginatensis, de
qua suo loco verba faciemus, & quâ etiam illa 66
superlativè probata dici debet, *clar. mem. Card.
de Luc. in Miscell. disc.7. num.15. & seq., *Rot.
decis.149. num.12. & seq. part. 13., *decis. 235.
num.33. par.16., *decis.325. num.5. part.19.*, *in
*dicta Spoletana Gabellæ §. Quibus accedit coram
Reverendissimo Aldrovando; Observantia autem
isthæc omninò attendenda est ex *Textu in leg.4.*,
& leg. fin. ff. de publican., *& vectigal. leg. Missi
Opinatores 7., ubi *Joan. de Plat. notab.3. Cod.
de*

de exactione tribut. lib. 10., & leg. unic., ubi *Bartol. Cod. de aur. Coronar. eodem lib. 10.*, *Grilenzon. consf. 77. num. 20. & seqq.*, *Personal. de Gabell. num. 34. & seqq.*, *Balmased. de collect. quaestion. 126. nu. 9.*, *Graff. de effect. Cleric. effect. 3. num. 74.*, *Cyriac. controv. 141. nu. 5.*, *contr. 222. num. 18. & seq.*, *Ciarlin. contr. 22. numer. 40.*, *Quaesad. Pilo differt. 22. ex num. 42.*, *Larr. allegat. Fiscal. 7. n. 22.*, *Nogaerol. allegat. 38. n. 37.*, *Mascard. de general. Statut. interpretat. conclus. 1. num. 139.*, *& num. 148.*, *clar. mem. Card. de Luc. de Regal. disc. 56. num. 10.*, *disc. 72. num. 5. vers. ideoque, disc. 94. nu. 10.*, *Rocca disput. Jur. select. cap. 74. num. 45. & seqq.*, *cap. 170. nu. 21. & seqq.*, *Fontanel. decis. 303. numer. 17. & seq.*, *decis. 304. num. 9.*, *Cortiad. decis. 220. num. 17.*, *Rot. in Recent. decis. 448. numer. 4. part. 3.*, *decis. 38. num. pariter 4. part. 8.*, *coram San. mem. Alexandro VIII. decis. 175. num. 8.*, *decis. 257. numer. 15.*, *in dicta Spoletana Gabella 11. Junii 1708. §. Quibus accedit coram Reverendissimo Aldrovando*.

Eademque eo efficacior est in casu nostro, quia
67 illam tanquam antiquissimam, coaevam dicere possumus ipsis capitulis Appaltus, *clar. me. Card. de Luca de regal. disc. 49. sub num. 16. vers. Secundo in fin. disc. 52. num. 2. & seqq.*, *disc. 71. numer. 7.*, *disc. 94. num. 10.*, *Capyc. Latr. consultat. 68. num. 31.*, *Bonden. collect. legal. 8. n. 100. lib. 2.*, *Rot. coram Ruxas decis. 205. num. 10.*, *& decis. 279. n. 12. apud Postb. de Subbast. dec. 163. num. 11. in addit.*, *in Recent. decis. 150. num. 28. part. 5.*, *decis. 375. num. 13. part. 9.*, atque etiam quia non affertur tanquam observantia praescri-
68 ptiva, sed expenditur in linea observantiae interpretativae, an scilicet revocatio exemptionum, quae Pontificio mandato indicta dicitur in praefato capitulo 9. confirmato ejusdem speciali Chirographo, & Motu proprio, comprehendat etiam Colonos partiarios Ecclesiasticorum? istiusmodi enim observantia, etiamsi diuturna non esset, si summoperè valeret pro dignoscendo, quaenam Personae, & casus sub revocatione exemptionis comprehendantur, *Barbos. in leg. post dotem num. 47. & seqq. ff. solut. matrim.*, *clar. mem. Card. de Luc. de regal. disc. 49. numer. 15. & seq.*, *disc. 56. numer. 10.*, *discur. 72. sub numer. 5. vers. Adeoque in hac materia & seqq.*, *Rota coram Buratto decis. 679. numer. 9.*, *coram Cavaler. decis. 497. num. 5.*, *coram Royas decis. 78. num. 21.*, *& decis. 137. numer. 18.*, *coram San. me. Alexand. VIII. decis. 165. num. 19.*, *& in Recent. decis. 319.*, *& decis. 351. part. 6.*, *decis. 316. numer. 5. part. 9.*, quantò fortiùs urgebit, quando illa, ut in nostra hypothesi, nedum saeculi metam, sed memoriam hominum excedit.

Non omittendo denique, quod non agitur de abroganda exemptione aliqua clausa in corpore Juris, & quam, ex certa dispositione Sacrorum Canonum, constet Colonis partiariis Ecclesiasticorum impertitam fuisse, itá quidem, ut ea tolli, aut ulla ex parte minui nequiret sine
69 expressa derogatione Juris jam illis ex Sacris Canonibus quaesiti, sed exemptio, quam ipsi sibi arrogant respectu portionis Colonicae fructuum, in ipsorum dominium jam translatae, deque eorum patrimonio jam effectae, nullo Sacrorum Canonum loco, nullaque Pontificia Constitutione eisdem impertita reperitur, ut in proposito notat *Fontanell. decis. 307. n. 16.*, sed eadem induci contenditur extensione quadam excogitatâ à Doctoribus, & quidem maxima cum varietate opinionum, & diversa praxi Tribunalium, ita tamen ut in earum conflictu verior videri possit opinio contraria praefatis Colonis partiariis Ecclesiasticorum, ut latè probatum fuit in praeterita propositione *§. Si verò & seqq.*, ubi etiam allatum fuit Votum Camerale editum anno 1567., atque confirmatum à Sancto Pontifice Pio V., qui hujus quaestionis examen delegaverat Supremo Tribunali Camerae; Si igitur non agitur de exemptione, ex clara, & expressa Juris dispositione competente dd. Colonis, eademque quatenùs adesset, penitùs abrogata reperiretur dicto capitulo 9., confirmato Pontificis Chirographo, ac Motu proprio, & observantiâ, explicante mentem Pontificis, ad quem 70
pertinet declarare casus, Personas, & res, quae exemptione gaudent, justum modum adjiciendo, justisque ex causis eam restringendo, ut docuerunt *Gratian. consf. 61. num. 22. & 23.*, *Pocian. consf. 116. num. 117.*, *Navarr. cap. 27. n. 6.*, *Dian. part. 1. tract. 2. resol. 112.*, *Suarez. lib. 4. de immunit. part. 2. argum. 6.*, *del Bene de Immunit. cap. 1. dub. 2. sect. 3. num. 2. & 5.*, *& cap. 5. dub. 12.*, *Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 5. num. 372. & seqq.*, *Sess. in Epistol. ad Regular. num. 46. & 100.*, *& de Inhibit. cap. 8. §. 3. n. 152. & seqq.*, firma igitur, atque immota manebit revocatio cujuscumque assertae exemptionis, & subjectio Colonorum oneri dictarum gabellarum indicta in saepiùs relato cap. 9.

Qua observantiâ submovetur etiam interpretatio illa, quâ DD. Defensores Colonorum vim faciendo literae, & menti dicti Capituli, eludere tentant illius dispositionem, ajendo, à dd. Gabellis exemptos declarari Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, & Camerales, ex quo inferunt, quod illud loquatur de Gabellis came- 71
ralibus, non autem communitativis, quibus nec Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, nec Camerales obnoxii sunt, ideòque, ut praeservatio exemptionis cadat super subjecto praeservabili, intelligenda sit, non de Gabellis communitativis, quibus illi nunquam subjecti fuerunt, sed de Gabellis cameralibus, quarum solutioni obnoxii ceteroquin essent si ab eisdem ex speciali privilegio exempti non reperirentur, nam reddendo Parti Adversae voces suas, facilè 72
eluimus objectionem istam, ajendo, quod cum nemo non sciat, à Gabellarum cameralium solutione Personam nullam exemptam esse, *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 50. numer. 125. & sequent.*, *Cardin. de Luc. de regal. disc. 92. num. 4.*, *de servit. disc. 35. num. 2.*, *de regular. disc. 26. num. 5. & 6.*, *Rota in Spoletana Gabellae 11. Junii 1708. §. Nihilominùs, & §. Firmato ex his*

ex his coram Reverendissimo Aldrovando, hinc
73 sequitur, quod, ne revocatio dd. exemptionum referatur ad subjectum, super quo illa cadere nequibat, intelligenda sit de revocatione exemptionis respectu Gabellarum, a quibus colore aliquo competere potuisset exemptio, *Cravet. consf.126. sub num.7. versic. qua quidem clausula*, *Fusar. de substit. qu. 650. sub num. 124. versic. idem, & fortius*, *Rot. coram Seraphin. decis.382. num.4. & 5.*, quæ aliæ esse non poterant, quàm communitativæ, id quod in nostra hypothesi perspicuum redditur illâ aliâ animadversione, nimirum, quod, ut patet ex tenore dd. capitulorum Appaltus, revocatio ista exemptionum Thesaurario, atque Appaltatori conceditur, ut præservetur ab omni damno, quod illarum prætextu perpeti posset in exactione Gabellarum, quæ ipsi locabantur, ibi = *e per provedere, che la Camera, e detto Conduttore non vengano danneficati sotto pretesto d'esenzione* =; Gabellæ autem, quæ à Reverenda Camera locantur Thesaurario, & veniunt sub Appaltu, sunt illæ, quæ antiquitus erant communitativæ, deindeque à Communitatibus cessæ fuerunt Reverendæ Cameræ, & aliter res se habet respectu onerum, & Gabellarum cameralium, quia istæ nec locantur, nec comprehenduntur sub conductione Thesaurariæ, nam quoad illas Thesaurarius gerit personam meri Exactoris, eadem exigentis nomine, & periculo Reverendæ Cameræ cum emolumento duorum cum dimidio pro quolibet centenario *per provisione, e porte*, quamobrem colore nullo sustineri potest, quod Capitulum nonum loquatur de Gabellis, originariè cameralibus, idque necessariò inferri nequit ex præservatione exemptionis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & Cameralium, utpotè nedum opportune, sed necessariò adjicienda, nè in dubium revocari posset, an sub generali istâ revocatione
74 exemptionum omnium facta jussu Summi Pontificis = *d'ordine di Nostro Signore si revocane &c.* = illi comprehensi dicendi essent nec nè juxta ea, quæ in terminis similium amplissimarum revocationum, seu dispositionum super comprehensione Eminentissimorùm Cardinalium disputata fuerunt apud *Sacram Rotam* coram *Duran. decis.67. num.7. & sequent.*, *coram Sac. mem. Alexandr. VIII. decis.157. per tot.*, *& in rec. decis.452. nu.8.*, *decis.464. n. 3. & seqq. part.5.*

Reliquum esset, ut loqueremur de nonnullis Testibus, quorum depositione in præterita Causæ propositione elidi contendebatur à nobis allata observantia, sed satis erit breviter respondere, quod missis exceptionibus, quibus illorum personas, & dicta obnoxia esse demonstratum fuit in præterita informatione D. Ba-
75 ronis Ancajani, præfatis Testibus prævalere debent nostri, quia sunt numero plures, *Conciol. allegat.53. nu.38.*, *Farinac. de Testib. quæst.65. num.107.*, *Rot. decis.169. num.7. part.7.*, atque etiam quia nostrorum Testium depositio, utpotè innixa titulo desumpto ex dicto Capitulo, habere dicitur certum veritatis primordium, *leg.3. ff. de Testib.*, *Farinac. de Testib. quæst.65.n.150.*, *Bonden. collect. legal.50. num.159. lib. 2.*, *Roc. coram Gregor. decis.51. numer.2.*, *coram Carill. decis.71. nu.14.*, *coram Bichio decis. 290. n.40.*, *decis.647. numer. 7.*, *coram San. mem. Alexandro VIII. decis.16. n. 20.*, *coram Royas. dec.391. num.8.*, *coram Zarat. decis.53. num.20.*, *in recent. decis.302. num.26. part.3.*, *decis. 192. n.8. part.11.*, vice autem versâ contrariorum Testium depositiones referri possunt ad fraudes, 76
quas nemo non scit in solutione Gabellæ frequenter fieri, *Firman. in tractat. de Gabell. par.9. per tot. in discurs.*, *Ferret. eodem tract. pariter in disc.*, *Boss. in tit. de fraudant. Vectigal.*, *Mossin. de confiscat. quæst. 21.*, *Farinac. quæst.173. part.1. num.1.*, *Card. de Luca de regalib. disc.69. num.7.*, *disc.76. num.2.*, his denique omnibus addendo, quod negativa, de qua deponunt contrarii Testes, non est absoluta; ut declaratur Epistolâ Reverendissimi Episcopi scripta D. Baroni Ancajano, & relata in primo ejus, *sum.* in ea enim minimè ausus asserere hanc Colonorum exemptionem, ait solummodò, eosdem subjici non debere solutioni cujusdam augmenti in tertia parte, clara sunt verba dictæ Episto- 77
læ, ibi = *Alcuni Coloni partiarii della mia Mensa Vescovile, li quali introducono li loro frutti in Città, pretendono non esser soggetti al pagamento della sopradetta giunta del Terzo per la detta quota, che introducono, e parendomi la di loro pretensione fondata, ne feci parlare a questo Signor Massarini Ministro di V. S. Illustrissima* = isthæc autem sincera Reverendissimi Episcopi confessio emissa in literis scriptis antequam litis calor illum alliceret ad omnimodam exemptionem Colonis suis comparandam, apertè probat, eosdem reverà nunquam illâ gavisos fuisse, sed ipsum curasse eos eximere à solutione dumtaxat cujusdam augmenti Gabellæ remissionis fructuum, quod Ministri Thesaurariæ consequuntur in compensationem laboris, quem subeunt peragrando Castra, & Villas Territorii pro mensurandis fructibus, quos Coloni in Civitatem introducunt; sapientissimi igitur Patres pro eorum religione secum reputent, quæ nam in conflictu prævalere debeat, an scilicet sincera Episcopi confessio, vel dictorum Testium depositio?

Quæ cum ita sint, & jus Reverendæ Cameræ ionixum videatur solidissimis fundamentis, atque rationibus desumptis ex Capitulis Appaltus confirmatis Pontificio Chirographo, & Motu proprio, atque ab ævo inconcussè observatis, & hæc omnia à DD. contrariis Defensoribus dissimulata, silentio prætereantur, non est cur assumamus in abstracto quæstionem illam, an nempè ex Sacrorum Canonum censura Coloni partiarii Ecclesiasticorum exemptione fruantur respectu portionis colonicæ fructuum, de eorum libero patrimonio effecta, & quatenùs eadem attingenda esset, nedum plenè demonstra- 78
tum fuit in præteritis scriptis, quod, inspectâ veriori Juris censurâ, eà non gaudent, sed prætereà

tereà probavimus, quod quæstioni huic nullus amplius locus relinquebatur inspecto Voto Camerali, edito anno 1567., à S. Pontifice Pio V. approbato, cui additæ fuerunt innumeræ Resolutiones Sacræ Congregationis Boni Regiminis, quæ ad tenorem dicti Voti semper judicavit, & denique propiùs accedendo ad rem nostram, allata etiam fuit solemnis transactio anno 1656. celebrata auctoritate Cardinalis Rondinini deputati à Congregatione sublevaminum, in qua stabilita fuit qualitas, & species exemptionis competentis Colonis Mensæ Episcopalis Fulginei; declarando, quod quindecim dumtaxat ex prædictis Colonis Mensæ *devano godere gl'infrascritti privilegj, e non altri, cioè l'elezione del Foro nelle cause civili, e criminali, la delazione dell'armi, l'esenzione dalle represaglie per debiti publici, e del carreggio del Sale* = Si igitur Coloni non omnes, sed quindecim dumtaxat gaudere debent exemptione, eademque restringitur ad certos casus, exclusis aliis, ibi =
79 *gl'infrascritti Privilegj, e non altri* = denegata censenda erit quoad omnia alia, in dicta transactione non enumerata, *Becc. consil. 18. num. 44.*, *Eugen. cons. 83. num. 48. lib. 1.*, *Cyriac. contr. 40. num. 61.*, *Palm. Nep. alleg. 1. nu. 14. & sequent.*, *Rot. coram Merlin. decis. 390. num. 22.*; *coram bon. mem. Emerix. Jun. decis. 997. numer. 6.*, *in recent. decis. 247. num. 22. part. 5.*, *& decis. 21. num. 3. part. 17.*, in subjecta namque materia locum sibi vindicat regula tradens, inclusionem unius esse exclusionem alterius, *Thabor. axiom. Jur. lib. 9. cap. 44. axiom. 2.*, proindèque firma remanebit dispositio *Cap. 9.*, in quo tàm antequàm post d. transactionem cautum semper fuit, Colonos exemptione, de qua agitur, gaudere non debere.

ARGUMENTUM.

Carceratio, de mandato Supremi Principis, pro mera Debitoris fiscalis assecuratione, die feriatà in honorem Dei, facta pro debito certo in genere, licèt non in certa quantitate liquidato, omissà etiam illius Bonorum excussione, sustinetur; præsertim si nulla, vel nonnisi modica securitas super ejus effectibus adesse poterat. Pontificii Chirographi subreptio vel obreptio ex non expressa in ipsius summario qualitate aliqua an & quando inducatur, & quando secus?

DISSERTATIO XIII.

1 *Mandatorum cameralium exactio retardari non debet.*

2 *Veritatis magna est vis.*

3 *Debiti agnitio, & confessio Debitori fiscali omne Juris remedium, etiam appellationis, adimit.*

4 *Vigore manus Regiæ, Fisco competentis, ad personalem Debitoris executionem deveniri potest, nullâ etiam factâ Bonorum excussione*, & num. 6. & 37. & 81.

Idem vigore obligationis cameralis, ibid., & num. 6. & 82.

5 *Vigore obligationis cameralis cumulari potest unico contextu personalis executio cum reali*, & num. 83.

7 *Assertio, seu narrativa Summi Pontificis, de facto proprio loquentis, perfectam probationem constituit.*

8 *Etiam in præjudicium alterius.*

9 *Ac etiam in criminalibus.*

10 *Asserente Summo Pontifice à se mandatum fuisse datum, contra illud reclamare non licet, consisto præsertim de ejusdem justitia*, & num. 12. & 14.

11 *Precibus non fuisset impetratum, quod de Jure fuisset concedendum.*

13 *In carceratione secuta de mandato inferioris Judicis, est servanda consueta praxis, quæ quidem apud omnia Tribunalia uniformis non est.*

14 *Non verò eadem praxis est etiam servanda in carceratione facta de mandato Supremi Principis.*

15 *Nullitas omnis provenit ex transgressione, & inobservantia Legis.*

16 *Supremus Princeps est supra Legem, & Jus positivum.*

Præsertim Papa, qui est supra jus, contra jus, & extra jus, ibid.

17 *Papa authoritate suà omnes supplere dicitur Legis, ac Juris solemnitates, & quaslibet tàm Juris, quàm facti exceptiones tollere.*

18 *Procedit etiam in actu gesto coram Cardinali de ordine Papæ.*

19 *Adversus actus gestos authoritate Supremi Principis, beneficium quoque restitutionis in integrum ademptum censetur.*

20 *Supremus Princeps non tenetur servare formam, & stylum ordinarium, ac sequi praxim, ordinemque judiciarium, in Foris constitutum.*

21 *Supremus Princeps penitùs solutus ab omni Juris ordine*, & num. 51.

22 *Supremus Princeps judiciarium ordinem præposterare potest.*

23 *Actus, de mandato Supremi Principis gestus, irritus ex attentati vitio declarari nequit.*

24 *Actus, de mandato Supremi Principis gestus, licèt ceteroquin ex Juris censura invalidus, validus reputatur*, & num. 27.

25 *Pro validitate, & justitia actuum à Supremo Principe gestorum, firmissima Juris præsumptio urget*, & num. 26.

26 *De Supremi Principis voluntate dum constat; quidquid ejus authoritate gestum est, tanquam nullum, & irritum impugnari nequit.*

28 *Papæ non integer perlegitur Chirographorum, Supplicationum, & similium scripturarum tenor, sed solùm scripturæ summarium, continens ea dumtaxat, quæ essentialia Gratiæ respiciunt.*

29 *Papæ an fuerit veritas narrata, vel omissa, quæstio hæc locum habet, ubi prebetur, narra-*

narratum, vel omissum viam gratiæ aperuisse.

30 *Gratia aliquid præcipiens, quod Juris dispositioni consonat; quoties abest præjudicium Tertii, nec probetur, quod si Princeps id scivisset, gratiam non concessisset, haud vitiatur ex omissione qualitatis, aut circumstantiæ, non contrariæ Juri, vel de qua cautum non sit, quod exprimi debeat.*

31 *Gratia ex omissione alicujus qualitatis nequit impugnari ab eo, qui insigne beneficium est ex gratia ipsa consecutus.*

32 *Illustrissimo Thesaurario in his, quæ pertinent ad Pontificii Ærarii administrationem, ac regimen, tributa est plena, supremaque jurisdictio, ac potestas.*

33 *Chirographum prætextu obreptionis, vel subreptionis impugnari ab illo nequit, qui gratiam validam agnoscens, ejus beneficio usus est.*

34 *Quod semel placuit, ampliùs displicere non potest.*

35 *Ex gratia nulla, atque irrita nullus effectus provenire, nullumque Beneficium capi potest.*

36 *Ex nihilo nihil sequitur.*

37 *Nulliter captus arrestari non potest.*

38 *Pro debito autem Fisci semper potest arrestari, ubi constet de debito.*

39 *Chirographum subscriptum à Principe, adprobatum ab ipso censetur quoad omnia in eo contenta.*

Adeò ut in asserentem ignorantiam transfundatur onus illam concludenter probandi, num. 41.

40 *Paria sunt totum scribere, vel tantùm subscribere.*

41 *Pro elidenda subreptionis exceptione sufficit præsumptio, quod Summus Pontifex certior ab ejus Ministro redditus fuerit qualitatis, in Chirographo expressæ.*

42 *Ministro, habenti vivæ vocis oraculum, plena fides adhibenda in eo, quod ad ejus officium pertinet.*

44 *Expressa in Chirographo, edito post exceptum Sanctissimi oraculum, atque consensum, veritati omninò consona reputanda sunt.*

45 *Negotia de mandato Principis expedita, non debent instabili loco manere, nec de iis ambigendum, quà auctoritate, & quà ratione ab ejus Ministris perfecta fuerint.*

46 *Supremâ Principis authoritate factum quid censetur, si pro ejus revocatione ad ipsum Principem recursus fuit habitus.*

47 *Ad Supremum Principem non recurritur, nisi quando Ministri dubitant de ordinariis suis facultatibus.*

48 *Reverenda Camera contra personam sui Debitoris executivè procedere potest.*

49 *Debita fiscalia nullam patiuntur moram.*

50 *Ac pro iis exigendis, ab executione Debitoris incipi potest, nullo servato judiciario ordine, Manu Regiâ, & solâ facti veritate inspectâ, sine citatione, & Causæ cognitione, omnique Juris civilis solemnitate omissâ,* & num. 61. & seq.

52 *Captura, licèt non ritè, & nondum liquidato credito facta, sustinetur, quando, constito de credito, captura esset denuò decernenda,* & num. 64. & 80.

53 *Captura facta pro simplici assecuratione crediti, deinde liquidandi, sustinetur licèt secus esset de captura facta ut Debitor solveret certam aliquam quantitatem, quæ reverà tanta non deberetur.*

54 *Executionem, seu capturam fuisse factam præcisè ut Debitor solveret, concludentèr probandum est.*

55 *Pro capturæ validitate semper præsumitur.*

56 *Executio, seu captura ex quibus dici valeat facta pro simplici assecuratione crediti?*

57 *Executio, seu captura, quamlongè post subsecuta est enunciatio crediti non tamquam certi, & liquidati, sed per viam prætensionis in certa quantitate deducti irrita dici nequit.*

58 *Expressio alicujus certæ summæ, excedentis quantitatem debitam, facta in mandato suspicionis fugæ, pro mero Judicii assecuratione relaxato, capturam non irritat.*

59 *Clausula* = sine præjudicio majoris vel verioris summæ = *certam quantitatem, in mandato expressam, incertam reddit, & ab excessu salvat capturam.*

60 *Ut etiam ab attentatis præservat.*

61 *Citatio, & Processus in debito fiscali non requiritur,* & num. . seqq.

62 *Privilegium fiscale efficit, ut jacula fiscalia priùs feriant, quàm prævideri possint.*

63 *In casu Debitoris suspecti de fuga, frustra opponitur nullitas capturæ desumpta ex citationis, aut simili defectu non servati judiciarii ordinis.*

65 *Suspectus de fuga capi potest die feriato, quamvis in honorem Dei.*

66 *Necessitas, vel pietas non est sub Lege.*

67 *Causæ Fisci universim in diebus feriatis tractari possunt.*

68 *Suspicio fugæ semper urget adversùs Debitores, debito tempore non solventes; quippè in culpa, & dolo esse dicuntur.*

Hacque doli suspicione magis perstringuntur Debitores camerales, numer. 69., *& ratio* ibid.

69 *Causæ Fisci quod in diebus etiam feriatis tractari possint, id publicam necessitatem, ac etiam utilitatem respicit.*

70 *Consuetudo, & Statuta derogantia Feriis etiam in honorem Dei, servanda.*

Eò magis in Causis Fisci, num. 72.

Et maximè in executione facta authoritate Principis, præsertim Papæ, num. 73.

72 *Consuetudo derogans Feriis etiam in honorem Dei, in Civitate Neapolis servatur.*

74 *Nulla Lex Curiam Principis coarctare potest, quin jus reddat quolibet tempore, ac etiam diebus feriatis.*

75 *Pro facti veritate dignoscenda, quæ circumstantiæ*

stantiæ quove ordine eadem perpendi debeant?

76 *Personali capturæ obnoxius factus censeri debet, qui publicì Ærarii pecuniam in suos usus convertit.*

77 *Executio diebus etiam feriatis fieri potest, tunc præsertim, cum agitur de Debitore extero.*

79 *Deterioratio Personæ Debitoris, ad effectum exequendi contra eundem, tamquam de fuga suspectum, satis resultat ex ingenti ejus debito, tempore præfixo non soluto.*

83 *Obligatus simpliciter, & non in forma Cameræ nequit in persona molestari, nisi in subsidium.*

84 *Debitor quando se obligavit ad personam, tunc potest incarcerari, etiam non factà excussione.*

85 *Excussio priùs Bonorum, quàm Personæ, ubi agitur de obligato in forma Cameræ, necessaria non est, nec inducit nullitatem actus.*

86 *Præsertim ubi non agitur de debito conditionali, vel nondum maturato.*

87 *Personalis executio Obligati in forma Cameræ facta, non ut solveret, sed ut Creditorem assecuraret, eò minùs de nullitate redargui valet, omissà etiam Bonorum excussione.*

88 *Partitos in Judicio rejectas, & post editam rem judicatam, deducere ampliùs non licet.*

89 *Debiti conditio facta sub conditione aliqua, hac non impletà, resolvitur.*

90 *Loca Montium attergata pro cautione negotii, habentis tractum successivum, talia remanere debent, quousque rationes solidatæ fuerint.*

91 *Fidejussor datus pro negotio habente tractum successivum, licèt pro certa summa, præstitus censetur etiam pro reliquatu post solidatas rationes.*

92 *Loca Montium attergata pro cautione negotii, habentis tractum successivum, licèt causæ pro certa summa, eademque ex effectibus Debitoris fuerit jam persoluta, adhuc talia remanent, etiam pro ipsius negotii reliquatu.*

93 *Securitatem in Locis Montium, sui favore attergatis, habuisse Creditor, idque ad effectum, nè ad personalem Debitoris executionem devenire posset, nequit dici, si valor eorumdem Locorum Montium longè inferior erat debito jam maturato.*

94 *Creditor agens extraordinario remedio mandati suspicionis fugæ, impediri nequit sub obtentu existentiæ Bonorum mobilium, nisi ea tanta sint, ut debita æquivaleant, & de facili amoveri nequeant.*

95 *Securitatem in Bonis stabilibus intricatis, aliisque hypothecis affectis, habuisse Creditor, itaut ad personalem Debitoris executionem devenire non posset, dici nequit.*

96 *Nec eam habuisse dici potest in nominibus Debitorum, ipsi prorsùs ignotorum.*

97 *Fiscus licèt habeat actiones utiles in Debitores sui Debitoris, eas potest omittere, imò debet.*

98 *Nec differtur actio fiscalis quousque idem Debitor suos Debitores exegerit.*

99 *Fiscus ut agere possit contra Debitorem sui Debitoris debet istius Debitum esse omninò certum, & liquidum, vel ex ipsius confessione, vel ex alio æquipollenti actu.*

100 *Capitula instrumenti interpretanda, redigendaque ad mentem Juris.*

101 *Capitula Instrumenti in sensum absurdum detorqueri non debent.*

EX luculenta facti expositione exarata à R. P. D. meo Commissario, atque ex iis, quæ dilucide paritèr, sed uberius deducuntur in historica universæ rei gestæ enarratione, idiomate nostro conscripta, perspicitur, D. Joannem Baptistam Campostanum, ab ipsa prima die, quà suscepit conductionem Thesaurariæ Civitatis, & Ducatus Ferrariæ, pro annua pensione scutorum septuaginta quinque millium, clara præbuisse indicia posterioris eventus, damnorum videlicet, quæ etsi prævisa, averti tamen à Reverenda Camera minimè potuerunt. Ille enim, nullo suarum pecuniarum præsidio communitus, grandi huic negotio manum admovens, statim ejusdem rationes conturbare cæpit; ac per septennium, & amplius, tanta cum illarum confusione, atque Pontificii Ærarii detrimento, omnia permiscuit, ut DD. Ministri Camerales, ingentibus, atque extraordinariis pecuniarum subministrationibus illum, jam nomine, & facultatibus labentem, diù sustinere coacti fuerint; sed frustrà; nam licet soli Thesaurariæ proventus satis essent injunctis illi oneribus exsolvendis; nihilominùs tamen idem malè audiebat, quòd nec permotus summà ipsà dignitate eorum, quibus obsequi debebat, illis non subministraret honoraria, ratione suorum munerum eisdem constituta: quòdque assiduis contra eum obstreperetur clamoribus, tum militum, quibus stipendia statutis diebus, prout religiosè semper consueverat, non solvebantur, tum aliorum omnium, qui salaria, vel mercedes, aliasve præstationes ipsis debitas, sinè difficultate, atque tergiversationibus, consequi ab illo nequibant; adeò quidem, ut, quod inauditum fuerat, mandata cameralia, quæ loco numeratæ pecuniæ habita semper fuerant, cum veri 1
valoris diminutione venundarentur ab iis, qui instante pecuniarum indigentià presli, illas è capsa Thesaurariæ exigere non valebant, quod vehementer improbat *Leotard. de usur. quæst. 39. num. 47.*

Quapropter præfati DD. Ministri Camerales, exciti tantà œconomicæ administrationis per- 2
turbatione, secumque reputantes, id sinè gravi culpà D. Campostani evenire minimè potuisse, justà perculsi fuerunt suspicione, quod ille proventus fiscales, publicis muniis obeundis destinatos, in suos usus, & commoda converteret, prout certè evenisse conspiciet quisquis animadverterit, eundem sinè propriis pecuniis, & cautionibus ad conductionem hanc accedentem,

tem, in illius cursu, majori ex parte acquisivisse Loca Montium, ab aliis (illis tamen soluta interim consueta mercede) ipsi commodata, & favore Reverendæ Cameræ attergata; Ut etiam præter nobilem supellectilem, quâ Domum Ferrariæ instruxerat, scuta decem millia persolvisse D. Comiti N. Maffei Consocio, ut à conductione recederet, auctâ favore Reverendæ Cameræ cautione in aliis scutis decem millibus. An fortè ingentes hasce pecuniarum quantitates attulit è Domo sua, quò initio conductionis, sub colorato prætextu illas comparandi, se contulerat? Non ita sanè, nam cum indè, manibus vacuis rediisset, rei, & facti, penè dixerim, evidentiâ demonstravit, se, nonnisi pecuniis fiscalibus coemere, suaque facere valuisse Loca Montium, quæ aliena erant, & præter alios sumptus, aucta, ut dictum est, cautione Rev. Cameræ in scutis decem millibus, tantundem persolvisse Consocio à societate dimisso.

Interea igitur non omittebatur inquiri in adeò suspectum Conductorem, non quidem dissimulantem suum debitum, apertè resultans ex rationibus accepti, & expensi; sed in dispunctione illarum primi biennii, & sequentis triennii, illud notabiliter extenuantem, sub obtentu restauri damnorum in conductione passorum, ipsique reficiendorum; quorum sanè specioso colore diu Reverendam Cameram frustrari, feliciter illi contigit; donec demùm vi veritatis, quæ, ut ait *Cicero pro Celio = contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias facilè sè per sè ipsam defendit* =, detectis prorsus inanibus exceptionibus remissionis mercedis, & Restaurorum, à D. Adversario oppositis, idem compertus fuit debitor ingentis quantitatis, æquantis, vel paulò infra, integram unius anni pensionem.

Jure idcircò meritòque gravis sollicitudo incessit DD. Ministros Camerales, animo volventes, quod nedum spes nulla effulgebat, per Reverendam Cameram creditum suum consecutum iri aliquando posse: verùm, quod deterius erat, prævidebatur, quod, si permissum fuisset Conductori usque in extremam diem, in conductione persistere, longè graviora detrimenta publicum Ærarium accepisset: quapropter, ut præsens evitaretur damnum, & occurreretur futuro, præsertim verò illi omnium gravissimo, nè videlicèt pro locationibus deinceps faciendis, redderetur deterior status Thesaurariæ, per Illustrissimum Thesaurarium res delata fuit ad san. mem. Clementem XI., cui exposito, D. Campostanum illius conductorem, post maturum rei examen, plurimasque Illustrissimæ Congregationis Computorum resolutiones, prægrandi ære alieno Reverendæ Cameræ obstrictum reperiri, sublatâ penitùs spe omni illud unquam ab eo dissolvi posse: eidem Summo Pontifici supplicavit, ut Ærarii sui incolumitati consulere velle dignaretur, eâ ratione, & modo, qui summæ Sanctitatis Suæ sapientiæ, atque providentiæ magis expedire visus fuisset.

His intellectis, benèque perpensis, noscens Summus Pontifex, cunctationes, morasque ulteriores, in maximam vergere perniciem, præcepit, quod, si aliâ viâ, tum præsens, tum alia imminentia mala depelli non possent, Debitoris fiscalis Persona assecuraretur, deque his darentur Literæ ad Eminentissimum Ferrariæ Legatum, quibus ab illo acceptis, idem, utpotè præsens in loco, optimè gnarus conturbationis rationum Thesaurariæ, atque impendentium periculorum, de quibus non raro conquestus fuerat, obtemperandum esse censuit Pontificiæ jussioni: quamobrem die 3. mensis Maij anni 1719. non inconsultò tamen, sed matura cum consilii capiendi deliberatione, demandata ab illo fuit apprehensio Personæ D. Campostani, peracta tamen eâ honestâ, ac urbanâ ratione, quæ refertur tum in hodierna Facti, tum in alia illius enarratione, separatim, ut dictum est, distributa.

Post hæc illicò suscepta fuit dispunctio rationum, diligenter facta inter Ratiocinatorem Reverendæ Cameræ, Ferrariæ commorantem, & illum D. Compostani; ex qua idem detectus fuit Debitor maximæ quantitatis; quod ingens debitum in scutis 76348. 31. 9. agnitum etiam fuit in calculo, ab ipso approbato. Illud autem, utpotè resultans ex arithmetica demonstratione, cum impugnari, aut negari non posset; persolvendum propterea ab eo fuisset, si pristinæ libertati restitui cupiebat. At DD. Ministri Camerales mitiores erga hunc, licèt immerentem Debitorem, cum noscerent, frustrà perpetuâ carceratione sæviendum fore in eum, qui adeò grandi ære alieno persolvendo impar omninò erat, curandum potiùs, inquirendumque esse censuerunt; an aliâ ratione, & viâ consuli posset indemnitati Reverendæ Cameræ, aliqua saltem ex parte minuendo Ærarii damna, quæ planè, ac undique sarciri nequibant. Commiseratione itaque, fortè nimis effusâ, obtulerunt illi libertatem, dummodo tamen præstaret novam cautionem scutorum decem millium, quam nemo non videt, perexiguam fuisse longèque infra ejus debitum.

At ille diuturno suæ carcerationis tempore, nullam nec minimam sui debiti partem persolvens, & nomine æquè, ac facultatibus lapsus dictam cautionem reperire non valens, pertinaciter tamen suum debitum compensandum esse, contendebat consuetis exceptionibus restauri damnorum, quæ passus fuisse conquerebatur, licèt alioquin ejuscemodi exceptiones Illustrissimæ Congregationis Computorum resolutionibus rejectæ pluries fuissent. Debitori itaque exarmato omni Juris, & pecuniarum præsidio, quibus debitum dissolveret, inter Carceris ærumnas contabescendum fuisset, nisi illum eisdem subtraxisset summa pietas san. mem. Clementis XI., qui ingenitâ ipsi clementiâ considerans, ejus calamitatibus minimè sarcienda fore damna illata publico Ærario; audijt demùm jugitèr supplicantis preces, annuitque, quod, etiam non præstitâ petitâ cautione, dimitteretur. Eximio

mio huic beneficio, pares ille gratias non red-
didit, sed vita functo ejus clementissimo Libe-
ratore, antiquarum exceptionum crambem re-
coquens, obtendensque amplas facultates, lon-
gè exuperantes creditum Reverendæ Cameræ,
quas tempore carcerationis sibi suppetjisse aje-
bat, personalem executionem, tametsi Ponti-
ficio mandato peractam, tamquam irritam,
& injustam coarguere ausus fuit: frustra tamen,
nam validam, & justam illam agnovit, atque
declaravit Supremum istud Tribunal, ut ex Re-
solutione edita die 26. Junii anni 1722., adver-
sus quam impartitus beneficio novæ audientiæ,
infracto, semperque obdurato magis animo,
hæc omnia refricando, nedum suum debitum
extenuare, sed illud nullum prorsùs esse perti-
naciter, sustinebat: quapropter, ut tandem so-
lertissimo Litigatori præcluderetur diffugium
omne, quo diutiùs Reverendam Cameram,
certam alioquin creditricem, eludere posset,
demandatum fuit, quod super liquidatione
ejus debiti concordaretur factum coram Illu-
strissimo D. meo Ponente, apud quem dispun-
ctis rationibus, D. Campostanus, veluti convi-
ctus evidentiâ facti, fateri coactus fuit, se
die 3. mensis Maij anni 1719., quo traductus
fuit in Arcem Ferrariæ, remansisse liquidum
Debitorem Rev. Cameræ in scutis 67939. 32.
relictis in suspenso scut. 6820., ab ipso contro-
versis.

Cum itaque, post adeò apertam sui debiti
agnitionem, atque confessionem, à D. Campo-
stano factam, quæque omne Juris remedium,
3 appellationis nempe, etiam Debitori fiscali ade-
misset, *Castrens. ad leg. fin. num. 5. Cod. de pri-
vileg. fisc.*, hodiè ad examen revocetur Causa
super validitate, & justitiâ ipsius personalis ca-
pturæ, sive assecurationis; & post mox relatam
concordationem facti, ambigi amplius nequeat,
quod tempore, quo eadem facta fuit, certò
certiùs ingenti obruebatur ære alieno, quodque
non solùm Debitori minimè suppetebant facul-
tates, quibus promptam solutionem parare pos-
set, sed quod magis dolendum erat, & (ut
ab eventu edocemur) spes quoque penitùs deef-
set, illud ab eo integrè dissolvi unquam posse;
quodque demum, in dubium revocari minimè
valebat, Conductore isto diutiùs permanente
in conductione, ejus debitum in dies magis,
magisque auctum iri: ex his profectò evidens,
& aperta redditur validitas, & justitia assecu-
rationis personæ Debitoris: cum nullâ aliâ ra-
tione consuli posset incolumitati Rev. Cameræ,
4 quæ propterea, nullâ etiam factâ excussione
Bonorum, vigore tum Manus Regiæ, Fisco
Creditori competentis, tum etiam obligatio-
nis cameralis, justè ad personalem executio-
nem contra suum Debitorem devenire curavit,
ut de Manu Regia tradunt *Marant. in suo specul.
part. 4. distinct. 9. numer. 8.*, *Pereyra de Manu
Reg. prælud. 1. num. 4.*, *Scannarola de Visitat.
Carcerat. lib. 1. §. 10. cap. 1. n. 24. & seq. f. l. 121.*
apud quem alii; & ita censuit Congregatio par-
ticularis deputata in una *Ferrarien. Nullitatis
Arresti*, ut ex Voto favore ipsius D. Campasta-
ni die 16. mensis Maij anni 1722. edito ab Illu-
striss. D. meo Sardini §. 38., & de obligatione
camerali docuerunt *Cephal. consf. 439. num. 89.*,
Surd. cons. 298. num. 4. dicens, contra obligatum
in forma Cameræ posse incipi à captura, *con-
sil. 513. num. 20.*, idem *decis. 44. numer. 18. cum
seqq.*, *Gratian. discept. forens. cap. 7. num. 28.*,
*Zacch. de obligat. Cameral. quæst. 15. num. 7. &
seqq.* tradens, id locum habere etiam contra
Nobiles, & Illustres Viros, *Ridolphin. in prax.
part. 1. cap. 14. numer. 348.*, ubi ait, unico con-
textu cumulari posse executionem personalem 5
cum reali, quod pariter docuit *Benden. collect.
legal. lib. 2., collect. 5. num. 149.*, *Rot. in recent.
decis. 37. num. 5. part. 11.*, & passim alibi.

Ita verò de obligatione camerali censent Do-
ctores, quia illius vigore obligatus, teneri se vel-
le præsumitur, perindè ac si esset Debitor ejus-
dem Cameræ, quæ vigore fiscalium Privile- 6
giorum, omissis Bonis, ipsum Carceribus man-
cipare potest, *Surd. cons. 39. nu. 21.*, *d. cons. 298.
numer. 4.*, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 6. tit. 7.*,
Zacch. de oblig. Cameral. d. quæst. 15. numer. 13.
Quapropter, si privilegium hoc competit con-
tra Personam Debitoris, qui solà quadam fi-
ctione reputatur Debitor Reverendæ Cameræ,
potiori certè jure exerceri poterit contra ipsum
fiscalem Debitorem, directè obligatum Fisco,
qui, seclusâ etiam obligatione camerali, ex
suis Privilegiis, de facto pro exactione rerum
fiscalium procedere potest, personam Debitoris
apprehendendo, etiamsi nulla præcesserit con-
demnatio, & excussio Bonorum, ut præter mox
allegatos desumitur ex *Text. in leg. nemo Car-
cerem 2. vers. fin. Cod. de Exactor. tributor. lib. 10.*,
ubi Gloss. in verb. custodia dicens, hoc esse specia-
le in Debitore publico, *Joann. de Plat. num. 15.
vers. sed collige*, *Angel. ad eandem legem circa
med.*, *Bartol. num. 2.*, *ubi Adden. lit. C.*, *idem
Bartol. in tract. de Carcerib. num. 14.*, *Bald. in
leg. 1. num. 5. vers. item procedendo Cod. de hered.
vel action. vendit.*, *Castrens. ad d. leg. final. n. 4.
Cod. de privileg. Fisc.*, *Faber. in Cod. lib. 7. tit. 6.
de pignor. definit. 7. num. 11.*, *Paris. de Puteo de
Syndicat. §. Captura in princ.*, *Foller. in prax.
in verbo etsi compareant num. 3.*, *Guidopap. quæ-
stion. 6. num. 2.* sic inquiens = *In debitis autem fi-
scalibus fit incarceratio etiam pro debito pecunia-
rio ex privilegio Fisci, etiamsi Debitor non se
obligaverit ad Carceres* =, *Antonin. Maceratens.
variar. resolut. lib. 3. resol. 36. numer. 3.*, *Cobell.
ad Bull. Bon. Regim. cap. 18. num. 27.*, *Sabell.
practic. univers. §. Debitori numer. 14.*, aliique
inferius allegandi.



Quamobrem, cum, ut diximus, ambigi mi-
nimè posset de prægrandi ære alieno, quo Do-
minus Campostanus obstringebatur favore Reve-
rendæ Cameræ, & desperata penitùs esset spes
omnis, quod illa nedum promptè, sed ne qui-
dem post longi temporis curricula, creditum
suum integrè consequi aliquando posset, jure
proindè suo, Debitorem Carceribus mancipare
curavit, ut illorum tædio affectus quæreret mo-

dum, iniretque rationem, qua aliqua saltem ex parte reintegrato publico Ærario, libertatem recuperare valeret: quam si D. Campostanus solà pietate fan. mem. Clementis XI. consecutus fuit; Quisque profectò credidisset, eum tanto beneficio devinctum, illo ita usurum, ut liber effectus, sedulò advigilans colligendis Patrimonii sui reliquiis, quas jactanter ostentabat, ac tantoperè amplificabat, impensiùs elaboraret in paranda solutione debiti, ad quam, nedum naturali, ac legali obligatione, sed magis ex recenti beneficio Principis urgebatur. At justam hanc spem fefellit eventus, nam, ut dictum est, licèt contrarià Resolutione rejectus, non tamen animo fractus, obstinatà mente nullitatem carcerationis etiam hodiè refricare audet: sed frustrà conatus omnes ab eo impendi patebit, si Illustrissimi Patres, animo secum reputaverint, cujus auctoritate apprehensio personæ D. Campostani demandata, atque decreta fuerit; si perpenderint qualitatem Crediti, pro cujus assecuratione eadem facta reperitur: si etiam respexerint personam, & conditionem Debitoris, qui septennii spatio mirà arte, longisque, & assiduis tergiversationibus, Pontificium ærarium frustrari conatus est: si denique æstimaverint ejusdem facultates, viresque Patrimonii, quibus indemnitati Reverendæ Cam. satis superque consultum esse jactabat.

Initium idcircò facientes à prima nostri assumpti parte, dicimus, agi de assecuratione Debitoris, non à Judice, aut Magistratu aliquo, sed ab ipso Supremo Principe imperata, & quidem vigore Pontificii Chirographi à san. mem. Clemente XI. editi, atque aliàs exhibiti, quod ita se habet = *Monsignor Carlo Collicola nostro Tesorerie Generale. Essendo fin del mese di Maggio dell'anno scorso d'ordine nostro stato fatto carcerare Gia. Battista Campostano già Appaltatore della Tesoreria, e Dogane della nostra f. delissima Città di Ferrara, debitore della nostra Camera in grossa somma per causa del detto Appalto, & avendoci ultimamente fatto supplicare il medesimo Campostano a degnarsi di essercitore ancora con esso gl'atti della nostra paterna pietà, con ordinare la di lui scarcerazione, più volte avanti di voi, ma sempre inutilmente tentata. Noi dunque compassionando lo stato di esso Campostano, a cagione particolarmente di sì lunga carcerazione, quantunque non abbia il medesimo pagato il detto suo debito, nè parte alcuna di quello alla nostra Camera, mossi nondimeno dal mero effetto del nostro compatimento, e della nostra clemenza, ci siamo determinati di consolarlo, come in appresso &c. Ci contentiamo, senza però pregiudizio, nè innovazione alcuna delle ragioni competenti alla nostra Camera contro lo stesso Campostano &c., e senza pregiudizio ancora delle ragioni contro il medesimo competenti alla nostra Città di Ferrara, & a qualsisiano Persone &c., che sio il medesimo Campostano in quanto alla nostra Comera, e per quello riguarda il mero, e puro interesse della medesima, rilassato, e restituito in libertà &c.* =

Inspecto itaque aperto tenore, & verbis dicti Chirographi, ambigi nequit, carcerationem, & assecurationem personæ D. Campostani expletam fuisse ex Summi Pontificis mandato. Ambiguitas sanè nulla est in illis verbis = *Essendo fin del mese di Maggio dell'anno scorso di nostro ordine stata fatto carcerare Gio. Battista Campostano &c.*, assertio namque, sive narra- 7
tiva Sammi Pontificis, loquentis de facto proprio, adeò plenam, perfectamque constituit probationem, ut eadem nullà contrarià probatione perimi possit, ut expresse disponitur in *Clementina unic. de probation.*, & ibi notat *Gloss. in verb. sic fecisse narramus*, *Cephal. cons. 439. nu.43. & seqq.*, *Gabriel. commun. conclus. lib.1. de probation. conclus. 2. num. 2.*, *Lancellot. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib.1. cap. 1. §. 4. tit. assertionis soli Imperatoris num.1.*, inquiens = *In primis Pontificem Maximum eà esse præstantia, ut nudo verbo, & dicto, seu assertioni suæ cre- 8
datur, & standum sit &c., etiam in præjudicium alterius* =, & *num. 3. fol. mihi 77. à terg.*, *Mascard. de probat. tom.2. conclus.1005. numer. 15.* dicens, verbis Papæ, sive narrativa sint, & enunciativa, sive assertiva, probari mandatum, *Rota coram Mobedan. de restit. spoliator. decis.5. aliàs 86. num.4.*, docens, id locum habere etiam in criminalibus, *coram Verallo de- 9
cis.81. num. 3., & decis.236. numer.2. part.1., decis.286. part.2., decis.77. num.5. part. 3., & part.1. divers. decis.175. num.3.*

Eàdem verò Summi Pontificis assertione, quà factum carcerationis expletum probatur, proba- 10
ta dici debet illius etiam justitia, quæ resultabat ex ea vetustissima causa, in d. Chirographo enuntiata his verbis = *Debitore della nostra Camera in grossa somma per causa del detta Appalto*, ut, præter mox allegatos, tradunt *Marta cons.40. nu.12. & seqq.*, *Giurb. observ.75. nu.2. & seqq.*, *observ. 76. nu.9. bon. mem. Ansald. de Commerc., & Mercat. disc.10. num.5.*, Certiùs in casu nostro, quia D.Campostanus Pontificiæ, clementiæ supplicavit, ut non quidem ex justitiæ debito, sed pietatis ergò dignaretur = *Di esercitare ancora con esso gl'atti della nostra paterno pietà, con ardinare la di lui scarcerazione* = pluries, sed frustrà petitam ab Illustrissimo Thesaurario, non miseratione, sed Jure agendum sibi esse censente = *Più volte avanti di voi, ma sempre inutilmente tentata* =; non enim pre- 11
cibus impetrare curasset id quod ipsi injustè denegatum, de Jure concedi debebat, ex noto axiomate, de quo apud *Thabor. axiomat. Jur. lib.18. cap.96. axiom.2.*

Jam verò si ambigi ampliùs nequit, carcerationem Campostani demandatam fuisse aucto- ritate, & mandato Supremi Principis, cui non 12
parere, aut à quo reclamare nemini certè licebat, *leg. 1. §. 1.ff. à quibus appellar. non liceat*, *Vizzan. de mandat. Princip. leg. 2. numer. 41.*; si quod magis est, illud non inconsultò, sed ex justa causa à se datum fuisse affirmat, quia nempè Campostanus (ut per facti evidentiam demonstratum, confirmatumque deindè fuit) de-

debitor erat *in grossa somma*: quouam pacto de
illius validitate hodiè inquiri poterit, & ve-
luti ageretur de captura, à quopiam Judice in-
feriore decreta, examinare fas erit, num iu illa
exequenda, servata fuerit nec nè forma, ex pra-
13 xi præscripta, quæ tamen apud omnia Tribuna-
lia uniformis non est, quæque ideò introducta
reperitur, nè videlicèt contingat, per Judicum
imperitiam, similia arresta imprudenter conce-
di? *Gaill. in tract. de arrest. Imper. cap.1. n.12. fol.416.*; Si enim id scrutari liceret, nemo non
videt, quàm graviter in Supremi Principis Ma-
jestatem attentaretur, non obsequendo ejus Re-
scriptis, vel de eorum viribus temerè inquiren-
14 do, quod sacrilegii instar esse sanxerunt *Impe-
ratores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius
in leg. sacrilegii 5. Cod. de divers. rescript.*,
Bald. in leg. 2. ff. de servitut., cum aliis apud
Bonden. collect. legal. tom.2. collect. 37. nu.115.

Et sanè, cum nullitas omnis, prout est quid
15 in concreto, proveniat ex transgressione, &
inobservantia Legis, *Vant. de nullitat. in rubric.,
seu titul. quid sit nullitas, & undè dicatur nu.1.
pag.2.*; Supremus verò Princeps adeo sit supra
omnem Legem, & Jus positivum per *Text. in
16 leg. Princeps ff. de legib.*, *ibique Scribentes*, *Fe-
lin. in cap. Canonum Statuta col.2. de Constitut.*,
Bald. in cap. cum super de causs. possess., *& pro-
priet.*, ita præsertim de Papa censens, qui est
supra Jus, contra Jus, & extra Jus, quod pa-
riter ait *Barbat. consil.1. per tot. lib. 1.*, *Cephal.
cons.28. num. 72.*, *Osasch. cons. 1. num. 2.*, *Ca-
ren. resol.205. num.2.*, *de Marin. resol.46. n.20.
& 26.*, *Thesaur. decis.87. num. 3.*, *Thomat. de-
cis.121. num.2.*, *& in rec. dec.1. num.4. par.3.*,
17 ut auctoritate suà, nedùm supplere omnes Le-
gis, ac Juris solemnitates, & formam, *Abb.
cons.41. num.3. lib.1.*, *Paris. cons. 24. numer. 4.
lib.4.*, *Capyc. latr. decis.16. numer. 2. & seqq.*,
*Rota coram Seraphin. decis.1307. num. 1., & in
rec. decis. 367. nu.13. part.5.*, sed tollere etiam
dicatur quascumque exceptiones tàm Juris,
quàm Facti, *ad Text. in leg. omnium Cod. de Te-
stament.*, *& in leg.2.*, *ubi Bald. in summ.*, *Cod.
quando decreto opus non est*, *Paris. cons.24. lib.4.*,
Dec. cons.341. num.12., *Besold. cons.18. nu. 28.
tom.4.*, *Rot. Lucan. apud Palm. dec.360. n.206.*
dicens, id procedere etiam in actu gesto coram
18 Cardinali de ordine Papæ, *Rot. divers. dec.316.
num.16 in fin.*, *& num. 19. part. 2.*, *coram Cu-
rill. dec. 141. num. 6. & 8.*, quorum plerique
docent, quod, sublatà exceptione, tum læsio-
nis, tum doli, beneficium quoque restitutionis
19 in integrum adversùs istiusmodi actus gestos au-
ctoritate Supremi Principis ademptum censea-
tur; ille enim aliter agendo, dispensare voluis-
se præsumitur, *Bartol.*, *& alii in leg. final. Cod.
de legib.*

Ex his profectò sequitur, quod non teneatur
20 servare formam, & stylum ordinarium, ac se-
qui praxim, ordinemque judiciarium, in Foris
constitutum, ut post *Gloss. in cap. final. vers. il-
lustrium de re judicat. in 6.* tradit *Jo. Franc. de
Ponte cons.531. num.22. lib.2.*, *Belluga in spe-
cul. Princip. rubric. 11. §. Restat num.4. fol. 36.
à terg.*, *& rubr.23. §. Dicamus num.4. fol.125. à
terg.*, *Christin. decis. Belgic. tom. 1. decis. 88.
num.26. fol. mihi 96.*, sic inquiens = *Princeps
enim, qui habet jura Imperii, in omnibus casi-
bus, in quibus inferior Judex, præmissu Causæ
cognitione potest aliquid facere, potest Causâ non
cognitâ, & pro nutu voluntatis disponere, se-
cundùm Bald., Castrens., & alios in leg. si Testa-
mentum Cod. de Testam., Nam satis est in Principe,
quod putet, Causam subsistere, & ex opinione sua
statuat, vel mandet, non sic in inferioribus, Bald.
in leg. rescripta &c., quia in suo Territorio non li-
gatur jure positivo, secundùm Bartol. in extravag.
ad reprimendum, in verb. sine figura Judicii &c.
ad hoc Text., & ibi Bartol. in leg. Æmilius ff. de
minorib. cum similibus* =, sed veluti penitus solu-
tus ab omni Juris ordine, cui non subest, *Ol- 21
drad. cons.257. num.13.*, *Natta cons.367. nu. 8.
lib.2.*, *Grammatic. cons.19. num.19.*, *Cyriac. con-
trov.692. num.10.*, *Afflict. decis.283. n.6. & 7.*,
& decis.361. num.23., *Thesaur. decis.15. nu.4.*,
*Amendola ad dec. 517. Vincent. de Franch. nu-
mer.5. & seq.*, *Urceol. decis. Florent.3. nu. 55.*,
Rot. in recent. decis. 461. num. 13. part. 1., *de-
cis.175. num.9. part.8.*, *& decis.465. numer. 17.
part.9. tom.2.*, posthabità illius forma, eundem
præposterare possit, id videlicet, quod fieri de- 22
beret ante executionem, faciendo post illam,
*Bald. in jus feudal. cap. 1. col. 3. tit. si inter Do-
minum, & Vassallum*, *Abb. in cap. in causis de
rei vindication.*, *Raynald. ad Banniment. Bonon.
tom.1. cap.2. §.4. num. 119. fol. 206.*, *& tom. 3.
cap.34. §.12. num.135.*, *§. Et justa fol.320.*; Ut
etiam actus, ipsius mandato, & auctoritate ge-
stus, tamquam attentatorum labe infectus, ir-
ritus declarari nequit, *Lancellot. de attentat. 23
part.1. cap.4. limit.2. per tot.*, *Gob. consult. 80.
num.35.*, *Rot. coram Dunoz. Jun. dec.603. n.2.*,
& in Recen. dicta decis.175. num.9. par.8.: Imò
verò, si ob solam amplitudinem Personæ, nul-
litatis exceptio, adeò sublata censetur, ut, illà
inspectà, actus, qui ceteroquin ex Juris censu- 24
ra invalidus esset, validus reputetur, ut post
*Petr. Ærodium, eruditè rem tractantem lib.4. rer.
judicat. tit.12. de Testib. cap.1.*, *& cap.7. ejus-
dem titul.*, tradit *Calvin. de æquitat. lib.2. ca-
pit.158. num.47. fol.220.*, quanto magis id tri-
buendum erit actui, Supremi Principis impe-
rio, & auctoritate gesto?

Optimo proindè jurè, universim receptum
est illud, omnium ore tritum, effatum, quo
admonemur, firmissimam Juris præsumptio- 25
nem urgere pro validitate, & justitia actuum,
à Supremo Principe gestorum, *Gloss. final. in
leg. relegati ff. de pæn.*, *Felin. in cap. quæ in Ec-
clesiarum nu.66. de Constitut.*, *Dec. cons. 64. n.7.*,
Menoch. cons.100. num.16., *Alciat. de præsum-
ption. regul.3. præsumpt.8.*, *Mascard. de proba-
tion. vol.3. conclus.1227. num. 21. & 22.*, *Lar-
rea allegat. fiscal. part.1. allegat. 23. numer. 8.*,
Bonden. collect. legal. vol.2. collect. 37. nu. 100.,
& collect.38. num. 204. & seqq., *& num. 344.*,
Capyc. latr. decis.190 num.11. tom.2., & remo-

tà quavis suspicione, validè, & ex justa causa, illum, quidquid egit, fecisse præsumi, *Valenz. consf.4. num.122.*, *Befold. consf. 187. num. 14. & seq. lib.4.*, *Novar. de gravam. Vassallor. gravam 164. numer.10.*, *Petra de potestat. Princip. cap.12. quæst.5. conclus. 1. num 25. & 29.*, *Marius Giurba observ.30. nu.2.*, *Cyriac. contr.182. nu.12.*, *& num.17.*, *controv.592. numer. 27. & seqq.*, *controv. 692. num 12.*, *Genua de verbor. enunciat. lib.2. quæst.4. num.27.*, *Jovius de contract. minor. tom. 2. Gloss. 24. §.10. numer. 18.*, *Urceol. decis. Florent. 3. num. 11.*; Idque adeò Principis præcipuum esse, ut adversus hanc Juris præsumptionem, non admittatur contraria probatio, ut ex *Cyno*, *Alciato*, *Romano*, aliisque, tradit *Larrea allegat. fiscal. 101. num. 17.*

Ex quo enim illius suprema, & absoluta potestas in dubium revocari nequit, indè fit, ut
26 quoties certò constat de ejusdem voluntate; quidquid ejus auctoritate gestum est, tamquam nullum, & irritum impugnari minimè queat, *Jovius de contract. minor. tom.2. Gloss.24. §.10. num.34.*, *Rot. decis.114. num.7. part. 6. recent.*; Non enim præsumendum est, Supremum Principem actum frustratorium facere voluisse, idem *Jovius d. Gloss.24. §.9. num.5.*, sed semper usus censetur potestate illâ, quæ requiritur, ut actus sustineri valeat, *Castrens. consf.414. num.5. vers. primus quando lib.1.*, *Cephal. consf.439. num.54.*, qui juncto *num. 72.* loquitur de Principe demandante arrestum, & sequitur *Dueñas regul.43. sub ultim. fallent. vers. secunda ratio est Pich. ad Statut. Urb. Gloss.7. num.200. fol.69.*; Quapropter, cum in nostra hypothesi, ex Summi Pontificis assertione, manifestum reddatur, assecurationem personæ D. Campostani factam
27 fuisse auctoritate Supremi Principis, ex justa causa illam imperantis, pro ea perficienda nulla requirebatur observantia ordinis judiciarii, aut praxis forensis, utpotè remissæ ob mandatum, & commissionem à Supremo Principe datam, *Jovius de contract. minor. tom.2. Gloss.25. §.11. num.346.*, ex ratione quam attulimus, & pluribus auctoritatibus confirmavimus *§. Ex his profectò*.

Sentiens Pars adversa, solidissimis hisce rationibus sibi præreptum penitùs esse diffugium nullitatis, quam temerè objiciebat adversùs ejusmodi assecurationem, Principis auctoritate decretam, atque executam, & quidem post longas cunctationes, quibus D. D. Ministri Reveren. Cam., Debitorem fiscalem, facultatibus, & nomine jamdudum labentem, substentare, & jamjam ruiturum, retinere conati sunt, hodiè non minùs audacter, aliud sibi commentitium, aucupari satagit effugium, in dubium videlicèt revocando Pontificium mandatum de ipso apprehendendo. Ait enim, quod illud enuntietur quidem in corpore Chirographi, sed omittatur in ejus Summario, quod solùm Papæ perlegi solet, quasi consultò id ibi omissum fuerit à Ministris Cameralibus. Conqueri justè possemus, id tàm inverecundè à D. Campostano opponi, nisi ignoscendum illi esset, quod in mala Causa, nudatus omni justâ, ac legitimâ defensione, quemadmodum commiserationem commovere posse speravit calumnias intendendo contra integerrimos Reverendæ Cam. Ministros, Ferrariæ residentes, quasi non suâ culpâ, sed illorum machinationibus, tanta pernicies comparata ipsi fuerit, ut evulgatis libellis oblatrare ausus fuit, ità etiam calumniosâ prorsùs interpretatione, veritatem Pontificiæ assertionis, factæ in Chirographo, in dubium revocare imprudentèr conatur, sed frustrà, quia, ut ex *Cicerone* pro *Cælio* notatum est *§. Interea igitur*, tanta est vis veritatis, ut facilè sè per sè ipsam contra hominum calliditatem, solertiamque defendat.

Omnibus quippè notum est, Papæ non perlegi integrum tenorem Chirographorum, Supplicationum, & similium scripturarum, plura semper continentium, quæ Gratiæ substantiam 28
non tangunt, & ad quæ exquirenda minus deceret summam demitti Pontificis majestatem, sed illi à Ministro solum referri, vel legi summarium adjectum calci Scripturæ, in quo attinguntur ea tantum, quæ essentialia Gratiæ respiciunt, *Parif. de resignation. lib.8. quæstion.7. num.21.*, *Pirr. Corrad. in prox. dispensat. lib.2. cap.1. num.20.*, *Amayden. de styl. Datar. lib.1. cap.32. num. 2.*, *Gonzal. ad regul.8. Cancellar. Gloss.60. num.11.*, *Rosa de execut. Literar. Apostolicar. part. 1. cap. 1. num.6.*, *in Melevitana Pensionis 23. Januarii 1699. §. At verò coram clar. me. Card. de la Tremoille*. Ut etiam æque nota est regula, quâ traditur, quod, quoties disceptatur de differentia hac, inter Summarium perlectum, vel relatum Summo Pontifi- 29
ci, & inter tenorem totius Chirographi, sive alterius similis scripturæ, eo dumtaxat casu quæstio isthæc pertractanda sit, quo in Summario, aliquid narratum, vel omissum fuisse appareat, quod probetur, viam aperuisse Gratiæ, quam, narrati, aut omissi veritate cognita, vel nullo pacto, vel difficiliùs Summus Pontifex concessisset, juxta regulam traditam per *Felin. in cap. super literis num.9. vers. quarta regula de rescript.*, *Rosa de execut. Liter. Apostol. cap.5. num.53.*, *Rota decis.101. num.20. & seq. part.5.*, *coram Cerro decis.158. numer.14.*, *coram bon. mem. Emerix Jun. decis.1177. nu.4.*, *& in Recen. decis.769. num.9. part. 18. tom. 2.*, *& in Forolivien. Parochialis 26. Aprilis 1706. §. Neque obstat coram bon. mem. Omannu*, Præsertim verò, quando agitur de negotio, aut re, pro qua exequenda aliquid non præcipiatur, aut fieri debeat, quod sit contra, vel præter, sed potiùs consonet dispositioni Juris: hoc namque casu certiùs locus sit illi alteri regulæ, admonenti, quod, quemadmodum non expres-
sis iis, quæ ex Juris dispositione exprimi de- 30
bent, vel de quibus in Jure est dispositum, quod, eis expressis, Gratia non fuisset concessa, eadem vitietur: ità è contrario, si res sit de qualitate, aut circumstantia aliqua minimè contraria Juri, vel de qua cautum non sit, quod exprimi debeat, illius omissio Gratiam non inficit,

ficit, quoties abest præjudicium Tertii, & exadverso non probetur, quod, si Princeps eam scivisset, Gratiam non concessisset, hoc namque dumtaxat casu, & non aliàs, talis qualitatis, aut circumstantiæ taciturnitas Gratiam irritam reddit, juxtà magistralem *decisionem Gregorii in 50.*, ibique *Addon.*, cum alioquin, hac deficiente probatione, Gratia sustineatur, nullà prorsùs factà distinctione, an verisimiliter potuisset Princeps indè moveri, vel removeri à Gratia concedenda, *Farinac. in prax. crimin. quæst.6. num.48.*, *Gratian. discept. 535. nu. 26., & seq.*, *Lotter. de re benefic. lib.2. quæst.54. numer.30. & seq.*, *Rot. in rec. dec.647. sub nu. 51. part. 19.*

Has igitur sequendo regulas, Pontificiis Rescriptis interpretandis firmiter retinendas, inani sanè conatu in nostro casu opponitur, quod in Summario omissa fuerit expressio facta in corpore Chirographi, mandati videlicet de assecurando personam D. Campostani a Summo Pontifice injuncti Illustrissimo Thesaurario: tùm quia rès agebatur inter Supremum Principem, ejusque Ministrum, quorum neuter ignorare poterat id, quod inter ipsos actum fuerat: quid enim nedùm magis verisimile, verùm etiam magis juris rationi consentaneum erat, quàm quod Summus Pontifex, oraculo etiam suo, illum quodammodo excitaret, ut pro suo prudenti arbitrio, utens eà ordinarià Jurisdictione, & facultatibus, quibus ceteroquin pollebat, quàm citius consuleret indemnitati Rev. Cameræ? Tum etiàm quia, cùm substantia Gratiæ, D. Adversario impartitæ, licèt vergeret in præjudicium Rev. Cameræ, cessura nihi-
31 lominùs esset in ejus favorem, dum illius vigore libertatem plenariè assecutus fuit, nullo certè jure, nullàque justà ratione hodie contrà illam ab ipso contenditur, quod in Summario enunciatum minimè fuerit, ipsius carcerationem ordinatam fuisse ab ipso Papa, quando ex eo, nedùm nullum sensit præjudicium, sed insigne beneficium consecutus fuit, argumento *Textus in leg. Pomponius ff. de negot. gest.*, & tradit *Rota coràm Verallo dec. 193. numer. 2. in Recen. dec. 485. num. 20. part. 4. tom. 2., decis. 51. numer. 6., & seqq. part. 6., & dec. 223. numer. 16. part. 7., decis. 357. numer. 4. part. 12., decis. 35. num. 2. part. 13., decis. 533. numer. 6. part. 18.*: Cùm enim in Chirographo supponatur, D. Campostano justè carceribus mancipato, diù etiam, justèque ab Illustrissimo Thesaurario fuisse denegatam excarcerationem; nemo idcircò non videt, circumstantiam ejuscemodi prætensæ enunciationis, in Summario faciendæ, extrinsecam prorsùs fuisse à substantia Gratiæ: Quapropter, quod eam attinet, parui referebat nùm carceratio, quæ justissima supponebatur, decreta esset ab ipso Principe, vel ab ejus Ministro, cui
32 in similibus negotiis, & in his, quæ pertinent ad œconomicam Pontificii Ærarii administrationem, ac regimen, tributa est plena, supremaque Jurisdictio, ac potestas, quà ejuscemodi Debitoris apprehensionem præcipere potuisset.

Magis verò, magisque hæc urgere noscentur, si Sapientissimi Patres animo secum reputaverint, quod nec D. Campostanus, licèt solertissimus, nec Doctissimi ejus Defensores, Chirographum, & Gratiam excarcerationis in eo impertitam, prætextu isto redarguere ausi sunt tempore, quo eadem demandata fuit: sed D. Adversarius eà illicò, ac libentissimè utens, libertatemque, diù frustra quæsitam, ejus vigore assecutus, nonnisi post plurium annorum decursum, hoc novum diffugium excogitavit; videlicet postquàm agnovit, eo etiam nomine, quod ageretur de assecuratione personæ, Supremi Principis imperio peracta, justè rejectas fuisse nullitates, adversùs illam ab ipso oppositas; & postquam, pluries, pluriesque discussis rationibus, planè comperiit, se nullà ampliùs tergiversatione subterfugere, nullàque amplius arte obtegere posse grande suum debitum, facti evidentia liquidatum. Cum igitur, 33
quando sublata nondum erat spes omnis frustrandi Rev. Cameram, litisque calor nondum ejus ingenium ad nova commenta paranda acuerat; sincerà mente respiciens eximiam Gratiam, Pontificià pietate sibi elargitam, eamque validam agnoscens, ipsius beneficio usus fuerit: ejuscemodi profectò Gratiæ usu, adeò illam, tamquam undequaque validam approbasse censetur, ut ipsi ampliùs non liceat, Chirographum, in quo ejus excarceratio decreta fuit, prætextu obreptionis, sivè subreptionis, ut cujuscumque alterius defectus impugnare, ad *Text. in leg. filius familias 17. ff. ad Sen. Consult. Macedon.*, *Bartol. in leg. Cum tabernam §. Idem quæsivit in fin. ff. de pignor.*, *Gozzadin. consf. 23. num. 10.*, *Mart. Medic. decis. 58. num. 39.*, *Cassador. decis. 3. num. 2. de rescript.*, *Rota coram Veralla decis. 193. num. 2. part. 1.*, *coram Ludovis. decis. 331. num. 10.*, *coram Cavaler. decis. 26. nu. 4.*, *coram Burat. decis. 118. num. 4.*, *coram Zurat. decis. 113. num. 6.*, ibi = *Ex quo nil relevat, quod de subreptione, vel obreptione Brevis derogationis arguatur, quia cum d. bon. mem. Vives utendo approbaverit, non potest postea illud impugnare,* 34
ex regula, quod semel &c., *coram bon. mem. Ansaldo decis. 18. num. 37., & seqq.*, *& in rec. decis. 341. nu. 2. part. 13.*, *decis. 86. num. 18. part. 16.*, *& decis. 372. num. 11. part. 19.*

Verumtamen, morem gerendo Parti Adversæ, eidem demus, justà ratione, ex hoc capite, Pontificium Chirographum ab ipsa coargui, ac impugnari posse: quid inde sequeretur? certè nihil aliud, quàm quod Gratia excarcera- 35
tionis, ejus favore in illo decreta, perinde habenda esset, ac si nunquam à Principis pietate impetrata fuisset; ipso enim jure, ipsoque facto, nulla, atque irrita extitisset, ideoque nullum ex ea D. Adversarius beneficium consequi valuisset, per *Text. in cap. Super literis de rescriptis, & cap. 2. de fil. Presbyter. in 6. in fin.*, ibi = *veluti per subreptionem obtenta, nullius est momenti* =, *Larrea allegat. fiscal. part. 1. allegat.*

gat. 16.n.32., & seqq., Salgad. in Labyrint. Credit. part. prima cap. 37. num. 5., & seqq., D. Advocat. Pison. de controvers. Patron. allegat. 9. n. 51., Rota coram Bich. decis. 302. num. 3., & seqq., in Majoricen. Beneficij 6. Decembris 1709. §. Principal., coram bon. mem. Ansaldo, & in Frisingen. Juris deputandi Curatus 23. Martii 1713. §. Eòque ineluctabilius coram eodem, in Pampilonen. Jurispatronatus 4. Februarii 1715. coram Eminentissimo Domino Card. Scotto; juxta enim Philosophi sententiam, si
36 ex nihilo nihil sequitur, eam applicando actui invalido, ac irrito, nullus similiter effectus ex eo provenire valet, ut ad rem nostram ait *Gonzales ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 57. num. 14., & seqq., & num. 31., ac num. 34.* & probant concordantia Juris loca, & auctoritates relatæ apud *Giurb. observat. 85. num. 6., & seqq., Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 10. il 2. in fin., Ciarlin. controv. forens. lib. 1. cap. 38. n. 5.*

Admissà idcircò, ut exadverso contenditur, nullitate, & sureptione Chirographi, mandantis, D. Adversarium emitti carcere: inde certe sequeretur, quod ipse illius vigore nullo pacto consequi valuisset diù, sed frustra, optatam, quæsitamque libertatem, ideoque repositis omnibus in pristinum statum, revocandus esset ad Carceres, è quibus nulliter dimissus fuit, ut sanè efflagitare videtur natura ipsius Gratiæ, ea mente a Summo Pontifice concessæ, ut tamen ex illa præjudicium nullum irrogaretur, aut innovatio fieret jurium Rev. Cameræ, alijsque competentium: aperta sunt verba dicti Chirographi superius relati *§. Initium idcirco*, ibi = *Ci consentiamo, senza però pregiudizio delle ragioni competenti alla nostra Camera contro lo stesso Campostano &c., e senza pregiudizio ancora delle ragioni contro il medemo competenti alla nostra Città di Ferrara, ed à qualsisiano altre persone &c.* =; reductus itaque ad Carceres, in eis-
37 dem dicturus causam nullitatis suæ capturæ, licet illam declarari fortè obtinuisset; nihilominus tamen, cum in genere de ingenti ejus debito, illicò, ac facilè in certa quantitate liquidando, ambigi minimè posset, justè arrestari, ac retineri valuisset, ut inquit *Bald. cons. 90. lib. 5.*, ubi, postquam probaverat, nulliter captum, arrestari non posse, *num. 4.* favore Fi-
38 sci rem concludit his, notà dignis, verbis = *pro debito autem Fisci, semper potest arrestari: quia Fiscus est in hoc privilegiatus, ut non requiratur ordo, ex quo constat de debito* = quem sequitur *Farinacc. in prax. criminal. tom. primo part. prima tit. de Carceribus, & Carcerat. quæst. 27. num. 151. circa med.*, alios allegans, & latius rationibus, atque aucturitatibus probabitur *§. Quinimo etiamsi*.

Quamquam verò, per solum usum dicti Chirographi, narrativa in illius corpore facta, plenè vindicetur ab ejusmodi emendicata, & frivola exceptione, nihilominùs tamen pro illa penitùs elidenda, urgent etiam universæ Ju-
39 ris nostri regulæ, quibus edocemur, quod, cum d. Chirographum subscriptum reperiatur ab ipso Principe, idem non solùm novisse, sed subscriptione sua approbasse, & confirmasse censetur in illo contenta, paria namque sunt totum scribere, vel tantum subscribere, per *Text. in leg.* 40
Emptor. §. Lucius ff. de pact., leg. sicut §. Non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvat., leg. si quis ex argentariis §. 1. in fine ubi Apostillu ff. de edend., Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 66. num. 7., Gratian. discept. 936. num. 27., Pax. Jordan. variar. lucubrat. tom. 3. lib. 14. tit. 20. num. 23., Rota coram Seraphino decis. 334. num. 1., & seqq., coram Baratto decis. 750. num. 1., coram bon. mem. Emerix. Jun. decis. 358. num. 6., in rec. decis. 159. numer. 11. part. 6., & disc: 187. num. 5. part. 7., quæ præ- 41
sumptio adeò vehemens est, ut in asserentem ignorantiam transferatur onus illam concludenter probandi, *Vizzan. de mandat. Princip. leg. 2. num. 41., Gabriel. commun. conclus. tit. de præsumption. conclus. 3. num. 30., Pax. Jordan. mox citat. tit. 20. num. 25., Card. de Luc. de credit., & debit. disc. 81. numer. 7., & 9., Mart. Medic. decis. sen. 89. numer. 38., Panimoll. decis. 90. num. 33., & seqq. inter collect. per Palm. decis. 18. num. 3., & decis. 121. num. 13., Rota coram Durun. decis. 337. num. 16., & decis. 368. num. 29., & seqq., in annot. ad decis. 419. Buratt. in fin., & coram bo. me Emerix Jun. decis. 1251. n. 17.*

Cujus sane durioris probationis onere, eò magis Pars Adversa urgetur in casu nostro, quia, ut paulò superius dictum est, de gravi hoc negotio agebatur inter Supremum Principem, &
Illustrissimum Thesaurarium, qui diù se oppo- 42
suerat d. excarcerationi, de qua, ut notum est duobus ex Illustrissimis Dominis, qui assident in Congregatione Camerali, pluries de illa, in ea actum fuerat, ideoque hoc casu frustrà obtenditur ignorantia assertionis à Summo Pontifice factæ in Chirographo, omissæ tamen in Summario; præsumitur enim Summus Pontifex de ea certior redditus ab illustrissimo Thesaurario, quod sufficit pro ejuscemodi subreptionis exceptione elidenda, *Gratian. discept. 765. numer. 52., Rosa de execut. Litter. Apostol. cap. 5. num. 54., Cyriac. contr. forens. cap. 160. num. 28., & seqq.*, egregiè *Paulut. dissert. 65. num. 9., & pluribus seqq. lib. 2., Jovius de contract. minor. tom. 2. Glos. 24. §. 10 n. 19., Urceol. decis. Florent. 3. n. 12., Rot. cor. Peutinger. decis. 67. numer. 9., in rec. dec. 107. num. 25. part. 10., dec. 227. n. 9. part. 13., & in Forolivien. Parochialis 26. Aprilis 1706. §. Tum etiam coram bo. mem. Omanna*. Eòque certius, quia agitur de adstruenda veritate assertionis, quæ facta legitur in Chirographo, quod sinè Pontificio mandato, aut Rescripto confici, & ab Illustrissimo Thesaurario Summo Pontifici offerri nequibat.

Imò verò, si quoties agitur de re gesta, atque expleta per organum Ministri, habentis vivæ vocis oraculum, illi plena fides adhibenda 43
est in re, ad ejus officium pertinente, *Vermigliol. cons. 38. num. 2. & 3.* considerans etiam tem-

tempus, & materiam verisimilem, *Gen. de Scriptur. privat. lib. 3. tit. de Liter. Apostol. n. 9., & seqq., Gait. de credit. cap. 3. tit. 3. num. 15., Rot. coram Durano decis. 117. num. 8., in Hildesimen. Canonicatus 14. Martii 1718. §. De medio coram Reverendissimo Crispo Archiepiscopo Ravennaten., & in Romana, seù Neapolitana Pecuniaria 7. Februarii 1721. §. Opponi nec poterat coram Reverendissimo Lancetta Decano*, ubi ob hanc rationem id tradit de R. P. D. Commissario Cameræ; Quanto potiori jure fides præstanda, atque veritati omninò consona re-
44 putanda erunt ea, quæ post exceptum Sanctissimi Oraculum, atque consensum, affirmantur in Chirographo, pro ejusdem executione directo Illustrissimo Thesaurario, & quorum veritas ob Principis præsentiam facilè detegi poterat? *Vermigliol. d. cons. 38. num. 3., Gabriel. de probation. conclus. 3. num. 9., Vizzan. de mandat. Princip. leg. 1. n. 39., Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 15. num. 10., Rot. coram Seraphin decis. 1291. num. 2., & coram Duran. decis. 117. num. 6., ubi numer. 12.* rectè animaduertit, quod, si hæc in dubium revocare liceret, omnia ferè negotia de mandato Principis expedita,
45 penderent instabili loco, quia cùm in eisdem expédiendis ille semper uti soleat operâ Ministrorum, publicè, & palam illa exequentium, ambigi propterea nequit, quâ auctoritate, quâ ratione, & modo iidem illa perfecerint, ad tradita per *Bald. in leg. exemplo ad fin. vers. extra quæritur Cod. de probation. cap. Cum inter numer. 11. vers. limita de offic. legat., Paris. cons. 104. num. 54. lib. 1., Gabriel. de probation. conclus. 3. num. 11., Adden. ad decis. ultim. num. 11. de consuetud. in nov.*

Confirmantur hæc omnia inspectâ qualitate Gratiæ, excarcerationis videlicet, Summi Pontificis pietate D. Campostano, jugiter supplicanti, concessæ, id enim certè supponit, perso-
46 næ ipsius assecurationem, utpotè ex præcedenti Pontificio mandato factam, nonnisi solâ supremâ ejusdem auctoritate revocari potuisse, ex nota illa Juris regula, quâ traditur, unumquodque dissolvi ea potestate, qua ligatum est, alioquin enim, si illa Eminentissimi Legati, vel Illustrissimi Thesaurarij mandato expleta fuisset, ejusdem revocatio fieri pariter valuisset eorum auctoritate, non imploratâ illâ Supremi Principis, ad quem regulariter non recurritur
47 nisi quando Ministri dubitant de suis ordinariis facultatibus, per ea, quæ notat *Scanuarol. de Visitat. Carcerat. lib. 1. §. 17. n. 1.*

Prima nostri assumpti pars confecta est; satis enim demonstrasse reor, assecurationem personæ D. Campostani validam fuisse, quia Supremi Principis auctoritate decreta, atque executioni demandata fuit: Verùm prætereà ejusdem carcerationis validitas evidens, & aperta redditur ex qualitate crediti fiscalis, pro quo conse-
48 quendo Rev. Camera contra personam sui Debitoris, juxtà omnibus nota Fisci privilegia, executivè procedere poterat, ex auctoritatibus latè cumulatis *in §. Cum itaque & seq.* debita namque fiscalia, cum nullam patiantur moram ob summam publici boni rationem, habendi videlicet pecuniam, quæ parata sit publicis necessitatibus, atque sumptibus, ut *in Auth. de mandat.* 49
Princip. §. Neque autem, Martin. Naurathi in not. politic. ad Hippolit. à Collibus, *Boler. de decoct. debitor. fiscal. tit. 5. quæst. 11. num. 4., & seq.*, aliique latiùs allegandis *§. Quanto magis*, Jure proindè meritòque eorum exactio adjuvatur extraordinariis remediis, & prærogativis, idem *Boler. dicto tit. 5. quæst. 18. num. 22.*, quippè tum ex Juris dispositione, tùm etiam ex consuetudine, omnium Principatuum consensu recepta, constitutum est, quod pro exigendis debi- 50
tis fiscalibus, nullo servato judiciario ordine, Manu regiâ, & sola facti veritate inspectâ, sinè citatione, & Causæ cognitione, omissa denique omni solemnitate juris civilis, adversùs Fisci Debitorem incipi possit ab executione, & captura, *Bald. in Leg. 2. Cod. quand. Fisc. vel. privat.*, idem *Bald. cons. 238. lib. 1.* inquiens = *Ad veritatem eundum est tàm de jure, quam de facto. Et præmittendum est, quod non est necessarius libellus, nec litis contestatio, quando petuntur publicæ functiones, sed proceditur compulsivè, levato velo, tàm de jure, quam de consuetudine generali* = ibique allegat concordantia Juris nostri loca, *Natta cons. 49. n. 7., Tusc. practicar. conclus. litt. G. conclus. 22. num. 2., Mauson de caus. executiv. lib. 1. ampliat. 30. n. 21., & seqq., Francisc. Lucan. de privileg. Fisc. prima part. princip. n. 56. inter tract. magn. tom. 12. fol. 3., Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 6. tit. 7. n. 7., Gratian. discept. forens. 353. num. 1., & seqq., Cobell. ad Bul. Bon. Regim. cap. 44. n. 35., Postb. de Subhast. inspect. 47. n. 111., Rota apud ipsum decis. 36. num. 3., & seqq., Vrceol. decis. Florentin. 3., num. 16., Rota in Recent. decis. 446. n. 1. part. 2., in Cesenaten. Spolii 25. Junii 1700. §. Hac autem justificatio coram bonæ memoriæ Muto, & in illius cofirmatoria 20. Januarii 1702. §. Nec salvori coram bon. mem. Pio*:
Optimè autem hæc ità constituta sunt, quia Supremus Princeps publici Ærarij incolumitati 51
consulere dicitur æconomicâ illâ, atque politicâ potestate, quæ, tamquàm Reipublicæ capiti, ipsi competit; quæque non eisdem regulis, quibus ordinaria Jurisdictio, sed diverso omninò jure, ac modo exercetur, *Cresp. de Valdaura observat. 3. num. 1., & 2., & num. 8.*

Ambigi propterea nequit, Rev. Cameræ licuisse agere pro assecuratione personæ sui Debitoris, quando tempore demandatæ carcerationis, de ejus credito, licèt in genere, certo tamen constabat: clariùs verò paulò post Debitoris apprehensionem de illo constitit ex rationi- 52
bus inter Rev. Cameræ, & Debitoris Ratiocinatores Ferrariæ dispunctis: Et evidens denique redditum fuit ex facto concordato coram Illustrissimo Ponente. In his enim circumstantiis, si etiam favore privati Creditoris sustineretur captura, licèt non ritè, & nondum liquidato credito, facta, quando constito alioquin de credito, illa esset denuò decernenda, *Lancel-*

lot.

lot. Conrad. in sua praxi lib.1. cap 9. §.2. nu.9., *Menoch. de adipiscend. possess. remed.5. nu. 67.*, quos favore Fisci allegat, & sequitur *Farinacc. in sua praxi criminali tom.1. quaest.27. num. 151. circa med.*, *Cornazzan. decis.1. nu.18. & seqq.*, aliique allegandi §. *Quinimò etiamsi*, potentiori
53 quidem ratione, dicendum est, Rev. Cameram, certam, atque indubitatam Creditricem, curare debuisse assecurationem personæ sui Debitoris, ut, dispunctis deindè rationibus dati, & accepti, atque liquidato debito in vera, ac certa quantitate, idem vel in ære, vel in corpore illud lueret, ut hunc casum, in quo per capturam Personæ actum fuerit pro simplici assecuratione crediti, deindè liquidandi, distinguendo ab alio casu, in quo captura directè facta fuisset, ut Debitor solveret certam aliquam quantitatem, quæ reverà tanta non deberetur, communitèr tradunt Doctores, desumptâ horum casuum distinctione ex *Bartol. in leg. si pecuniæ §. final. ff. ut in possession. legat.*, *& in leg. si finita §. Si Julianus col.6. ff de damn. infect.*, *& in leg. consentaneum Cod. quomodo, & quando Judex col.5.*, ut egregiè explicat *Caccialup. de debitore fugitivo quaest. 6. num. 13.*, illam perpetuò notandam admonens, eamque constanter sequuntur *Scannarol. de Visit. Carcerat. lib.3. cap.2. §.8. num.27. & seqq.*, *bon. me. R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. rubr.4. lib.3. nu.3. & seqq.*, *Constant. ad Statut. Urb. tom. 1. annotat.19. num.22. & seqq.*, *Paulut. dissertat. legal. tom.1.*, *dissert.49. numer.68. & seqq.*, *& dissert. 50. artic.2. sub num.97.*, *Cornazzan. decis.2. num. 18. & seqq.*, *Fontanella videndus decis.235. per tot.*, *Rot. cor. Card. Cerro dec.889. num.7. & seqq.*, *in rec. decis.331. numer. 17. & seqq. part.16.*, & latè discusso articulo, dictum fuit *in una Bononien. Assecurationis Judicii apud eundem Constantin. decis.33.*, *& decis.34.*, quæ repetitæ fuerunt inter collectas per *Balducc. ad Ramon. tom 1. decis. 17.*, *& decision. 18.* penès quem subditur *decisio 19. præcedentium confirmatoria*; hisque omnibus decisionibus reassumptis, eadem distinctio exornatur apud *Balducc. ad Ramon. cons.11. num. 23.*, *& in Romana Mandati Suspicionis Fugæ 14. Junii 1702. §. Non relevante coram bon. mem. Molinez*, *in Eugubina Pecuniaria 20. Januarii 1715. §. Absque eo coram Reverendissimo Lancetta Decano*, & disertè etiam probatur *ab Illustrissimo D. meo Sardini in d. Voto ab ipso edito §.13. & plurib. seqq.*, *& §.38. & seqq.*

Rectè autem ita à Doctoribus traditum, atque à Tribunalibus in judicando receptum est, quia, ut observant mox citatæ auctoritates, si Creditor, tametsi certus de suo credito in genere, nec paratam habens ejusdem liquidationem, quæ requirit dispunctionem rationum, regularitèr non sinè multis controversiis, & partitarum impugnationibus faciendam inter Debitorem, & Creditorem: Si, inquam, Creditor hic, antequam deveniri posset ad Personæ apprehensionem, pro illa facienda Debitorem interpellare teneretur, facilè crediti sui jacturam faceret, Debitorem quodammodò admonendo, ut Personam, & Bona imminenti periculo subtraheret, ut optimè animadvertitur *in dicto Voto Illustrissimi D. Sardini*, cujus verba referemus §. *Quod enim attinet*, & probant auctoritates relatæ §. *Prima nostri assumpti pars & seq.*, quapropter nè judicium reddatur elusorium, satis est, quod Creditor, per apprehensionem personæ Debitoris, agat pro simplici assecuratione crediti sui, ser. ser. deindè liquidandi, ex auctoritatibus jam allegatis, quibus adduntur *Stracca de Decoctorib. part.3. numer.55.*, *Pecch. in tract. de jure sistendi cap.4. num.5. vers. ex quibus*, *clar. me. Card. de Luc. de Dot. disc.71. num.11.*, *Rot. cor. Cavaler. dec.653. num.4. & seqq.*, *& in Rec. dec. 211. nu.8. & seqq. par. 20.*

Frustrà verò, retorquendo contra Reverendam Cameram mox propositam casuum distinctionem, exadversò opponebatur, quod versemur in primo illius membro, videlicet capturam D. Campostani factam dicendam esse, non ad simplicem assecurationem, seu cautionem, sed præcisè ad effectum, ut ille solveret debitum, quod tantum reverà non erat; id desumendo ex eo, quod post ejusdem apprehensionem, factam die 3. mensis Maij, die 13. ejusdem mensis in actis Notariorum Reverendæ Cameræ creditum fiscale expressum fuit in quantitate scutorum 121350. 45., in qua quantitate illud minimè subsistere, deindè constitit tum ex liquidatione, paulò post facta Ferrariæ, tum ex illa, quæ resultat ex concordatione facti, postremo loco expleta coram illustrissimo Domino meo Ponente: quamobrem, cum executio, & personalis captura peracta reperiatur pro majori quantitate, quàm reverà deberetur, idcircò, tamquam irrita, corruat in totum: eo quod, licèt in ejuscemodi fiscalibus Causis cessent solemnia ordinis judiciarii, minimè tamen sublata censeantur substantialia Judicii, quæ præcipuè consistunt in certitudine crediti, pro quo fit personalis executio, ad eum præcisum effectum, ut Debitor illud solvat.

Objectio namque isthæc urgere posset, si reverà probaretur, D. Campostanum captum, & apprehensum fuisse, ut d. quantitatem, ex- 54
cedentem illam, ab ipso verè debitam, solveret; prout concludentèr, & certis omninò probationibus ostendendum ab eo esset, tamquam suæ intentionis fundamentum, in quo ipse constituit nullitatem capturæ, & executionis, pro
cujus ceteroquin validitate semper præsumi- 55
tur, ex nota regula, de qua apud *Ridolphin. in prax. part.1. cap.14. num.353.*, *Rota decis.293. num.7. part.1. Recent.*; Exhibere itaque deberet mandatum, aliudve simile documentum, ex quo appareret, se apprehensum fuisse, non pro mera assecuratione Rev. Cameræ, sed ut solveret dictam præcisam quantitatem scutorum 121350. 45. Tantum verò abest, a Domino Adversario probari id posse, ut facti, quasi dicam, evidentiâ excludatur. Ipse enim captus fuit d. die 3. mensis Maij, post tamen literas
tribus, vel duobus saltem diebus ante datas ad 56
Emi-

Eminentissimum Cardinalem Legatum Ferrariæ: Si igitur à Ratiocinatore Rev. Cameræ, in actis Notariorum ejusdem, nonnisi die 13. ejusdem mensis, hic Romæ exhibitus fuit calculus, in quo D. Campostanus constituebatur debitor in d. quantitate excedente illam, ab ipso debitam; quonam colore, aut quà justà ratione asseri exadversò poterit, quod personalis executio contra eundem longè ante Ferrariæ facta fuerit, ut solveret tantam quantitatem, quando Ministri Reverendæ Cameræ, licèt certò scirent, eum esse debitorem grandis pecuniæ: attamen procul dubio ignorabant, quanta illa esset, quippè, nonnisi post dispunctas rationes, de quantitate verè debita constare certò poterat? Ex natura igitur ipsa, ac essentia ejusscemodi actus, evidens, & apertum redditur, D. Campostanum, jussu Eminentissimi Cardinalis Legati traduci nequivisse in Arcem Ferrariæ, nisi pro simplici assecuratione Cameralis crediti, non autem ut solveret certam ullam summam, tunc nedum illi, sed Ministris etiam Cameralibus hic in Urbe penitùs ignotam, & solummodò post Debitoris apprehensionem liquidatam.

Nullo itaque pacto expressio quantitatis majoris illà, reverà debità, facta longe post secu-
57 tam capturam, & quidem per modum meræ enuntiationis crediti, non tamquam certi, aut liquidati, vel petiti, sed solùm per viam prætensionis deducti in dicta quantitate scutorum 121350. 45., quasi per viam retrotractionis influere poterit in nullitatem capturæ, jamdudum secutæ, quia, si id verum esset, vix ulla unquam sustineretur captura facta, non ut Debitor solvat, sed pro simplici crediti assecuratione, ut benè animadvertit *Fontanell. dicta decis. 235. num. 19. & seqq.*, loquens his, non omittendis, verbis = *Demum non obstare dicebatur, quod in decursu Causæ apparuisset, non fuisse debitam tantam quantitatem, quia effet aliquid, quando captura facta fuisset, ut Debitor solveret, in quo casu loquuntur doctrinæ in contrarium adductæ, quod captura, & executio pro majori quantitate, quàm deberetur, corruit in totum: ceterùm hic non ut solveret, sed ut caveret pro ea quantitate, quam ego existimabam debitam, quia id ferè contingit in securitatibus omnibus, quæ petuntur in principio litium, nec unquam fuit reputatum absurdum* = Imò verò in hisce casibus, adeò favendum est Credi-
58 tori agenti pro mera sui crediti securitate, ut, tametsi in expeditione mandati suspicionis fugæ, pro mera Judicii assecuratione relaxati contra Administratorem, Consocium, aliosque similes Debitores, expressa reperiretur aliqua certa summa; id non solum nullo pacto irritaret capturam, sed potius cederet commodo ipsius Debitoris, faciliùs ità reperturi fidejussorem, ut dixit idem *Fontanell. numer. 18.*, ibi = *Quia videbat impossibile fore, ut sinè expressione certæ quantitatis Debitor inveniret fidejussores* =. & sequitur *Rota apud Constantin. dicta decis. 33. num. 11. & seq., & decis. 34. num. 18. & seq.*

Eòque certiùs hæc locum sibi vindicant in nostra hypothesi, quia expressioni quantitatis, quæ vigore Instrumenti Appaltus, & adnotationum, factarum in Codicibus rationum fiscalium, à Domino Campostano debita prætendebatur, adjecta fuit salutaris illa clausula = 59
salvo jure majoris, vel verioris summæ =, quæ expressionem, tametsi specificè factam in certa quautitate, incertam reddebat, eamque salvabat ab excessu, *Posth. resol. 108. num. 54.*, *Bonden. collect. legal. 17. num. 12. tom. 1.*, *Cornazzan. decis. 2. numer. 27.*, *Rota in Recent. decis. 395. num. 4. part. 13.*, *& decis. 19. numer. 4. part. 14.*, & efficiendo actum conditionalem, efficiebat etiam, ut, constito de non veritate dictæ specificationis, actus resolveretur, ad 60
tradita per *Surd. cons. 484. num. 9.*, *Amic. de Jur. emphyteut. quæst. 1. sub num. 8.*, *Rota cor. bon. mem. Emerix Jun. decis. 528. num. 12.*, *& coram Bich. decis. 352. num. 2.*, ubi quod præservat ab atteutatis.

Jam verò rejectà futili istà exceptione, & plenè demonstrato, in Captura D. Campostani, tamquam ordinata, atque directa ad simplicem assecurationem Crediti, de quo, licèt nondum liquidato in certa quantitate, attamen in genere certò constabat, minime læsam fuisse istiusmodi Judicii substantiam, ac naturam, consistentem in eo dumtaxat, quod decerni nequeat captura Debitoris, ut solvat certam quantitatem debiti, quæ deindè detegatur minor illà, pro qua decreta fuit captura: superfluum videri posset agere de aliis nullitatibus exadversò deductis: illæ enim, veluti in radice revulsæ videri possunt, tum ex eo, quod agatur de carceratione decreta, atque facta auctoritate Supremi Principis: tum etiam ex eo, quod ad dictam carcerationem deventum fuerit pro assecuratione crediti fiscalis, quo casu levato velo, & de facto, sola veritate crediti inspectà, nulloque penitùs servato judiciario ordine, & juris civilis solemnitate, procedi potest. Verumtamen non ut Causæ, quæ plana est, sed ut Parti Adversæ pleniùs satisfaciendo, demonstremus, quàm infirmo defensionum præsidio Reverendam Cameram eludere eadem conetur, non pigebit ea, qua poterit, brevitate singillatim illas attingere.

Quod enim attinet nullitatem desumptam ex
defectu citationis, & mandati; pro illa refel- 61
lenda satis esset exscripsisse verba dicti *Voti Illustrissimi D. mei Sardini §. 38.*, alibi allegato, ubi loquens de Fisco procedente vigore privilegii manus Regiæ, hæc habet = *Quippè quia manus Regia ampliat pro Fisco, & Ærario publico privilegium, ita ut, prætermissis omnibus solemnitatibus, possit Fiscus, seu Communitas ad personalem procedere capturam ex abrupto, quovis judiciario ordine prætermisso, nè alias ex quovis actu monitoriali, & præparatorio possit debitor sibi præcavere, eludere, atque ridiculam reddere Manum Regiam* =; ideòque subdit, privile- 62
gium fiscale efficere, *ut jacula fis. alia priùs feriant, quàm prævideri possint*, & probant au-

ctoritates congestæ superioribus Locis, quibus addimus *Baldum consil. 434. num. primo lib.3.*, dicentem, quod male Facta publica expedirentur, si absque citatione, & processu exactiones fiscales fieri non possent, interim verò Respublica periclitaretur, *Antonell. consil.49. num.7.*, ubi ad rem allegit *Gabriel. de citation.*, *& Marant. in Specul. Jur.*, *Lancellott. Conrad. in sua praxi lib.1. cap.2. §.2. nu.9.* ajentem = *minusque hoc videtur esse dubium in Debitore Fiscali* = *Scacc. de Judic. lib.1. cap. 88. num. 26.*, *Asin. in prax. §.7. limit. 33.*, *Boler. de decoction. Debitor Fiscal. tit.1. quæst.5. nu.5.*, *Pegas ad ordination. Regn. Portugall. tom. 12. fol.365. lib.2. tit.52. ad rubric.*, *& ad princip.*, *Gloss.2. num.2.*, ubi, quod, quando agitur de fiscali credito, sinè citatione Debitoris possit exactio, & executio fieri, *Castill. decis.55. nu.4.*, *& 5. tom.1.*

Quinimmò, etiamsi res non esset cum Fisco, sed versaremur in casu minùs privilegiato, pri-
63 vati nempè Debitoris suspecti de fuga, frustrà tamen opponeretur nullitas Capturæ, desumpta ex citationis, aut alio simili defectu non servati ordinis judiciarii, ut pluribus congestis, tradit *Paulut. differt. legal. lib.1. differt.50. artic.1. num.21.*, *& seqq.*, inquiens, citationem non requiri, ubi figura Judicii servari non debet: ob summam illam æqui, bonique, ac justitiæ rationem, quam innuimus *§. Ambigi præterea*, quod videlicet, quum reverà constat de credito, evitandi sunt inanes circuitus, & sumptus,
64 qui fierent, irritam declarando capturam iterum decernendam, ducto argumento ex verbis illis *Textus in Leg. final. §. ultim. ff. quod met. caus.* ibi = *Quod si debitis satisfecerit simplici jussione, & non cognitione adhibità: quamvis non extrà ordinem exactionem fieri, sed civiliter oportuit, quæ tamen solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, revocari incivile est* = *Gloss. in Leg. si finita in princip. verb. liberetur*, *ubi Angel. num.1.* dicit, se pluries ita practicasse, *ff. de damn. infect.*, *Dec. consf.449. num.66.*, *& seqq.*, *Ruin. cons.152. num.9. lib.4.*, *Cravet. cons.72. num.7.*, *Antonell. d. cons.47. num.13. & seqq.*, *Mauson. de caus. executiv. ampliat.27. num.8.*, *Menoch. de adipiscend. remed.5. n.67.*, *Negusant de pignor. part.3. membr.2. num.23.*, *Lancellot. Conrad. in sua prax. loc. mox citat*, eumque sequitur *Farinacc. quæst.27. num.151. circa med.*, *Facchin. contr. Jur. lib.13. cap.27. in fin.*, *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.242. numer.26. lib.1.*, *& cap.151. num.7. lib.2.*, *Ludovic. decis. Perus.30. num.5.*, *Magon. decis. florent.126. nu.1.*, *& 3.*, *Monach. decis. Bonon.26. num.1.*, *Barz. decis.134. num.5.*, *Cornazzan. decis. Lucen.2. num.20.*, *Mart. Vot.79. num.2.*, *& plurib. seqq.*, *Rota coràm Verall. decis.250. num.1. in fin. part.1.*, *coram Putea decis.177. num.1.*, *& seqq. lib.1. in correctior.*, *cor. Coccin decis.2216. num.20.*, *& seqq.*, *coràm Seraphin. decis.878. num.2.*, *& divers. part.2. decis.151. num.4.*, *& seqq.*, *in Rec. decis. 140. num. 1. part.13.* Ex his profectò sequitur, quod certissimæ hæ juris regulæ, atque theoricæ potiori jure locum sibi vindicent favore Fisci Rev: Cameræ, tantopere privilegiati, & procedentis Manu Regia, permaximè ampliante Fisci, & publici Ærarii privilegia, cùm ambigi minimè possit, quod, ut pluries, pluriesque dictum est, tempore capturæ D. Campostani, certò certiùs constabat de ejus debito in genere, deindè plenè liquidato.

Ut etiam minùs obesse potest altera nullitas promanans ex eo, quod captura D. Campostani consumata fuerit die feriato: nàm, cùm suspe- 65
ctus de fuga capi possit die feriato, quamvis in honorem Dei, *Gloss. in Leg. dies festos verb. fidejussionis Cod. de feriis*, quam sequuntur *Bald. in Leg.1. Cod. qui bon. ceder. poss.*, *Gonzalez in Cap. Conquestus in annot. nu.27. in fin. de feriis*, *ubi etiam Barbos. num.28.*, *& seq.*, *Dornsperger. syntagm. Jur. lib.3. cap.9. fol. mihi 730. vers. debitor suspectus*, *Ansald. de commerc.*, *& mercat. disc.75. num.161.*, ubi præter *Rotam decis.401. num.11.*, *& seq. part.15.* allegat *Cortiad. decis.69.*, *Constantinus ad Statutum Urbis tom.1. annot.19. num.164. & seqq.*, apud quem
plenà manu congeruntur innumeri concordan- 66
tes: idque justà illà nitatur ratione, à Doctoribus expensa, quia nempè, ubi periculum est in mora, & instans urget necessitas, ejuscemodi actus, feriis neutiquàm obstantibus, expleri possunt per *Text. in Leg. Omnes Judices Cod. de feriis*, *& in Cap. licet*, *& Cap. final. tit. pariter de feriis*, *ubi Glossa notat*, quod necessitas, vel pietas non est sub lege, & ibi etiam *Fagnan. num.1.*, *& 13.*, *& seqq.*, *Barbos. ibidem nu.26.*, *& 28.*, *Gonzal. in annot. num.27. propè fin.*, *Layman. in theolog. moral. lib 7. tit.7. cap.2. num.7. vers. contrà verò*, *Scaccia de Judic. lib.2. cap.5. nu.52.*, *Ubert. de citation. tom.2. cap.10. num.181.*, *& seqq.*, *Velasc. allegat.25. num.6.*, *Pegas ad ordinat. Regn. Portugall. lib.3. tit.1. §.17. Gloss.19. num.3. tom.13. fol.87.*

Quantò magis æquitate hac, quà consulitur Privatorum indemnitati, juvandus erit Fi-
scus; ampliori Manus Regiæ privilegio proce- 67
dens in suis Causis, quas ob celerem executionem, quam requirunt, universim tractari posse in diebus feriatis, notat *Gonzal. in dicto cap. final. num.27. versus finem*. Tùm ob verisimilem suspicionem fugæ, semper vigentem adversùs Debitores, qui negligunt solvère tempo-
re debito; quippè dicuntur esse in culpa, imò 68
in dolo, ut per *Gloss. in Leg. Dolus 44. verb. exegerit ff. mandati*, notat *Saminiat. contr.160. num.38.* qua doli suspicione magis perstringuntur Debitores Camerales, utpote qui plerumque (& ut certè contingit in casu nostro) pol-
lere non solent Bonis, super quibus commodè, 69
ac opportunè realis executio fieri queat. Tùm ètiam ob publicam necessitatem, de qua *Bald. in Leg.1. num.1.*, ibi = *Nota hic rationem, quare Fiscus est privilegiatus; hoc enim contingit propter publicas necessitates, quas fiscalem bursam supportare oportet prò bono publico* =, *subdens num.2.*, quod hæc publica necessitas = *sem-*

per

per videtur Fiscum urgere, quia semper est insumptu =, *Afflict. in Cap. 1. verb. vectigalia numer. 51. tit. quæ sint regalia*, *Peregr. de Jur. Fisc. lib. 6. cap. 7. num. 21.*, *Card. de Luc. de regal. disc. 122. num. 10.*, *& de credit. disc. 115. num. 7.*, cum aliis allegatis *§. 29.* à qua necessitate, nec etiàm sejuncta unquam est publica utilitas, ut per *Bartol. in Leg. 1. num. 15. vers. Secunda est utilitas publica ff. solut. matrim.*, cujus publicæ utilitatis meminit etiàm *Barbos. ad eandem Leg. part. 1. num. 52. sub vers. Sed solvando*. Tum denique quia, si non omittendum est, quod inquit *Bald. in Leg. Si feriatis 6. num. 3. de feriis = quod nempè per Statuta, & consuetudines locorum possunt feriæ induci, quia decretalis, Cap. nempè final. de feriis, dicit*
70 *quod etiàm in feriis ad honorem Dei servantur consuetudines, & Statuta locorum, ut extravagant. de feriis, Cappellanus =* quod *Baldi* dictum sequitur additio ad *Gloss. in d. Leg. Si feriatis*, *idem Bald. in Leg. Quadraginta 6. num. 1. Cod. eodem tit.*, *Guidop. decis. 215. num. 2.*, *Ubert. de citat. tom. 2. num. 257. in fin.*, ut in Civitate
71 Neapolitana servari testatur *Ricc. in prax. for. Eccles. part. 4. resol. 287.*, quem refert, & sequitur *Antonell. de Regim. Eccles. Episcop. lib. 1. cap. 1. §. 5. num. 56., & seq.*, & sequendo *Caravit. de ritib. magn. Cur. rit. 272. num. 4., & seq.*, comprobat *Asin. in prax. §. 31. cap. 2. ampliat. 13. num. 3. fol. 171. à terg.*; multò magis
72 ejuscemodi consuetudo servanda erit in Causis Fisci, tot aliis privilegiis impartiti, & quam in Curia, & in universa Ditione Ecclesiastica vigere non ambigitur. Imò verò rectè ex his infertur, quod, si toleratur consuetudo derogans feriis, certiùs eisdem derogatum censendum erit in executione (qualis est illa, de qua
73 agitur) facta auctoritate Supremi Principis, Papæ præsertim, *Bartol. in Leg. ex quacumque §. Idem sisf. si quis in jus vocatus non ierit*, *Speculator tit. de feriis §. Feriarum num. 9., & 10.*, dicens, quod nulla lex potest Curiam Principis coarctare, quin possit quolibet tempore jus red-
74 dere etiàm diebus feriatis, *Lanfranch. de Oriano in 2. par. Cap. Quoniam contrà num. 78. propè fin. vers. vel aliter die de probation.*, id comprobans per *Text. in Cap. Venient 15. vers. undè de accusat.*, *Soccin. de citat. art. 19. num. 6.*, *Marant. in specul. par. 6. vers. rectè concipiatur citatio nu. 122.*, *Ubert. de citation. tom. 2. cap. 10. num. 197.*

Jàm verò, rejectis nullitatibus omnibus, adversus executionem, & personalem capturam D. Campostani oppositis, progrediendum est ad tertiam nostri assumpti partem, inquirendo videlicet, atque investigando, an conditio personæ, & ratio agendi istiusmodi Debitoris fiscalis, efflagitaverit, ut celeri ejusdem assecuratione, Rev. Camera, publici Ærarii incolumitati consuleret. Largus profectò hic dicendi aperietur campus, quem tamen celeri
75 passu prætergrediar, ne videar rem agere cupiditate insectandi Dominum Campostanum; Sed satis mihi erit reverenter supplicare Illustrissimis Patribus, quod, juxta *Ciceronis* monitum in *Topicis*, relatum à *Duareno tom. 2. disputation. anniversariar. lib. 2. cap. 41. fol. 279. circà med.*, quærere dignentur = *quid antè rem, quid cum re, quid post rem evenerit* =.

Et quidem, si spectemus *quid antè rem*, quomodò scilicet Dominus Campostanus Thesaurariam administraverit per integrum septennium usque ad diem suæ apprehensionis: ex historica rei narratione habetur, Conductorem hunc nullo suarum pecuniarum præsidio suffultum, insignem hanc Thesaurariam conduxisse, ejusque proventus in suos usus convertendo, frustrasse semper Reverendam Cameram, minimèque satisfecisse oneribus illis, quibus adimplendis dd. proventus destinati erant. Et licèt diu felicitèr illi cesserit palliatio, atque occultatio malæ versationis pecuniarum fiscalium, confingendo damna passa, atque ingentia restaura sibi debita; nihilominus tamen, veritate tandem detectà, compertoque ingenti illius debito, Reverenda Camera nullum aliud sibi superesse remedium agnovit, quàm quærere sui crediti qualemcumque assecurationem, per Debitoris apprehensionem. Si verò intueamur *quid cum re*, quomodo videlicet tempore capturæ Debitor se haberet; & sanè mirum videtur, quod, ut fieri solet in hisce Causis; cum Ministri Camerales Ferrariæ residentes, manus injiciendo in pecunias, tamquam majori periculo expositas, Thesaurariæ Capsas scrutari, atque de pecuniis à Casperiis inquirere cæpissent: mirum, inquam, videtur, quod in duabus Capsis insignis Thesaurariæ, in quam dietim Fiscales proventus confluere debebant, cum onere plurima dietim adimplendi, plurimasque solutiones faciendi, reperta fuerit perexiguæ pecuniæ quantitas, scuta videlicet 38., ut in hodierna Facti, quodque mirabilius est, adeò modica quantitas, utpotè conflata vel ex pecuniis exteris minimi valoris, vel ex illis, quæ ob non justum pondus, non ità facilè in commercio erant, dici poterant de eo pecuniarum genere, quod appellatur fondo di Cassa, ut aliàs probatum est. Si denique, perpendamus, *quid post rem* evenerit; dolendum profectò magis est, quòd planè compertum habeamus, Dominum Campostanum tempore suæ apprehensionis secutæ die 3. Maij 1719., maximo ære alieno obstrictum fuisse, quod in concordatione facti, demptis, ut toties dictum est, partitis in suspenso relictis, tùnc temporis ascendebat ad sc. 67929. 32., cujus ingentis debiti, non solùm partem nullam tempore diuturnæ carcerationis persolvit; verùm præterea post terminatum appaltum, licèt illi contraponantur capitalia omnia Debitoris, Rev. tamèn Camera jactutam facere cogetur scut. 31163. 32., quæ nullo unquam tempore consequi poterit.

Quæ cùm ita sint, si Reverenda Camera, quoties reverà creditrix est, jure suo prò crediti assecuratione, de facto, & Manu Regiâ agere valet, &, ut quotidianà experientià edocemur, mini-

minime inquirendo, an suus Debitor, de dolo, & fuga suspectus sit, devenire potest, tàm ad personæ capturam, quàm ad tenutam Bonorum; quantò magis hoc jure uti potuit contrà Dominum Campostanum, decernendo illius apprehensionem, non solum quià debitor erat, verùm etiàm quià ab initio, pene dixerim, appaltus suspectum se reddiderat, gravibusque culpis se obstrinxerat, frustra diu toleratis, & quas hic recoquere omittam, utpotè uberrimè jam expositas Illustrissimis Patribus, qui eis-
76 dem perpensis, plenè noscent, quod nullum profectò aliud consilium capiendum supererat, quàm illius personam apprehendere, idque nullius odio, aùt invidià factum dici potest, sed ità efflagitante Reverendæ Cameræ incolumitate, cujus pecuniam in publicos usus destinatam, in suos erogando, Dominus Campostanus, tamquàm dolo non vacans, factus censeri debebat obnoxius pænæ personalis capturæ, de qua in *lege sacrilegi capite in fin.*, ibi = *idest pignus capiendo, corpus retinendo, multam dicendo* = *ff. ad Leg. Juliam peculatus*.

Quæ sanè deliberatio, post tot cunctatio-
77 nes, eò celeriùs exequenda erat, quia agebatur de Debitore extero, qui si vel remoto aliquo inditio præsentire potuisset, DD. Ministros Camerales cogitare, qua ratione indemnitati Reverendæ Cameræ consulere possent, cum moraretur in Civitate limitropha, illicò, & facile eorum consilia omnia eludere valuisset: quoties enim agitur cum ejusmodi conditionis Debitoribus, ad simplicem Creditoris petitionem permittuntur illorum arresta, ut datis ab eisdem pignoribus, vel Fidejussoribus, Creditor assecuretur, *Gaill. practic. observat. lib. 2. cap. 44. num. 10., & sequen.* dicens, certiùs id procedere contra Debitores fiscales, *Prat. in addit. ad Muscatell. in prax. lib. 2. part. 3. Gloss. detinebitur ex num. 15., Petr. super ritib. magn. Cur. 170. num. 9. vers. praxis tamèn*, quos refert, & sequitur *bon. mem. R. P. D. Ansald. de commerc., & mercat. disc. 77. num. 4.*; quærendumque non erat de deterioratione personæ:
78 quippe hæc clara reddebatur ex ipso tàm ingenti debito, tempore constituto non soluto, *Antonell. cons. 1. num. 4., Rota post Zacch. de obligat. Camer. decis. 118. num. 4. & seqq.*, & conferunt tradita per *Rot. cor. Ludovis. decis. 106. in fin., & coram Rembolda dec. 400. ex num. 11. ad pluresseqq.*; Ut etiàm investigandæ non erant aliæ circumstantiæ, suspectum illum reddentes; Dum enim in casu nostro certò constabat de
79 credito, pro quo exigendo, nullo servato Juris ordine, ex abrupto, & Manu Regia procedi potuisset, hæc subtiliùs inquirenda minimè erant, sed Judicis religioni, atque justo arbitrio æstimanda relinquebantur, ad notata per *Menoch. de arbitrar. cas. 140. n. 2., Vrsill. ad Afflict. in dec. 108. num. 3., Palm. allegat. 52. n. 21., Cornazzan. decis. 2. num. 18:, Giurb. decis. 4. num. 29., & seqq. & in Recen. dec. 742. num. 26. part. 4. tom. 3.*

Superest demùm, quod, vt antea proposuimus, juxtà postremam nostri assumpti partem demonstremus, Dominum Campostanum irritam, & injustam dicere non posse ipsius personalem apprehensionem, eo sub specioso colore, quod tot, tantisque abundaret facultatibus, ut hæ non solum satis essent solvendo æri alieno, quo Fisco obstringebatur, sed illud exuperarent; ideoque contra omnem justitiæ, aut æquitatis saltem rationem, adversus ipsum personalem executionem decretam fuisse. Verùm objectio ista in jure obesse nequit, quodque magis est, in facto non subsistit. Primò pars probatur ex de- 80
ductis *§. Cum itaque, & §. Prima nostri assumpti, & seqq.*, ubi probavimus, quod, quum agitur, prò debito fiscali, contra Fisci Debitorem, vel contra obligatum obligatione camerali, Fiscus, vel Creditor non tenetur inquirere super idoneitate, vel deterioratione Debitoris, & per discussionem Bonorum servare ordinem præscriptum in *Leg. à Divo Pio §. In venditione ff. de Judic. & dispositâ in leg. Creditoris ff. de distraction. pignor., & leg. qui generaliter ff. qui potior. in pignor. habeant.*, sed nullo servato ordine judiciario, incipere potest à personali 81
executione, & cum illa cumulare executionem etiàm realem, *Gigas. cons. 162. num. 4.*, quem sequitur *Antonell. d. cons. 1. num. 13., & seqq.*, ubi agens de Debitore possidente Bona stabilia, ait, quod illorum possessio suffragatur tantùm simplicitèr obligato, non autem Debitori, in forma Cameræ juramento adstricto, & omni Legum auxilio destituto, subditque diversitatis rationem, quia videlicet obligatus simpliciter 82
ex præscripto Juris communis, in persona molestari non valet, nisi in subsidium, *Leg. à Divo Pio &c.* at obstrictus Obligatione Camerali, ad electionem Creditoris, omissâ formâ Juris communis, valet personaliter conveniri, idque probat auctoritate Castrensis, Abbatis, & Surdi, *Surd. cons. 39. num. 21., Gratian. discept. 353. num. 1., & seqq.* referens *Angelum in Leg. nemo carcerem 2. Cod. de Exactorib. Tributor. lib. 10.* ajentem, pro similibus debitis exigendis, posse Judicem eligere quem ordinem magis expedire viderit, & sic procedere prius ad personam, posteà ad res, & è contrario, *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 167. num. 13.* dicens, quod quan- 83
do Debitor se obligavit ad personam, tùnc potest incarcerari etiam non factâ excussione, *Rota post Zacch. de obligat. Cam. decis. 23. num. 8., & decis. 42. num. 2.*, ubi quod vigore Obligationis Cameralis Debitor omni Juris præsidio exarmatus dicatur.

Quod privilegium si vigore Obligationis Cameralis impartitum cuilibet etiàm privato Creditori, magis certè competit Fisco, qui utpotè ex suis amplioribus privilegiis nullo judiciali ordine obstrictus, cùm illum invertere possit; personalis idcirco executio ab eo facta, tam- 84
quàm nulla, atque invalida coargui nequibit, ob omissam Bonorum excussionem, quando talis ordo excutiendi prius Bona, quàm personam, substantialis non est, minimèque necessarius, ideoque non inducit nullitatem actus, *Surd*

Surd. consf.39. num.22., alios referens, *Gratian.*
discept.353. num.13., & seqq., Guidop. dec.329.
num.2., Rota corom Mobedan. de senten. & re ju-
dicat. decis.7. alios 185.; idque pratèr omnem
hæsitationem procedit quando, ut ait *bon. mem.*
R. P. D. Ansald. de commerc., *& mercat.*
disc.77. num.34. & seqq., non agitur de debito
conditionali, vel de obligatione, cujus dies
85 nondum venerit, sed agitur de credito jam ma-
turato, ideoque prò eo consequendo jam agi
potest: tùnc enim ratio habenda non est de sta-
tu Bonorum Debitoris; præsertim vero si con-
trà illum deventum fuerit ad executionem per-
86 sonalem, non quidem, ut solveret, sed ut asse-
curaret Fiscum Creditorem. hoc namque casu,
si Dominus Campostanus abundasset tantis fa-
cultatibus, quantas ipse ostentat: prò obtinenda
oblata sibi libertate, vel suum debitum soluis-
set, vel facilè præstare potuisset cautionem, sed
cùm nèc tempore, quo mancipatus fuit Carce-
ribus, nec post adeptam libertatem alterutrum
de his præstiterit, Illustrissimi Patres juxtà
aliam responsionis nostræ partem, ex facto di-
gnoscere poterunt, quæ, qualesque fuerint fa-
cultates illæ, quibus Reverendam Cameram prò
suo credito consequendo tutam reddi potuisse
exadversò dicitur.

Hæ verò quàm essent exiguæ ut clariùs elu-
cescat, non pigebit, brevitèr easdem attingen-
do, illas æstimare. An fortè credito Rev. Ca-
meræ contraponi poterant partitæ Defalchi, at-
que Restauri, pluries, pluriesque ab ipso de-
ductæ? Non ità sanè, quia ad illius personalem
apprehensionem deventum fuit, postquam ma-
turo examine ad satietatem peracto, earum
87 præcipuæ, quæque D. Campostani debitum ma-
xima ex parte diminuere potuissent, rejectæ
fuerunt. Cumque super illarum rejectione
hodiè adsit res judicata edita per Illustrissimam
Congregationem Computorum, adversus quam
reclamare ampliùs non licet, nullo prorsùs nu-
mero habendæ sunt. Partitæ verò aliæ Restau-
ri, quæ reverà justè petebantur, eidem ac-
cepto latæ fuerunt, deque illis habita fuit ratio
in liquidatione computorum: At nihilominùs;
ut patet ex concordatione facti, Domini Cam-
postani liquidum debitum ascendit ad scu-
ta *67959. 32.*

Neque verò partitis, à Congregatione Com-
putorum approbatis, addenda est alia scuto-
rum 6000., san: mem: Innocentii XIII. muni-
ficentià, & pietate condonatorum; quia talis
condonatio, utpotè illi facta sub conditione ac-
ceptandi Resolutiones Congregationis Compu-
torum, eisdemque acquiescendi, ut, si fieri
88 posset, extinguerentur lites, quæ à permolesto
Debitore Rev. Cameræ dietim inferebantur;
ipseque tali conditioni nedum minimè parue-
rit, sed petità novà audientià, èa, quæ hacte-
nùs decisa fuerant, audactèr impugnaverit, fa-
cta etiàm coràm Illustrissimo Ponente solemni
protestatione, quod ipse = *Si preserva le sue*
ragioni da dedursi in Congregazione de' Conti so-
pra ogn'altra partita de Defalchi, e bonificazio-
ne, che li possono competere = ut in folio concor-
dato quod exhibemus, indè sequitur, quod
non adimpleta conditione ipsi imposita, gau-
dere nequeat beneficio, clementià Principis illi
impartito, utpotè ex defectu conditionis jàm
resoluto, per *Text. in leg. prima Cod. de Dona-*
tionib. sub mod.

At quemadmodùm D. Campostanus solutio-
nes, quas in numerata pecunia facere debuisset,
frustrà supplere adnisus est exceptionibus Re-
staurorum, & damnorum, ità etiàm infelici-
tèr idoneitatem suam, & Rev. Cameræ securi-
tatem asserere conatur, figurando amplitudi-
nem sui Patrimonii. Pro illo enim constituen-
do, connumeranda non sunt Loca Montium
æstimata scutis 53. m. quippè quia illa atterga-
ta fuerunt prò securitate negotii, & appaltus,
habentis tractum successivum integri Novennii,
prò cautione videlicèt solutionis annui Census 89
scutorum 75. m., ac adimplementi omnium
contentorum in Instrumento appaltus, & solu-
tionis denique reliquatus, prò ea videlicèt
quantitate, in qua, finito Novennio, constitis-
set, eumdem remanere debitorem: ex quo
planè sequitur, quod Ministri Camerales eis-
dem Locis Montium manum apponere nequi-
bant prò solutione debiti, jàm maturati longè
antè finem appaltus, & quod, eo durante,
jàm solutum esse oportebat, ità enim deterio-
rem fecissent conditionem Rev. Cameræ, nul-
lam ampliùs prò reliquatu cautionem habitu-
ræ: emergere enim in dies poterant novæ cau-
sæ debiti, & crediti, sivè dati, & accepti, prò
quibus cautio, & pignus integrum permanere
debebat usque ad integralem solidationem
Computorum totius Novennii, *clar. mem. Car-*
din. de Luc. de credit., & debit. disc.102. num.3.
vers. secus autèm, ibi = *Secus autèm ubi agitur* 90
de negotio habente tractum successivum, & ad-
mixtam in Debitore administrationem, quæ se-
cumferat in dies novas causas debiti, & crediti,
sivè dati, & accepti, quoniam tùnc omninò ve-
riùs est, ut fidejussor quamvis cum restrictione ad
certam summam, censeatur præstitus pro reliqua-
tu post solidatas rationes, ac bonificatas partitas
dati, & accepti hinc indè = *Rota coràm san.*
mem. Alexandro VIII. decis.192. num.3., &
seqq., in Romana Pecuniaria 20. Novem-
bris 1705. §. Stabilito coràm bon. mem. Oman-
na, & in alia Romana Pecuniaria 2. Ju-
lii 1719. §. Fin. ibi = *Minùsque refert, quod*
ex effectibus Debitoris jàm soluta fuerat summa
excedens valorem Locorum Montium &c.; cùm 91
enim occasione d. deputationis Marci in Œcono-
mum injuncta fuerit à Judice præstatio cautio-
nis prò scutis quatuor millibus, & in ejus seque-
lam Martinuccius Loca Montium attergaverit,
polàm fit, quod hujusmodi obligatio, sivè atter-
gatio, etsi ad certam summam limitata, locum
teneat injunctæ cautionis, quæ ideò firma manet
commodo hæredis Abbatis Crucii, donèc idem
Œconomus reliquatum integrè persolverit = *co-*
ràm R. P. D. Corio; idque firmatur in *decisione*
confirmatoria ab eodem edita *die 22. Januarii* 92
se-

sequentis anni §. pariter final.: Cùm itaque conductio Thesaurariæ duratura adhuc esset toto anno 1720., prò quo reliquo tempore D. Adversarius solvere debebat annuas pensiones, præter regalias, & scuta 30. m., videlicet 25. m. pro primis quatuor mensibus, ut dicitur, *per comporto*, Rev. Cameræ minime solutis, & alia scuta 5000. proventus *della mezza Macina*,
93 & hæc credita, licèt noudum cessisset dies eorum solutionis, essent certa, ac indubitata, & Rev. Camera prò eisdem consequendis nullam aliam haberet securitatem, quàm illam consistentem in pignore, & attergatione dictorum Locorum Montium; quonam pacto eidem parata dici poterat securitas, quando tempore personalis executionis, & apprehensionis sui Debitoris, valor pignoris erat longè inferior debito, jam maturato in pluries repetita quantitate scutorum 67939. 32.

Omitti profectò poterat ampla supellex, quà D. Campostanus domum Ferrariæ instructam habebat, enim verò, si, ut alibi dictum est, quotiès agitur cum Debitore, Obligatione Camerali obstricto, multò verò magis, si Fiscus prò suo credito privilegiato, remedio pariter privilegiato ManusRegiæ agens contràDebitorem fiscalem, ad executionem personalem devenire potest, etiamsi suus Debitor possideat ingentia Bona stabilia, quæ occultari nequeunt, nèc prò illa impedienda, aut retractanda juvat
94 opponere ejuscemodi Bonorum possessionem, quanto minus Debitori prodesse poterit, quod habeat Domum, amplà supellectili ornatam, atque refertam, tùm quia talia Bona de facili amoveri possunt, tùm etiam quià, tametsi non ageretur de Fisco, tot tantisque privilegiis communito, sed privatus Creditor extraordinario remedio relaxationis mandati suspicionis fugæ agat contrà suum Debitorem, nihilominus, ut Judex ab illo decernendo abstinere queat, requiritur, quod agnoverit, Bona mobilia tanta esse, ut æquivaleant debito, & de facili amoveri non possint, alioquin enim apta non sunt ad retardandam executionem personalem, *Menoch. de arbitrar. Judic. lib. 2. cent. prima cas.* 87. *num.* 12., *& seqq.*, *Marquard. de exception. mercator. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 37., *Scannarol. de Visitat. Carcer. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 63., *Costantin. ad Statut. Urb. annotat.* 19. *nu.* 113., *& seqq.*, *Rota in Romana mandati suspicionis fugæ* 14. *Junii* 1702. *§. Non obstat coram bo. me. Molines*.

Ut etiam nulla habenda erat ratio de nonnullis aliis Bonis, Bononiæ existentibus, exigui fanè valoris, suppositi videlicet in scutis 1706., nàm hæc tempore capturæ Rev. Cameræ ignota
95 ta erant, & quatenùs etiàm cognita illi fuissent, eadem persequi non tenebatur, quia, utpotè implicata in quodam mercimonio sociali, intricata, aliisque hypothecis affecta esse poterant; atque etiàm quià longè imparia erant credito Rev. Cameræ, *Gloss. in leg. sciendum* 15. *verb. non compelli ff. qui satisdar. cogant.*, *Rota d. decis.* 33. *num.* 8., *&* 9., *& d. decis.* 34. *num.* 22., *& seqq.*, *inter. collect. apud Constantin.*, *& in Eugubina Pecuniaria* 20. *Januarii* 1716. *§. Quamvis coràm Reverendissimo Lancetta Decano*.

Deuique colore nulloRev.Cameræ indemnitati consultum dici poterat nominibus Debitorum, quæ in ingenti quantitate scutorum 42. mil., occasione Apaltus à D.Campostano confiata fuisse dicebantur. Talis namque securitas 96
tamquam à jure nostro minimè agnita, minimèque probata, nullo prorsùs numero habenda videtur. Et fanè, quæ securitas nominibus hisce comparata dici poterat Rev. Cameræ, quasi ejus Ministri (licèt ageretur de negotio, & Appaltu exercito in remota Regione) tenerentur, & possent scire nomina Debitorum sui Debitoris, quodque magis est, supponenda ab eisdem esset idoneitas similium nominum, ipsis 97
prorsus ignotorum; at è contrario noverant, quod *hi, qui Fisco nostræ mansuetudinis obnoxii sunt, omissâ frustratione, teneantur, ut quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exsolvere*, ut rescripserunt Imperatores *Valentinianus, Valens, & Gratianus in leg. Hi qui Fisco* 4. *Cod de conveniend. fisc. debitor. lib.* 10., qua solutione suis facultatibus completa à Debitore fiscali, agere deindè ipse poterit ex suis contractibus contrà suos Debitores, ut *d. leg.*, *ubi Gloss.*, præterque communitèr Scribentes, benè ibi *Cujac.* ait, quod Fiscus, licèt habeat actiones utiles in Debitores Debitoris fiscalis, eas *Fiscus omittere potest, imò debet ex Novell.* 128. *tom.* 2. *oper. prior. ad d. lib.* 10. *Cod. f. l. mihi* 9. *sub litt. D.*, benè subdens, quod *nèc differtur actio* 98
fiscalis, quòad ipse Debitor Fisci suos Debitores exegerit = *Christin. decis. Belgic. lib.* 5. *in d. l.* 10. *Cod. dec.* 8. *num.* 8., ubi ejusdem *Cujacii* verbis, ità loquitur = *Imò ex novella* 128. *non differtur actio fiscalis, quoad ipse Debitor Fisci suos Debitores exegerit, & ità quandoque judicatum fuit in diversis hujus Belgii Curiis* =

Et fanè per indicationem hanc tot, tantorumque nominum Debitorum, DominumCampostanum, non legitimam ullam exceptionem sibi comparasse, sed, quemadmodum sub Restauri sibi debiti, & tot damnorum passorum obtentu tentaverat, Fisci frustrationem quæsivisse; rei, quasi dicam, evidentià demonstratur in hodierna Facti §. 37., *& seqq.*, ubi examinando qualitatem dd. nominum Debitorum, ostenditur, illa partìm fuisse ab illo exacta, alia verò esse penitùs insubsistentia, alia vel non liquida, vel litigiosa: aliorum denique tempore capturæ nondum venisse, cessisseque diem. Nulla itaque securitas, hac nominum congerie comparata dici poterat Rev. Cameræ, quæ, tametsi voluisset, eadem nihilominus exigere, utilesque actiones contrà tales Debitores exercere nullo pacto potuisset? quippè deerant plura, quæ à jure nostro requiruntur, ut Fiscus agere possit contrà Debitorem sui Debitoris; quorum 99
præcipuum est, quod istius debitum certum omninò sit, ac redactum in numerum Debitorum fiscalium, & liquidum effectum ipsius confessione, vel alio æquipollente actu, *ad Text. in leg.*

leg. Si debitum 3. Cod. quand. Fiscus, vel privatus, ubi Imperator Gordianus rescripsit his verbis = *Nam si quaestio aliqua refertur, id concedi non oportere etiam ipse perspicis* == *Peregr. de Jur. Fisc. lib. 6. cap. 7. nu. 36. vers. Item intellige, Trentacinq. variar. resol. lib. 3. resol. 16. numer. 3., Christin. dec. 8. numer. 7.* inquiens = *Sed si nondùm sint redacti in numerum Debitorum fiscalium, sed dubitetur, vel contradicant se esse Debitores, aùt in non liquidis debitis, tunc ordinariè eis agendum est*. Nil itaque mirum, ex ingenti ista debitorum mole vix scuta 4000. usque in praesens exigi potuisse.

At cur in re non dubia argumentis utimur non necessariis, quasi videlicet excutiendo facultates, & vires patrimonii Debitoris, ex illis argumenta ducere oporteat; Quando, ut demonstremus, justè contrà eundem actum fuisse executione personali, satis est probasse, illum tempore, quo personalitèr apprehensus fuit, fuisse certum, atque indubitatum debitorem Rev. Camerae, & quidem in grandi quantitate? In hodierna namquè facti §. 41., *& seqq.*, per evidentiam calculi demonstratur, quod, etiamsi morem gerendo D. Adversario, die 3. Maii anni 1719., quo captus fuit, Rev. Camera illi accepto ferre debuisset Bona, & Capitalia, in diminutionem sui debiti ab ipso enumerata; nihilominus tamèn adhùc reliquator esset ingentis quantitatis. Quippè relatis ad ejus creditum scutis octo millibus; quanti aestimanda esse contendit sua mobilia, aliisque scutis quatuor millibus, ut dictum est, reverà exactis ex nominibus Debitorum, atque additis etiàm scutis 1706. prò pretio Bonorum Bononiae, ac demùm computatis scutis 23. mil. in tot Locis Montium attergatis (reliqua enim scuta 30. mil., ut alibi dictum est, intacta manere debebant prò tolerantia quatuor mensium, nec non prò alio debito *della mezza macina*) per arithmeticam demonstrationem compertum fit, totum patrimonium D. Campostani, quod mense Majo anni 1719. contraponi potuisset credito certo Rev. Camerae, jam coram Illustrissimo Domino meo Ponente concordato in scutis 67939., non excedere scuta 36776., ideoque residuum debitum, prò quo justè executione personali contrà eum agi poterat, excessisse scuta 31163., ut, ex calculo, quod exhibetur cui ingenti quantitati si, ut benè prosequitur R. P. D. meus Commissarius §. 45., *& seqq.*, superaddantur aliae duae partitae, altera scutorum 5120., altera verò scutorum 1700., prout eisdem vendicatis ab omnibus contrarijs exceptionibus, superaddendae erant, D. Campostanus, eo tempore debitor erat scutorum 38. mil., ut etiam convincitur ex subsecuto eventu; nam completo integro Novennio, & factà illius debito contrapositione integri valoris scutorum 53. mil. Locorum Montium; nihilominùs idem praeter dictas duas partitas, adhuc remanet certus debitor in scutis 36771., ut ex alio Calculo quod pariter datur.

Hactenùs elaboravimus, tum in refellendis nullitatibus contra personalem executionem exadverso confictis; tum etiam in demonstrando, Dominum Campostanum, frustrà debitum suum extenuare, & ad nihilum redigere contendisse exceptionibus Restauri, & damnorum passorum, & frustra etiam suadere conatum fuisse, quod Reverenda Camera injustè manum injecerit personae, quando eadem pro sui crediti consecutione, depositâ omni sollicitudine, conquiescere poterat, & tutam se agnoscere, manum adponendo capitalibus, quae tamen, tamquam imaginaria, nec corporeis oculis conspici, nec manibus apprehendi poterant. At hodie admirabiliori subtilitate novo evadere quaerit diffugio, quaesito ex Capitulo 169. Thesaurariae, cujus vigore, se omni debito, tempore capturae solutum fuisse, dicit, eò quòd in illo legatur, quod, si post jurata computa, non fuerint haec intra certum tempus per Reverendam Cameram solidata, poterit ipse sibi retinere ratam Census debiti respondentem summae, in computis juratae: verba Capitulli exadverso opposita, ità se habent = *Possa l'Appaltatore ritenersi dalla somma del Censo quello, che per detti Conti apparisce Creditore sino, che siano saldati da essa Camera* = ; Quapropter, cum computa ab ipso exhibita, excederent proprium debitum, eademque per Cameram solidata non essent, nequibat ipse dici debitor, multò verò minùs carcere mancipari. Profectò novum est, quod, is qui debitor est in numerata pecunia, & cujus debitum jam maturatum est, illud fictionibus persolvere valeat. Verùm tamen, ut in nostra Facti §. 50. *& sequent.* duplici praevalida responsione objectio ista haec futilis prorsùs convincitur.

Prima est, quod partitae justè contraponendae debito D. Campostani, & ab Illustrissima Congregatione Computorum approbatae, licèt accepto illi ferantur; nihilominùs in foliis concordatis, constituitur liquidus, & certus debitor in toties, totiesque dicta summa scutorum 67939.; Altera indè desumitur, quod si verum est, quod nemo dubitat, dictum capitulum interpretandum, redigendumque esse ad mentem Juris, *Bartol. in leg. Haeredes mei §. Cum ita ff. ad Trebell., Bald. in leg. final. Cod. ad leg. falcid., Sard. cons. 34. num. 34., Lancellot. de attentat. part. 3. cap. 26. num. 8. & plurib. seqq., Pacion. de locat., & conduct. cap. 61. n. 54., Afflict. dec. 399. numer. 13. & seq.*, certè idem intelligi debet de partitis liquidis, legitimis, ac justis, non autem de prorsus insubsistentibus, & subtilitate Debitoris confictis, quales erant illae exadverso deductae super praetensis Restauris, & solemniter à Congregatione Computorum rejectae, nè alioquin dicatur, ejusce- 101 modi capitulo largus apertus campus frustrandi Reverendam Cameram, quam Appaltator tergiversando, atque cavillationum praesidio moras trahendo, facilè eludere posset, quod permissum dici nequit colore d. capituli, in quo contrarium apertè disponitur, ibi = *Non possa l'Appaltatore ritardare il pagamento del Censo*.

Censo, o di altri danari della Camera sotto qualsivoglia pretesto di defalco, ò ristoro, sè prima non sarà dichiarato in Camera la quantità del ristoro, che essa sia Creditore, nel qual caso li sia lecito di ritenere &c.

En igitur, quod juxta expresè dispofita in eodem capitulo, D. Campoftanus pro retardanda folutione Cenfus, ab ipfo debiti, juvari non poterat folâ traditione Computorum, folâque oppofitione exceptionis Reftauri, & damnorum ab ipfo facta, fed requirebatur eorum approbatio, qua ejus creditum certum redditum dici poffet; Quamobrem, cum Illuftriffima Congregatio Computorum prætenfiones D. Campoftano bonificandas approbaverit in fcutis 14. mil. dumtaxat, jam ab ejus debito detractis, fruftra detorquendo d. capitulum in fenfum adeò abfurdum, illud pro fe allegat. Eòque certius in cafu noftro, quia, non Rev. Cameræ, fed culpâ D. Campoftani, computa folidata non fuerunt, ipfe enim minimè victus toties reiteratis contrariis Refolutionibus fuper partitis prætenfi defalchi, infracto femper animo moleftiffimis litibus Rev. Cameram adeo vexavit, ut neque adhuc computa prædicta folidari potuerint. Sapientiffimi itaque Patres pro fuâ Religione fecum reputent, an licere debeat Appaltatoribus, atque Conductoribus Proventuum fifcalium emendicatis, atque obftinatis litibus fruftrari publicum Ærarium, quod Principatus oneribus fubeundis paratas pecunias habere debet.

Hæc igitur cum ita fe habeant, atque his omnibus per evidentiam facti demonftratum fuerit, D. Campoftanum tempore executionis perfonalis, contra eum factæ, fuiffe certum, atque indubitatum Debitorem Rev. Cameræ, ejufque debitum deindè liquidum apparuiffe in prægrandi quantitate, ideoque Rev. Cameram indemnitati fuæ confulendo, non folùm justè, quia agebatur de Debitore fifcali, fed neceffariò ad illius apprehenfionem deveniffe, quia decreta fuerat à Supremo Principe, & res erat cum Debitore extero, qui Thefaurariæ rationes conturbaverat, quodque deterius eft, carebat facultatibus, quibus fuum debitum exfolvere poffet, ut patet nedum ex eo, quod oblatam fibi libertatem recuperare non valuit præftitâ cautione fcutorum decem millium dumtaxat, quæ erat longè infrà fuum debitum; verùm etiam ex eo, quod excuffis Bonis omnibus Debitoris, Reverenda Camera ingentem fui crediti jacturam fubire cogitur: ex his profectò omnibus meliùs facto quàm verbis viodicata apparet probitas præftantiffimorum Miniftrorum Cameralium Ferrariæ refidentium, qui caufas omnes odii procul habentes, fi illum apprehendi curarunt, obfequuti fuerunt Pontificio Mandato, & ut fui muneris ratio efflagitabat, confuluerunt Indemnitati Rev. Cameræ, cui fepteonii fpatio magnam quidem perniciem D. Campoftanus comparare potuit; At notam tamen nullam malè dictis, & probris, quæ effutit, inurere unquam valebit probatiffimis Viris; ficuti enim rei per illos geftæ integritas farctum tectumque eorum nomen tuetur; ita convicia in eos jacta refellit, latrat ufque in Auctorem ipfum reapfe retundit, folam illi objiciendo facti veritatem, & agendi rationem, qua Thefaurariam ab fe conductam peffundedit.

Iterum ad exameo hic revocatur fifcalis Debitoris carceratio, de fupremi Principis mandato facta pro fimplici affecuratione crediti, deinde liquidandi, & licèt illius Bonorum excuffio, non fuerit præmiffa, valida oftenditur, ut etiam pleniùs difcutitur quando ex omiffa in Summario Pontificii Chirographi qualitatis alicujus expreffione, fub, vel obreptio locum habeat vel non?

102 *Ex assertione Summi Pontificis, loquentis de facto proprio, plena perfectaque resultat probatio mandati, ab eodem dati.*

103 *Eidemque assertioni standum est, etiam in prajudicium alterius.*

104 *Ex verbis Papa sive narrativis, sive enunciativis, sive assertivis probatur mandatum,*

Idque etiam in criminalibus locum habet, ibid.

105 *Mandatum de assecuranda persona Debitoris, justa ex caussa, a Summo Pontifice datum indicant verbo illa* » Debitore della nostra Camera in grossa somma: »

106 *Pontificii Chirographi sub, vel obreptionem opponere nequit, qui eo usus est*, & num.109.

107 *Censetur namque omnia in eo contenta adprobasse.*

108 *Literis, aliisque Pontificiis Rescriptis qui utitur, illa cum omnibus suis qualitatibus acceptasse censetur.*

110 *Non omnia qua in Chirographis exponuntur, registrantur in Summariis, sed in his illa dumtaxat attinguntur, qua substantiam, & essentialia Gratia respiciunt.*

111 *Ac propterea omissâ in Summario enunciatione non necessaria ad sustinendam Gratiam, non ideò de subreptione, vel obreptione Chirographum redargui valet.*

112 *Ex subscriptione Chirographi Princeps nedum novisse, sed adprobasse, & confirmasse prasumitur omnia, in illo contenta.*

113 *In asserentem in Supremo Principe ignorantiam alicujus facti sive circumstantia contenta in Gratia, ejusdem subscriptione munita, onus transfertur ignorantiam concludenter probandi.*

116 *Pro elidenda subreptionis exceptione, sufficit prasumptio, quod Summus Pontifex certior ab ejus Ministro redditus fuerit qualitatis, in Chirographo expresse:*

115 *Ministro, habenti viva vocis oraculum, plena fides adhibenda in re ad ejus officium pertinente, licèt nullum Pontificium Rescriptum exhibeat.*

116 *Negotia de mandato Principis expedita* operà

operà Ministrorum, publicè, & palam illa exequentium, non debent instabili loco pendere,

117 *Sub obtentu nullitatis Facta Supremi Principis rescindi nequeunt.*

118 *Ex agnitione, & confessione debiti quodcumque Juris remedium, etiam appellationis, Debitori fiscali ademptum censetur.*

119 *Assecuratio personæ Debitoris constito de illius debito, à supremo Principe demandata, injusta dici nequit.*

120 *Supremi Principis potestas in consulendo Ærarii publici incolumitati diverso omnino jure, & modo, ac ordinaria jurisdictio, exercetur.*

121 *Debitor liquidus exceptione restauri juvari nequit, nisi incontinenti illam perspicuè probet.*

122 *Exceptio semel in Judicio rejecta; tanquam illiquida, altioremque requirens indaginem, apta non est retardare executionem debitom pro credito certo, & liquido.*

123 *Executionis nullitas exclusa dicitur contrarià boni Juris præsumptione.*

124 *In captura à supremo Principe demandata, inquirendum non est, num in illa exequenda servato fuerit nec ne forma, & praxis consueta.*

Id enim inquirere instar Sacrilegii est & num.125.

125 *Forma aliqua & praxis in capturis, seu arrestis introducta est, ne contingat, similia arresta per Judicum imperitiam imprudenter concedi.*

126 *Executio seu alius quicumque actus, gestus de mandato Principis, nequit ob non servatam consuetam praxim, & formam, ex nullitatis capite rescindi,* & num. seqq. *ac præsertim* num.143.

127 *Nullitas omnis provenit ex transgressione, & inobservantia Legis.*

128 *Supremus Princeps est supra omnes Leges, & Jus positivum.*

129 *Supremus Princeps, ac præsertim Papa, est supra jus, extra jus, & contra jus.*

130 *Papa authoritate sua nedum supplet omnes Juris solemnitates, & formam, sed tollere etiam dicitur quascumque exceptiones tàm Juris, quàm facti.*

131 *Adversus actus gestos authoritate supremi Principis, sublatà exceptione tum læsionis, tum doli, beneficium quoque restitutionis in integrum ademptum censetur.*

132 *Summus Pontifex formam Juris, aut judiciarium ordinem, in Foris constitutum, servare non tenetur.*

133 *Papa suis literis Excomunicatum salutando, intelligitur eum absolvere, constito de illius scientia, & voluntate.*

De hac autem quando constare dicatur? num.136.

134 *Quod Papa vult, Lex est, si de illius scientia appareat,*

135 *Papa tribuit potestatem Canonibus, ipsique ab eo vigorem sumunt, & non è converso.*

136 *Princeps solà voluntate libertatem concedit.*

137 *Papa ab excommunicatione aliquem absolvens, non obstringitur Ecclesiæ formà.*

138 *Supremi Principis authoritate quidquid gestum est, nequit nullum, & irritum dici, sed ratum habendum, quoties de illius voluntate constat.*

139 *Supremi Principis authoritate gestus actus, ut sustineatur, satis est, quod patet, causam, quà motus fuit, subsistere, quodque ex opinione sua statuat aut mandet.*

140 *Princeps in suo Territorio non ligatur jure positivo,*

141 *Princeps solutus ab omni Juris ordine.*

142 *Princeps ordinem Judicii præposterare potest.*

144 *Supremus Princeps præsumitur usus eà potestate, quæ ad sustinendum actum requiritur.*

145 *Pro exactione fiscalis debiti rectà vià, & nullà etiam sequuta condemnatione, aut Bonorum excussione, ad capturam Debitoris devenıri potest.*

146 *Vigore Manus Regiæ à captura Debitoris incipi potest nullà etiam factà Bonorum excussione.*

Sic etiam vigore obligationis cameralis, ibid. & num 156.

147 *Vigore obligationis cameralis potest cum reali personalis executio cumulari* & numer.156.

148 *Quod locum habet etiam contra nobiles, & illustres viros.*

149 *Pro exactione fiscalis debiti solà facti veritate inspectà, sinè citatione, & Causæ cognitione, ac omissà solemnitate omni, contra Debitorem incipi potest à captura,* & num.156.

150 *Fiscalia Debita nullam patiuntur moram.*

151 *Privilegium fiscale efficit, ut jaculo fiscalia priùs feriant, quam prævideri possint.*

152 *Debitor de fuga suspectus, frustra opponeret nullitatem capturæ, ex capite omissæ citationis, vel non servati judiciarii ordinis.*

153 *Quoties reverà constat de Credito, non est retractanda captura, quæ alioquin esset iterum decernenda,* & num.155.

154 *Captura, seu executio facta pro simplici assecuratione crediti, deinde liquidandi, sustinetur; licèt secus esset de captura facta, ut Debitor solveret quantitatem, quæ reverà tanta non deberetur.*

156 *Executionem fuisse factam præcisè ut Debitor solveret, concludenter probandum est.*

157 *Executio seu captura, quam longe post subsecuta est enunciatio crediti, quantitatem debitam excedentis, & non tanquam certi, & liquidati, sed per viam prætensionis deducti, irrito dici nequit.*

158 *Expressio alicujus certæ summæ, excedentis quantitatem verè debitam, facta in mandato suspicionis fugæ, pro mera Judicii assecuratione relaxata, capturam non irritat.*

159 *Debitoris deterioratio optimè colligitur ex sola non debiti solutione tempore constituto.*

160 *Rev: Cameræ constito reverà de ejus credito, tàm ad personam Debitoris capturam, quàm ad tenutam Bonorum devenire potest, minimè inquirendo an Debitor sit de dolo, vel fuga suspectus*, & num. 165.

161 *Debitores constituto tempore negligentes solvere, sunt semper de fuga suspecti.*

162 *Debitor, qui ex creditoris pecuniis plurimas sibi substantias comparavit, fugæ suspectus est censendus, ac ideo personali capturæ obnoxius.*

163 *Debitoris exteri captura pro illius assecuratione facilè, & ad simplicem Creditoris petitionem, conceditur.*

164 *Quod maximè procedit contra Debitores fiscales*, & num. 166.

167 *Obligans se in forma Cameræ, teneri se velle præsumitur perinde ac si esset ejusdem Cameræ Debitor.*

168 *Fiscus non per fictionem aut communicationem, sed ex suis amplioribus privilegiis nullo judiciario ordini est obstrictus.*

169 *Excussio Bonorum Debitoris ante illius capturam necessaria non est, nec ejus omissio actus nullitatem inducit.*

170 *Præsertim, cum res est de debito non conditionali, aut nondum moturato.*

171 *Loca Montium attergata pro cautione negotii, tractum successivum habentis, talia remanere debent, quousque rationes solidatæ fuerint.*

172 *Fidejussor datus pro negotio habente tractum successivum, licèt pro certa summa, præstitus censetur etiam pro reliquotu post solidatos rationes.*

173 *Creditor agens extraordinario remedio mandati suspicionis fugæ, impediri nequit sub obtentu existentiæ Bonorum mobilium, nisi eo tanta sint, ut debito æquivaleant, & de facili amoveri nequeant.*

174 *Securitatem in capitalibus intricatis, aliisque hypothecis affectis habuisse Creditor, itaut ad personalem Debitoris executionem devenire non possit, dici nequit.*

175 *Et nec eam habuisse dici potest in nominibus Debitorum, ipsi prorsus ignotorum.*

176 *Fiscus licèt habeat actiones utiles in Debitores sui Debitoris, eas potest omittere, imo debet.*

177 *Nec differtur actio fiscalis quousque idem Debitor suos Debitores exegerit.*

178 *Securitas Rev: Cameræ creditricis super nominibus Debitorum, ut dicatur adfuisse, eorum debitum omnino liquidum esse debuit.*

179 R.tteggio, *seu reintegrationi summæ, ab Appaltatore persolutæ, locus est antequam proventus appaltus exigeret, non si illos exegit anticipatè.*

CAusæ hujus quæstio ob dissonantiam, & paritatem Votorum, in præterita propositione non resoluta, ad examen hodie revocatur, utque submotà exceptione nullitatis contra, justissimam alioquin, carcerationem, D.Campostani excogitatà, hæc eadem Causa exitum, finemque suum habeat, reminiscendum est in facto, quod D. Campostanus ab ipsimet exordio conductionis Thesaurariæ Civitatis, & Ducatus Ferrariensis, usque ad annum 1719. sequutæ carcerationis, male versatus in illius administratione, in dies magis in deterius ruere animadvertebatur; quippè honoraria Judicum, Ministrorum salaria, & Militum stipendia longè ultrà præstitutum tempus protrahebat, & in suos usus, suosque solvendos Creditores pecunias fiscales erogando, Thesaurariæ Capsam, & Nummulariam nedùm pecuniis vacuabat, sed malà publicæ pecuniæ versione, ejus debitum adeò in dies augescebat, ut nullo amplius pacto dissimulari posset: quæ omnia jam fuere superlativè comprobata præteritis nostris Scriptis.

Quapropter DD. Ministri Camerales, quos hæc latere minimè poterant, licèt pluries sedare studuissent querimonias eorum, qui à Thesaurario pecunias sibi debitas consequi non poterant, & ingentis quantitatis pecuniæ subministratione tum his, tùm aliis Capsæ indigentiis consulendo, mala, quæ imminebant, quoad fieri poterat, avertere curassent, ut perspici potest ex pluribus præteriti nostri Summarii locis: attamen frustrà tot laboribus, curisque, prò tùm publici Ærarij, tum ipsius D. Campostani incolumitate impensis, agnoscentes demùm, desperatam esse provinciam, eo quod quotidiè magis, magisque ejus debitum augeretur; vice autem versa Capitalia decrescerent, supremam veluti naufragii tabulam apprehendere coacti fuerunt, quippè Illustrissimus D. meus Thesaurarius repandito san. mem: Clementi XI., eidemque relato pessimo Thesaurariæ Ferrariensis statu, in mandatis habuit, ut D.Campostani Thesaurarii assecurationem procuraret; Patet id ex illius Chirographo. In cujus Pontificii mandati executionem, die 3. Maii 1719. præfatus D. Campostanus in Arce Ferrariensi Carceribus mancipatus fuit.

Quatuordecim mensium spatio, quibus in dicta Arce detentus fuit, nec judicialiter, nec extrajudicialiter ausus unquàm fuit carcerationis suæ nullitatem opponere, sed assumpto tantummodò tractatu super præstatione fidejussionis, eamque nec sub pæna debiti, nec pro sola quantitate scutorum decem millium invenire minimè valens, coactus demùm fuit implorare clementiam Supremi Principis, a quo pietatis, & commiserationis titulo, pristinam obtinuit libertatem, ut alibi ostensum est; At vix è carceribus eductus, in odium Clementissimi Principis, ejusque Cameræ, ac Ministrorum Cameralium, acceptum Beneficium retorsit, probèque noscens ingens debitum, quo obruebatur, ære suo solvere minimè posse, il-
lud

lud quoqno modo extenuare, sivè compensare excogitavit erroneà, & inani spe refectionis assertorum damnorum, nam proponendo instantiam super prætensa nullitate suæ carcerationis, si forte illam declarari obtinuisset, amplam sibi viam parari videbat pro amplificandis damnis, quæ sibi ex ea data confinxisset. Verùm re delata ad hoc Supremum Tribunal, in Audientia diei 26. mensis Junii anni 1722., pro illius validitate responsum fuit, quæ sanè resolutio, sublatis æquivocis, cum quibus exadverso processum fuit in vltima propositione diei 31. Julii, comfirmanda omninò videtur, prout Illustris Patribus reverenter supplicamus.

Voti autem compotes effici posse speramus, quia manent, perpetuòque immota manebunt duo illa firmissima fundamenta, quibus innititur præcedens resolutio, quorum primum positum est in expresso, & literali mandato Supremi Principis, cujus vigore expleta fuit carceratio, & apprehensio personæ D. Campostani: alterum est ingens, & patentissimum ejus debitum, quo detecto, juste idem Supremus Princeps, sui Ærarii incolumitati providere curavit per executionem personalem factam contra Debitorem Fiscalem. Quapropter, probato expresso Principis mandato, & demonstratà ejusdem justitià, resultante ex prægrandi ære alieno, quo Dominus Campostanus Rev: Cameræ obstrictus reperiebatur, quodque frustrà extenuari, aut compensandum esse, exadverso contendebatur inanibus exceptionibus defalchi, restaurorum, contrariis Judicatis toties rejectis; facile erit personalem hanc executionem vendicare à nullitatibus omnibus, contra illam exadverso excogitatis: ut etiam facilè probabitur, quod tempore consumatæ d. personalis executionis D. Campostani minimè suppetebant facultates, quibus Rev: Camera tuta effecta pro sui crediti consecutione, abstinere deberet ab ejuscemodi personali executione.

Profectò, quod attinet primam nostri assumpti partem, mandatum videlicet Supremi Principis, quo imperata fuit assecuratio personæ D. Campostani, illud evidens, & apertum redditur ex Chirographo san: mem: Clementis XI. quod ità se habet = *Essendo sin dal mese di Maggio dell'anno scorso di ordine nostro stato fatto carcerare Gio: Battista Campostano* = ambigi autem nequit, quin ex istiusmodi assertione Summi Pontificis, loquentis de facto proprio,
102 plena perfectaque resultet probatio mandati ab eodem dati, ut eadem nullà contrarià probatione perimi, aut dubia reddi possit, ut expresse disponitur in *Clem. unic. de probation.*, *& ibi Gloss. in verb. sic fecisse narramus*, *Cephal. cons.439. num.43. & seqq.*, *Gabriel. commun. conclus. lib.1. de probation. conclus.2. num.2.*, *Lancellot. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib. primo cap. primo §.4. tit. assertioni soli Imperatoris num.1.*, inquiens, *quod illi standum sit &c.*
103 *etiam in præjudicium alterius* = *ac num.3. fol. mihi 77. à terg.*, *Mascard. de probat. tom.2. conclus.105. num.15.*, ad rem nostram tradens, verbis Papæ, sivè narrativa sint, & enunciativa, sivè assertiva, probari mandatum, *Rota* 104
coram Mohedan. de restitut. spoliator. decis.5. alias 86. num.4., docens, id locum habere etiam in criminalibus, coram *Verall. decis.81. num.3.*, *decis.236. num.2. part.1.*, *decis.286. per.2.*, *decis.77. num.5. part.3.*, *& part. prima divers. decis.175. num.3.*, Quemadmodùm autem simili assertione indubiè probatur manda- 105
tum, ità etiam ex justa causa idem à Summo Pontifice datum noscitur illis aliis immediatè subjunctis verbis = *Debitore della Nostra Camera in grossa somma per causa di detto appalto* = ut præter mox allegatos tradunt *Mart. cons.40. num.12. & seqq.*, *Giurb. observat.75. num.2.*, *& seqq. observat.76. num.9.*, *bon. mem. Ansold. de commerc. & mercat. disc.10. num.5.*

Cumque præterea ambigi nec etiam possit, quin idem Chirographum emanaverit, signatumque fuerit ad preces D. Campostani, qui Pontificiæ Clementiæ supplicavit, ut dignaretur = *Di esercitare ancora con esso gl'atti della Nostra paterna pietà, con ordinare la di lui scorcerazione*, pluries, sed frustra petitam ab Illustrissimo Thesaurario, ibi = *Più volte avanti di voi, ma sempre inutilmente sentata* = & vigore istiusmodi Chirographi pristinæ libertati fuerit 106
restitutus, non est, cur ipse valeat illius tenorem, dispositionemque impugnare, opponendo illius subreptionem, aut obreptionem, quæ si reverà adesset, ac probaretur, eversum diceretur primum fundamentum validitatis dictæ carcerationis, tamquam innixæ falso supposito mandati directè dati a Summo Pontifice; quippè nulla amplius illius probatio elici posset ex subreptitio Chirographo.

Pro hujusmodi namque objectione penitùs submovenda satis esset, quod, ut dicebamus, cum D. Campostanus d. Chirographum non solùm acceptaverit, sed eo usus fuerit, quippè, 107
nonnisi illius virtute, & in ejusdem executionem dimissus è Carceribus, pristinæ libertati restitutus fuit, omnia idcircò in eo contenta approbasse censetur, ex generali regula desumpta ex *Text. in Leg. Si filius familias 16. ff. ad Senat. Consult. Macedon.*, quæ regula procedit etiam respectu illius, qui utitur literis, aliisque 108
Pontificiis Rescriptis, ea namque cum omnibus suis qualitatibus acceptasse censetur, *Rot. coram Puteo decis.100. lib.2. quam sequitur coram Cavaler. decis.26. num.4.*, *ubi ex Ancharano in Clemen. prima in 5. notab. de jur. jur.* dicitur, talem acceptationem se extendere ad ea quoquè quæ propter aliud prolata fuerint. Quamobrem jure, meritòque Doctorum, & Tribunalium consensu, veluti pro certa Juris regula, traditum, receptumque est, ut ex usu gratiæ eadem 109
tamquam undequaque valida, adeò approbata censeatur, ut illi, qui eà usus reperitur, fas amplius non sit eandem prætextu obreptionis, sivè subreptionis, aut cujuscumque alterius defectus impugnare, ut præter mox allegatos, tradunt *Gozzadin. cons.23. num.10.*, *Mart. Medic. decis.68. num.39.*, *Cassador. decis.3. de* re-

Rescript., *Rot. coram Verallo decis.* 219. *num.* 2.
part. 1., *coram Ludovis. dec.* 331. *num.* 10., *coram*
Buratto decis. 118. *numer.* 4., *coram Zarat. de-*
cis. 113. *num.* 6., ibi = *Ex quo nil relevat, quod*
de subreptione, vel obreptione Breve derogatio-
nis arguatur, quia, cum d. bo. me. Vivet utendo
approbaverit, non potest posteà illud impugnare,
ex regula, quod semel &c. coram bon. mem. An-
sualdo decis. 18. *num.* 37., *& seqq.*, *in Recen. de-*
cis. 185. *num.* 5. *par.* 6., *decis.* 341. *nu.* 41. *par.* 13.,
decis. 86. *num.* 10. *par.* 16., *& decis.* 372. *nu.* 11.
par. 19.

Satis hæc videri possent, ut istiusmodi ex-
ceptionis remotioni, & causæ satisfactum dici
posset. Verum ut Illustrissimi, ac sapientissimi
Patres magis semper, magisque deprehendant
tùm commenta, quibus Pars adversa Causam
involvere, tùm diffugia, quibus eadem eva-
dere curat, ignoscant nobis, si pauca quædam
110 subjunxerimus, quibus ostendamus, exceptio-
nem hanc nullo pacto subsistere. Latere enim
nequit Dominum Campostanum, non omnia
ea, quæ in Chirographis exponuntur, registra-
ri in Summariis, sed in eisdem illa dumtaxat
attingi, quæ substantiam, & essentialia Gratiæ
respiciunt, *Paris. de resignat. lib.* 8. *quæst.* 7. *nu-*
mer. 21., *Firr. Corrad. in prax. dispensat. lib.* 2.
cap. 1. *num.* 20., *Amayden. de styl. Datar. lib.* 1.
cap. 32. *num.* 2., *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar.*
gloss. 50. *num.* 11., *Rosa de execut. liter. Apo-*
stolic. par. 1. *cap.* 1. *num.* 6., *Rota in Melevitana*
Pensionis 23. *Januarii* 1699. §. *At verò coram*
claræ memoriæ Cardinali dela Tremoille; qua-
proptèr, cum colore nullo à Domino Campo-
stano negari queat, quod substantia Gratiæ, pro
qua ipse supplicavit, consisteret in sola excar-
ceratione, frustrà pluries petita ab Illustrissimo
Thesaurario, nonnisi summ pietate Summi
Pontificis impetrata, ut expresè legitur in di-
cto Chirographo = *Avendoci ultimamente fat-*
to supplicare il medesimo Campostano à degnarci
di esercitare ancora con esso gl'atti della nostra
paterna pietà, con ordinare la di lui scarcerazio-
ne =, indè fit, quod de sola excarceratione
Summarium Chirographi loqui debebat. Præ-
sertim verò quia, dùm Dominus Adversarius
obtinuit plenum adimplementum Gratiæ conti-
nentis excarcerationem, executioni illicò de-
mandatæ, quale nam præjudicium ipse sensit
ex eo quod in Summario enunciatum minimè
fuerit, ipsius carcerationem ordinatam fuisse
ab ipso Papa, cum enim, tùm in Chirographi
corpore, tùm etiam in ejus Summario suppo-
111 natur, Domino Campostano justè carceribus
mancipato, diù etiam, justèque ab Illustrissi-
mo Thesaurario fuisse denegatam excarcera-
tionem, nemò idcircò non videt, enunciatio-
nem Pontificii mandati omissam in Summario,
necessariam minime fuisse pro sustinenda Gra-
tia, à nemine ex hoc capite impugnata, & cu-
jus vigore Dominus Adversarius, nullum ex
ea sentiens damnum, insigne, quod optabat,
ex eadem consecutus fuit beneficium, argu-
mento *Textus in Leg. Pomponius ff. de negot.*
gest., *Rota in Recent. decis.* 485. *num.* 20. *par.* 4.
tom. 2., *decis.* 51. *num.* 0, *& seqq. part.* 6., *de-*
cis. 223. *num.* 16. *part.* 7., *decis.* 354. *numer.* 4.
par. 12., *decis.* 37. *num.* 5. *par.* 13., *decis.* 533.
num. 6. *par.* 18.

At cur his immoramur, quando ejuscemodi
exceptionem nedùm calumniosam prorsus esse
patet, eò quod res ageretur inter Supremum
Principem, ejusque Ministrum, habentem vi-
væ vocis oraculum, quorum neuter ignorare
poterat id, quod inter ipsos actum fuerat in ne-
gotio, in quo Summus Pontifex probè noscens
cunctationes, morasque ulteriores in maximam
vergere perniciem Apostolici Ærarii, nedùm
prudenter, sed verisimilitèr præcipere debebat,
quod, si alia viâ, tum præsentia, tum alia 112
imminentia mala depelli non possent, Debito-
ris Fiscalis Persona assecuraretur; Proindèque,
nonnisi temerè hæc nota impingi potest Chiro-
grapho, nedùm exhibito Summo Pontifici,
sed ab eo subscripto, quà subscriptione non so-
lum novisse, sed approbasse, & confirmasse
præsumitur omnia, in illo contenta, per *Text.*
in leg. si quis argentariis §. 1. *in fin.*, *ubi Apostil-*
la ff. de edendo, *leg. Emptor.* §. *Lucius ff. de pact.*,
leg. sicut §. *Non videtur ff. quib. mod. pign.*, *vel*
hypothec. solut., *Menoch. de præsumpt lib.* 1.
præsumpt. 63. *num.* 7., *Gratian. discept.* 396. *nu-*
mer. 17., *Pax Jordan. variar. elucubrat. tom.* 3.
lib. 14. *tit.* 20. *numer.* 23., *Rota coram Seraphin.*
decis. 334. *n.* 1. *& seqq.*, *coram Buratt. dec.* 750.
num. 1., *cor. bon. mem. Emerix. Jun. decis.* 358.
num. 8., *in Rec. dec.* 159. *num.* 11. *part.* 6, *& de-*
cis. 187. *num.* 5. *part.* 7., quæ profectò præsum-
ptio adeò vehemens est, ut in asserentem in
Supremo Principe ignorantiam alicujus facti,
sive circumstantiæ, contentæ, sive enunciatæ 113
in Gratia, ejusdem subscriptione munita, trans-
feratur onus illam concludentèr probandi, *Ga-*
briel. commun. conclus. tit. de præsumpt. conclus. 3.
num. 30., *Pax Jordan. mox. citat. tit.* 20. *n.* 25.,
Card. de Luca de credit., *& debit. disc.* 81. *n.* 7.
& 9., *Adden. ad Buratt. dec.* 419. *in fin.*, *Mart.*
medic. dec. Senen. 89. *num.* 38., *Panimoll. dec.* 90.
nu. 33. *& seqq.*, *inter collect. per Palm. dec.* 18.
num. 3., *& dec.* 121. *numer.* 13., *Rota coram Du-*
ran. decis. 337. *num.* 16., *& dec.* 368. *num.* 29. *&*
seqq., *coram bon. mem. Emerix Jun. decis.* 1251.
numer. 17.

Quo sanè onere eò magis Pars adversa urge-
tur in casu nostro, quia, ut paulo superiùs di-
ctum est, negotium hoc actum fuit inter Su-
premum Principem, & Illustrissimum Domi-
num Thesaurarium, qui diu se opposuerat di-
ctæ excarcerationi, de qua, ut notum est duo-
bus ex Illustrissimis Dominis, qui assident in
Congregatione Camerali, pluries de illa in ea 114
actum fuerat, & agebatur de Chirographo,
qui sinè Pontificio Mandato, & Rescripto con-
fici, & ab Illustrissimo Thesaurario offerri ne-
quibat Summo Pontifici, qui idcircò præsumi-
tur de omnibus, in eo contentis, certior red-
ditus à Ministro, quod sufficit pro simili obre-
ptionis, & subreptionis exceptione elidenda,
Gra-

Gratian. disceptat.765. numer. 52., *Cyriac. controv. forens. cap.160. num. 28. & seqq.*, *Rosa de execution. Literar. Apostolic. cap.5. numer. 53.*, bene *Paulut.dissert.65. n.9. & plurib. seqq.lib.2.*, *Jovin. de contract. minor. tom. 2. Gloss.24. §.10. num.19.*, *Urceol. decis. Florent. 3. num.12.*, *Rota coram Pentinger. decis.67. num. 2.*, *in Recent. decis.107. num.25. part.10.*, *decis.227. numer.9. part.13.*, *& in Forolivien. Parochialis 26. Aprilis 1706. §. Tum etiam coram bon. mem. Omanna*; potiori certe jure, quando agitur de re gesta,
115 atque expleta per organum Ministri habentis vivæ vocis oraculum, cui, etiamsi nullum exhiberet Pontificium Rescriptum, plena fides adhibenda esset in re ad ejus officium pertinente, *Vermigliol. consil.38. num.2. & seqq.*, ubi considerat tempus, & materiam verisimilem, *Gen. de Scriptur. privat. lib. 3. tit. de Liter. Apostolic. numer.9. & seq.*, *Gait. de credit. cap.3. tit.3. num.15.*, *Rota coram Duran. decis.117. num.8.*, *in Hildesimen.Canonicatus 14.Martii 1718.§.De medio coram Reverendissimo Crispo Archiepiscopo Ravennaten.*, *& in Romana, seu Neapolitana Pecuniaria 7. Februarii 1721. §. Opponi nec poterat coram Reverendissimo Lancetta Decano*, ubi ob hanc rationem id tradit de R.P.D. Commissario Cameræ; alioquin enim, si hæc in dubium revocare liceret, omnia ferè negotia de
116 mandato Principis expedita operà Ministrorum, publicè, & palam illa exequentium, penderent instabili loco, *Rota coram Buratto dict. decis.117. num.12.*

Usque superque, quàm satis est, his omnibus ostendimus, commentitiam prorsùs esse hanc exadverso opponi solitam exceptionem; propterea inquirendum solum esset, an Domini Campostani carceratio, de Supremi Principis mandato reverà expleta, justè nec nè decreta fuerit, num videlicèt ipse verè esset *Debitore della nostra Camera in grossa somma per causa del detto Appalto*: vel potius falsâ suggestione Summo Pontifici suppositum fuerit, eum ingenti alieno ære obstringi, quando illo solutus prorsùs erat? Si enim subsistente ejus debito *in grossa somma*, justè demandari poterat ejus assecuratio, & apprehensio, frustrà inquireretur de nullitatibus, in illius executione commissis: quia, quod attinet Factum Supremi Principis, vel de ejus mandato à Ministris expletum, quæri quidem potest de illius justitia, vel injustitia; at non etiam tamquam nullum, & irritum re-
117 dargui potest; sub obtentu namque nullitatis sententiæ, Judicia, aliaque gesta à Magistratibus, & Judicibus ab illo constitutis, at non etiam ipsius Supremi Principis Facta rescindi valent: de nullitatibus itaque suo loco acturi, illasque rejecturi, immotum manere modò demonstrabimus ingens debitum Domini Campostani, cui veluti firmissimo fundamento innixa est justitia ipsius carcerationis.

Illud autem superlativè probatur, nam idem conflari jam cæptum à primordio Appaltus, & in hujus prosecutione valdè auctum, die denique 3.Maij anni 1719., quâ Dominus Campostanus apprehensus fuit, modum excedebat. Exhibitis quippè computis anni 1713. primi Biennii, ac aliis annorum 1716. & 1717., in quibus cumulata quoque fuerunt computa præcedentium annorum, constitutus fuit debitor Dominus Campostanus quantitatis scut.58010., anno autem 1718., quo ob majorem, qui invaluerat, rumorem distractionis capitalium Appaltus, & respectivè conversionis pecuniarum Reverendæ Cameræ in proprios usus, carceribus mancipatus fuit Dominus Campostanus, suo charactere exaravit folium, in quo fassus fuit se debitorem ingentis quantitatis, scutorum nimirum 76348.

Vix enim secutâ ejus carceratione, tum Reverendæ Cameræ Ministri, tum ipse folicitè dispungi curarunt rationes debiti, & crediti, ut comperi posset, cujus quantitatis reliquatur esset pro septennio, & quatuor mensibus, quibus ipse Thesaurariam Ducatus Ferrariensis administraverat; electis itaque Peritis Ratiocinatoribus, ille ab ipso deputatus, eundem debitorem constituit scutorum 80666., atque agnitâ veritate partitarum, quæ tantam debiti quantitatem constabant, adjecit solum generalem præservativam restaurorum, & damnorum, quæ Dominus Campostanus sibi reficienda esse contendebat, à qua quidem Periti Ratiocinatoris relatione parùm discrepat folium præfatum, à Domino Campostano subscriptum.

Verùm, cum emendicatis deindè coloribus, & modò uno, modò alio prætextu à Domino Campostano impugnaretur quantitas debiti, firmata tum in dispunctione rationum facta à suo Ratiocinatore, tum in folio ab ipso subscripto, denique, ut aliquando demum certa, ac vera illius quantitas statueretur, placuit Supremo isti Tribunali die 14. mensis Junii anni 1723. demandare, quod concordaretur factum coram Illustrissimo Domino Ponente, quo præsentiam, auctoritatemque suam tribuente, cum res diligentèr examinata fuerit in pluribus Congressibus habitis cum interventu ipsius Domini Campostani, ejusque Defensorum, compertum fuit, quod demptis omnibus partitis Restauri usque ad dictum annum 1723., per Congregationem Computorum decretis, ejus debitum ascendebat ad scuta 67939. 32., relictis in suspenso nonnullis partitis, quæ non modicè dictum debitum auxissent, ut ex facto concordato, ab eodemque Illustrissimo Domino Ponente subscripto.

Ex hisce igitur pluries, pluriesque dispunctis rationibus præseferentibus sui debiti agnitionem, atque confessionem à Domino Camposta- 118
no factam, procul dubio omne Juris remedium, appellationis etiam istiusmodi Debitori Fiscali ademptum dicendum esset, *Castrens. ad leg. final. nu. 5. Cod. de privileg. Fisc.*; Ambigi enim nequit, quin ex illo non solùm in genere constet de ejus debito, sed idem certum, ac liquidum redditum censendum sit in ea saltem quantitate, quæ firmata fuit in facto concordato coram Illustrissimo Ponente. Aliâ enim ratione, quàm

quàm per similes rationum dispunctiones, ac debiti, & crediti solidationes certa illius quantitas haberi nequit, ut feniùs patet. Quapropter, si hæc erat vera quantitas debiti D. Campostani, si in facto concordato plurimæ exceptiones, quæ ab ipso opponi consueverant, tales reputatæ non fuerunt, ut, veluti illicò probatæ, ejus debitum ità liquidatum extinguere,
119 vel saltem minuere, aut turbidum reddere possent, dubitari certè nequit de justitia Pontificii Mandati, quo facta fuit assecuratio personæ ejusdem D. Campostani, qui in adeo ingenti, quantitate erat Debitor fiscalis; œconomica namque illa atque politica potestas, qua Supremus Princeps publici Ærarii incolumitati consulere tenetur, non eisdem regulis, quibus ordinaria Jurisdictio, sed diverso omninò jure,
120 ac modo exercetur, *Cresp. de Valdaur. observ.3. num.1. & seqq.*, *& num.8.*

Frustrà autem in præterita Causæ propositione D. Campostanus conglomerando, ac recoquendo exceptiones, jam pluries, pluriesque rejectas, obumbrare curavit certum, & omninò liquidum Rev. Cameræ creditum. Primo itaque loco excipiebat, sibi tempore carcerationis competiisse retentionem scutorum 37500. pro asserto restauro impeditæ navigationis, & hinc exceptionem fundabat in *cap.169.* Instrumenti Appaltus. Pro hac exceptione elidenda sufficeret animadvertere, quod in computis, ab eodem D. Campostano exhibitis anno 1716., & 1717., in quibus continebantur etiam similes partitæ annorum antecedentium; nulla mentio habetur de credito istiusmodi cessatæ navigationis, tamquam recognito pro insubsistente in iis computis, quæ ab ipso exhibebantur. Idem omittitur in folio exarato anno 1718., quodque magis est, in folio facti concordati D. Campostanus agnoscit, & juxta resolutiones Illustrissimæ Congregationis computorum acceptat proprium debitum depuratum ab omnibus prætensis Restauris in quantitate scutorum 67919.42.

Verum prætereà respondemus, quod dictum Capitulum 169., ex quo ipse mox relatam desumpsit exceptionem, contra ipsum retorquetur; in illo enim disponitur, quod = *Possa l'Appaltatore ritenersi dalla somma del Censo quello, che per detti Conti apparisce Creditore, fino, che siano saldati da essa Camera* =; cum autem, ut dicebamus, D. Campostanus ex computis juratis anno 1716., & 1717. non solùm non reperiatur Creditor, sed convincatur debitor, & quidem liquidus ingentis summæ, quonam pacto juvari poterit dicto Capitulo; Præsertim verò, quando ipsa Congregatio computorum, postquam hanc partitam cessatæ navigationis anno 1716., tamquam illiquidam, decreverat, retinendam tantummodò esse ad calculum pro scutis quindecim millibus; comperto deinde excessu, in Congregatione habita
121 die 28. Aprilis anni 1719. redegit ad annua scuta 1345. dumtaxat? Si enim D. Campostanus, tamquam in hac sua exceptione Actor, eadem juvari nequit, nisi incontioenti illam perspicuè probaverit, juxtà cuique notas regulas; quonam colore, aut quà justà ratione creditum Rev. Cameræ in tot accuratis, ac solemnibus rationum dispunctionibus firmatum, atque liquidatum in grandi quantitate superius relata, in dubium revocari, & veluti insubsistens impugnari ab eo poterit sub obtentu exceptionis, quæ, tamquam contrario Judicato ab Illustrissima Congregatione Computorum rejecta, illiquida saltem, altioremque requirens indaginem dicenda esset, ideòque minimè apta ad impediendam executionem omninò paratam, 122
atque expeditam pro certo, & liquido credito consequendo, per *Text. in leg. qui solidum in princip. ff. de legat.2.*, *Bald. consil. 152. in fin. lib.3.*, *Soccin. Senior. cons.24. sub num.36. lib.1.*, *Rota post Zacch. de oblig. Cameral. decis.155.numer.3.*, *& in Recent. decis.194. num.38. par.18. tom.1.*, maximè vero ad effectum illam rescindendi tamquam notoriè nullam, & irritam; quippè nullitas in his circumstantiis exclusa dicitur contrarià boni Juris præsumptione, ut benè per *Rot.inter collect. per Balducc. ad Ramon. decis.17. num.2.* 123

Absimilis non est altera exceptio retentionis scutorum octodecim millium ob à Rev. Camera non expeditos Commissarios pro impediendis, inquirendisque fraudibus, prout ad normam Capituli tertii Appaltus teneri dicebatur; nam hæc prætensa retentio acerrimè exadverso deducta, & maturè examinata in Congregatione Computorum habita die 16. mensis Septembris anni 1717., rejecta fuit cum Rescripto = *Non esse bonificandam*, *& utatur jure suo* =, dictæque retentionis insubsistentiam agnovisse, & implicitè quodammodo fassus fuisse videtur ipsemet D. Campostanus, qui in liquidatione sui debiti, de qua in facto concordato, fatendo se tempore carcerationis fuisse debitorem quantitatis scutorum 67939. 52., in quadam sua præterita scriptura materno idiomate conscripta, contra dictum Creditum non opposuit dictam retentionem, sed §.34. *& seqq.*, in illius diminutionem emendicavit tres alias partitas, licèt semper rejectas.

Earumque prima erat scutorum 1349.32. pro Regaliis Cameralibus, admittendo illarum debitum pro quatuor dumtaxat mensibus anni 1719., quando alioquin ipse ignorare nequibat, easdem anticipatè deberi de anno in annum, ideòque in fine mensis Decembris anni 1718. venisse, ac cessisse diem solutionis ipsarum pro intranti anno 1719.

Altera verò consistere dicebatur in scut. 3636. 53. pro vestiario militum; Sed hæc literalitèr comprehensa, & expressè per D. Campostanum, tamquam sibi non debita, admissa fuit in facto concordato coram Illustrissimo Domino meo Ponente.

Tertia demum scutorum 5888. 17. consuetà arte exadverso conficta fuit. In præterita enim propositione D. Campostanus supposuit, se commodo Rev. Cameræ, & pro toto mense Apri-

Aprilis anni 1719. persolvisse Communitati Fer-
rariæ scuta 11829. 97. 10. iu causam *della mez-*
za Macina, & nihilominùs in Congregatione
Computorum obtiouisse bonificationem pro scu-
tis 7976. 60. dumtaxat; propptereaque se hac de
causa remanere adhuc Creditorem prædictæ
quantitatis scutorum 3888. 17. Verùm remini-
sci debebat, quod vix secutà ipsius carceratione,
folium exhibuit Eminentissimo Cardinali Lega-
to Ferrariæ, in quo favore Communitatis Fer-
rariæ se debitorem constituit *per la mezza Maci-*
na in scutis 3110. 54., & ita etiam habetur in
Voto, anno 1722. edito ab Illustrissimo Domi-
no meo Sardiui in Causa Ferrarien. inter prædi-
ctam Civitatem, & D. Campostanum; Proin-
dèque post ipsius carcerationem dispunctis ratio-
nibus debiti, & crediti cum eadem Communi-
tate Ferrariæ, justè constitutus fuit debitor *per*
la mezza Macina ad totum mensem Aprilis an-
ni 1719. in prædicta summa scutorum 3888.17.,
quæ postmodum persoluta fuit ab Æconomo, ut
testatur Ratiocinator Montis Sanitatis 5. ere-
ctionis Ferrariæ.

Cum itaque rejectis contrariis omnibus exce-
ptionibus, indubium reddatur debitum Domini
Campostani; consequens est, quod, si procul
abest quilibet injustitiæ color, nullo pacto in-
quiri hodiè queat de validitate assecurationis,
124 ab ipso Supremo Principe demandatæ, &, ve-
luti ageretur de captura à quopiam inferiore
Judice decreta, examinare liceat, num in illa
exequenda servata fuerit nec ne forma, & pra-
xis præscripta, quæ tamen apud omnia Tribu-
nalia uniformis non est, & quæ ideò introdu-
cta reperitur, né per Judicum imperitiam si-
milia arresta imprudentèr concedi contingat,
Gaill. in tract. de arrest. Imperial. cap.1. nu.12.
125 *fol.416.* De Rescriptis enim Principum hæc in-
quirere instar Sacrilegii esse, sancitur *in leg. Sa-*
crilegiis 5. Cod. de divers. rescript., *Bald. in*
leg.2. de servitut., cum aliis apud *Boaden. col-*
lect. legal. tom.2. collect.37. num.115.

Et quidem, ut innuebamus superioribus lo-
cis, contingere quidem potest, quod factum
Principis, vel falsis suggestionibus decepti,
vel non benè informati, tamquam justitiæ re-
gulis contrarium, cognità veritate, ab eodem re-
tractetur: At si certò constet de illius Rescri-
pto, aut positivo Mandato, ejusque vigore
idem executioni demandetur, id quod factum
est, rescindi minimè poterit ex capite nullita-
126 tis, ut demonstraturi primùm sumus generali
ratione, ob quam de nullitate dicere prohibe-
tur adversùs actus auctoritate Supremi Principis,
ejusque peculiari mandato celebratos, quod
deindè confirmabimus examinando, atque reji-
ciendo in specie nullitates contra dictam assecu-
rationem objici solitas.

Nullitas enim omnis, prout est quid in con-
127 creto cum proveniat ex transgressione, & inob-
servantia Legis, *Vant. de nullitat. in rubric.*,
seu titul. quid sit nullitas, & undè dicatur nu-
mer.1 pag.2., quis idcircò dixerit, factum ali-
quod, ex Rescripto Supremi Principis gestum,
irritum, & nullum dici posse, vel ob non præ-
missam Causæ cognitionem, vel ob non serva- 128
tam formam aliquam, sive à Lege, sive à pra-
xi præscriptam, quando Supremus Princeps est
supra omnes Leges, & Jus positivum? *per Text.*
in leg. Princeps ff. de legib., *ibique Scribentes*,
Felin. in cap. Canonum Statuta col.2. de Consti-
tut., *Cephal. cons.28. num.72.*, *Osasch. consil.1.*
num.2., *Caren. resol.205. num.2.*, *de Marin. re-*
sol.46. num.20. & 26., *Thesaur. decis.87. nu.3.*,
Thomat. decis. 121. num. 2., *Rot. in Recent. de-*
cis.1. num.4. part.3., adeò quidem ut supra Ius
extra Jus, & contra Jus esse dicatur, quod præ- 129
sertim de Papa tradit *Bald. in cap. cum. super de*
caus. possess., *& propriet.*, quem sequitur *Fa-*
gnan. in cap. consultationibus num.25. de Cleric.
ægrot. in primam part. tertii decretal. fol. 204.
tom.4., idque paritèr dixerat *Barbat. consil. 1.*
lib.1., ideòque facto, & auctoritate suà nedum
supplet omnes Juris solemnitates, & formam, 130
Abb. cons.41. num.3. lib.1., *Paris. cons.24. n.4.*
lib.4., *Capyc. latr. decis.16. numer. 2., & seqq.*,
Rota coram Seraphin. decis. 1307. num.1., *& in*
Recent. decis.367. num.13. part. 5., sed tollere
etiam dicitur quascumque exceptiones tàm Ju-
ris, quàm Facti, *ad Text. in leg. omniam Cod.*
de Testament., *& in leg.2. ubi Bald. Cod. quand.*
decret. opus non est, *Paris. cons.24. lib.4.*, *Dec.*
cons.341. num.12., *Besald. cons.18. n.28. tom.4.*,
Rot. divers. decis.316. num.16. in fin., *& n. 19.*
part.2., *coram Carill. decis.141. num.6.*, *& 8.*,
quorum plerique docent, quod, sublatâ exce- 131
ptione tum læsionis, tum doli, beneficium
quoque restitutionis in integrum adversùs istius-
modi actus gestos auctoritate Supremi Princi-
pis, ademptum censeatur, *Senat. Mantuan.*
apud Palm. decis.360. num.206., ubi auctoritate
Rotæ Rom. id procedere dicitur in actu etiam
gesto coram Cardinali de ordine Papæ.

Jure igitur, meritòque, quoties constat,
quod Summus Pontifex sciens, & volens ali-
quid facit, cum de ejus potestate dubitari non
valeat, minimè servare teneatur formam Juris, 132
quia illâ non obstringitur, minùsque stylum
ordinarium, ac praxim, ordinemque judicia-
rium in Foris constitutum sequi debeat, ut egre-
giè more suo docuit *Fagnan. in cap. si aliquando*
de sentent. excommunic. tom.5. in secundam par. 5.
Decretal. fol.183., in quo cum quæreretur, num
Papa suis Literis Excomunicatum salutando, in-
telligeretur eum absolvere, post deducta con-
traria, *num. deindè.10. & seqq.* pro affirmativa 133
sententia concludit, quoties constet de ejus
scientia, & voluntate, verba autem summi
hujus Sacrorum Canonum Interpretis ità se ha-
bent = *In contrarium facit, quia, ut legitur in*
cap. Cum olim il primo supra de privileg., *non*
præsumitur excommunicatione ligatus, quem Pa-
pa ad osculum scienter admisit, ergò in dubio cen-
setur eum absolvere. Præterea Summus Ponti-
fex nullis subjacet formis Juris positivi, sed quod
vult, Lex est, si de illius scientia appareat; cum
Legibus sit solutus, leg. digna vox Cod. de legib., 134
leg. Princeps ff. eodem. Posita ergò scientiâ Pa-
pæ

*pæ , & voluntate , Excommunicatus intelligitur
absolutus , licet Papa non dicat = absolvo te = ;
Patet , quoniam Papa tribuit potestatem Cano-*
135 *nibus ipsique ab eo vigorem sumunt , & non è con-
verso , cap. significasti , supra de elect.. Quid-
quid ergo vult Pontifex , servetur , constito de
illius voluntate , quidquid dicant jura . Demùm
hoc probatur hîc à contrario sensu : nam , dum
Textus dicit : cum per ignorantiam &c. , ubique
contrarium innuit , si per scientiam : alioquin si
Papa non posset Excommunicatum absolvere , nisi
servatà Juris formà , non esset major potestas Pa-
pæ , quàm inferiorum Judicum . Et pro hac par-
te concludit Gloss. &c., idem notat Gloss. in cap. si
inimicus in verb. expectare 93. distinct. , ubi ait :
si Papa Excommunicato communicaret , intendendo*
136 *eum absolvere , facto , etiamsi non verbo , habendus
esset pro absoluto , cum Princeps sola voluntate
libertatem concedat* = deindeque subdens , quod
de scientia Papæ *constare dicitur , si hoc expri-
mat* = objectioni , qua dicebatur non esse serva-
tam formam Juris positivi , respondet his ver-
bis = *non obstat , quod in absolutione forma Eccle-
siæ non fuerit servata ; quia Papa ejusmodi formà*
137 *non obstringitur , ut dictum est* : ad differentiam
aliorum Prælatorum inferiorum , *quia cum for-
mà sint adstricti , quamvis per salutationem vi-
deantur injuriam remittere &c. , pœnam tamen
non relaxant , nisi formitèr absolvant* = Cum ita-
que in nostro casu ambigi nequeat de scientia
causæ , ob quam Papa demandavit assecuratio-
nem personæ Domini Campostani ; quippe de
ea constat ex Chirographo , eademque , ut de-
monstravimus , falsa non est , frustràque quæ-
reretur , an in executione Facti à Papa voliti ,
atque immediatè imperati , servata fuerit nec
ne forma, in similibus Caussis, inferioribus Magi-
stratibus , atque Judicibus præscripta .

Quæ luculentèr tradita sunt *à Fagnano* , quæ-
que ad rem nostram satis essent , confirmantur
etiam aliorum Doctorum traditionibus , atque
sententiis , communitèr enim docent , quidquid
Supremi Principis auctoritate gestum est , tam-
quam nullum , & irritum impugnari minimè
138 posse , sed validum , ratumque habendum sem-
per esse , quoties constat de voluntate illius , &
de ejus voluntate dubitari nequit , ut bene ad
rem post *Gloss. in cap final. verb. illustrium de
re judicat. in 6.* tradit *Jo. Franc. de Pont. con-
sil.121. num.22. & seqq. lib.2. , Ceph. cons. 439.
num.51. junct. num.72.* , ubi loquitur de Princi-
pe mandante arrestum , *Bellug. in Specul. Prin-
cip rubr. 21. §. Restat num.4. fol. 39. à terg. , &
rubr. 23. §. Dicamus numer. 4. fol. 123. à terg. ,
Jovius de contract. minor. tom. 2. Gloss.24. §. 9.
num.5. §.10. num.34.* , imò verò , quod sane ma-
gis est , ut actus auctoritate , & voluntate Prin-
cipis gestus firmitatis robur consequatur , satis
est , quod putet , causam , quâ motus fuit ,
139 subsistere , quodque ex opinione sua statuat ,
aut mandet , *Christin. decis. Belgic. tom. 1. de-
cis.88. num. 6. fol.96.* inquiens = *Princeps enim ,
qui habet jura Imperii in omnibus casibus , in qui-
bus inferior Judex , præmissa causæ cognitione ,
potest aliquid facere , imò potest causà non cogni-
tà , & pro nutu voluntatis disponere , secundùm
Bald. , Castrens.* , & alios *in leg. si Testamentum
Cod. de Testament. Nam satis est in Principe ,
quod putet causam subsistere , & ex opinione sua
statuat , vel mandet , non sic in inferioribus ,
Bald in leg. rescript. &c. , quia in suo Territorio* 140
*non ligatur jure positivo , secundùm Bartol. in
extravag. ad reprimendum &c. ad hoc Text.* , &
ibi *Bartol. in leg. Æmilius ff. de minorib. cum si-
milibus .*

Si igitur solutus est ab omni Juris ordine , cui
non subest , *Oltrad. cons.257. num.13. , Natta* 141
*cons.367. nu.8. lib.2., Grammatic. cons.79. n.19. ,
Amendol. ad decis. Franch.517. num.5. & seqq. ,
Cyriac. contr.692. num.10. , Afflict. decis. 283.
num.6. & seq. , & dec. 361. num. 13. , Thesaur.
decis.15. num 4. , Urceol. decis. Florent.3. n.15.,
Rot. in rec. dec.461. nu.13. part.1. n. . . . part.8.,
& dec.465. num. 17 part. 9. tom.2.* , posthabità
illius forma , eundem præposterare poterit , id 142
videlicet , quod fieri deberet ante executionem,
faciendo post illam , *Bald. in jus feudal. cap.1.
col.3. tit. si inter Domin. , & Vassall. , Abb. in
cap. In causis de rei vindicat. , Raynald. ad Ban-
nim. Bonon. tom.1. cap.2. §.4. nu.119. fol.206. ,
& tom.3. cap.34. §.12. num.135. vers. & justa
fol.220.* , quæ præterea executio ex tali præpo-
steratione , & inobservantia formæ , praxis , 143
atque ordinis Judiciarii , tamquam attentato-
rum labe infecta , irrita declarari nequibit , *Lan-
cellott. de attentat. par.1. cap.4. limit.2. per tot.,
Gobb. consult.80. numer.35. , Rot. coram Dunoz.
Jun. decis 608. num. 2. , & in Rec. decis. 175.
num.9. part.8.* Ex ratione illa , quod , cum nun-
quam præsumendum sit , Supremum Princi-
pem actum frustratorium gerere voluisse , usus 144
idcircò censeatur eà potestate , quæ requiritur,
ut actus substineri valeat , *Castrens. consil. 414.
num. 5. vers. primus quando lib. 1. , Dueneas ad
regul. Jur. regul.43. in fin. fol.54., Pic. ad Sta-
tut. Urb. Glos.7. num.200. fol.69.*

Quamquam vero ex eo , quod agatur de car-
ceratione , Supremà Principis auctoritate impe-
rata , atque executioni demandata , Domino
Campostano omninò sublata dicenda sit facul-
tas dicendi de illius nullitate ; nihilominùs ta-
men , quando etiam eadem , non ex Supremi
Principis mandato , sed ordinariâ Judicum , &
Tribunalium Cameralium auctoritate facta re-
periretur , frustrà adversus illam opponerentur
nullitates , quibus mordicùs impugnata hacte-
nus fuit . Meminisse enim debuit D. Campo-
stanus , se esse debitorem fiscalem , ideòque
pro exactione fiscalis debiti contra ejus perso- 145
nam rectâ viâ , nulloque Iudiciario ordine ser-
vato , nullâque etiam præmissa condemnatio-
ne , & Bonorum excussione , deveniri potuisse,
ex *Textu in leg. Nemo carcerem secunda versus
finem Cod. de Exactor. Tributor. lib. 10.* , ubi
Glos. in verb. custodia , dicit , hoc esse speciale
in Debitore publico, & ibidem ità tradunt *Joan.
de Plat. numer. 15. vers. sed colligo , Angel. ad
eandem leg. circa med. , Bartol. nu.2.* , ubi *Ad-
den.*

den. lit.C., idem Bartol. in tract. de Carcerib.
num.14., Bald. in leg.1. num. 5. vers. Item pro-
cedendo Cod. de bereditat., vel action. vendit.,
Castrens. in leg. final. numer. 4. Cod. de privileg.
fisc., Faber. in Cod. lib.7. tit.6. de pignor. defi-
nit. 7. numer. 11., Paris. de Puteo de Syndicat.
§. Captura in princip., Foller. in prax. verb. etsi
compureant num. 3., Guidopap. quæst.6. num.2.,
Antonin. Maceraten. varior. resolut. lib.3. reso-
lut. 36. numer. 3., Cobell. ad Bull. Bon. Regim.
capit. 18. numer. 27., Sabell. practic. universal.
§. Debitori num.14. aliique allegandi §§.seqq.
Certiùs in casu nostro, quia cum privilegio
Manus Regiæ, Fisco Creditori competentis,
146 concurrit Obligatio Cameralis, cujus etiam vi-
gore Reverenda Camera devenire poterat con-
tra suum Debitorem ad executionem persona-
lem, ut de Manu Regia tradunt Marant. in suo
specul. part.4. distinct.9. nu. 8., Pereyr. de Ma-
nu regia prælud.1. n.4., Scannar. de visitat. Car-
cer. lib.1. §.10. cap.1. numer.24. & seq. fol. 121.
apud quem alii, & ita censuit Congregatio par-
ticularis deputata in una Ferrarien. Nullitatis
Arresti, ut ex Voto favore ipsius D. Campostani
die 16. mensis Maij anni 1722. edito ab Illustris-
simo Domino meo Sardini §.38. Ut etiam contra
obligatum in forma Cameræ incipi posse à ca-
147 ptura, & cum reali cumulari posse executio-
nem personalem docuerunt Cephal. cons. 439.
num.89., Surd. cons.39. num.21., cons.298. n.4.
cons.513. num.20., idem decis. 44. num. 18. cum
seqq., Peregrin. de Jur. fisc. lib.6. tit.7., Gra-
tian. discept. forens. cap. 7. num. 28., Zacch. de
Obligat. Cameral. quæst.15. num.7. & seqq., tra-
148 dens, id locum habere etiam contra nobiles,
& illustres viros, Bouden. collect. legal. lib. 2.
collect.5. num.149., Rot. in rec. dec.37. num. 5.
part.11.
Frustrà igitur adversùs validitatem dictæ car-
cerationis opponeretur, quod eadem facta fue-
rit nullà prævià citatione, nulloque priùs expe-
dito mandato; quippè tum ex Iuris dispositione,
tum etiam ex consuetudine, omnium Princi-
patuum consensu recepta, constitutum est,
149 quod pro exigendis debitis fiscalibus solâ facti
veritate inspectâ, sinè citatione, & Causæ co-
gnitione, omissa denique solemnitate omni Iu-
ris civilis, contra Fisci Debitorem incipi possit
à captura, Bald. in leg.2. Cod. quand. Fisc., vel
privat., idem Bald. cons.238. lib.1., inquiens =
Ad veritatem eundum est, tàm de jure, quàm de
facto. Et præmittendum est, quod non est neces-
sarius libellus, nec litis contestatio, quando pe-
tuntur publicæ functiones, sed proceditur com-
pulsivè levato velo, tàm de jure, quàm de con-
suetudine generali =, ibique allegat concordan-
tia Iuris nostri loca, Natta cons. 49. numer. 7.,
Tusch. practic. conclus. litt. G. conclus.22. n.2.,
Mauson. de caus. executiv. lib.1. ampliat.30. n.21.
& seqq., Fosnucisc. Lucan. de privileg. fisc. par.1.
principal. n.56. inter tract. magn. tom.12. fol.8.,
Peregrin. de jur. fisc. lib.6. tit.7. num.7., Gra-
tian. discept. forens.353. num.1. & seqq., Cobell.
ad Bull. bon. Regimin. cap. 44. num. 35., Posth.
Dissert. Fisc.

de subbastat. inspect. 47. numer. 111., Rota apud
ipsum decis.36. numer.3. & seqq., Urceol. decis.
Florent.3. num.16., Rot. in Rec. dec.446. nu. 1.
part.2., in Cæsenaten. Spolii 25. Junii 1700.
§. Hæc autem justificatio coram bon. mem. Muto,
& in illius confirmatoria 20. Januarii 1702. §.
Nec salvari coram bon. mem. Pio.
Et sanè, cum debita fiscalia nullam patian-
tur moram ob summam publici Boni rationem,
habendi videlicèt pecuniam semper paratam 150
publicis necessitatibus, atque sumptibus, ut in
Auth. de mandat. Princip. §. Neque autem, Bo-
ler. de decoction. Debitor. fiscal. tit. 5. quæst.11.
num.4. & seqq.: malè idcircò Facta publica ex-
pedirentur, si absque citatione, & processu
exactiones fiscales fieri non possent; interim
enim Respublica periclitaretur, ut benè inquit
Bald. cons.434. nu.1. lib. 3., Antonell. cons. 49.
numer.7., Corrad. in sua prax. lib.1. cap.9. §.2.
num.9., Scacc. de Judic. lib.1. cap.88. nu.26.,
Asin. in prax. §.7. limitat.33., Boler. de decoct.
Debitor. fiscal. tit.1. quæst.7. num.5., Pegas. ad
ordinat. Regn. Portugall. tom.12. fol.365. lib. 2.
tit.52. ad rubric., & ad princip. Gloss.2. num.2.,
Castill. decis. 55. num. 4. & seq. tom. 1., quibus
omnibus addimus ea, quæ præclare dixit Illu-
strissimus Dominus meus Sardini in dicto suo
Voto §.38., ubi loquens de Fisco procedente
vigore Manus Regiæ, hæc habet = quippè quia
Manus Regia ampliat pro Fisco, & Ærario pu-
blico privilegium, itaut, prætermissis omnibus
solemnitatibus, possit Fiscus, seù Communitas ad
personalem procedere capturam ex abrupto, quo-
vis judiciario ordine prætermisso, nè aliàs ex
quovis actu monitoriali, & præparatorio possit
Debitor sibi præcavere, eludere, atque ridiculam
reddere Manum Regiam =, ideoque subdit privi-
legium fiscale efficere =, ut jacula fiscalia priùs 151
feriant, quàm prævideri possint.
Verùm enim verò favor iste, speciali aliquo
privilegio Fisco dumtaxat impartitum non est,
sed, quod notatu dignum est, ejuscemodi æqui,
bonique, ac recta Iuris ratio opitulatur etiam
privatis Creditoribus, contra quos, Debitores 152
suspecti de fuga frustrà opponerent nullitatem
capturæ, desumptam ex citationis, aliove si-
mili defectu non servati ordinis judiciarii, ut
latè apud Paulut. dissert. legal. lib.1. dissert. 50.
art.1. numer. 21. & seqq., quoties enim reverà
constat de credito, irrita declarari non debet 153
captura, quæ esset iterum decernenda, ducto
argumento à Textu in leg. fin. §. Paritèr final. ff.
quod metus causa, ibi = quod si debitis satisfecerit
simplici jussione, & non cognitione adhibitâ:
quamvis non extra ordinem exactionem fieri, sed
civilitèr oportuit, quæ tamen solutioni debitorum
ab eo quantitatum profecerunt, revocari, incivi-
le est =, Gloss. in leg. si finita in princip. verb. li-
beretur, ubi Angel. num. 1., dicit, se pluries
ità practicasse, ff. de damn. infect., Dec. cons.449.
num.66. & seqq., Ruin. cons.152. num.9. lib.4.,
Cravet. cons. 72. num. 7., Antonell. d. cons.47.,
num. 13. & seqq., Negusant. de pignor. part. 3.
membr. 2. numer. 23., Mauson. de caus. execut.

ampliat. 27. *num.*8., *Menoch. de adipiscend. remed.* 5. *nu.*67., *Carpan. ad Statut. Mediolanen. cap* 232. *num.*26. *lib.*1., *& cap.*151, *nu.*7.*lib.*2., *Corrad. in sua prax. lib.*1. *cap.*9. §. 2. *numer.* 9., eumque sequitur *Farinacc. quæst.* 27. *num.* 151. *circa med.*, *Facchin. contr. Jur. lib.*13. *cap.* 27. *in fin.*, *Ludovic. decis. Perusin.* 40. *num.*5., *Mugon. decis. Florent.* 126. *num.* 1., & 3., *Monach. decis. Bonon.* 26. *num.*1., *Barz. decis.*134. *nu.*5., *Cornazz. decis. Lucen.* 2. *num.*20., *Mart. vot.*79. *num.* 2. *& plurib. seqq.*, *Rot. coram Verall. decis.*250. *numer.*1. *in fin. part.*1., *coram Puteo decis.*177. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. *in correct.*, *coram Seraphin. decis.*878. *num.* 2., *coram Coccin. decis.*2216. *num.*20. *& seqq.*, *& divers. part.*2. *decis.*151. *numer.*4. *& seqq.*, *in Recent. decis.*140. *num.*1. *part.*13.

At inquiet Pars adversa, quod, tametsi ex rationibus hactenùs deductis in ejuscemodi fiscalibus Causis cessent solemnia ordinis judiciarii, minimè tamen sublata censeantur substantialia Iudicii, quæ præcipuè consistunt in veritate, aut certitudine crediti, pro quo fit personalis executio. In hoc autem in nostro casu peccatum, erratumque fuisse dicitur, quia sive debitum D. Campostani, ut in facto concordato, consisteret in sola quantitate scutorum *67939. 32.*, sive ascenderet ad illam paulò majorem quantitatem, de qua in folio ab ipso subscripto, aut in calculo ab ipsius Ratiocinatore exarato; nihilominùs tamen in actis Notariorum Cameræ creditum fiscale, extractum ex Codicibus rationum fiscalium, expressum fuit in quantitate scutorum 121350. 45., in qua sanè quantitate, illud minimè subsistere constitit ex mox relatis crediti, & debiti dispunctionibus deindè factis: quapropter, tamquam deficiente substantià Judicii, à nullitatis, & injustitiæ labe salvari minimè posse dicebatur carceratio Debitoris facta pro debito insubsistente.

Objectioni quippe isti obvia est responsio desumpta ex certissima Juris regula, & praxi, quæ in hisce Judiciis servatur: Quoties namque, tempore demandatæ, & executæ carce-
154 rationis Debitoris certò constat de ejus debito
in genere, licet nondum in certa quantitate liquidato: si Creditor curet, & petat dumtaxat personam sui Debitoris assecurari, ut dispunctis deindè rationibus, atque liquidato debito in sua vera, ac certa quantitate, vel in ære, vel in corpore illud luat, minimè peccasse dicitur contra formam, & substantiam Judicii, ut hunc casum, in quo per capturam personæ actum fuerit pro simplici assecuratione crediti deindè liquidandi, distinguendo ab alio casu, in quo captura directè petita, & facta fuisset, ut Debitor solueret certam aliquam quantitatem, quæ reverà tanta non deberetur, communiter tradunt Doctores, qui hanc distinctionem desumpserunt *in leg. si pecuniæ §. final. ff. ut in possess. legal. & in leg. consentaneus colum. pariter 6. Cod. quomod., & quand. Iudex*, & benè explicat *Caccialup. de Debitor. fugit, quæst.*6. *num.*13. hanc distinctionem perpetuò notandam docens, illamque sequuntur *Scannarol. de visit. Carcerat. lib.*3. *cap.*2. §. 8. *num.* 27., *& seqq.*, *bon. me R. P. D. Zaul. ad Statut. Faventin. tom.*1. *rubr.*4. *lib.*3., *& seqq.*, *Constantin. ad Stat. Urb. tom.*1. *annot.*19. *nu.*12., *& seqq.*, *Paulut. dissert. legal. tom.* 1. *dissert.* 49. *num.*18., *& seqq.*, *& est magistralis decisio Fontanellæ decis.* 235. *per tot.*, *Rot. coram Card. Cerro decis.* 889. *n.* 7., *& seqq.*, *in Rec. decis.* 331. *num.* 17., *& seqq. part.* 16., & latè discusso articulo, dictum fuit *in una Bononien. assecurationis Judicii coram bon. me. d. Hervault.* apud eundem *Constantin. dec.* 33. *& decis.* 34., pariter impressæ inter collect. per *Balducc. ad Ramen. tom.* 1. *decis.* 17., *& decis.* 18., penès quem subditur *decis.* 10., præcedentium confirmatoria, hisque omnibus decisionibus reassumptis eadem distinctio exornatur apud *Balducc. ad Romon. consil.* 11. *nu.* 23., *& in Romana mandati suspicionis fugæ* 14. *Junii* 1702. §. *Non relevante coram bon. me. Molines*, *in Eugubina Pecuniaria* 20. *Januarii* 1715. §. *Absque eo cor. R̃mo Lancetta Decano*, & firmatam fuit *ab Illustrissimo D. meo Sardini in d. Voto ab ipso edito* §.23., *& seqq.*, & §.38. *& seq.*

Quæ profectò distinctio innixa est justitiæ, ac æqui, bonique rationi; nam si Creditor licèt certus de suo credito in genere, paratam tamen non habens ejusdem liquidationem, proculdubio requirentem dispunctionem rationum, regulariter non sinè multis, & quidem gravibus controversiis, & partitarum impugnationibus faciendam inter Debitorem, & Creditorem, si, ut dicebamus, antequàm deveniri posset ad personæ apprehensionem, Creditor pro illa facienda præmittere necessariò cogeretur crediti sui liquidationem, facilè illius jacturam faceret, Debitorem quodammodò admonendo, ut personam, & Bona imminenti periculo subtraheret, quod optimè notatur in *d. Voto Illustrissimi D. mei Sardini*, cujus verba retulimus §. *Et sane cum debita*; & probant auctoritates relatæ in §. *Frustra igitur* Ne itaque Judicium reddatur elusorium, illius formæ satisfactum dicetur, si Creditor per apprehensionem personæ curet solummodò, ac petat assecurationem crediti sui, servatis servandis deindè liquidandi, juxtà allegata superiori §., quibus addimus *Stracc. de Doctorib. par.*3. *nu.*55., *Pecch. in tract. de jur. sistend. cap.* 4. *num.*5. *vers. ex quibus*, *clar. mem. Card. de Luc. de Dot. disc.* 71. *num.*11., *Rota cor. Cavaler. dec.* 653. *n.*4., *& seqq.*, *in Rec. decis.*211., *num.*8., *& seqq. par.* 10., & hac ratio-
ne evitatur etiam illud non minùs grave absur- 155
dum, quod nimirùm, licèt constaret de credito, nondum tamen liquidato, retractari deberet executio personalis, denuò alioquin decernenda, contra ea, quæ animadversa fuerunt §. *Verùm enim verò*.

Causam verò hanc versari in primo casu superiùs traditæ distinctionis, satis probatum vi-
deri posset ex eo, quod Pars Adversa certis 156
omninò probationibus non docet, dictam executionem personalem directè, ac nominatim factam fuisse pro consequenda solutione alicujus cer-

certæ, & determinatæ quantitatis, prout concludentèr probandum exadversò esset, cùm hoc sit suæ intentionis fundamentum pro declaranda dictæ executionis nullitate. Imò verò tantum abest, quod id exadversò probari possit, ut facti, quasi dicam, evidentià excludatur. D. enim Campostanus captus fuit die 3. mensis Maij, & sic biduo, vel triduo post ex Urbe datas literas, quibus Eminentissimo Legato Ferrariæ explicabatur Mandatum de assecuranda illius persona. A' Ratiocinatore autèm Rever. Cameræ nonnisi die 13. ejusdem mensis hic Romæ exhibitus fuit calculus, in quo ille constituebatur Debitòr in dicta summa scutorum 121350. 45., longè excedente quantitatem, exadversò reverà debitam. Quonam itaque colore asseri poterit, personalem executionem, longè antè Ferrariæ factam, volitam, atque demandatam fuisse, ut Debitor solveret certam ullam quantitatem, quando Ministri ipsi Rev. Cameræ noverant quidem, eum esse Debitorem magnæ quantitatis, at certò scire non poterant, quanta illa esset, quippè nonnisi post dispunctas rationes, & debito resultanti ex Codicibus rationum fiscalium contrapositis pecuniis, Ferrariæ erogatis in expensas tàm ordinarias, quàm extraordinarias, id comperiri poterat, prout reverà compertum fuit in dispunctione rationum facta tum à Peritis Ratiocinatoribus Civitatis Ferrariensis, tùm in facto concordato cor. Illustrissimo Ponente: quapropter tùm ex natura, tùm ex circumstantia temporis, quo ejuscemodi actus factus fuit, manifestum fit, executionem personalem fieri nequivisse, nisi pro simplici assecuratione Crediti Cameralis.

In quo fanè Judicio cùm tria concurrere debeant extrema; primum nempè, creditum in genere, pro quo petitur assecuratio Personæ Debitoris, alterum consistens in petitione quantitatis à Creditore prætensæ, & viceversà in examine partitarum à Debitore contrapositarum; & quas sibi accepto ferendas esse conten-
157 dit, & demum ut ex his resultet conclusio, & finalis liquidatio reliquatus, reverà debiti, ex eis resultantis. Indè propterea evidens, & apertum redditur, quod expressio d. quantitatis scut. 121350. 45. nullo pacto vitiare possit d. personalem executionem, quia illa facta fuit post secutam assecurationem personæ Debitoris per modum meræ enunciationis Crediti, non tamquàm certi, aut liquidati, vel petiti, sed solùm per viam prætensionis. Et sanè si similes crediti enunciationes nullam, & irritam reddere possent capturam, jamdudùm secutam, vix unquam sustineretur ulla ejuscemodi personalis executio, facta non ut Debitor solvat, sed ut caveat pro debito, nondùm in certa quantitate petito, ut benè notavit *Fontanell. dicta decis. 235. num. 19., & seqq.* loquens his notà dignis verbis = *Demùm non obstare dicebatur, quod in decursu Causæ apparuisset, non fuisse debitum tantum quantitatem, quia esset aliquid, quando captura facta fuisset, ut Debitor solveret, in quo casu loquuntur doctrinæ, in contrarium adductæ, quod captura, & executio pro majori quantitate, quàm deberetur, corruit in totum; cæterum hic non ut solveret, sed ut caveret pro ea quantitate, quam ego existimabam debitam, quid id ferè contingit in securitatibus omnibus, quæ petuntur in principio litium, nec unquàm fuit reputatum absurdum* = quinimò, tametsi in expeditione Mandati suspicionis fugæ, pro mera Judicii assecuratione relaxati contra Administratorem, Consocium, aliosque similes Debitores, expressa reperiretur aliqua certa quantitas, id non solùm nullo pacto irritam redderet capturam, sed potiùs cederet commodo ipsius Debitoris, faciliùs ità reperturi Fidejussorem, 158
ut admonet idem *Fontanello d. dec. 235. nu. 18.* ibi = *Quia videbat impossibile fore, ut sinè expressione certæ quantitatis Debitor inveniret Fidejussorem* = & sequitur *Rot. apud Constantin. dicta decis. 33. num. 11., & seq., & decis. 34. numer. 18., & seq.*

Quæ denique omnia potiori jure locum sibi vindicare in nostra hypothesi, noscent Illustrissimi Patres, si ad memoriam revocare digneutur conditionem Personæ, & rationem agendi istiusmodi Debitoris fiscalis, quæ procul dubio efflagitabant, ut celeri ejusdem assecuratione Rev: Cameræ, publicique Ærarii incolumitati provideretur; Verum cum de his plenè actum fuerit, tum in præteritis allegationibus, tum in scriptis, materno idiomate exaratis; libentèr idcircò ea omittimus. Verumtamèn omittere non possumus, quod si fortè idem de suæ carcerationis nullitate dicere vellet sub obtentu non probatæ deteriorationis ejus conditionis, & status, vel ex eo quod deprehensus minimè fuerit in actu fugæ, vel in actu se ad illam proximè disponendi; hæc omnia diffugia eidem facile præriperentur.

Quod enim attinet deteriorationem conditionis, & status personæ Debitoris, hæc non solùm negari, sed contrarium esse exadversò posse videretur, animadvertendo, quod ille nullo suarum pecuniarum, & cautionum præsidio suffultus, ad conductionem insignis Thesaurariæ, de qua agitur, accedens, in illius cursu majori ex parte acquisivit Loca Montium, ab aliis ipsi accommodata, & favore Rev: Cameræ attergata, & præter nobilem supellectilem, qua Domum Ferrariæ instruxerat, scuta decem millia persolvit D. Comiti N. Maffei Consocio, 159
ut à conductione recederet, aucta demùm favore Rev: Cameræ cautione in aliis Locis Montium valoris scutorum decem millium: Profectò hæc non solum excluderent deteriorationem personæ Debitoris; sed demonstrarent, auctis ejus substantiis, ad opulentiorem statum pervenisse, nisi id factum fuisse certò appareret ex pecuniis fiscalibus, in suos usus ab ipso erogatis, undè emersit ingens debitum, quo illum obstringi in tot rationum dispunctionibus compertum fuit, & quo solo debito, tempore constituto non soluto, clara reddebatur Debitoris deterioratio, *Antonell. consf. 1. num. 4. Rot. post*

*Zacch. de obligat. Cameral. decis.*118. *num.*4., *& seqq.*, & conferunt tradita per *Rot. coram Ludovis. decis.*106. *in fine*, *& coram Rembold. decis.*400. *num.*11. *cum plurib. seqq.*, Certiùs verò, si ex posteriori eventu rei judicium efformetur, nàm licèt tali debito contraponantur Capitalia omnia Debitoris, Rev: tamen Camera jacturam facere cogetur ingentis quantitatis, quam nullo unquàm tempore consequi poterit.

Quod verò attinet ad aliam objectionis partem, licèt D. Campostanus deprehensus minimè fuerit in actu fugæ, aut in statu se ad illam disponendi: attamen præterquamquod Rev: Camera quoties reverà Creditrix est, jure suo pro Crediti assecurationè, de facto, & Manu
160 Regià agere valet, & ut quotidianà experientià edocemur, minimè inquirendo, an suus Debitor de dolo, & fuga suspectus sit, devenire potest, tàm ad Personæ capturam, quàm ad tenutam Bonorum; quantò magis hoc jure uti poterit adversùs D. Campostanum, tùm ob verisimilem suspicionem, semper vigentem ad-
161 versus Debitores, qui negligunt solvere tempore debito; quippè qui nec culpa, nec dolo vacare censentur, ut per *Gloss. in Leg. Dolus* 44. *verb. exegerit*, notat *Suminiat. controv.*160. *num.*38., qua suspicione magis perstringebatur D. Campostanus non solùm quia, ut mox dictum est, fiscalibus pecuniis comparavit eas
162 substantias, quibus hodiè contra Reu: Cameram pugnat, ideoque factus censeri debebat obnoxius pœnæ personalis capturæ, de qua in *Leg. Sacrilegi capite* 9. ibi = *Idest pignus capiendo, Corpus retinendo, multam dicendo* = *ff. ad Leg. Juliam peculatus*: verùm etiam, quia
163 agebatur de Debitore extero, commorante in Civitate Limitropha, qui si vel remoto aliquo inditio præsentire potuisset consilia DD. Ministrorum Cameralium, illicò eadem facili, & ad fugam paratà vià, eludere valuisset: quoties autèm agitur cum ejusmodi conditionis Debitoribus, permittuntur eorumdem arresta ad simplicem Creditoris petitionem, ut nempe datis pignoribus, vel fidejussoribus, ille assecuretur, *Gaill. practicar. observat. lib.*2. *cap.*44.
164 *num.*10., *& seqq.*, dicens, certiùs id procedere contra Debitores fiscales; *Prat. in addit. ad Muscatell. in prax. lib.*2. *part.*3. *Gloss. detinebitur ex numer.*15., *Petr. super ritib. magn. Cur. rit.*270. *num.*9. *vers. praxis tamèn*, quos refert & sequitur *bon. mem. Ansald. de commerc.*, *& mercat. disc.*77. *num.*4.. Quamobrèm, cùm in casu nostro certò constaret de credito, pro quo
165 exigendo, nullo servato judiciali ordine, Manu Regià procedi poterat, hæc subtiliùs inquirenda minimè erant, sed Judicis religioni, atque justo arbitrio æstimanda relinquebantur, *Menoch. de arbitrar. cas.*140. *num.*2., *Ursill. ad afflict. decis.*108. *num.*3:, *Palm. allegat.*52. *num.*21., *Cornazzan. decis.*2. *num.*18., *Giurb. decis.*4. *numer.*29., *& seqq.*, *& in Recent. decis.*742. *n.*26. *per.*4. *tom.*3.

Hæc igitur cum ità se habeant, & concludenter probato ingenti debito, quò D. Campostanus obstringebatur favore Rev: Cameræ, plene demonstratum fuerit, executionem contra ejus personam juste decretam, obnoxiam minimè esse nullitatibus eidem impictis, superfluum videri posset inquirere, an DD: Ministri Camerales ab ea abstinere debuerint eo sub obtentu quod tempore sequutæ carcerationis, tot D. Campostano suppeterent amplæ facultates, ut incolumitati publici Ærarii satis superque consultum esse noscerent, absque eo quod, tanto 166
cum detrimento fiscalis Debitoris, ejus personam persequi cogerentur: Superfluum, ut dicebamus, id inquirere videri posset, quando exploratI Juris est, contra Debitorem fiscalem, nullo servato judiciario ordine, nullà factà Bonorum excussione, rectà vià agi posse executione personali, cum illa cumulando executionem etiam realem, ut præter allegatos in *§. Certius in casu nostro* tradunt *Gigas cons.*162. *numer.*4. quem sequitur *Antonell. d. cons.*1. *num.*13., *& seqq.* Et quando in casu etiam, quo ageretur de privato Debitore, obstricto Obligatione Camerali, ad electionem Creditoris omissà omni formà Juris, & Bonorum excussione, idem personaliter conveniri valet, juxta allegata in dicto §., & post *Castrens.*, *& Abb.* tradit *Surd. cons.*39. *num.*21., *Gratian. discept.*353. *numer. primo*, *& seqq.*, referens *Angel. in Leg. Nemo carcerem* 2. *Cod. de Exactor. Tributor. lib.*10., ajentem, pro similibus debitis exigendis, posse Judicem eligere quem ordinem magis expedire viderit, & sic procedere priùs ad personam, posteà ad res, & è contrario, *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.*167. *num.*13. dicens, quod quando Debitor se obligavit ad personam, tunc potest incarcerari etiam non factà excussione, *Rot. post Zacch. de Obligat. Cameral. decis.*23. *num.*8., *& decis.*42. *num.*2.

Et sane si vigore Obligationis Cameralis, contra privatum Debitorem ità obligatum ex abrupto procedi potest ad executionem personalem, quia teneri se velle præsumitur perindè, ac si es- 167
set Debitor ejusdem Cameræ, quæ vigore fiscalium privilegiorum, omissis Bonis, ipsum Carceribus mancipare potest, *Surd. d. cons.*19. *n.*21., *& cons.*298. *num.*4., *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.*6. *tit.*7., *Zacch. de Obligat. Cameral. quæst.*15. *num.*13.; multò profectò magis id competet Fisco, qui non per fictionem, aut 168
communicationem, sed ex suis amplioribus privilegiis, nullo judiciali ordini obstrictus, illum, prout ratio, & circumstantiæ exigunt, intervertere potest; præsertim, quando non agitur de ordine substantiali, qualis dicitur ille excutiendi priùs Bona, quàm personam, cujus 169
propterea omissionem, tàmquàm rei minimè necessariæ, actus nullitatem non inducere, tradunt *Surd. d. cons.*39. *n.*22., *alios referens*, *Gratian. discept.*353. *num.*13., *& seqq.*, *Guidopap. decis.*329. *num.*2., *Rota coram Mohedan. de Sentent.*, *& Re Judicat. decis.*7. *alias* 185., idque præter omnem hæsitationem locum habere, ait bon. mem. *R. P. D. Ansald. de Commerc.*, *& Mer-*

& Mercat. disc.77. num.34., & seqq. quando non agitur de debito conditionali, vel de obli-
170 gatione, cujus dies nondum venerit, aut venerit, sed versemur in credito jam maturato, & pro quo consequendo jam agi potest.

Verumtamen, ut magis, magisque elucescat justitia, & validitas executionis personalis, Summi Pontificis mandato contra D. Campostanum expletæ, breviter demonstrare non pigebit, nullam Rev: Cameræ securitatem pro suo credito consequendo, comparatam dici potuisse ex magnificatis effectibus D.Campostani, quos cumulatis certis, & incertis, præsentibus, atque futuris, illiquidis, atquè litibus, & hypothecis obnoxiis, ipse descripsit in calculo suæ præteritæ Informationis à §. 43. ad 56.: Enim verò, vel illo solo perspecto, satis liquet vel nullas prorsus, aut per exiguas illi suppetiisse facultates, quibus Rev: Cameræ solvi certè non poterit integrum suum creditum, sed eadem maximam illius jacturam facere cogetur.

Initium autem facientes à prima partita Locorum Montium, quæ æstimantur scutis 53. m., hæc tempore carcerationis, securitatem nullam præbebant Rev: Cameræ, cujus favore usque ad
171 terminationem Appaltus intacta manere debebant: emergere enim in dies poterant novæ causæ debiti, & crediti, sivè dati, & accepti, pro quibus cautio, & pignus integrum servandum erat usque ad integralem solidationem computorum totius novennii, *clar. mem. Card. de Luc. de Debit., & Credit. disc.102. num.3. vers. Se-*
172 *cus autem*, ibi = *Secus autem ubi agitur de negotio habente tractum successivum, & admixtam in Debitore administrationem, quæ secumferat in dies novas causas debiti, & crediti, sive dati, & accepti, quoniam tùnc omninò verius est, ut fidejussor quamvis cum restrictione ad certam summam, censeatur præstitus pro reliquata post solidatas rationes, ac bonificatas partitas dati, & accepti hinc indè = Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis.192. num.3., & seqq., in Romana Pecuniaria 20.Novembris 1705. §.Stabilito coram bonæ memoriæ Omanna, & in alia Romana Pecuniaria 2. Junii 1719. §. finali coram R. P. Corio*, & consonat decisio confirmatoria ab eodem edita die 22. Januarii sequentis anni *§. pariter final.* Cùm itaque conductio Thesaurariæ durare adhùc deberet toto anno 1720., quænam dicto capitali Locorum Montium Rev: Cameræ pro futuro tempore parata dici poterat securitas, quando tempore executionis personalis sui Debitoris, valor pignoris erat longè inferior debito jam maturato, atque firmato in facto concordato?

Verùm, quando etiam morem gereremus Parti adversæ, diceremus, Loca Montium prædicta tempore secutæ carcerationis ad calculum retineri valuisse, id tamen fieri poterat pro quantitate dumtaxat scutorum 23. mil., reliquis 30. mil. remanentibus loco cautionis pro scutis 25. mil. restituendis in fine Appaltus, ob tolerantiam videlicet primorum quatuor mensium Thesaurariæ, & pro aliis scutis quinque millibus, pariter restituendis in causam *della mezza Macina*, quemadmodum solemniter protestati fuimus in facto concordato.

Nullo numero habenda videtur partita mobilium, quæ ob incertitudinem, & illiquiditatem illorum valoris impedire nullo pacto poterant personalem executionem: ut enim 173
etiam quando agitur de privato Creditore, extraordinario remedio relaxationis Mandati suspicionis fugæ Debitorem suum persequente, Judex ab illo decernendo hoc colore abstinere queat, oportet quod agnoverit, mobilia tanta esse, ut æquivaleant debito, quodque de facili amoveri non possint, *Menoch. de arbitrar. Judic. lib.2. cent.1. cas.87. num.12. & seqq., Marquard. de exception. Mercator. lib.3. cap.7. numer.63., Constantin. ad Stat. Urb. annot.19. numer.123., & seqq., Rot. in Romana Mandati Suspicionis Fugæ 14. Junii 1702. §. Non obstat coram bon. mem. Molines*.

Ut etiam omitti poterat capitale scut.1776., quod supponitur per D. Campostanum adpositum cum aliis Sociis pro negotio Tabacci in Civitate Bononiæ; nam illud tempore capturæ ignotum erat Ministris Rev. Cameræ, & quatenus etiam cognitum eis fuisset, illud per- 174
sequi non tenebantur, utpotè adhuc in ipsa Societate implicatum, aliisque hypothecis affectum, & denique longè impar credito Rev: Cameræ, *Glos. in Leg. Sciendum 15. verb. Non compelli ff. qui satisdar. cogant., Rot. d. decis.33. num.8., & 9., & d. decis.34. nu.22., & seqq. inter collect. apud Constantin., & in Eugubina Pecuniaria 20. Januarii 1716. §. Quamvis coram Reverendissimo Lancetta Decano*, idque comprobavit eventus, nam à die secutæ carcerationis usque in præsens tempus, post lapsum nempè sex annorum, Reverenda Camera nec obulum quidem consequi valuit.

Subsequitur quarta partita nominum Debitorum, quibus, perindè ac si habenda essent loco numeratæ pecuniæ, Rev: Cameræ indemnitati consultum dicebatur, eademque, veluti certa, ac liquida, calculantur in quantitate scutorum 42156. 35. Verum adversùs hanc partitam primo loco generalitèr dicimus, securitatem, quæ ex illa Rev: Cameræ parata contenditur, 175
utpotè à jure nostro minimè agnitam, minimèque probatam, nihili faciendam prorsus esse: DD. enim Ministri Camerales nec tenebantur, nec poterant scire nomina Debitorum sui Debitoris; minùs verò illorum idoneitatem novisse valebant: at noverant quidem quod *hi, qui Fisco nostræ mansuetudinis obnoxii sunt, omissa frustratione, teneantur, ut quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exsolvere*, ut rescripserunt *Imperatores Valentinianus, Valens, & Gratianus in Leg. Hi qui Fisco 4. Cod. de conveniend. Fisc. debitor. lib.10.*, qua solutione suis facultatibus completa à Debitore fi- 176
scali, agere deinde ipse poterit ex suis contractibus contra suos Debitores, ut in *dicta Leg. ubi Gloss.*, & præter communiter Scribentes, benè ibi *Cujac.* ait, quod Fiscus licèt habeat actio-

actiones utiles in Debitores Debitoris fiscalis, eas *omittere potest, imò debet, ex novell. 128. tom. 2. oper. prior. ad d. lib. 10. Codic. fol. mihi 9. sub lit. D.*, benè subdens *quod nec differtur actio fiscalis, quoad ipse Debitor Fisci suos Debitores exegerit* = *Christin. decis. Belgic. lib. 5. in d. lib. 10. Cod. decis. 8. num. 8.* ubi ejusdem *Cajacii* verbis ita loquitur = *Imò ex novella 124. non differtur*
177 *actio fiscalis quoad ipse Debitor Fisci suos Debitores exegerit, & ità quandoque judicatum fuit in diversis hujus Belgii Curiis.*

Illud prætereà nota dignum est, quod videlicèt, ut hac nominum congerie, securitas Rev: Cameræ comparata dici posset, utiles actiones contra tales Debitores exercendo, præcipuè
178 oportebat, quod illorum debitum certum, omninò esset, ac redactum in numerum Debitorum fiscalium, & liquidum effectum ipsorum confessione, vel alio æquipollente actu, ad *Text. in Leg. Si debitum 3. Cod. quand. Fisc., vel privat.*, ubi *Imperator Gordianus* rescripsit his verbis = *Nam si quæstio aliqua refertur, id concedi non oportere, etiam ipse perspicis* =, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 5. cap. 7. num. 36. vers. Item intellige, Trentacinq. variar. resol. lib. 3. resol. 10. num. 3., Christin. d. decis. 8. nu. 7* sic inquiens = *Sed si nondum sint redacti in numerum Debitorum fiscalium, sed dubitetur, vel contradicant se esse Debitores, aut in non liquidis debitis, tùnc ordinariè eis agendum est.*

Rem itaque redigendo ad has regulas, quisque illicò perspiciet, nullam prorsus rationem haberi potuisse de hujuscemodi creditis, adeò exadverso amplificatis. Et singillatim agendo de singulis eorum partitis exadverso relatis; Quod attinet primam, videlicèt *de Debitori arretrati* descriptam in quantitate scut. *3672.*, hæc exacta fuit ab Æconomo in sola summa scutorum *495. 69.*, nec ultrà exigi valuit ob relevantissimas exceptiones, per Debitores oppositas, ut ex documento quod exhibemus.

Quoad secundam = *De' Debitori Salinari* = quam ascendere D. Campostanus supposuit ad totum mensem Aprilis *1719.* ad scuta *1490. 37.*, diximus, quod factis computis cum prædictis Debitoribus in fine anni juxtà notulàm efformatam post sequutam carcerationem ab ipsius Ratiocinatore, reperti dumtaxàt fuerunt debitores in scutis *349. 37.* ob factam exactionem ab ipsomet D. Campostano scutorum *1140. 99.* in quatuor partitis, quæ in dicta ejus notula registratæ non fuerant, quemadmodum ex dicto computo.

In anteacta autem Causæ propositione, non impugnavit Dominus Campostanus exactionem ejusdem summæ à Salinariis, ante carcerationem ab ipso factam, sed nemine citato, extrahere fecit à Libro majori Thesaurariæ, penès ipsum existente, controversas quatuor partitas ad creditum Salinarium adnotatas, de quibus ejus Ratiocinator rationem non habuerat, concludendo exinde, quod illorum debitum in eadem summa scutorùm *1490. 37.* remanserat.

Verùm enim verò in hac postrema extractione alter irrepsit error, nàm à D. Campostano omissæ fuerunt aliæ quatuor partitæ exactionum ab ipso factarum ab aliis Salinariis, constituentium summam scutorum *1392. 16.*, adeo ut ipsi Salinarii nec minus dici valeant debitores in antedicta residuali summa scutorum *349. 37.*

Prosequendo ordinem contrariæ præteritæ informationis, succedit altera partita Debitorum nuncupat. *del Registro*, ibi = *L'undecima finalmente contiene la somma di scudi 12943. 23. 6. per li Debitori del Registro arretrati dal principio della Condotta fino à tutto Aprile 1719.* =, & hujusmodi Debitorum nomina in linea effectivæ, & realis pecuniæ exhibita fuere à D. Campostano.

Verumtamèn ad ostendendam illorum erroneitatem, ac insubsistentiam, superabundaret responsio, quod major pars dictorum nominum Debitorum *initium habent ab ipso anno 1712. primo Apaltus D. Campostani*, & prosequuntur quolibet anno usque ad diem carcerationis diei 4. Maii *1719.* quo circà si eadem nomina Debitorum erant idonea, exigibilia, certaque, & liquida, cur ipse velut Appaltator habens privilegium Manus Regiæ, & stantibus illius quotidianis indigentiis, spatio septem annorum, & ultra, ea exigere neglexit? & tamèn hodie id ipsum, quod ejus culpæ tribuendum unice esset, audet non sinè animositate refundere in Æconomum.

Sed hæc oscitantia Campostani in exigendis hujusmodi creditis suum habet fundamentum eorum satis notæ inexigibilitatis, abunde comprobatæ ex facto Æconomi; judicialiter quippe ab eodem hisce Debitoribus pulsatis, alii obtinuerunt sententias absolutorias à Judice ex capite exemptionum, alii probarunt, contractus non fuisse gabellabiles, alii opposuerunt deficientiam crediti, & alii demùm appellarunt a mandatis desuper relaxatis, quemadmodum ultrà animadversa in nostris præteritis scriptis ea omnia concludenter probavit Æconomus mediantibus originalibus, & authenticis documentis in actis productis, & aliàs Illustriss. Patribus in Camera sedentibus per Notarium Causæ exhibitis, in modum, ut ex omnibus possibilibus diligentiis tàm judicialibus, quàm extrajudicalibus per eumdem Æconomum adhibitis, illorum exactio vix consumata fuerit in tenui summa scutorum *1654. 61.*, ut distinctè aliàs docuimus.

Inter hæc idealia nomina Debitorum calculavit quoque D. Campostanus in partitis octava, & nona in ordine Tractas frumenti, & marzatellorum ab anno *1712.*, usque ad mensem Maii *1719*, nec non *i passaporti straordinarj da Gennaro à tutto Aprile 1719.*, magno cum apparatu agendo de hujusmodi Tractis in illius præterita responsione *à §. 67. ad 73.*

Et tamèn si veritatem amasset, reminisci debebat, quod hæc eadem prætensio jàm ab ipso deducta fuerat in Congregatione Computorum, & prò Tractis annorum *1715.*, & *1716.* obtinuerat, bonificari scuta *5525.*, militantibus in præ-

tenso reliquatu responsionibus, aliàs datis, quod nempè Tractæ hujusmodi ab anno 1712. primo Appaltus inconsumptæ remanserant ex facto ipsius Campostani, qui *spatio septem annorum* illas consumere non valuit non obstantibus illius possibilibus diligentiis, ac proindè magis semper ignoratur ubi adesset hæc decantata securitas de tempore carcerationis favore Cameræ super hoc capitali Tractarum.

Quo verò ad Passaportus ab anno 1717. ad mensem Aprilis anni 1719., D. Campostanus ab ipsa Congregatione Computorum jam reportaverat bonificationum in aliis scutis 2377. 54., & quod plus est, in facto concordato coràm Illustrissimo Ponente, hæc omnia admissa fuerant per ipsum Campostanum, qui demptis hisce partitis, aliisque usque ad mensem Junii anni 1723. per Congregationem Computorum bonificatis, factus fuit se liquidum debitorem Reverendæ Cameræ de tempore arresti in scutis 67934. 32.

Præterea in contraria præterita responsione §. 73. pari idealitate calculantur geminæ aliæ partitæ constituentes summam scutorum 12. millium & ultra, quæ a Campostano descriptæ fuerunt post secutum arrestum sub his verbis = *La terza partita è per i Debitori de subappalti di scadenza posteriore tirati in ratteggio per il quadrimestre à tutto Aprile 1719. scudi 5055. 65.*, quarta verò, ibi = *Del supplemento fatto del proprio dal primo Gennaro à tutto Aprile 1719. in sodisfazione de' pesi Camerali di più dell' introitato in detto quadrimestre scudi 7661. 82.*

Pro remotione istius aereæ prætensionis, advertendum est (prout exadversò non controvertitur) quod D. Campostanus in ingressu illius Appaltus diei primæ Januarii anni 1712. gravatus non fuerit solutione Census Reverendæ
179 Cameræ prò rata primorum quatuor mensium, qui tolerantur, sicque ad totum mensem Aprilis ejusdem anni, & nihilominùs incepit ipse primo momento ipsius diei primæ Januarii dicti anni 1712. exigere omnes proventus Thesaurariæ, & admissum quoque fuit in facto concordato coràm Illustris. Ponente.

Ex hac quippè incontrovertibili facti circumstantia ad evidentiam sequitur, quod primus annus solutionis Census terminabat non ad mensem Decembris anni 1712., sed ad alterum Aprilis anni 1713., tempore quo D. Campostanus nedum reditus Thesaurariæ integrè exegerat per totum annum 1712., sed per alios quatuor menses subsequentis, & secundi anni 1713., proptereaque, si D. Campostanus in primo quadrimestre anni 1713., qui fuit finis primi anni solutionis Census, opposuisset contrà Cameram, se persolvisse majorem summam, quàm exegerit, certè illicò fuisset reijciendus, nec ullam reintegrationem consequi valuisset super effectibus Thesaurariæ successivè exigendis, eà ratione, quia jam illas omnes anticipatè exegerat prò satisfaciendis oneribus primi quadrimestris, hacque regulà retentà, id ipsum statuendum est in aliis successivis annis, in modum, ut D. Campostanus ex tolerantia primorum quatuor mensium, usque ad finem Appaltus, de mense Maii anni 1719., quo fuit carceratus, nedum exegerat Thesaurariæ reditus per totum annum 1718., sed etiam anticipatè pro primis quatuor mensibus anni 1719. absque ullà solutione Census Reverendæ Cameræ prò rata dd. quatuor mensium, sicque perperam contendit = *il Ratteggio* = prò Debitoribus subappaltuum post carcerationem maturandis prò quadrimestri anni 1719., & eò minus reintegrationem summæ, ut asseritur, persolutæ pro oneribus cameralibus prò ipsis quatuor mensibus anni 1719., prò quibus nullum Censum persolverat, & reditus Thesaurariæ anticipatè exegerat, prò eisdem oneribus abundè satisfaciendis.

Ad differentiam, ubi res esset de Appaltatore, qui ex Lege contractus teneretur Censum anticipatè persolvere, vel antequàm proventus Appaltus exigeret, tunc enim fortasse locum obtineret = *il Ratteggio* =, vel reintegratio summæ de proprio persolutæ prò oneribus Appaltus; Nunquam verò id verificari poterit in D. Campostano, qui, ut diximus, ex tolerantia primorum quatuor mensium Thesaurariæ absque solutione Census, de tempore carcerationis, jam anticipatè in manibus habuerat reditus Appaltus exuberantes prò oneribus primi quadrimestris anni 1719.

Respondendum nùnc remanet alteri partitæ effectuum Communitatis Ferrariæ, quos D. Campostanus in illius præterita responsione, calculavit exactos ab Æconomo in summa scutorum 11804. 47. 9., etenim hæc partita multis, & quidem evidentibus scatet erroribus.

Primus namquè, & quidem fatalis error, est, quod in hac Causa unicè quærimus = *quæ Bona, & effectus possederit D. Campostanus de tempore carcerationis* = ut admittit ipse quoque in §. 48. præteritæ responsionis, & omnes exactiones proventuum hujusmodi communitativorum expletæ leguntur per Æconomum, non prò debitis maturatis *antè carcerationem*, *sed quidem post*, nempè = *Dalli 3. Maggio di tutto Decemb. 1719., dal primo Gennaro à tutto Decembre 1720., dal primo Gennaro 1720. al primo Febraro 1722.*, ut ex contrariis ipsis documentis, ac proindè cùm exactiones hujumodi pereuntiant debita maturata *post carcerationem*, hæc sola circumstantia longe exuberat pro illius rejectione.

Secundus error resultat ex quo in quarta partita ad debitum Æconomi adscribitur summa scutorum 3715. 28. 6. prò totidem exactis ab Appaltu duorum quadrantium Gabellæ Salis, & in octava partita eàdemmet summà pergravatur idem Æconomus prò Appaltu nuncupat. *della Punta*, & enunciatur dicta partita extracta ex Libro Magistro ad *pag.* 214., ubi tantùm prima registrata legitur, secunda verò ad *pag.* 210. in scutis 1981. 13., sicque ad damnum Æconomi in majori summa scutorum 1734. 15. 6. calculata fuit.

Tertius, quia inter solutiones, & partitas hu-

hujusmodi omisit D. Campostanus ad creditum Æconomi describere scuta 4586. 66. 8. prò consueta compensatione etiàm ab eodem Domino Campostano obtenta, & satis ei nota, quam in annua summa scutorum 2752. demandat favore Conductoris Communitatis Ferrariæ in correspectivitatem *della mezza macina per la suppressione del Sale, & esenzione della Macina di Massa Ficaglia*, ut testantur Ratiocinatores Thesaurariæ, & Montis Sanitatis Civitatis Ferrariæ.

Quartus tandèm est, quod per D.Campostanum in magnificandis prædictis extraneis exactionibus, nulla fuit habita ratio de sequestris judicaliter factis ad instantiam Communitatis Ferrariæ de annis 1712.1713., & 1717. contrà omnes Subconductores proventuum Communitatum,attenta morositate, ac debito D.Campostani, in modum, ut impossibile prorsùs sit, quod effectus hujusmodi communitativi inservire valuissent loco cautionis favore Rev. Cameræ de tempore carcerationis, vel tamquàm non maturati, vel tanquam insoluti, litigiosi, ac debito privilegiato Communitatis subjecti.

Inferimus itaque, & concludimus ex his omnibus, quod carceratio D. Campostani secuta fuit de mandato Supremi Principis ob ingens debitum, quod habebat cum Reverenda Camera, jàm supra concludentèr justificatum de tempore carcerationis, quodque è conspectu ejusdem ingentis debiti tùnc temporis nulla, vel saltèm nonnisi modica securitas aderat super effectibus D.Campostani, ferè omnibus idealibus, turbidis, litigiosis, aliisque debitis involutis, adeout quocumque modo res sumeretur, semper quoad Rev. Cameram perspicua summa ejus crediti detecta remaneat, ut ex genuinis calculis, a nobis exhibitis.

ARGUMENTUM.

Ad emendationem enormissimi damni, Reverendæ Cameræ illati ex concessione Gratiæ, in subsidium tenetur Minister, cui speciatim commendata cum esset rei cognitio, atque executio; dolo, fallacique suasione Gratiam à Summo Pontifice extorsit. Ministri autem dolus, & culpa quomodo, & ex quibus probari valeat?

DISSERTATIO XIV.

1 *A Summi Pontificis consensu pendet Gratiæ substantia, & validitas*, & num.13.

2 *In impetrantem transfunditur onus manifestè demonstrandi, Summum Pontificem de iis, quæ reticita fuerunt, aliundè certioratum, Gratiam concedere nihilominùs voluisse.*

3 *Subsidiaria actio pro emendatione damni, tamquam remedium extraordinarium, facilè haud admittitur contra Ministrum, cui Summus Pontifex cognitionem, & relationem status controversiarum commisit antequam ad concessionem Gratiæ deveniret.*

4 *Præsertim, si in ipsius Ministri commodum non cesserit Gratia, quo casu concludentes requiruntur ejus doli, ac probationes.*

5 *De dolo malo redargui nequit Minister, cujus diligentia, & fides à Summo Pontifice commendata fuerit in concessione Gratiæ.*

6 *Assertioni Summi Pontificis plenè semper deferendum.*

7 *Maximè, quando super tali assertione fundatur ejus intentio.*

Quo casu eadem assertio præbet probationem saltem præsumptivam, cui standum est, donec contrarium probetur, & quidem ab eo, qui contrarium offerat, ibid.

8 *Multò autem magis probaret eadem assertio, quando esset facta Motu proprio, & ex certa scientia.*

9 *Papa sicuti condonare potuisset integrum debitum, ita mandare potuisset restitutionem pecuniæ, pro eo debito solutæ.*

10 *Faciliùs Creditor remittit, & condonat debitum jam solutum, quàm solutum, & receptum restituet.*

Major tamen ista facilitas considerari potest respectu Privati, at non etiam respectu Supremi Principis, ibid.

11 *Supremi Principis munificentia latiori, ac benigniori interpretatione extendenda est.*

Præsertim, cum non agitur de præjudicio Tertii, ibid.

12 *Papa semper justa ex caussa disposuisse præsumitur.*

Et temerè quæreretur, cur ita fecerit, ibid.

13 *Gratia enormissimè læsiva, ac obreptitiè, & subreptitiè extorta, irrita est.*

14 *Minister, qui fidelitèr se non gerendo, Summum Pontificem induxit ad concessionem Gratiæ enormissimè læsivæ, immò ejus executor fuit, tenetur ad emendationem damni*, & num.48.

15 *Veritas vi suâ se ipsam prodent, nullà arte vinci, nulloque conficto velamine obtegi potest, sed ipsa omnia vincit, & semper manet.*

16 *Ex tenore Chirographi satis patefieri volent contrarietates, & aperta artificia, quibus Gratia extorta fuit*, & num.62.

17 *Ex proemio in quacumque dispositione colligitur Disponentis voluntas.*

18 *Proemium Rescripti, atque Decreti Supremi Principis dat intellectum toti dispositioni, referendæ ad caussam, in illo expressam.*

19 *Res Ecclesiæ licèt sint Papæ, ut principalis dispensatoris, non tamen sunt ejus, ut domini, & possessoris*, & num.24.

20 *Rescripti verba hæc* = Desiderosa la nostra Pontificia &c. Clemenza contribuire al di lui sollievo per quanto sia compatibile coll' accurata indennità di detta nostra Camera = *excludunt omninò intentionem Summi Pontificis concedendi Gratiam, Rev. Cameræ læsivam.* Di-

21 *Dictio* = Per quanto = *sive accipiatur pro dictione* = in quantum =, *aut* = quatenus = *sive etiam pro alia dictione* = quoad =, *conditionem inducit*.

Præsertim quando refertur ad actum non factum, sed faciendum, illumque limitat, & restringit, ibid.

22 *Dictio* = Accurata = *exponitur* diligens, & studiosa.

23 *Quilibet temporalis Princeps studio omni curare debet publicæ pecuniæ conservationem, & augmentum*.

24 *Multò autem magis Summus Pontifex*, ibid.

25 *Ditio Ecclesiastica, Provinciæque eidem subditæ, uti donatæ intuitu Romanæ Ecclesiæ, tamquam ejus Patrimonium à Papa possidentur*.

26 *Prævia Relatio, seu informatio requisita à Summo* Pontifice, *ostendit, Gratiam ab eo concedi voluisse secundùm justitiæ, vel æquitatis regulas*.

Nec actum meræ liberalitatis exercere voluisse in præjudicium reverendæ Cameræ, numer.27. & 30.

27 *In liberalitatis actu sola voluntas stat pro ratione*.

28 *Minister, cui à Summo Pontifice exacta, individuaque rei cognitio fuerit commissa, obtendere nequit, se alienà uti operà coactum fuisse, sed damnum indè secutum sibi imputare debet*, & num.88.

29 *Inverisimilitudo speciem falsitatis præsefert*.

31 *Summum Pontificem voluisse, dolosum Debitorem, cum Rev. Cameræ jactura locupletari, inverisimile prorsùs est*.

32 *Rei veritas, justam, & validam reddit Pontificiam Gratiam*.

33 *Sustineri nequit Gratia, incompatibilis cum indemnitate Rev. Cameræ, quam in primis velle Summus Pontifex professus est*, & numer.37. & 60.

34 *Ex Chirographi dispositiva quando satis constat de Summi Pontificis voluntate, parvi faciendum id, quod in proemio legitur*.

35 *Proemium dat intellectum sequenti dispositioni, quando non resistunt istius verba, aliud statuentia*.

Hoc namque casu locum habet regula, quod in concursu magis dispositiva, quàm præfatio attenditur, ibid.

36 *Summum Pontificem voluisse concedere Gratiam enormissimè læsivam Rev. Cameræ, præsumi nequit*, & num.62.

37 *Interpretatio quævis capi debet quæ excludatur Summi Pontificis voluntas præjudicandi sibi suoque Ærario*.

Præsertim quando id vergeret in favorem fraudolenti Debitoris, ibid.

38 *Maximè verò, ubi Pontifex expressè declaraverit, se juribus Rev. Cameræ præjudicare nolle*.

39 *Minister, tanquam ex ejus facto, & culpa illatum, emendare tenetur damnum omne Reverend. Cameræ, nisi doceat se diligenter adimplevisse tum quæ generalitèr, tum quæ specialiter sibi commissa fuerant*.

40 *Minister quanto major, ampliorque à Supremo Principe effectus est, eò fideliorem operam ipsi rependere tenetur*.

Maximè in procuranda ærarii publici incolumitate, num.41.

41 *Ærarium Apostolicum præsidium est nedùm Subditorum, sed omnium in toto Christiano Orbe laborantium*.

42 *Ministro habenti in aliqua re qualitatem tum Mandatarii, tum etiam Executoris deputati, major incumbit, ac strictior obligatio diligentiam omnem adhibendi*.

43 *Aliena cujusque rei administratio sive demandata, sive ultrò suscepta, eam habet Legem, ut nihil in ea neglectum, aut declinatum culpà vacet*.

44 *Mandatarius quis electus inter plures tamquam magis solers, ac diligens, exactissimam adeò diligentiam exhibere debet, ut etiam de levissima culpa teneatur*.

45 *Negligentia nulla sinè culpà in eo est, à quo vigore specialis commissionis diligentia omnis expectabatur*.

46 *Et levissima quoque culpa illi imputatur, nisi doceat, nullas omisisse diligentias*.

47 *Diligentiam nisi adhibuerit Minister in re sibi specialiter commissa, a damni emendatione nec etiam prætextu ignorantiæ, excusari valet*.

49 *Quandoque plus tenetur consulens, quàm faciens*.

50 *Consulens non tenetur ei, cui consilium dedit; tenetur tamen ei, in cujus perniciem consilium cessit*.

51 *Procedit id præsertim in eo, qui ratione muneris, aut sui officii rectè consulere tenebatur*.

Maximè in Consiliario Supremi Principis, num.52.

52 *Consiliarii Supremorum Principum munus, & obligatio est justa consulere, & toto conatu injusta dissuadere*.

53 *Supremi Ministri, & Magistratus, quoties in Rescripto Fiscus læditur, nil super eo agere debent, sed priùs rem Principi nunciare tenentur*.

54 *Damnum semper tribuendum est illi, qui aut non dissuadet cum debeat, aut factum reticet, quod debeat notum facere*.

55 *Summo Pontifici solummodò legi solet Summarium, continere debens substantiali concessionis, aut dispositionis factæ in Chirographo, & supplicationibus, quæ eidem per Ministros signandæ proponuntur*.

56 *Falsi expressione Gratia irritatur*.

57 *Maximè quando falsi expressio provenit à Ministro, seu Consiliario Principis*.

Gratiæ subreptio, & obreptio ex quibus demonstrari possit? num.58. & 59.

59 *Transactioni super juribus claris locus esse nequit*.

60 *Creditum illiquidum cum illiquido compensari nequit*.

61 *Ministri culpæ, subsidiariæ actioni contra ipsum pro refectione damni locum facient, ex quibus probari queat?*

62 *Contra Ministrum quum non criminaliter, sed civiliter agitur ad emendationem damni, doli, & culpæ probatio etiam per conjecturas sufficit.*

63 *Præsertim, si aliàs similia admisisse, probaretur.*

64 *Assertio Papæ, si versetur circa factum alienum, Ministri scilicèt relatoris, cujus ipse notitiam non habuit, quàm ex illius dicto, & relatione, nullatenùs probat, tametsi suam super eâ intentionem fundet.*

65 *Testi unico, vel de auditu alieno credere esset contra communes regulas.*

66 *Papa asserens factum alienum, non probat in præjudicium Tertii, etiamsi super eo fundet intentionem suam, & tamquam informatus deponere videatur*, & num.67.

67 *Ex dicto Regis, se certum asserentis, non probatur veritas narratorum.*

68 *Certus potest esse quis nedum per veritatem, sed etiam per vehementem opinionem.*

69 *Certitudo est de vehementi opinione; intelligenda, ubi quis non declarat, quomodò certificatus fuerit.*

70 *Testis dicens, se esse certum, non ideò veritatem probat.*

Ac pari ratione nec etiam Rex se certum asserens eam probaret, ibid.

71 *Assertioni Papæ de eo, quod ipse novisse non potuit, sed solùm ex relatione Ministri, deferendum non est.*

72 *Etiamsi se certum esse dixerit; Ejusmodi namque certitudo ea est, quæ non per ipsam rei veritatem, sed per vehementem opinionem habetur, ac proindè falsa esse potest*, ibid., & d. num.68.

73 *Maximè autem eidem assertioni deferendum non est in præjudicium Rev. Cameræ.*

74 *Amplia etiamsi Papæ assertio fuerit emissa* = Motu proprio = *&* = ex certa scientia =, *quoties constet Gratiam concessisse ad petitionem Partis, eaque non sit compatibilis cum indemnitate Rev. Cameræ, à Papa in primis volita.*

76 *Assertio Papæ de facto alieno* = Motu proprio = *emissa, probationem in contrarium recipit.*

77 *Clausula* · Motu proprio = *operari solummodò potest in iis, quæ Juris sunt, non verò supplere ea, quæ sunt facti, minimè exposita Supremo Principi.*

78 *Clausula* = ex certa scientia = *operatur solùm in iis, de quibus reverà Princeps informatus fuit.*

79 *Clausulæ* = Motu proprio =, *&* = ex certa scientia =, *etiam simul junctæ, nil operantur, quum non constat de vera ac totali scientia Papæ.*

80 *Eædem clausulæ supplere nequeunt intentionem Papæ in iis, quæ facti sunt.*

82 *Potestas Papæ non sufficit, ubi defecerit illius voluntas ex subreptionis, & obreptionis vitio.*

Procedit id maximè contra Ministrum, cujus facto, & culpâ id evenerit, num.82.

82 *Papæ voluntas pro excusando Ministro tunc solùm præsumenda esset, quando hic doceret, sincerè, ac fideliter in munere suo se gessisse.*

83 *Minister, qui per errorem nonnisi voluntarium, & affectatam ignorantiam peccaverit, ad reparationem damni tenetur.*

84 *Tenetur etiam, si ex negligentia; cum hæc dicatur lata culpa, seu dolus saltem præsumptus.*

85 *Error non excusat nisi procedat ex rationabili, aut probabili caussa.*

86 *Prætextu imperitiæ Minister excusari nequit.*

Perindè enim est quem per imperitiam, vel datâ opera peccare, utroque enim casu culpam contrahit, ibid.

87 *Judex per imperitiam judicans non excusatur, litemque suam facit, & ad interesse, ac litis æstimationem tenetur.*

88 *Culpa ex eo quod mutua sit, nec etiam opponi potest inter eos met, qui pari vitio, & culpâ laborant.*

IOANNES Baptista Campostanus Conductor Thesaurariæ Ferrariæ deficiens in solutione pensionis debitæ Rev. Cameræ, atque in satisfactione onerum, eidem pensioni adnexorum, & quidem reclamantibus publicis Ministris, aliisque, quibus honoraria, stipendia, & salaria ex dicta pensione præstanda erant, cum compertus fuisset debitor certus, & indubitatus ingentis quantitatis, & imminente jam fine novennii suæ conductionis, Ministris Cameralibus justa insideret suspicio, quod ille fugam pararet, quâ secutâ, Reverenda Camera suo credito fraudata extitisset, quia illud longè excedebat Loca Montium, pro consueta securitate ejus favore attergata, nec non alia Bona mobilia, & Credita, quæ ad suum Debitorem pertinebant; idcircò san. mem. Clemens XI., re tamen priùs maturè consideratâ, compertâque tum veritate, & subsistentiâ debiti dicti Conductoris, tum etiam spectato periculo illud amittendi, si Debitor, prout non temerè metuebatur, fugâ se subtraxisset, mandavit, ut idem apprehenderetur, cui Supremi Principis jussioni obsequens Eminentissimus Legatus, in Arcem Ferrariæ eum deduci mandavit.

Reverendam Cameram creditricem, quam fugâ, forsan jam paratâ, Debitor eludere nequiverat; pluribus injustis, atque emendicatis exceptionibus frustrari tentavit. Illicò igitur opposuit nullitatem carcerationis, præcipuè fundatam in eo, quod facta reperiretur pro quantitate excedente suum debitum, quando alioquin pro eo solvendo in ea quantitate, quæ reverà ab ipso debita elici potuisset, præter plurima defalca sibi competentia, tum Loca Montium attergata, tum etiam alia Bona, & res ad

ad ipsum pertinentes, satis futura fuisse, jactabat. Quamobrem instructo Iudicio in Supremo Tribunali Rev. Cameræ, non semel in illo examinata fuere jura utriusque Partis; probatoque demùm illius debito, & quidem in quantitate longè excedente omnia, mox dicta, ejus Capitalia; quodque ejusdem apprehensio, & carceratio non præcipitantèr, sed juste demandata idcircò fuerat à Supremo Principe, resolutum fuit = *Constare de validitate carcerationis* = ; Cum autem in repropositione Causæ deindè secuta, pertinacitèr à Debitore controverteretur substantia, & quantitas sui debiti, d. Supremum Tribunal procedens eà, quà solet, maturitate, dilata tunc resolutione Causæ, rescripsit, quod concordaretur factum, præsertim super quantitate debiti ejusdem Campostani; Quapropter ad d. Rescripti normam, diligenter dispunctis rationibus, illud compertum, & ex ipsiusmet Debitoris confessione, concordatum tunc fuit ascendere ad scuta 67939. 32., licèt reverà esset majoris quantitatis, prout postea probatum fuit.

Facti à sè confessati evidentià convictus Debitor, ideoque agnoscens, frustrà sè prosecuturum Causam super nullitate capturæ, alia remedia sibi comparare constituit, confugiendo nimirùm ad Congregationem Computorum, coram qua, magno apparatu, plures attulit partitas, ob quas remissionem mercedis, sive pensionis promisse sibi deberi, & quibus debitum, tametsi liquidum, veluti à sè agnitum, compensandum esse contendebat. Verùm super hoc quoque puncto vota ejus in irritum cessere; nam Congregatio prædicta rejectis ferè omnibus partitis ab illo deductis, eidem tamen commiserando, censuit, quod si Sanctissimo placuisset, in solidatione Computorum, ex æquitate indulgeri potuisset aliqualis condonatio, quæ condonatio à fan. mem. Innocentio XIII. decreta fuit in quantitate scutorum sex millium, & quidem ex gratia, atque adjecta conditione illà resolutivà, dummodò nimirum Campostanus acquiesceret, ut ex ejusdem Pontificis Rescripto.

Non acquievit Campostanus, sperans moras nectendo, litemque protrahendo rei benè gerendæ occasionem sibi aliquando dandam fore: Nec spem ejus fefellit eventus, ut patebit prosequendo, & absolvendo facti expositionem. Adiens enim fan. mem. Benedictum XIII., ab illo obtinuit Rescriptum, quo injunctum fuit eidem Congregationi Computorum, ut adscitis aliis quatuor Prælatis ab ipso Campostano Sanctitati Suæ nominatis, in hac Causa procederetur absque voto Advocati Fiscalis, & Commissarii Cameræ, impartita insuper eidem Congregationi facultate revidendi controversias omnes, inter ipsum, & Reverendam Cameram vertentes, illasque per transactionem componendi.

Ad normam itaque hujus Rescripti discussis in dicta Congregatione Juribus Campostani, die 7., & 17. mensis Augusti anni 1725. edita ab eadem fuit sequens resolutio = *Fiat Concordia, in qua Campostanus habeatur pro Appaltatore Thesaurariæ, & Dohanarum Ferrariæ per totam mensem Aprilis 1719. tantùm, & illius debitam pro dicto tempore constituatur in scutis 98428. 43. monetæ, ex qua summa bonificentur pro omnibus prætensis Restauris, & damnis scuta novem millia, ultrà alia scuta sexmille jam bonificata, & supplicetur Sanctissimo pro prorogatione tractatum anni 1717., & 1718., & ad computum supradicti crediti transferantur Loca Montium attergata ejus favore una cum fructibus decursis; quo verò ad credita mobilia, & reliqua Capitalia sequestrata, fiat quanto citius redditio per Cameram prout de jure.*

Resolutio hæc à fan. mem. Benedicto XIII., confirmata speciali Chirographo, executioni demandata fuit per resignationem dd. Locorum Montium, quorum pretium unà cum fructibus usque tunc decursis constans scut. 51161. 28., fuit incameratum. Prætereà Ministri Reverendæ Cameræ pro consequendo residuo crediti, quod adhuc supererat, curarunt perfici à Perito relationem pro redditione rationis administrationis gestæ à Comite Nicolao Maria Maffeo, cujus relationis Summarium exhibetur.

Hactenus expertus Campostanus, Judicii aleam omnem fatalem sibi fuisse, semperque talem futuram fore timens; quippè optimè conscius erat, suum debitum jam liquidatum in d. quantitate scutorum 98418. 43., vel nullam, vel certè minimam pati posse diminutionem, ultra illam sibi jam concessam; alia via frustrari Rev. Cameram, commodisque suis consulere constituit; quamobrem obtinuit signari ab eodem Benedicto XIII. aliud Chirographum, in quo aut nulla de his, quæ hactenùs enarrata sunt, aut nonnisi obscurissime, & sub verborum ambagibus, & involucro facta expositione, Pontificia potestate, minimèque auditis Ministris Rev. Cameræ eidem condonatur integrum debitum, mandaturque restitutio Locorum Montium, una cum fructibus perceptis, illisque ampliùs non extantibus, eorum loco præcipitur solutio scur. 54161. 28. 10., prætereàque remotis omnibus sequestris super mobilibus, argentis, aliisque Bonis Ferrariæ, Reverendæ Cameræ imponitur perpetuum silentium, adhibità coloratà illà conditione, quod Campostanus renunciet prætensionibus Restauri, nec non omnibus prætensis Creditis contra Communitatem Ferrariæ, ut legitur in dicto Chirographo.

Nulla interposita mora, Rev. Camera coacta fuit illi assignare Loca Montium 422. cum octoginta duobus centesimis, conficientia dicta scuta 54161. 28. 10., & prout præcipiebatur in Chirographo, renunciando sequestris super mobilibus, argentis, aliisque Campostani effectibus valoris scutorum decem millium circitèr, eadem liberè ipsi extradere, totum denique, & integrum creditum plenè ei condonando.

Loca Montium sibi consignata, confestim ille resignavit, ut etiam mobilia, ceteraque Bona Ferrariæ vendidit: Sibi verò conscius doli,

li, & manifestæ fraudis factæ Rev. Cameræ, vix audito Nuncio mortis fan. mem. Benedicti XIII., aufugit è d. Civitate, iter arripiens ad Civitatem Mediolani, ubi paucos post dies ex hac vita migravit. Quamobrem effectu caruit arrestum ab Emioentissimis Patribus, Sede vacante, decretum.

In hoc deterrimo rerum statu, Reverenda Camera, nimis aperta fraude, perversisque machinationibus enormissimè læsa, cum careat spe omni quoquo modo, aut ratione recuperandi ab adeò doloso Debitore, nullis in Ditione Ecclesiastica relictis Bonis, jam vitâ functo, creditum, & pecunias eidem coactè consignatas; Commissarius Generalis Rev. Cameræ autumans, subsidiariâ actione reintegrationem consequi posse à Ministris, & Consultoribus, quorum consilio, atque operâ improbus Debitor à Supremo Principe Gratiam adeò ipsi, suæque Cameræ præjudicialem, nequissime extorserat, exhibuit Sacræ Congregationi, à Sanctissimo Domino Nostro deputatæ, supradictum Chirographum, quo in eadem examinato, licèt dubitatum non fuerit de competentia ejusmodi subsidiariæ actionis, ut apud *Abbatem in cap. Sicut dignum sub num. 15. de Homicid.*, ibi = *Tamen in defectum principalis, ut quia non reperitur, vel quia non est solvendo, vel ex aliqua justa causa non vult, passus damnum, agere contra eum, puta quia est terribilis Persona, tunc potest agere in Judicio actione de dolo contra eum, qui consilium dedit, argumento Legis primæ ff. de dolo* = Nihilominus tamen, ut ea circumspectione, quam rei gravitas efflagitat, Causa hæc definiri valeat, injunctum ipsi, & Advocato Fiscali fuit, ut diligenter illo considerato, sententiam suam pro veritate dicere deberent.

Aggrediendo igitur quæstionis hujus examen, dubitari posse videretur, an Reverendæ Cameræ, in casu, de quo agitur, competere valeat, nec nè contra Eminentissimum Dominum Cardinalem N. subsidiaria ulla actio pro refectione damni ab eadem passi? Animadvertendum namque est, quod non agitur de irritanda Gratia in præjudicium ipsius Campostani ex capite obreptionis, vel subreptionis, quo casu faciliùs illa revocari posset eo sub obtentu, eaque ex ratione, quod in Chirographo dilucidè, & absque verborum involucro exposita non legantur ea omnia, omnesque illæ circumstantiæ, quæ alioquin verè, ac fideliter expositæ,
1 vel omninò impedijssent Gratiæ concessionem,
vel illam difficiliorem reddidissent; hoc namque casu ex sola inspectione, & lectura Chirographi sufficienter apparere posset, reverà deficere sinceram expositionem facti, fuco dumtaxat adumbrati, ideòque abesse consensum Summi Pontificis, à quo pendebat substantia, & validitas Gratiæ, *Cap. Ad aures, Cap. Postulasti, & Cap. Super literis de Rescript.*, in quibus communiter Canonistæ, *Rota coram bon. me. Ansaldo dec.62. num.15., coram clar. mem. Card. Caprara dec.760. num.12., & coram Eminentissimo Falconerio tom.1. tit.3. dec.7. numer.2., & tit.46. decis.32. num.15.*, Aut saltem in impetrantem translatum diceretur onus per extrinsecas probationes, & quidem concludentes,
manifestè demonstrandi, Summum Pontificem 2
bene de omnibus, quæ in litera Gratiæ reticentur, aliundè certioratum, Gratiam concedere nihilominùs voluisse, *Hostiens. in cap. Cum in cunctis sub numer. 4., & 9. de rescript. in 6., Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst.44. numer.6., clar. mem. Cardin. de Luca de Benefic. disc. 134. num.2., Rot. coram Royas decis. 269. numer. 4., & coram Eminentissimo Falconerio tom. 1. d. tit. 3. decis.2. num.6., decis.7. num.1., decis.10. nu.1. & seq., & in Miscellan. dec.7. n.1., ac decis.87. sub num.5.*

At longè ab isto diversus est præsens casus: Agitur enim contra Eminentissimum præfatum D. Cardinalem, cui à Papa demandata fuerat cognitio, & relatio status dd. controversiarum, quæ pluribus annis agitatæ fuerant inter Rev. Cameram, & Campostanum, quibus probè, ac verè cognitis per relationem ab eodem D. Cardinali sibi faciendam, noscere ipse posset, an concessio dictæ Gratiæ justa omnino, aut saltem non exorbitans, & Rev. Cameræ minimè læsiva futura esset: Pro dirigenda itaque istiusmodi actione subsidiaria contra Relatorem, probandum esset, quod ipse non solùm defecerit in officio, sibi à Supremo Principe injuncto, plura nimirùm reticendo, pluraque minùs fideliter referendo, & denique alia
falsò exponendo, sed quod gravius id dolo ma- 3
lo perpetraverit, ideòque deficiente directa actione, quæ exerceri possit contra Campostanum, in subsidium ipse teneatur. Ejusmodi namque subsidiarium remedium, quod tamquam extraordinarium, si haud facilè admittitur, *lege Si me, & Titium, ubi Soccin., Riminald., Alexand., & alii ff. si cert. petat., Giovagn. cons.72. numer.38. lib.1., Rota in rec. decis.549. num.1. & seq. part. 9. tom. 1., & coram Merlino decis.533. num.27.*; Multò certè difficiliùs locum sibi vindicabit in præsenti casu, in quo illud intentandum est contra Tertium, ad cujus commodum Gratiæ concessionem minimè cessisse dicitur; proptereàque ambigi ne-
quit, quin legitimæ contra eum requirantur 4
probationes pro consequenda emendatione damni, tanquam ejus dolo, & maleficio Reverendæ Cameræ irrogati, ad *Text. in leg. dolum Cod. de dolo, Ruin. cons.109. nu.12. lib.2., Rota coram Buratto decis. 182. num. 22., coram Merlino decis.216. num.3., in rec. dec.557. numer.20. part.12., dec.470. num.5. part. 18., & coram Eminentissimo Falconerio tom. 3. tit. 37., decis.14. sub num. final.*

Hujus verò generis probationes non solùm deficere in nostra hypothesi, sed potiùs excludi videntur ex tenore Chirographi, in quo, tametsi speciatim, & cum omnibus suis cir-
cumstantiis minime narretur totus, & integer 5
rerum status, longusque acerrimæ litis decursus, attamen Summus Pontifex id omne à

præ-

præfato D. Cardinali fideliter adimpletum fuisse testatur. Postquam enim illi injunxisse ait = *Il prendere del seguito in questo affare ogni più esatta, & individua cognizione, per farcene relazione, e darcene una giusta, e piena informazione* = subdit, quod = *avendo da voi stesso accuratamente riconosciuto la serie del fatto, e sopra di essa intesi non solo Monsignor Nicolò Negroni nostro Tesoriere generale, e quei del Supremo nostro Tribunale della Camera, che avete stimato proprio di sentire, ma altri ancora di ciò fondatamente intesi, per abondare in ogni osservabile cautela. Atteso il da voi conosciato, ed a Noi colla solita commendabile vostra attenzione riferito sopra l'esposto negl'atti &c.*, & demum perpetuâ rerum omnium expositione sibi factâ concludit, quod = *ponderatosi da noi maturamente il ponderabile sopra il principio progresso, e presente stato di tale controversia, per darle un'adequato fine, abbiamo stabilito &c.*

Profectò magis solemni testimonio probari, imò majori laude celebrari non poterat fides,
6 & diligentia Ministri in adimplendo ea, quæ sibi à Supremo Principe demandata fuerant. Quamobrem si assertioni Summi Pontificis plenè semper credendum est, ut probatur ex famigerata *Clementina 1. de probation*, ubi magistralis *Glossa*, *Felin. in cap. Cum à nobis num. 7. de Testib.*, *Farinac. quæst. 63. cap. 3. numer. 79. & plurib. seqq.*, *Larrea allegat. Fiscal. 3. sub n. 3.*, *Fragos. de regim. Reipubl. Christian. tom. 2. lib. 1. disput. 1. §. 1. num. 33. & seqq fol. 16. & seqq.*, *Mans. consult. 584. nu. 5.*; maximè verò quando super tali assertione fundatur ejus intentio, hoc namque casu, etiamsi ageretur de facto alieno, nihilominus ex illa præberetur proba-
7 tio saltem præsumptiva, cui standum est, donec contrarium probetur; præsumptio namque illi favens transfert onus probationum in eum, qui contrarium asserere vellet, adeò quidem, ut de eo non docto, immota maneat talis assertio, *Glossa in d. Clement. verb. fecisse narramus*, *Gabriel. commun. conclus. lib. 1. conclus. 2. n. 29.*, *Lancellott. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib. 1. cap. 1. §. 4. num. 3. fol. mihi 77. à terg.*, *Fragos. de regim. Reipublic. Christian. dicto §. 3. sub numer. 35. vers. Non diffiteor tamen*. Multò certè magis hujusmodi Papæ assertio; vim legitimæ
8 probationis habebit, quando eadem, & in casu, de quo agitur, facta est Motu proprio, & ex certa scientia, quia tunc non solùm inducit præsumptionem, sed plenè probat etiamsi agatur de facto alieno, censetur enim Papa id affirmare post diligentem informationem de illius veritate; certius quando idem dicit, se informatum ità asserere, *Fragos. d. §. 3. n. 34. vers. A fortiori credendum est*.

Quæ denique omnia multò magis urgere di-
9 ci possent, quando, ut in præsenti, agitur de sustinenda in Foro merè externo Gratia facta favore Campostani. Quemadmodum enim ambigi nequit, quin Papa illi condonare valuisset integrum ejus debitum; ita etiam dubitandum non est, quin mandare potuerit restitutionem pecuniæ, in satisfactionem dicti Debiti jam so- 10
lutæ, nam licèt faciliùs Creditor remittat, & condonet debitum, quàm solutum, & receptum restituat, ducto argumento a *Textu in Leg. Sed si ego 4. §. Sed, & si tibi ff. ad Senat. consult. Vellejan.*: major tamen ista facilitas, considerari quidem posset respectu Privati, at non etiam respectu Supremi Principis, cujus munificentia latiori, ac benigniori interpre- 11
tatione extendenda est; præsertim vero cum non agatur de præjudicio alicui Tertio inferendo, sed Papa disposuerit de re, ad ipsum, tanquam Supremum Principem, pertinente, & cujus ipse supremum habet dominium, ideòque cum semper præsumatur ex justa causa ita 12
disposuisse, *clar. me. Card. de Luc. de regul. discurs. 148. num 12.*, *Gobb. consult. dec. 50. n. 13. fol. 309.*, *Campell. ad Constitat. Ducat. Urbini in annot. ad Decret. 46. nu. 64. & seqq.*, nonnisi temerè quæreretur, cur ità fecerit, juxta omnium ore tritum effatum, de quo apud *clar. mem. Card. de Luc. loc. mox cit.*, & passim apud alios.

Valdè profectò hæc valere dici possent pro sustinenda Gratia, de qua agitur, ideoque supposita illius validitate, frustra quæreretur, an locus esse queat actioni ulli subsidiariæ contra eundem Eminentissimum, cujus ministerio Summus Pontifex usus fuit pro illius concessione; quippè damnum nullum ex ejus facto, & dolo datum dici posset Rev. Cameræ, ob Gratiam, quam Summo Pontifici ex ejus libera voluntate impartiri placuit: valde, inquam, hæc valere posset; verumtamen, si in hac Causa judicium pronunciandum sit ex solo tenore Chirographi, quod exhibetur, longè plura, & quidem graviora suppetunt argumenta, quibus demonstratur, Summum Pontificem, Facti expositione minùs sincerâ, ac verà, falsisque suggestionibus allucinatum, con-
cessisse similem Gratiam, enormissimè læsivam 13
Rev. Cameræ, ideoque eandem ex defectu consensus, & voluntatis Concedentis, irritam omnino esse, per ea, quæ præter allegata *§. Aggrediendo igitur*, tradunt *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 54. num. 10.*, *Bellamera decis. 392. num. 1.*, *& decis. 474. per tot.*, *Rota coram Seraphino decis. 398. num. 8.*, *coram Remboldo decis. 66. num. 1.*, *in Recent. decis. 14. num. 35. & seq. part. 12.*, *& decis. 235. nu. 16. part. 15.*, ac per consequens Ministrum, qui se gerendo negligentèr, aut non fidelitèr, non solùm Summum Pontificem induxit ad illius concessionem, sed preterea, ut in nostra hypothesi, fuit
liber, & absolutus ejusdem Executor, teneri 14
ad emendationem damni, quod ex tali facto Rev. Cameræ, imò ipsi Supremo Principi illatum fuit, ut ostendetur *§. Commemorare & seqq.*

Ad hujus autem assumpti probationem, manifesta argumenta elici possunt ex universo tenore totius Chirographi, quod sanè quanto magis exquisitis verbis, & expressivis clausulis conceptum est, tantò clariora perhibet signa artis adhi-

adhibitæ pro inducendo Summum Pontificem
prorſus ignarum rei, quæ gerebatur, ad optatam Gratiam elargiendam. Nam, ut patebit ex
nonnullis illius partibus, quas proſequendo hanc
allegationem, referemus, quiſque perſpiciet
quibus coloribus illud delinitum fuerit, ut fuco aliquo juſtitiæ, vel ſaltem æquitatis adumbrata dici poſſet Gratia, qua magis exorbitans,
magiſque patentem læſionem afferens Rev.
15 Cameræ excogitari vix poterat. Verumtamen
quia veritas vi ſua ſe ipſam prodens, nulla arte vinci, nulloque conficto velamine obtegi
poteſt, ſed ipſa omnia vincit, & ſemper manet,
Canon conſuet-*do* 8. *diſtinct*. 8. *Gloſs. in cap.
unic. verb. veritas de Schiſmatic. lib. 6.*, *alia
Gloſſa in Extravag. unic. verb. Veritatem de
offic. Delegat inter communes*, quod ex Iſidoro de ſummo bono celebrat *Afflict. dec.* 253.
num. 7. exclamans = *ò quam magna eſt vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias, & calliditates
ſuperat, quæ contra ficta, ſimulataque figmenta ſe ipſam defendit* = ex eodem idcirco Chirographo patefiunt tùm manifeſtæ contrarietates,
tum etiam nimis aperta artificia, quibus idem
16 extortum fuit, & quæ illico detegunt invaliditatem, & injuſtitiam Gratiæ, contra expreſſam voluntatem Papæ per illud conceſſæ, ut in
ſimili poſt *Decium conſ.* 63. *ſub num. 6. verſ.
Unde inſpecta mente, & Roland à Valle conſ.* 13.
num. 29. *lib.* 1. obſervat *Rot. diverſ. part.* 2. *deciſ.* 160 *num.* 10.

17 Et quidem incipiendo ab illius proemio, ex
quo in quacumque diſpoſitione colligitur mens,
& voluntas Diſponentis, latiſſimè *Menoch. de
præſumpt. lib. 6. præſumpt. 2. ubi num.* 5. *&* 6.
in ſpecie id probat de præfatione, & proemio
Reſcripti, atque Decreti Summi Principis, *Thabor. axiom. Jur. lib.* 14. *cap.* 188. *axiom.* 1. *&
ſeqq.*, tanquam enim demonſtrans cauſam, quà
Diſponens motus fuit ad ita agendum, *Menoch.
dict. præſum.* 2. *num.* 13., *Thabor. loco citato*, dat
intellectum toti diſpoſitioni referendæ ad cau-
18 ſam in illo expreſſam, ut cum pluribus tradit
Bonden. collect. legal. tom. 1. *collect.* 10. *numer.* 37. *& ſeqq.*, *Rota Coram Coccino deciſ.* 2305. *num.* 57. *& ſeqq.*

In noſtra igitur hypotheſi, ſi ex proemio
oſtendente qualis reverà eſſet germana, & ſincera mens optimi Pontificis, inveſtigandum,
ſtatuendumque etiam ſit, qualis certè fuerit ejus
deliberata voluntas; illicò patebit, eundem nequaquam intendiſſe, nulloque pacto ſe conceſ-
19 ſurum fore credidiſſe Campoſtano Gratiam adeo
exorbitantem, ut eſt hæc, de qua agitur. Ille
enim etſi propenſus, ac facilis ad Gratias concedendas, munificentiamque excercendam; nihilominus admonitus ſententià Angelici Doctoris 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 1. *ad* 7. ajentis =
quamvis enim res Eccleſiæ ſint ejus, ut principalis Diſpenſatoris, non tamen ſunt ejus, ut Domini, & Poſſeſſoris = ubi Cajetanus ſingularitèr
dixit = *nota tertiò, quod cum poteſtas Papæ, quoad res temporales Eccleſiæ, ſit poteſtas non Domini, ſed Diſpenſatoris, ut in litera dicitur; conſequens eſt, at plenitudo poteſtatis Papalis circa
Bona Eccleſiæ temporalia non exeat limites poteſtatis diſpenſativæ* = voluit quidem levationem 20
aliquam afferre infortuniis Campoſtani, at nullo pacto mens, & voluntas ejus fuit, prodigendo in illum Bona Rev. Cam., effuſam ullam,
& exorbitantem munificentiam exercere, quà
enorme damnum eidem Cameræ inferretur, ut
apertè declaravit verbis illis = *Deſideroſa la noſtra Pontificia Paterna Clemenza contribuire al
di lui ſollievo per quanto ſia compatibile coll' accurata indennità di detta noſtra Camera* = Quibus profectò verbis indemnitatem hanc anxius
ab eo volitam, atque intentatam fuiſſe, magis,
magiſque oſtendit dictio illa = *per quanta* =, quæ
ſivè accipiatur pro dictione = *in quantum*, aut = 21
quatenus ſive etiam pro alia dictione *quoad*, conditionem inducit, præſertim quando refertur
ad actum non factum, ſed faciendum, illumque limitat, & reſtringit, *Barboſ. de dict. uſufrequ. dict.* 312 *num.* 1. *& ſeqq. & dict.* 326. *num.* 3.
& confirmat etiam illa alia dictio = *accurata* = quæ
exponitur *diligens*, & *ſtudioſa*, ut apud *Paſſerotium*; ideoque in tantum Summus Pontifex 22
levamen Campoſtano impartiri voluit, in quantum ſalva forent jura ſuæ Reverendæ Cameræ.

Eoque certiùs quia noverat, quod iſtiuſmodi diligens procuratio illius indemnitatis procul dubio ad ipſum pertinebat; nam ſi quilibet
temporalis Princeps, ſtudio omni, ac diligentia curare debet publicæ pecuniæ conſervatio- 23
nem, & augmentum = *quoniam Fiſcalis ratio, &
militibus, & Privatis, ipſiſque Templis, & cunctæ Reipublicæ utilis, & neceſſaria eſt* = ut ad Supremos Magiſtratus præſidentes ejuſdem adminiſtrationi reſcripſit *Juſtinianus Novella* 17.
tit. 4. *de Mandat. Princ. cap.* 12., & probat
Mierez. de majorat. part. 4. *quæſt.* 1. *num.* 242. *&*
2444. dicens quod = *Regii reditus dicuntur ſacroſancti, & parati in defenſum Fidei, & Regni* = quem ſequitur *Boler de decoct. Debitor.
fiſcal. tit.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 4., multò certè
ſtrictori obligatione ad hujuſmodi diligentem
illorum procurationem tenebatur Summus
Pontifex, qui ſanctioribus prudentis, & fidelis 24
Adminiſtratoris regulis conſtringitur, ut probatum eſt ex mox relata Sententia Angelici
Doctoris, & ex eo, atque Cajetano tradit *Fagnan. in cap. Quanto num.* 82. *& ſeqq. de tranſlation. Epiſcopor. tom.* 2. *in* 2. *part.* 1. *Decretal.
fol.* 137.; quamvis enim Summus Pontifex,
tanquam Rex, & Princeps temporalis, habeat 25
dominium Ditionis Eccleſiæ, & Provinciarum
ſibi ſubditarum; attamen eædem, uti donatæ
intuitu ipſius Romanæ Eccleſiæ, tanquam ejuſdem Patrimonium, poſſidentur à Papa pro tempore exiſtente.

Propterea piiſſimus Pontifex ſciens, ſe hac
Lege, & obligatione teneri, ne quid inconſultò ageret, & ne improvidè Gratiam ullam impartiretur Campoſtano, quæ eſſet incompatibilis cum accurata indemnitate Rev. Cameræ,
præceperat, ut dictum eſt *§. Hujuſverò gene-* 26

ris

rii = il prendere del feguito in queſto affare ogni
più eſatta, ed individua cognizione per farcene
relazione, e darcene una giuſta, e piena infor-
mazione = quæ quidem tanquam requiſita, &
præmittenda, quando res agenda eſt ſecundum
juſtitiæ, vel æquitatis regulas, *Roland. conſ.15.*
num. 19., & conſ. 33. num. 41. lib. 4., Decian.
conſ.47.num.25.lib.1., Scacc.de Sentent.Gloſſ.10.
num. 23., Bonden. collect. legal. tom.1. numer.7.
Gobb. conſult. deciſ.71.ſub num.137.§.Prædicto-
rum, & num.ſeqq. tom. 1., & tom. 2. conſult. de-
ciſ.50. num. 38. fol. 281. & numer. 42., & ſeqq.
fol. 282., ſuperflua ſanè, ac inutilis penitus
27 fuiſſet, ſi actum meræ liberalitatis exercere
voluiſſet; in illo enim ſola ejus voluntas pro
ratione ſtetiſſet, quia, ut dictum eſt *§. Quæ deni-*
que omnia, quando agitur in Foro externo, nemo
ei dicere poterat cur ità facis?

Autumavit autem Summus Pontifex, Mi-
niſtrum, cui negotium commiſerat, rectiſſimæ
menti, ac voluntati ſuæ obſequendo, verè a-
bundaſſe = *in ogni oſſervabile cautela* = ideoque
credens ex diligenti informatione, ac facti ve-
ra, & ſincera relatione (ut figuratur verbis dicti
Chirographi ſupra relatis) ſibi facta, ſe ple-
nè, & adamuſſim dè hujuſmodi gravis negotii
ſtatu edoctum eſſe, ait, quod = *ponderatoſi da*
Noi maturamente il ponderabile ſopra il prin-
cipio, progreſſo, e preſente ſtato di tale contro-
verſia, per darle un adequato fine, abbiamo ſtabi-
lito, e determinato, come di noſtra certa ſcien-
za, e con pienezza della noſtra volontà, e Ponti-
ficia autorità ſuprema ſtabiliamo, determiniamo,
e vogliamo, che ſenza ulteriore protrazione, e
replica, reſti così prontamente il tutto compoſto,
ultimato, ed eſeguito.

Antequam ad graviora pergamus, fas nobis
ſit obiter animadvertere, an hæc omnia, prout
expoſita leguntur in dicto Chirographo, care-
ant nec nè juſta ſuſpicione? Quod nimirum
conficta fuerint, pro fuco aliquo circumlinien-
da Gratia, quæ per ſe ipſam illicò injuſta, &
Rev. Cameræ enormiſſime præjudicialis dete-
cta fuiſſet. Venia itaque nobis detur, ſi ut mu-
neri noſtro ſatisfaciamus, & nè ulla ex parte in
iis, quæ ratio Cauſæ poſtulat, deficiamus, di-
xerimus, ad memoriam revocandum eſſe agen-
di modum, quo frequenter negotia illo, de quo
agitur, longè etiam graviora, mira facilitate ex-
pediebantur. Quis enim ſuadere ſibi poterit,
primarium illum Miniſtrum, cui mandatum
fuerat = *il prendere del ſeguito in queſto affare*
ogni più eſatta, ed individua cognizione = id per-
feciſſe ea commendabili attentione, abundan-
do videlicet = *in ogni oſſervabile cautela* = quæ
celebratur in Chirographo; quando alioquin
agebatur de re adeò gravi, & Cauſa adeò invo-
luta, quæque tot annis fatigaverat cuncta ferè
Tribunalia fiſcalia Urbis; cujus ſanè exacta, &
individua cognitio ſinè maximo labore, cum ha-
beri nequiviſſet à maximo quoque, & peritiſ-
ſimo Juris conſulto; quonam pacto facilè habe-
ri potuit à tanto Miniſtro, quem conſtat, præ-
ter alia graviora negotia, quibus detinebatur,
mala valetudine identidem impeditum, illi 28
dumtaxat recuperandæ, abjectis omnibus aliis
curis, operam omnem impendiſſe; quamobrem
ſi ob haſce cauſas fortè obtenderet ſe coactum
fuiſſe aliena uti opera, & alterius fidei ſeſe cre-
dere, ſibi imputare deberet malum omne indè
ſecutum, quia Summus Pontifex ejus pruden-
tiæ, ſolertiæ, ac curæ rem perficiendam com-
miſerat, ut infra probabitur.

Et rurſus ſecum quiſque reputet, quo veritatis
colore in eodem Chirographo dici potuerit,
quod = *ponderatoſi da Noi maturamente il pon-*
derabile ſopra il principio, progreſſo, e preſen-
te ſtato di tale controverſia per darle un adequato
fine &c. = quando unicuique conſtat, quod piiſ-
ſimus ille Pontifex quanta religione, pietate, ac
zelo curabat ea omnia, licèt minima, quæ per-
tinebant ad Cultum Divinum, Eccleſiæ regi-
men, & Paſtorale officium, miniſterium, ac
Eccleſiaſticam diſciplinam, nè ab his, ſeſe
aliis immiſcendo, diſtraheretur, tanto alienatior
erat à rerum temporalium adminiſtratione, qua-
rum idcircò curam committebat fidei Miniſtro-
rum, præſertim aſſiduè ipſi adſtantium. Quæ
omnia, ob maximam inveriſimilitudinem, fal- 29
ſitatis ſpeciem præſeferentia, *Cap. Quia veriſi-*
mile de præſumpt. cum ibi notatis per Scribentes,
Spada conſ. 122. num. 3., & conſ. 161. num.36.
lib. 1., Rot. in Rec. deciſ.162.num 16. part. 15., &
coram clar. me. Card. Caprara deciſ. 42. num.8.,
licèt innuiſſe libuerit, nihilominùs tamen illa
Sapientiſſimorum, ac Eminentiſſimorum Pa-
trum, quibus cuncta notoria ſunt, prudentiæ,
perpendenda relinquimus.

Sed ad rei, & Chirographi examen redeundo,
ut patet ex iis quæ ſuperioribus locis animad-
verſa ſunt, ex illo duo tanquam certò ſuppo-
nenda habemus. Primum, quod Summus Pon-
tifex optavit quidem levationem præbere Cam-
poſtano, ſed *per quanto ſia compatibile coll'accu-*
rata indennità di d. noſtra Camera. Alterum, quod
ut id perficere poſſet, accuratè tamen providen-
do incolumitati ſuæ Rev. Cam., præfato D. Car-
dinali, primarij Miniſtri partes omnes gerenti,
commiſit = *il prendere del ſeguito in queſto affa-*
re ogni più eſatto, & individua cognizione =
Ut autem probatum eſt *§. Propterea piiſſimus*,
hæc ita procedendi ratio, prævia videlicet dili-
genti rei cognitione, atque individua informa-
tione ſibi referenda, quam adeo exactè cap-
tam fuiſſe credidit, ut abundatum putaverit = 30
in ogni oſſervabile cautela = hæc, inquam, ita
procedendi ratio, utpotè præſeferens volunta-
tem sè conformandi ad juſtitiæ, & æqui boni-
que regulas, manifeſtè excludit voluntatem im-
partiendi Gratiam, irreparabile damnum illatu-
ram publico Ærario, cujus indemnitatem in
primis velle Summus Pontifex proteſtatus fue-
rat.

At fruſtrà, juſtiſsimis enim ejus votis mini-
mè reſpondent ea, quæ in executionem Chiro-
graphi, ab ipſo extorti, perpetrata deinde fuere.
Nam quemadmodum patet ex Facti expoſitio-
ne, minimè hic repetenda, poſt declaratam vali-
dita-

ditatem carcerationis Campoſtani, conſulto priùs Summo Pontifice, fan. videlicet mem. Clemente XI., ſecutæ, creditum Rev. Cam. tanquam jam probatum confeſſione ipſius Debitoris, pluribuſque ſolemnibus Judicatis confirmatum, & demum conſtabilitum Concordia judicaliter ordinata, atque approbata ſpeciali Chirographo ipſius ſanctæ mem. Benedicti XIII., cujus vigore ad commodum Rev. Cameræ, unà cum fructibus reſignata fuerunt Loca Montium ejus favore attergata; creditum, inquam, hoc colure nullo in dubium revocari poſſe videbatur.

At nihilominùs perinde ac ſi ageretur de credito penitùs inſubſiſtente, poſthabitis tot Judicatis, ipſo approbante Benedicto XIII., plenariæ executioni demandatis, præcipitur in d. Chirographo, quod Rev. Camera reſtituat Debitori totum id, quod pro ſatisfactione crediti ſui certi, & indubitati, juſtè, legitimè, ac Juris ordine ſervato conſecuta fuerat: liberè prætereà illi dimiſsis reliquis Bonis, & capitalibus, quæ pro conſecutione reſidui ſub ſequeſtro ad inſtantiam ejuſdem Cameræ detinebantur, & demum decreto, quod non extantibus amplius Locis Montium Debitoris, pecuniiſque ex illorum reſignatione conflatis: caſſatis, irritatiſque aliis Chirographis ſuorum Prædeceſſorum Clementis XI., & Innocentii XIII. imò etiam poſtremo à ſe edito, quorum vigore ſecuta fuiſſet dd. Locorum Montium reſignatio, pro reintegratione Campoſtani, quatenus opus eſſet, novum debitum à Rev. Camera contraheretur, addendo videlicet alia Loca Montium alteri Monti Camerali, ibi = *Che s'abbiano per totalmente annullati* = Pontificia videlicet Chirographa = *caſſati, ed aboliti, come gl'annulliamo, caſſiamo, & aboliamo, e vogliamo, che s'abbino, come ſe non foſſero già mai ſtati ſeguati; ſe gli diano, aſſegnino, e conſegnino altrettanti Luoghi di Monti Camerali, quando anche per fare tale reintegrazione, aſſegna, e reſtituzione faccia di biſogno aggiungerli ad un'altro Monte Camerale* = deque pluribus in eodem Chirographo repetitum legitur.

Profectò nè illicò detegeretur evidens, & aperta illius injuſtitia, omitti debuiſſet, Summum Pontificem, enixè optantem indemnitatem Rev. Cameræ, pro eadem farcta, tectaque ſcienda ponderaſſe = *maturamente il ponderabile ſopra il principio, progreſſo, e preſente ſtato di tale controverſia* =, & quidem vigore relationis, quæ, ab indando = *in ogni oſſervabile cautela* = illi facta dicitur, quando hæc omnia mera commenta eſſe, demonſtrat Factum vigore dicti Chirographi ſubſecutum, incompatibile prorsùs cum incolumitate Jurium Rev. Cameræ; cui ſi non concordatio Facti, non confeſſio Debitoris, non Supremorum Tribunalium Judicata, non denique illorum executio facta, approbata, imò demanda-
31 ta vigore alterius præcedentis Chirographi ipſiuſmet Benedicti XIII. pro ſuſtinendo ſuo vero, atque indubitato credito, ſuffragata fuerunt, maxima proculdubio cum injuſtitia enormiſſimè læſa dicenda eſt, dum ipſa illo ſpoliata, coacta inſuper fuit ſe novo debito ſubjicere, ut fraudolentus, ac doloſus Debitor ipſius pecuniis locupletaretur, quod inveriſimile prorsus eſt, volitum fuiſſe à Papa, quemadmodum *ex Cap. locupletari de regul. Jur. in 6.*, benè ad rem arguit *Spada conſil. 296. numer. 9. lib. 3.*

Ut enim hæc omnia ritè rectèque facta, ac juſtè imperata dici valuiſſent, demonſtrandum certè eſſet, cuncta ea, quæ perpenſo = *il principio, progreſſo, e preſente ſtato di tale controverſia* = in dicto Chirographo decreta fuerunt, juſtè quidem decreta fuiſſe, ob apertam nimirùm injuſtitiam eorum, quæ contra Campoſtanum acta fuerant; & de hac porrò injuſtitia Summo Pontifici conſtitiſſe, vel ex relatione in Chirographo ipſi facta, vel ſuppoſito, quod de illa ex tali relatione eidem conſtare nequiviſſet, aliundè tamen de ea appariuſſe; ita ſanè ut ambigi hodiè non poſſet, Campoſtanum tot Bonis injuſtè ſpoliatum fuiſſe ob credita penitùs inſubſiſtentia, & nonniſi injuſtè, ac perperam à Supremis Tribunalibus Collegialibus toties canonizata; hoc namque caſu ex æqui, bonique ratione ſuſtineri poſſet [parum curatis defectibus, qui adversùs expoſitionem negotii 32
factam in dicto Chirographo, opponi poſſent] attendendam magis videri rei veritatem, juſtam, & validam reddentem Pontificiam Gratiam, ad notata per *Baldum in leg. 1. in princip. ff. de dolo, Decian. reſponſ. 46. num. 86. & ſeqq. lib. 2., & reſponſ. 3. num. 251. lib. 4., Afflict. ad Conſtit. Regn. lib. 1. rubr. 45. ſub n. 63., Bonden. collectat. legal. tom. 2. collect. 32. ſub num. 193. & ſeq.* At cum in Chirographo tanquam injuſta revocanda eſſe non declarentur dicta ſolemnia Judicata, multò verò minùs hodiè conſtare valeat de illorum injuſtitia, dicendum idcircò eſt, defendi nequaquam poſ- 33
ſe Gratiam, de qua agitur, utpotè penitùs incompatibilem = *coll'accurata indennità della noſtra Camera* = quam in primis velle Summus Pontifex profeſſus fuerat.

Neque verò obeſſe poteſt, quod ſi ceteroquin ex toto contextu, & Chirographi diſpoſitiva perſpici revera poſſet, ipſum vigore illius qualiſcumque informationis à Miniſtro captæ, & relationis ab eodem ſibi factæ, huic negotio imponere omninò voluiſſe finem eum, quem illi dedit; obſequeodum eſſet certæ Supremi Principis voluntati, parvique faciendum id, quod in aliqua dicti Chirographi parte; præſer- 34
tim verò in proemio legitur, ex quo rectè quidem datur intellectus ſequenti diſpoſitioni quando tamen illi non reſiſtunt verba diſpoſitivæ, aliud clarè ſtatuentia, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. d. præſumpt. 2. num. 15., & ſeqq.* ſe ipſum allegans *in conſ. 999. num. 23.* hoc namque caſu, locum ſibi vindicat contraria regula, quod vi- 35
delicet in concurſu magis diſpoſitiva quam præfatio attendenda ſit, *Rot. coram Benincaſa deciſ. 334. num. 6.*

Quamquam enim id verum ſit, ac ultrò admit-

mitteretur, quando certò constaret de ejusmodi Supremi Principis deliberata voluntate, quæ tamen (remotà penitùs suspicione omni circumventionis, qua ille seductus dici posset) manifesta esse debet, eo quod præsumi nequaquam possit, illum, qui, ut probatum est *§. In*
36 *nostra igitur & seqq.*, tenetur publicæ pecuniæ diligentem curam gerere, imprudenter prorsus, & absque ullà justà, ac legitimà causà in sui, & Cameræ suæ præjudicium concedere velle Gratiam, enormissimam secumferentem læsionem, *Leg. nec damnosa Cod. de precib. Imperat. offeren.*, *Menoch. cons.1007. num.4.*, *Farinacc. quæst.6. sub. num.33. propè fin.*, *Larrea alleg. fiscal.43. num.10. in fin.*, *Afflict. decis.307. num.22.*, *Gobb. consult.decis.99. num.35.tom.1.*, adeo quidem ut in dubio capi debeat interpretatio quævis exclusiva voluntatis præjudicandi sibi, suoque publico Ærario, ut probant mox
37 allegatæ authoritates; Maximè verò quandò id vergeret in favorem fraudolenti Debitoris, malè versati in contrectatione publicæ pecuniæ, ideoque potiùs digni pœnà, quàm favore, ad notata per *Farinac. quæst.26. num.5.*, *Scannarol. de Visitat. Carcerat. lib.3. §.7. cap.3. n.28.*, *& §.9. cap.4. n.1.*, *Rot. in Recen. dec.62. n.3.*, *& seq. par.17.*, *& cor. bon. mem. Ansaldo dec.33. num.18.* Multò porrò clarioribus probationibus hæc manifestà voluntas demonstranda esset in nostra hypothesi, in qua pro illa excludenda non solùm urget mox dicta præsumptio, verùm, quod magis est, Optimus Pontifex adeò conceptis verbis, & clausulis protestatus fuerat
38 nolle quidquam agere in præjudicium Rev: Cameræ; ideoque nè incautè in id prolaberetur, mandaverat d. primario suo Ministro, quod post exactam, & individuam rei cognitionem, cuncta sibi verè, ac sincerè referret, ut deliberare posset id, quod sibi licere, & expedire novisset.

Quapropter docendum quoque preterea esset, Ministrum, cujus fidei negotium, de quo agitur, demandatum fuerat, omnis prorsus negligentiæ, & culpæ expertem, nedum adimple-
39 visse cuncta ea, quæ ratione sui amplissimi ministerii generaliter ipsi incumbebant: Verùm multò diligentius perfecisse illa alia, quæ vigore Legis, & formæ sibi præscriptæ in speciali Commissione, eidem data, præcisè injuncta fuerant, adeo quidem, ut si in his defecerit, emendare teneatur damnum omne, quod evenit publico Ærario, tanquam ex ejus facto, & culpa illatum, ut illico patebit perpendendo ea, quæ in hoc negocio præstanda ab ipso erant.

Commemorare hìc omitto curam eam, quæ illi, veluti primario Ministro, inhærebat; Quantò namque major, amplliorque à supremo Principe effectus fuerat, eò fideliorem operam ipsi
40 rependere tenebatur, ex præclara sententia Justiniani *in authentica de Prætore Thraciæ in fin. Novella 26.* dicentis = *Propterea enim per majores erogationes eos ampliores efficimus ut, & ipsi Subditos nostros undique conservantes &c. ipsi hanc nobis factis remuneratianem reddant* = quæ remuneratio reddenda præcipue erat in procuranda incolumitate Apostolici Ærarii, quod nedum Subditorum, sed omnium in toto Orbe Christiano laborantium præsidium esse, fate- 41
tur *Thomas Stapbeltonius de magnitudine Ecclesiæ lib.2. cap.10.* & dictum est *§. In nostra igitur, & seqq.* Neminem namque latet, jura nostra admonere, nihil in illis curæ prætermittendum esse, ut in *Authent. de Proconsule Cappadociæ Novell. 30. §. Sed, & ipsum Urbem, in Authen. de Moderatore Arabiæ §. Hæc nos in Authen. de mandat. Princip. §. Oportet*, *& in Authen. Ut Judices sinè quoque suffragio §. Eos autem novell.8.* An autem diligentissima hæc cura ab hoc supremo Ministro habita fuerit in præsenti negotio, quisque secum reputare poterit, inspectà substantià gratiæ, enormissimè lædentis Rev: Cameram.

Id, inquam, omitto, quia longè gravior, strictiorque erat obligatio, eidem incumbens, 42
tanquam in re, de qua agitur, habenti qualitatem tum specialis Mandatarii, ibi = *Commettessimo à voi con nostro special Rescritto &c.* tum etiam, quod magis est, executoris deputati, cujus fidei in totum mandans sè commiserat. Nàm
si ea est lex cujuscumque alienæ rei administra- 43
tionis, ut sivè hæc demandata, sive ultrò suscepta reperiatur, nihil in ea neglectum, aut declinatum, culpà vacet, *Leg. In re mandata 21. Cod. mandati*, *& Leg. Si mater tua 24. Cod. de usur.* quantò magis, rejectis prorsus frivolis, inanibusque diligentiis, tanquam nullo prorsus numero habendis, *Mans. consult.619. num.10.*, *Constantin. ad Statut. Urb. annot.51. num.34.*, *Adden. ad Buratt. decis.64. num.15.*, quem sequitur *Rot. coram Card. Cerro dec.364. num.6.*, *& coram Eminentissimo Falconerio in Miscell. decis.10. num.4.*, quantò, ut dicebamus, magis ejusmodi Lege tenebitur Mandatarius is, cui certà prescriptà formà, speciale datum est mandatum; omnium namque consensu receptis regulis edocemur, ab illo, qui inter plures, tanquam magis solers, & diligens ele-
ctus, suscepit mandatum, adeò adhibendam esse 44
exactissimam diligentiam, ut etiam de levissima culpa teneatur, per *Text. in leg. si Procuratore 13. vers. omnem*, *& ibi Cynus post Glossam*, *& in d. Leg. In Re mandata, ubi Bartolus Cod. Mandati, idem in Leg. quod Nerva numer.31. ff. Depositi*, & in repetitione *d. legis quæst.9.*, *Bald. in Leg. Pignus Cod. de Pignorib.*, *Alciat. in Leg. Magna negligentia 226. num.8.*, *& 37. ff. de verbor. significat*, optimè *Dyn. in regula Contractus 85. num.3. de Regul. Jur. in 6.*, *Soccin. Sen. cons.2. num.13. vol. primo*, *Menochius cons.1194. num.7.*, & egregiè firmant *Paris. cons.123. num.4.*, *& 5. lib primo*, *Alexand. cons.47. sub num. primo litt. D. lib. primo*, *& cons.41. num.6. lib.3.*, *Rovit. dec.36. num.19.*, *& Urceol. decis. Florent.21. num.12. & 13.* Quapropter, si in eo, à quo vigore ejusmodi specialis commissionis diligentia omnis
expectabatur, negligentia nulla est sinè culpa, 45

Joan. Barcholt. super Institut. tit. quibus modis contrahatur obligatio §. Commodatum num. 4. tit. de locat. & conduct. §. Qui prò usu num. 2., & tit. de obligationibus, quæ ex quasi contractu nascuntur §. Igitur num. 5., & levissima quoque culpa illi imputatur, ut notat Althus Dicæolog. lib. primo cap. 11. num. 17., docere procul dubio debet, nullas omisisse diligentias, circa talem
46 actum sibi demandatas, Rota post Zacch. de obligat. Cameral. dec. 527. num. 4., & seqq., & post Cenc. de Censib. decis. 479. num. primo, & seqq., in Recent. decis. 141. num. 6. part. 12., & decis. 390. num. 23., & seqq. par. 15., ne alioquin illis non probatis præsumatur negligentia, Becc. cons. 105. num. 26., Rota coram Royas decis. 445. num final., ob quam ejus periculo cedat damnum omne indè proveniens, Rot. coram Royas decis. 282. num. 25., coram Card. Cerro dec. 67. num. 5., in Recent. decis. 390. num. 32. part. 9., decis. 354. num. 6. part. 16. quod idcirco farcire teneatur, Golin. de procurat. part. prima cap. 2. num. 10., bon. mem. Ansaldus de commerc., & Mercat. dis. 62. num. 48., & seq., Manent. decis. 54. num. 39. num. 41., & 56., Rota in Recent. decis. 221. num. 20. part. 16., coram Eminentissimo D. Card. Falconerio tom. primo tit. 17. decis. 15. num. 3. ejusmodi verò diligentia, & quidem abso utissima, tanta religione confe-
47 rendi est ab eo, cujus fidei negotium aliquod specialiter commissum est, ut nec etiam prætextu ignorantiæ excusari valeat, Rota coram Crescentio decis. 10. num. 11., & seq. tit. de dolo, & contumac., Barz. decis. Bonon. 13. num. 14., ibi = Adeo quod etiam ex capite ignorantiæ se tueri non poterant, quia cum versemur circà ea, quæ diligentem requirunt investigationem, talis ignorantia non admittitur, nisi constet de diligenti inquisitione, Bald. in leg. 1. &c., & nu. 16., ibi = Et obligatus investigare, non potest &c. ex ea se tueri, cap. Innotuit, & ibi Glossa in verb. ignorantiam in elect. = cum pluribus ibidem allegatis.

At verò si Minister, & Mandatarius sit obnoxius damni reparationi ob solam omissio-
48 nem illius diligentiæ, quæ vigore specialis Mandati, ab ipso suscepti, adhibenda erat: quantò magis ad eam præstandam obstringetur is, qui, ut in nostra hypothesi, post à se captam = la più esatta, & individua cognizione &c., ut habetur ex Summi Pontificis assertione relata §. Hujus verò generis, quæque propterea ab illo impugnari nequiret; consilio nihilominus, & opera author fuit, & causa, imo etiam executor Gratiæ, quæ cognità rei veritate, cuilibet illicò apparuisset injusta, & Rev: Cameræ evidenter læsiva: hoc namque casu, non ex sola culpa in omittendo, sed in committendo, ex pravo nempè consilio, & opera irrogatum dici debet damnum, quod idcirco à Consiliario, & executore farciendum est, ad tradita per Glossam in Canone Si quis Viduam 8. distinct. 50. in Canon. mihi autem 11. caus. 22. quæst. 2. ubi quod
49 quandoque plus tenetur consulens, quam faciens, Glos. in Canon. Si quis iratus 22. distinct. 5. de pænitent. in 3. part. Decreti, & ex Divo Thoma 2. 2. qu. 62. artic. 7. ad 1. habetur in annotat. ad Abbat. in cap. Sicut dignum sub litt. I. de Homicidio ibi = Hoc etiam intelligitur ex quo consecutum est damnum, vel probabiliter creditur, tunc enim Consiliarius tenetur in solidum = Malum quippe consilium pessimum esse debet ipsi Consulenti, Tholosan. de republic. lib. 23. cap. 3. num. 6., Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 4. cas. 351. in fine, benè Leotard. de usur. quæst. 94. num. 60., ubi respondendo contrariis ità loqui-
tur = Neque est contrarium, quod dicitur, nemi- 50
nem ex consilio obligari ex d. Leg. 2. ff. mandati, hoc enim accipimus, ut non teneatur ei; cui consilium dedit &c. quia unicuique liberum est explorare, an expediat sibi consilium d. Leg. 2. ff. Mandati, & ità sentiunt Petr. Navar. &c., tenetur tamen ei, in cujus necem, & perniciem consilium dedit, Leg. &c., Bonaccina Oper. moral. tom. 2. disput. prima de restitutione in genere quæst. 2. punct. 7. proposit. prima num. 2., Layman. theolog. Moral. lib. 3. tract. 2. cap. 5. sub numer. 4. §. Circà priorem, dicens, maximè id procedere contra eum, qui ratione muneris,
aut suæ peritiæ, vel ex alia simili circumstantia 51
rectè consulere tenebatur, dat nihilominus pravum consilium, quæ porro obligatio non solà positivà Lege, sed naturali ratione, & jure pravo Consiliario injuncta dici debet, ut præter Hugonem Grotium sequent. §. allegandum, habetur etiam ex Pufendorfio de Jur. natur. & gent. tom. primo lib. 3. cap. primo §. 2. dicente = ex hocce porrò præcepto consequitur, si cui ab aliquo læsio sit illata, damnumque datum ullo modo, qui ipsi rectè potest imputari; Id, quantum ejus fieri potest, ab eodem esse farciendum. Cum alias vanum sit præcepisse, nè alter lædatur, si ubi de facto is læsus fuerit, damnum ipsi gratis sit devorandum, & qui læsit, fructu suæ injuriæ, & citrà refusionem gaudere queat. Neque enim citrà necessitatem restitutionis abs se invicem lædendis pravitas Mortalium unquam abstinebit, nec quo damnum passus est, ei facile fuerit animum ad agendum cum altero pacem, componere quandiu istius reparationem non obtinuerit = ibique Barbeyrac. in notis num. primo dicens, id locum habere sivè directa voluntate, sivè indirectà contribuatur actioni, quà damnum infertur.

Malum igitur consilium, si ut proximo §. dictum est ex Tholosano, pessimum debet esse Consulenti, ideòque illum obligare ad emendatio-
nem omnis damni, ex tali consilio profecti, po- 52
tiori certè jure, prætèr alias pœnas, ejusmodi obligatione tenebitur Supremi Principis Consiliarius; ut enim rescripsit Innocentius III. Aragoniæ Regi in cap. Quanto 18. de jurejurand., non Consiliarius, sed deceptor is fuisset: Consiliarii namque Supremorum Principum munus, & obligatio est justa consulere, & toto conatu injusta dissuadere, Abb. in d. cap. Quanto 18. antè num. 1. = & hoc ideò, quià officium Consiliariorum est justa consulere, undè ex consilio fraudolento quis tenetur = idem in cap. Sicut dignum 6. sub num. 15., latè rem explicans, de homi-

homicidio, *Hug. Grot. de Jur. bell., & pac. lib.3. cap.10. §.4.*, ubi hæc tradit = *ad restitutionem autem tenentur, secundùm ea, quæ generaliter à nobis explicata sunt, Belli authores, sivè potestatis jure, sivè consilio, de his scilicèt omnibus, quæ Bellum consequi solent etiàm de insolitis, si quid tale jusserunt, aut suaserunt, aut cum impedire possent, non impediverunt* = ea autem, quæ generaliter alibi à se explicata dicit, habentur *lib.2. cap.17. §.1.* ubi maleficium appellans = *culpam omnem sivè in faciendo, sivè in non faciendo pugnantem cum eo, quod aut hominum communiter, aut prò ratione certæ qualitatis* (quod *qualitatis* verbum explicat ipse in notis *lit.E.* videlicet *personæ quam gerunt*) *facere debent; ex tali culpa obligatio naturalis oritur, si damnum datum est, nempe ut id resarciatur* = *ibique Thesmerus lit. A.* probans, ex tali culpa obligationem naturaliter oriri; optimè, & latè *Cabedo decis. Lusitan.74. part.2.*, in qua postquàm demonstraverat, munus Consiliariorum Principum esse justa consulere, & conatu omni injusta dissuadere, & denique nedum verbo, sed scripto etiàm, & protestatione illi resistere, rem prosequens, pœnæ remotionis, ejusmodi pravis Consiliariis infligendæ, adiicit illam reparationis damni passi = *Item si propter malum eorum consilium aliquod damnum illatum est, tenentur in foro exteriori, & conscientiæ illud resarcire, Panormit. in cap. Sicut dignum &c. quià licèt quis propter consilium non dolosum regulariter non teneatur, cap. Nullus de regul. Jur. in 6.; secùs tamèn est in eo, qui ratione officii tenetur consulere; nàm is ratione consilii, etiàm non dolosi, tenebitur, Leg. 2. ff. quod quisque Juris, & ibi Glossa Paulus, & Alexander* = idque etiàm docuit *Layman. in superiori §. allegat.*, Et demùm ex qualitate obligationis injunctæ officio Consiliarii inferens rationem, ob quam idem tenetur ad sarciendum damnum ex pravo consilio profectum, ait = *præsumitur, quod aut ille dedit malum consilium, quod Princeps sequutus est, Leg. Quoniam &c. vel etiàm quod non conatus est eum avertere à malo consilio, propter quod in dolo esse censetur, Leg. Si Procuratorem &c.* Quanto autèm gravior in noxa erit Minister ille, qui non solùm non improbavit, sed fuit author pravi consilii, & ut superiùs dicebamus, promptus, & alacer executor Rescripti, in manifestam publici Ærarii perniciem cessuri, neglecta prorsùs Cæsarea *Justiniani* sanctione, qua Supremi Ministri, &
53 Magistratus ità admonentur = *Si verò hujusmodi in scriptis jussio publicum respicit, inquirat eam, & siquidem non lædatur Fiscus, quæ in ea comprehensa sunt, adimpleat. Si verò ad læsionem est Fisci, nihil super ea omninò agi, nuntiare verò nobis primùm, ut secunda nostra fiat de hoc jussio* = & tradit *Alfaro de offic. Advoc. Fiscal. gloss. 16. privil.26. num.120. in fine*.

Haud verò sola præsumptio suspicione perstringeretur; sed apertà culpà contaminaretur Consiliarius ille, qui non ignarus qualitatis Gratiæ, quæ petebatur, fortè noscens, à Princi-

pe denegandam, si ipsi verus negotii status, & circumstantiæ omnes sincerè, ac dilucidè expositæ fuissent; attamen, ut eum ad illam concedendam induceret, rem minùs fidelitèr exponendo, revera fuerit causa, quod ex pravo ejus consilio grande detrimentum publicum Ærarium acciperet, semper namque damnum tribuendum est Ministro illi = *qui aùt non dissuadet cum debeat, aut factum reticet, quod notum facere debebat* = *Hug. Grot. de jur. bell., & pac. lib.2. d. cap.16. §.9.*, imò ut ibi annotat *Thesmerus lit. A. verb. dissuadet* = *licet dissuadeat, factum tamen reticeat* = & latius mox dicetur. 54

Ità sanè rem se habere in casu nostro in dubium revocari minimè posse videtur: nàm si inspiciendum dumtaxàt sit Summarium exaratum in calce Chirographi, de quo agitur, confecta planè res erit: quippè illud ità se habet = *Vostra Santità avoca à sè stessa, ed estingua tutte le cause, liti, e controversie vertenti trà la Rev. Camera Apostolica, e Gio: Battista Campostano stato Appaltatore della Tesoreria di Ferrara dal primo Gennaro 1712., fino alli 3. Maggio 1719., imponendo alle Parti un perpetuo silenzio; commette al Reverendissimo Cardinal Coscia la totale, e pronta esecuzione della Concordia, perciò da Vostra Santità stabilita* = Deindèque subiiciuntur ea tantùm omnia, quæ favore Campostani in apertam perniciem Rev: Cameræ ab Executore perficienda erant. Cùm autèm Summo Pontifici solummodò legatur Summarium, continere debens substantialia concessionis, aut dispositionis factæ in Chirographo, & Supplicationibus, quæ eidem per Ministros signandæ proponuntur, juxtà omnibus notam praxim, de qua testatur *Paris. de resignat. lib.8. quæst.1. num.19., & seqq., cl. mem. Card. de Luc. de regul. disc.200. num. primo in fine, & disc.202. num.10. in supplem. par.1., Rosa de execut. Literar. Apostol. par.1. cap.1. num.6., & seqq., Rota in Bononien. Proxenetices 14. Januarii 1715. §. Suggestio autèm coram bon. mem. Cerro*; quisque secum reputare poterit, an ex eo Summo Pontifici innotescere potuerit substantia, & qualitas Gratiæ, ab ipso faciendæ sub colorato nomine transactionis, cujus validitas proculdubio pendebat à gravissimis, & maximà notà dignis facti circumstantiis, quæ plenè, & perspicuè eidem patefaciendæ erant. 55

Ad hujusmodi namque actum eatenùs se devenire velle declaravit Summus Pontifex, quatenùs idem compatibilis esset cum indemnitate Rev: Cameræ, propereaque, ut antequam quicquam decerneret, probè id noscere posset; quemadmodum totiès dictum est, injunxit primario Ministro, specialiter à sè deputato, quod omnem magis exactam negotii, de quo agebatur, cognitionem caperet, sibique referret. Si igitur idem Summus Pontifex, nonnisi vigore relationis, sibi ab illo factæ, ibi = *attesa il da voi conosciuto &c.*, ut latiùs ex Chirographi verbis relatis §. *Hujus verò generis*, ad rem perficiendam motus fuit, quod si in relatione hac

56 facienda Minister defecit, aût falsa exponendo, aut vera reticendo, vel sub involucro verborum illa innuendo, Gratiam tamquam obreptitiè, & subreptitiè extortam, corruere necesse sit, & quidem ex defectu consensus, ut de expressione falsi disponitur *in cap. super literis de rescript.*, *& in cap. Avaritiæ de elect. lib.6. Rot. coram Emo Falconer. tom.1. tit.3. decis.1. num.17.*, & frequenter apud alios; Sicuti etiam nullatenus fallenda est conscientia Principis, eidem minimè exponendo omnia clarè, & nitidè, nè alioquin circumventus dicatur, *Cap. Constitutus 19. de rescript.*, *Salgad. in Labyrint. Credit. par.1. cap.75. num.16.*, *& seq.*, *Larrea allegat. Fiscal.91. num.10.*, *& seqq.*, *Gobb. consult. decis. tom.2. consult.50. nu.25. fol.329.*, *Rota coram Emo Falconer. tom 2. tit.25. dec.12. num.9.*, *& 13. & tom.3. tit.46. dec.32. nu.14.* = *Neque enim*, ut loquitur *Lotter. de re benefic. lib.2. quæst.54. num.48.*, *minus vitiat Rescriptum obscura, & involuta expressio, quàm narrandorum totalis omissio*, = ad id allegans *Mandos.*, & ex *Innocentio* notat *Pirr. Corrad. in prax. dispensat. Apostol. lib.7. cap.4. sub nu.54. Rosa de Execut. Litter. Apostol. lib.1. cap.5. num.17.*, *Piton. discept. Eccles.48. num.10.*, eoque certiùs, quando id commissum, vel
57 omissum reperiatur à persona, quæ tanquàm Minister, sivè ejus Consiliarius, sinceram veritatem Principi omninò pandere teneatur, *Grammatic. Vot. 32. sub num.9.*, latè *Maraviglia in Ethicopolitica*, *seù de multiplici rerum statu leg.85.*, quos refert, & sequitur *Bonden. collect. legal.46. num.72. tom. primo*, aliique allegati *§. At vero, & sequen.*

Relatorem in his omnibus muneri suo procul dubio defecisse nedum probatur ex brevi illo sermone, quo conceptum est dictum Summarium, sed apertius evincitur ex toto ejusdem Chirographi contextu, in quo pleraque reticentur, quæ ad validitatem, & subsi-
58 stentiam actus, qui fieri figurabatur, exprimenda necessariò erant, alia sub involucro verborum narrantur, alia denique commentitia prorsus in illa supponuntur. Remque ordiendo *dal principio*, videlicet à Carceratione, quæ fuit Causæ hujus prima inspectio, super qua acerrimè disceptatum fuit in Supremo Tribunali Cameræ; Ex ea illatum dicitur Campostano, tùm ingens illud gravamen, videlicet = *l'aggravia con tal carcerazione infertoli per la levatali totale amministrazione della Tesoreria &c.* tùm etiam alia damna enunciata in dicto Chirographo, in quo deindè enarrantur protestationes, instantiæ, & dcelarationes factæ apud acta *del Petrucci Segretario di Camera &c. dal già sostituito Commissario &c.* Reticendum sane minimè videbatur dictam carcerationem, in qua veluti in sua prima basi fundanda erat justitia, aut injustitia figuratæ transactionis, secutam fuisse vigore specialis jussionis san. mem. Clementis XI. pro assecurando nimirum ingenti eredito Rev: Cameræ, non quidem, ut dicitur in Chirographo = *supposto* = sed verò, quià in concordatione Facti ab ipsomet Debitore confessatum in quantitate scutorum *67939. 32.*, longè majus compertum deindè fuit. Quibus cognitis, post semel, atque iterùm rem maturè examinatam d. Supremum Cameræ Tribunal rescripsit = *Constare de validitate Carcerationis*.

Præterea sub involucro verborum, licèt referatur, Causam discussam fuisse, tàm in ordinaria, quàm in alia particulari Congregatione Computorum, in qua adsciti fuerant quatuor Prælati, ab ipso Campostano nominati, exclusis à suffragio ferendò R. P. D. Commissario Cameræ, & Advocato Fiscali, omittitur tamen, in utraque Congregatione non solum fuisse canonizatum ipsius debitum, sed præterea èumdem declaratum liquidum Debitorem in sc.98. mil., & ultrà.

Silentio etiàm prætermittitur, in eisdem Congregationibus plenè discussas, examinatasque fuisse partitas omnes Restauri, sivè remissionis mercedis à Campostano petitæ, ac easdem, tanquàm injustas, rejectas omninò fuisse; & demùm, ut in expositione facti dictum est, Congregationem ordinariam Computorum, dummodò Sanctissimo placeret, ex gratia, & cum clausula, quod Campostanus aequiesceret, relaxasse scuta sex millia; deindè verò delata Causà ad Congregationem particularem, hanc titulo concordiæ condonanda censuisse alia scuta novem millia; quæ certè omnia exponenda erant Summo Pontifici, qui comperto ex his, debitum Campostani verum, & indubitatum esse, tanquam ab isto confessatum, & à Tribunalibus Fiscalibus canonizatum per facti quo-
dammodo evidentiam, illicò novisset, idem, 59
absque enormi, & patenti læsione Rev. Cameræ condonari non posse, & hujusmodi condonationem non esse = *compatibile coll'accurata indennità di detta nostra Camera* = ac consequentèr locum esse posse transactioni super juribus, quæ favore Rev. Cameræ clara videri jàm poterant, *L. 1. ff. de Transact.*, *L. Præses 12. Cod. eodem.*

At forsàn haud sinè graviori culpà non solùm hæc reticentur, sed periudè ac si Campostano, pluribus Judicatis solemnitèr rejecto, ulla adhuc legitima, aût efficax superesset actio promovenda prò dictorum Restaurorum consecutione, Summo Pontifici exponitur, quod idem renuntiabat Cameræ prætensiones super illis consequendis, ibi = *Similmente, che detto Campostano rinunzi liberamente, e totalmente ad ogni, e qualunque da lui fin'ora dedotta ragione di richiesto defalco per qualsivoglia ragione, e titolo contro detta Camera* = Supponendo namque, quod vigere adhuc posset ejusmodi Restauri prætensio, Gratia ceteroquin evidenter injusta, & perniciosissima colorabatur fuco cujusdam transactionis, in qua ad commodum Cameræ correspectivè renunciabatur dictis defalchis, pluries, pluriesque, ut dictum est, judicialiter rejectis; quinimò ex æquitate, & gratia condonatis in eam causam scutis quindecim millibus; nihilominùs creditum Rev. Cameræ excedebat scut. 83. mil.

Alio

Alio non absimili colore Relator cohonestare curans ejusmodi exorbitantem Gratiam, supposuit, Campostanum Creditorem esse Comitis Maffei ex causa administrationis Thesaurariæ ab eo gestæ tempore, quo detentus ipse fuit in Arce Ferrariæ, prætereaque plura habere credita contra Communitatem Ferrariæ, atque hæc omnia ab eodem cedi, atque renunciari ad commodum, & utilitatem Reverendæ Cameræ, ibi = *Che detto Campostano rilasci, e pienamente ceda à detta nostra Camera tutti, e singoli effetti, azioni, ragioni, crediti di ogni, e qualunque specie fossero, tali, e quali nel predetto giorno 3. di Maggio 1719. esistevano, e furno trovati in essere, spettanti, e derivanti dalla predetta Tesoreria, e degl' Appalti Communitativi denominati del Decimo, Paata, e mezza Macina, e passati come tali sotto la generale amministrazione, ed Economato à nome di detta Camera conferito al Conte Nicolò Maria Maffei* = Nemo autem non videt, hæc ad palliandam Gratiam conficta fuisse contra Facti, & rei veritatem, resultantem ex relatione Periti judicialis; Quinimò, tametsi ex hujusmodi titulis aliquid detrahi potuisset ex credito indubitato Rev. Ca-
60 meræ, quæ post nuper dictas condonationes Debitori factas, remanebat adhùc Creditrix scutorum 84. mil., hoc ingens creditum, & judicialitèr canonizatum, ut sensui patet, compensari certè nequivisset partitis illiquidis, & in Judicio minimè probatis, quæque nonnisi exiguæ esse poterant.

Magis verò, magisque augebitur culpa Relatoris, si animadvertatur, quod diligentiùs referens ea, quæ parùm ad rem conferebant, vice tamèn versâ sub verborum ambagibus atti-
61 git, vel prorsùs tacuit plurima, quæ verum rei statum Summo Pontifici aperire potuissent, & ex quibus Injustitiam ejuscemodi Gratiæ illicò cognovisset; Silentio namque prætermisit eas, quarum meminimus, Resolutiones, illarumque aliquas à Prædecessoribus suis non semel confirmatas, omnes autem ab eodem fuisse approbatas, quinimò executioni demandatas cum effectiva pecuniarum incameratione, quæ procul dubio omnia, si dilucidè, ac fidelitèr illi narrata legerentur, denegaturus certè fuisset, vel saltèm, ut sensui patet, difficilius concessurus Gratiam, ut totiès, totiesque dictum est, omninò incompatibilem cum indemnitate Rev. Cameræ, quæ illius vigore de Creditrice effecta Debitrix, pro reintegrando doloso Debitore se subjecit novo debito per additionem aliorum Locorum Montium factam uni ex Montibus cameralibus.

Denique omissis pluribus aliis, quæ longum esset referre, illud sanè omittendum non est, videlicèt, quod in dicto Chirographo Summo Pontifici assertum fuit, concordiam ab ipso ordinatam, executioni demandatam nunquam fuisse = *Senza che nel corso di oltre nove anni nè col mezzo d'una adequata concordia, ancorche da Noi ordinata ad una particolare Congregazione perciò deputata fino li 18. Aprile 1725., potutosi giongere al fine d'un tal suo disastroso infelicissimo stato* = Obiter hìc quærere liceat, qua ratione iuniratur commiseratio dicti deterrimi, & infelicissimi status, quando decursu novem annorum tot Judicatis agnitum, definitumque fuerat, Campostanum, ob malam contrectationem proventuum fiscalium dolo, & culpâ suâ sese in illum conjecisse. Sed redeundo ad rem, ex Facti evidentia patet, falsò Summo Pontifici expositum fuisse, concordiam ab ipso demandatam, effectu caruisse, quando Congregatio, cui directum fuerat Pontificium Mandatum pro illa ineunda, promptè eam decreverat, præscribendo modum, & conditiones, eum quibus celebranda erat, juxtà quas executioni demandatam fuisse, demonstratum est §. *Ad normam itaque & seqq.*

Quamquam verò gravissima argumenta desumpta ex ipso Chirographo, quibus hactenùs probatum est, optimum Pontificem ignarum rei, quæ gerebatur, concessisse Gratiam, de qua agitur, non egeant extrinsecarum probationum adminiculo; Nihilominùs tamèn hæc non desunt in casu nostro, si venerabundi spectemus summam ejus bonitatem: ipse enim pietati, Divinisque solummodò rebus intentus, ac rerum Ecclesiasticarum curæ, prout toto vitæ suæ cursu fuerat, semper addictus, persæpè inductus fuit ad concedendas Gratias, à Justitiæ regulis aberrantes, adversùs quas læsi apertionem Oris obtinuerunt, ex quibus confirmari poterit, etiam illam, de qua est quæstio, contrà illius voluntatem extortam fuisse in enorme, & irreparabile damnum Reverendæ Cameræ.

Jàm verò plenè attulisse, & satisfecisse credimus probationi illi, quæ requiri dicebatur ad effectum subsidiaria actione agendi, & condemnandi Ministrum, seù Officialem, contrà quem nonnisi propter ejus dolum, aùt culpam exerceri illa potest, ostendimus enim, mentem Summi Pontificis prorsùs alienam à quolibet, vèl minimo præjudicio Rev. Cameræ inferendo; nihilominus eidem gravissimum damnum irrogasse vigore dicti Chirographi, idque veluti ex sua causa processisse ex minus vera, & fideli relatione ipsi facta, & super qua unicè intentionem suam fundavit: Cumque hæc omnia meliùs quàm dicendo verbis explicare valuerimus, perspicuè pateant, tùm ex tenore ipsius Chirographi, tùm ex natura rei gestæ, dubitari idcircò nequit, quin plenè,& concludentèr probata dicatur culpa Ministri, locum faciens subsidiariæ actioni contrà ipsum.

Præsertim verò quando, ut in nostra hypothesi, contra illum non agitur criminalitèr,
sed civilitèr ad emendationem damni, *Menoch. cons. 146. num. 62.*, *Anton. de Ballis lib. 6. quæstion. Criminal. 4. num. 4. in fine*, *Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 8. num. 3. & cap. 10. n. 36.*, *Rovit. decis. 36. num. 19. & in annotat. num. 36.*, *Urceol. decis. Florent. 31. num. 14. & seq.* Hoc namque casu ad doli, & culpæ probationem, sufficere etiam conjecturas, per *Text. in Leg. Dolum Cod. de dolo* tradit *Boss. Tract. Crimin. tit.* 62

tit. De Officiali corrupto pecunia pag. mihi 421.
*col.*1. *num.*14., ubi postquam dixerat, proba-
tiones contra Officiales evidentes esse oporte-
re, eo quod pro eis multum præsumatur, dein-
de declarat, id procedere quotiès criminalitèr
agatur, conjecturas autem esse sufficientes ad-
mittit, & comprobat *Mascard. de probation.*
*lib.*1. *conclus.*165. *num.*1. *& seqq.*, *Farinacc. de*
*var., & diversf. crimin. quæst.*111. *num.*264.
& 383. Certius verò conjecturæ, levioresque
probationes satis essent contra Officialem il-
63 lum, si fortè aliàs similia admisisse probaretur,
ex *Baldo in Leg. Venales Cod. Quando provoca-*
re necessè est, *Bass. tit. mox citat. n.*18. *&* 19.,
*Farinacc. dicta quæst.*111. *num.*267. *&* 329.,
*Mascard. de probat. conclus.*1137., *Merlin. Pi-*
*gnatell. cent.*2. *cap.*29. *num.*11.

Neque verò Relator, sivè Minister, quem in
hoc negotio adeò gravitèr, & apertè muneri,
atque obligationi suæ defecisse probatum est,
juvari potest assertione Summi Pontificis, in
Chirographo attestantis, adimpleta ab illo fuis-
se cuncta ea, quæ ipsi mandata fuerant, ejusque
idcircò fidem, & diligentiam summoperè com-
mendantis, quasi ejusmodi assertione, submo-
ta diei queat suspicio quævis, quæ contra ipsum
oriri potuisset: eòque magis, quia intentio Pa-
pæ fundatur super tali assertione facta Motu
proprio, & ex certa scientia, ut in rationibus
dubitandi dictum est.

Etenim hæc rectè locum sibi vindicant,
quando Princeps, maximè verò Summus Pon-
tifex, aliquid asserit de facto proprio, aut etiam
de alieno, à se tamen probè cognito, cujus qui-
dem notitiam, & certitudinem immediatè per
se ipsum habuisse testatur, in quibus terminis
loquuntur authoritates in contrarium allegatæ,
64 & intelligendæ ità essent, si quæ aliæ afferren-
tur: at aliter res se habet in casu nostro, in quo
assertio Papæ versatur circà factum alienum,
Ministri scilicet relatoris, cujus ipse notitiam
aliundè non habuit, quàm ex illius dicto, & re-
latione; tunc enim hujusmodi assertio nullate-
nùs probat, tametsi Papa intentionem suam su-
per ea fundet, decipi quippè potuit ob falsam,
vel minùs fidelem facti expositionem, *Soccin.*
*inter consilia Francisci Curtii cons.*20. *incipien.*
*sæpenumero post num.*12., *Dec. cons.*606. *n.*14.,
ubi quod = *Non creditur Imperatori in his, quæ*
dicit ex relatione alterius = *Julius Clarus re-*
*ceptar. sentent. lib.*5. *§. final. qu.*53. *vers. Sed*
quid si aliquis Princeps, *Mascard. de probation.*
*concl.*139. *num.*20. *& n.*22. *vers. Contrarium*,
*Farinacc. quæst.*63. *num.*146., *& plurib. seqq.*,
*& num.*176., ubi quod standum non est asser-
tioni Papæ, vel alterius Principis de auditu ab
aliis, sivè asserentis intellexisse ab aliis, quià
posset esse, quod malè fuisset informatus, & da-
65 rentur duo specialia, primum, quod crederetur
unico Testi, secundum, quod crederetur Testi
de auditu alieno, quorum utrumque est contra
communes regulas, *Fragos. de Regim. Reipubl.*
*Christian. tom.*2. *lib.*1. *disp.*1. *§.*3. *sub num.*36.
vers. Similiter, dicens, quod Papa asserens de
auditu ab aliis, potuerit non benè intellexisse,
vel quod non fuerit benè informatus, *Rot: co-*
*ram Mohedan. decis.*26. *de restit. Spoliator. n.*1.
& 2., *& coram Crescentio decis.*6. *de probation.*,
ubi quod in materia valdè præjudiciali Tertio
Domini tenuerunt, quod non debeat stari narra-
tivæ, & assertioni Papæ, optimè *Rota decis.*224.
*num.*1., *& per tot. part.*3. *recent.*, ubi quod
quando Papa asserit factum alienum, talis nar-
rativa non probat in præjudicium Tertii, etiam- 66
si Papa fundet super eo intentionem suam, &
etiamsi videatur deponere tanquam informa-
tus, quià nihilominùs potuit decipi ob falsam
relationem, & pluribus aliis rem egregiè prose-
quitur per totam.

Quæ benè confirmantur ex traditis per *Ruin.*
*cons.*29. *lib.*1. *sub num.*8. ajentem, quod licèt
Rex affirmaret, se de his, quæ dicit, esse
certum id tamen intelligendum esset, quod est
certus ex narratione, & relatione sibi facta ab
alio; propterea que ex simili dicto Regis non pro- 67
batur veritas narratorum, & sub *n.* 9. loquens
de assertione Papæ, hæc habet = *Quod si stare-*
tur assertioni Papæ de non gestis coram se, non
posse, nisi quia Papa de non gesto coràm se, rece-
perit fidem ab alia, & ista fides non videtur esse
sufficiens ad probandum aliquid gestum in præju-
dicium Partis, quià probatio ad præjudicium
Partis non potest recipi contrà Partem, nec Pa-
pa tollere potest hanc exceptionem = & benè
etiam rem prosequens sequenti *cons.*30. dicit,
quod licèt Rex affirmet, per relationem ad
præcedentia, quod est benè informatus; nihi-
lominus dicta verba non probant concludenter,
non = *quidem propter personam proferentis, sed*
propter naturam verborum = quià videlicet sunt
ambigua, & multiplicitèr intelligibilia, nam
quis nedum potest esse certus per veritatem, sed
etiam per vehementem opinionem, quæ potest 68
esse falsa, & ideò quamvis probetur, Regem
fuisse certificatum, & in hoc suæ assertioni cre-
datur: attamen quià non declarat quomodo
fuerit certificatus, intelligi potest de certitudine
ex vehementi opinione, & in dubio ità inter-
pretandum esse; propterea que cùm non appa- 69
reat, utrùm illa vehemens opinio fuerit vera,
nec nè, ex hujusmodi Regis verbis non pro-
batur veritas, quemadmodum non probatur
per Testem dicentem, quod est certus, quià
non probat, nec magis concludit hoc ver-
bum quando profertur à Rege, quàm à quo- 70
libet Teste, quià capitur significatio ex natura
verbi prolati, & non ex qualitate personæ pro-
ferentis.

Assertio itaque diligentis adimplenti com-
missionis Ministro datæ, illud non probat; cum
Papa ad id asserendum inductus minimè appa-
reat ex rei veritate, quam per se ipsum novisse 71
non potuit, sed ex relatione Ministri, fide, &
authoritate plurimùm apud ipsum pollentis,
ideòque nil mirum, si ab illo relata, adeò ve-
ra existimavit, ut de his sibi certò constare as-
seruerit; ejusmodi autèm certitudo cùm ea sit,
quæ non habetur per ipsam rei veritatem, sed 72
so-

ſolùm per vehementem opinionem , in quam ,
ut ſuperioribus locis probatum eſt , manifeſte
prolapſus fuit ; palàm inde fit , hoc caſu nullo
pacto deferendum eſſe ſimili aſſertioni , ma-
ximè in præjudicium Reverendæ Cameræ , ex
73 notatis per *Rainum dicta conſ.29. & 30. lib.1.*,
aliosque ſuprà allegatos , quibus addi poſſunt ,
Cephal. conſ.302. num.73. & ſeqq. lib.3., *De-
cian. conſ.18. num.274. lib.1.*, *Gabriel. de pro-
bation. lib.1. concluſ.2. num.59.*, *Cravett. de an-
tiquit. tempor. part.1. ſect. Præpoſitum num.10.
& 14.*, ubi præſertim quando ex probatione
contraria non agitur de redarguendo Papam de
mendacio , eo quod tale quid aſſeruerit relativè
ad informationem alterius, *Maſcard. de probat.
concluſ.139. n.12. & ſeq. lib.1.*, *& concluſ.1227.
n.35.*, *& plurib. ſeqq. lib.3.*, *Farinacc. quæſt.63.
num.746.*, *& ſeq.*

Paruique refert , quod Pontificia aſſertio
emiſſa fuerit = *Motu proprio, & ex certa ſcien-
74 tia .* = Quià ut patet ex initio Chirographi, agi-
tur de Gratia conceſſa ad Inſtantiam Campoſta-
ni , eamque Papa intendens eatenus illi conce-
dere , quatenus eſſet compatibilis cum accurata
indemnitate Reverendæ Cameræ , eſſlagitavit
idcircò = *ogni più eſatta , & individua cogni-
zione .* = Quamobrem , quoties ex facto ipſo
relato in Chirographo conſtat , Papam veram ,
& plenam facti cognitionem non habuiſſe, clau-
ſulæ hujuſmodi nihil operantur , ut de clauſula
75 *Motu proprio , Gabriel. conſ.179. ſub num. 5.
lib.1.*, ubi ait , quod quando Papa noluit alteri
præjudicare , nec tollere jus quæſitum , & po-
ſteà de facto tollit , & præjudicat , tunc patet ,
non fuiſſe benè informatum , & Gratiam non
Motu proprio , ſed ad petitionem Partis factam
eſſe , ideòque aſſertionem , quamvis cum dicta
clauſula *Motu proprio* ab eo factam , nihil obeſ-
ſe, *Lap. allegat.7. num.8. & 9.*, *Gabriel. de pro-
bation. lib.2. concluſ.2. num.61.*, firmans , aſſer-
tionem de facto alieno , Motu proprio emiſ-
76 ſam, recipere probationem in contrarium, *Ad-
den. ad Clar. lib.5. §.final. quæſt.53. verſ. Sed
quid ſi aliquis Princeps litt.V.* Et rectè quidem,
quià ejuſmodi clauſulæ vis operari ſolummo-
dò poteſt in iis , quæ Juris ſunt , non autèm ſup-
plere ea , quæ ſunt facti minimè expoſita Su-
77 premo Principi, de eiſdem non benè informato,
plenè *Roland. conſ.7. ex num.105. uſque ad fi-
nem lib.3.*, *Pariſ. conſ.1. num.81. lib.1.*, *Spad.
conſ.49. num.16. lib.1.*, *& conſ.142. num.12.*,
*Staphil. de literis gratiæ de clauſula Motu pro-
prio num.10.*, *Marta de Clauſ. clauſ.73. n.11.*,
Barboſa eodem tract. clauſ.79. num.44., latè *Au-
tunez de Reg. Donation. tom.2. part.3. cap.44.
num.19. 21. & 23.*, *Moneta de commut. ultimar.
voluntat. cap.7. num.209.*, *Rota coram Eminen-
tiſſimo Falconerio tom.3. tit.46. deciſ.32. n.13.*

Ut etiam de alia clauſula = *ex certa ſcien-
tia* = quod operetur eo tantum caſu , quo fuit
appoſita negotio , de quo Princeps reverà fuit
78 plenè informatus , *Pariſ. dicto conſ.1. loc. cit.*,
Dec. conſ.142. num.7., *Barboſ. clauſ.50. n.38.*,
Tuſch. practic. concluſ. lit.C. concluſ.340. n.41.,
Autunez dicto cap.54. num.19. Adeò quidem ,
ut ejuſmodi clauſulæ, neque etiam ſimul junctæ,
ſuffragentur , quando conſtat de non totali , &
& vera ſcientiæ Papæ eorum, quæ ſunt facti, *Pa- 79
riſ. dicto conſ.1. loco citato , conſ.11. num.119.
& ſeqq.*, *conſ.23. num.153. lib.1.*, *Ferret. conſ.32.
num. 52.*, *Spad. conſ. 142. ſub num.13. lib.1.* ;
Supplere namque hoc caſu dicerentur defectum
voluntatis , & intentionis Principis , quæ ſup-
pleri nequaquam ex illis poteſt , *Spada conſ.21. 80
num.37.*, *conſ.49. num.19.*, *conſ.142. num.10.
lib.1.*, latè *Salgad. de ſupplicat. ad Sanctiſſimum,
ſeù retention. part.1. cap.3. à n.31. uſque ad 43.*,
Fajard. allegat. Fiſcal. par.2. allegat.48. n.210.,
Rota coram Merlino deciſ.318. num.6. & ſeqq.,
*Rota coram Eminentiſſimo Falconerio tom.3. di-
cto tit.46. deciſ.30. num.37. & ſeqq.*

Inutiliter idcircò inſiſteretur ſuper eo , quod
nimirùm agatur de ſuſtinenda Gratia in Foro
merè externo , quodque ſicuti Papa integrum
debitum Campoſtano condonare valuiſſet , ità
Reverendæ Cameræ demandare potuerit reſti-
tutionem ejus , quod ex cauſa talis debiti ab il-
lo receperat . Queſtio namque modò non eſt 81
de poteſtate , ſed de voluntate , non enim ſuffi-
cit poteſtas , ſi in Papa defecerit voluntas in ali-
quid demandando , ob vitium nimirum obre-
ptionis , vel ſubreptionis , ob quod noſcere ne-
quivit verum rei ſtatum, fideliter ipſi non expo-
ſitum , *Fajard. alleg. Fiſcal. part.2. allegat.48.
num.179. & plurib. ſeqq.*, *& num.187. & duo-
bus ſeqq.*, *Gabb. conſult. deciſ. tom.2. conſult.68.
num.1. fol.457.*, *Rota coram Duran. deciſ.285.
num.9.* Quamobrem cum ex iis , quæ latiſſimè
hactenùs deducta ſunt , clarè pateat , Papæ vo- 82
luntatem diverſam penitùs fuiſſe ab eo , quod
poſteà fecit , idque in tantum feciſſe , in quan-
tum de negotio, & ſtatu rei non fuit benè, & fi-
delitèr informatus ; fruſtrà proindè recurritur
ad ejus poteſtatem pro ſuſtinenda gratia , quam
etſi facere potuit , nunquam tamèn facere vo-
luit . Præſertim verò ad effectum abſolvendi
Miniſtrum , cujus facto , & culpa ſimilis Gratia
extorta fuit ; ut enim illi prodeſſe poſſet pote-
ſtas Papæ , conjungenda cum ea eſſet eiuſdem
voluntas , tunc ſolum præſumenda , quando ab
ipſo doceretur , ſincerè , & fideliter ſe geſſiſſe ,
munuſque ſuum diligentèr , & numeris omni-
bus impleviſſe .

Quod ſi demùm excuſatio aliqua illi parari
contenderetur ſub prætextu erroris , ſive etiam
imperitiæ , quæ potiùs quàm culpa , aut dolus
in Officiali præſumenda eſſet . Facilè reſponde-
tur , nimirùm , quod aut ille muneri ſuo ſatisfe-
cit , exactam meritorum , & ſtatus Cauſæ co- 83
gnitionem inveſtigando , quemadmodum om-
ninò debebat , & tali caſu errare nequiviſſet ,
quia ex facto ipſo ſatis illi patuiſſet juſtitia cau-
ſæ favore Rev. Cameræ , ideoque nonniſi per
errorem voluntarium , & ignorantiam affecta-
tam peccaſſet , proptereaque ambigi nequiret ,
quin teneretur ad reparationem damni, ejus vo-
luntate directè illati . Aut verò muneri ſuo de-
fecit , & hæc ipſa negligentia , & oſcitantia eſt
lata

lata culpa, seù dolus saltem præsumptus, pro-
84 pter quem absque alia illius probatione condemnari potest, ex notatis per *Petrum de Ravenna singular.412. fol.515.*, *Paris de Puteo de Syndicat. tit. De Libello contrà potestatem in Syndicatu formato, verb. negligentia num.13. fol.200.*, *Rota in Romana Locorum Montium 27. Januarii 1721. §. Itidem coram bon: mem: Lancetta*, & disponitur per *Textum in Leg. Si quis 29. Cod. de pactis versus finem*, ibi = *Omnes itaque Judices nostri hoc in litibus observent &c. scituros, quod si neglexerint, & litem suam facere intelligantur* = *Si Judex Institut. de obligation. quæ ex quasi delict. nascunt.*, *ibique Glossa verb. Iste enim Judex, & alii in dicta Romana prætensæ Reintegrationis Locorum Montium 27. Aprilis 1722. §. Easdem, & seq. coram R.P.D. Calcagnino*. Certi namque explo-
85 ratique Juris est, quod error non excuset, nisi procedat ex rationabili, aut probabili causa, *Glossa in Canon. Temerarium 49. caus. 11. quæst.13.*, *Bertazzol. cons.81. lib.1.*, *Mastrill. de Magistrat. lib.6. cap 10. num.60.*, *Cavalcan. de brach. reg part.5. num.57., & 67. in fin.*, & *num.248.*, *Rota in Romana prætensæ Reintegrationis Locorum Montium 27. Aprilis 1722. §. Immeritò vers. Quin etiam coram R. P. D. Calcagnino*.

Imperitiam verò turpe esset allegare Officiali, qui munus prius didicisse debet, quod exer-
86 cet, ideoque tali prætextu non excusatur, quia imperitia quoquè culnæ adnumeratur, *Leg. Imperitia ff. de regul. Jur. §. Præterea si Medi. us vers. Imperitia Instit. de Leg. Aquilia*, *Rovit. decis.36. num.20.*, perindè enim est quempiam per imperitiam, sivè datà operà peccare, utroque enim casu culpam contrahit, & pænâ fit dignus, *Calvin. in Lexicon. Jur. lit.I. ante M. pag. mihi 432. col.2. vers. Imperitia Cajus ait*, atque idcircò Judicem per imperitiam judicantem, non excusari, litemque suam facere, &
87 ad interesse ac litis æstimationem teneri, *Gramatic. in Capitulation. Regn. Item caveant sub num.2. vers. Et dum contigisset*, *Parif. de Puteo de Syndicat. verb. An potestas excusetur*, *Carpan. ad Statut. Mediolan. lib.2. cap.40.* de pæna Officialis committentis Barattariam *num.40.*, *Boss. tract. Crimin. de Officiali corrupto pag. mihi 422. col.1. n.22.*, *idem Rovit. dicta decis.36. num.21.*, *Rota in Soanen. Pecuniaria 20. Junii 1712. §. Quidquid enim coram bon: mem: Lancetta, in Romana Locorum Montium 27. Januarii 1721. §. Itidem frustra coram eodem, in dicta Romana prætensæ Reintegrationis Locorum Montium §. Præposita theoricæ coram R. P. D. Calcagnino*. Quapropter si non erroris, non imperitiæ prætextu juvari posset: non absimili ratione nec etiam relevari poterit ab obligatione farciendi damnum Rev. Cameræ irrogatum eo sub obtentu, quod aliorum operà usus, munus suum minùs rectè adimpleverit; quia id nil pertinet ad Rev. Cameram; nam, ut attigimus *§.23. in fine*, & probatum est *§. Id inquam omitto & seq.*, is, qui vigore specialis mandati ab ipso suscepti, omni negligentia, & culpa vacare debet, frustra in præjudicium Mandantis, aut cujusvis tertii, obtenderet alienam culpam, 88
quando hæc ex eo quod mutua sit, nec etiam opponi posset inter eosmet, qui pari vitio, & culpà laborarent, late *Cyriac. contr.197. n.23., & seqq.*, & apud alios.

Rursùs in hac dissertatione ostenditur, Summi Pontificis Ministrum, qui in Relatoris, Executorisque munere, sibi ab eo speciatim commisso, fidelitèr se non gessit, sed imò dolosè Gratiam, summoperè præjudicialem Reverendæ Cameræ ab eodem Summo Pontifice extorsit, ad emendationem damni in subsidium teneri.

89 *Divisio mentem, memoriamque Legentis præparat; aptaque insuper est tum ad ordinem sermoni, & claritatem rei tractandæ adserendam, tum etiam ad veritatem faciliùs assequendam; & longioris lectionis tædium levat.*

90 *In omnibus humanis actibus spectanda semper intentio agentis.*

Præsertim in Pontificiis Mandatis, seu Rescriptis, ibid.

92 *Non tenet quidquid contra Summi Pontificis rescribentis, vel mandantis mentem sit gestum.*

Maximè in præjudicium Tertii, ibid., & numer.140.

92 *S. Sedes in suis ordinationibus reservare semper intendit præjudicium aliorum.*

93 *Rescripti verbis præferenda est semper Summi Pontificis intentio.*

94 *Proemium in Rescriptis etiam, & Decretis Summi Pontificis indigitat ejus mentem, rationem, & finalem caussam.*

Ac rectam idcircò toti dispositioni interpretationem præbet, num.95.

95 *Tota dispositio, veluti ad caussam finalem, referenda est ad rationem in proemio expressam.*

96 *Rescripti verba* = per quanto sia compatibile coll' &c. indennità di detta nostra Camera = *indicant concessum nonnisi id, quod ita compatibile esset.*

97 *Dictio* = per quanto = *conditionem, & limitationem inducit, quando refertur ad actum non factum, sed faciendum.*

98 *Res Ecclesiæ licèt sint Summi Pontificis, ut principalis dispensatoris, non tamen sunt ejus ut domini, & possessoris.*

99 *Res Ecclesiæ tamquam ipsum Ecclesiæ patrimonium à Papa possidentur.*

100 *Quilibet temporalis Princeps pecuniæ publicæ conservationi prospicere debet.*

Maximè Summus Pontifex, ibid.

101 *Supremus Princeps culpâ non vacat, si absque justâ causâ pecuniam profundat, collectam ex Subditorum tributis.*

102 *Liberalitas Principis, Justitiæ non conjuncta*,

cta, labitur in prodigentiæ vitium, exitiale Reipublicæ.

103 *Summo Pontifici legi solet dumtaxat Summarium, Chirographi colci adjectum, illudque est præcipuè inspiciendum, ut cognoscatur, quid Pontifex sciverit, & facere intenderit*, & num. 149.

104 *Primum, ad volidam reddendam transactionem, requisitum est, quod de re dubia, & lite incerta, neque finita transigatur.*

105 *Alterum, quod aliquid hinc indè detur, & remittatur.*

106 *Transactio ex qua alter omne commodum, alter verò immane damnum accipiat, Leonina appellatur*, & num. 137.

Meri Relatoris, & Executoris munus alicui demandatum non fuisse, sed Judicis etiam partes fuisse commissas, ex quibus ostendi valeat? num. 107. ad 113.

108 *Prævia relatio, & informatio requisita à Summo Pontifice, ostendit, eum Gratiam concedere voluisse secundùm justitiæ, & æquitatis regulas.*

109 *Chirographi verba* = attesο il da voi riconosciuto, ed a noi colla solita vostra commendabile attenzione riferito sopra l'esposto = *demonstrant, cujus operâ, & consilio Summus Pontifex usus fuerit in concessione Gratiæ.*

110 *Decipit, si non instruit Minister ille à quo fideliter rei status Summo Pontifici est aperiendus.*

111 *Et deceptio longè gravior est; si Summus Pontifex, illi fidens, trahatur ad Reverendæ Cameræ detrimentum inferendum.*

112 *Causæ alicujus cognitio quando committitur cum voto alterius Tribunalis, vel aliorum, is, cui commissa est, tale votum sequi non tenetur, ad differentiam alterius casus, quo illi injungeretur, ut de eorum voto procederet.*

113 *Ministri culpâ quidquid in Chirographo subreptitiè, & obreptitiè dispositum fuerit, corruat necesse est.*

114 *Ex verborum generalitate obscuritas oritur, facilèque Princeps circumveniri potest, &* num. 135., & 207.

115 *Pro irrito declarondo Rescripto necesse non est positiva falsi expressio, vel aperta veri reticentia, sed sufficit Supplicantis narratio obscura, & involuta.*

Maximè ubi res est de præjudicio Tertii, ibid. & num. 134. 140. 141., & 207.

116 *Gratia subreptitia, etiamsi dolus absit, corruit, quoties agitur de circumstantiis, quæ, narratæ, Principem retraxissent, vel difficiliorem reddidissent ad Gratiæ concessionem.*

Et nec etiam Rusticis tali casu subvenitur, si de lucro agatur, num. 117.

117 *In considerando Gratiæ validitate non attenditur culpa impetrantis, sed intentio concedentis.*

Minister quod in relatione, Summo Pontifici facta, graviter defecerit, ex quibus ostendi valeat? num. 118. & seqq.

119 *Papa veniens contra factum proprium, præviâ diligenti consideratione gestam, circumventus debet præsumi*, & numer. 141., & 151.

120 *Variatio, inconstantia, & illusio à Jure reprobatur.*

121 *Posteriores Literæ licèt mentionem faciant priorum, attamen, nisi exprimant earum qualitates, quæ indicatæ Principi, eum difficiliorem ad novas concedendas Literas reddidissent, circumventio adhuc præsumitur*, & num. seq., & n. 136.

122 *Omissio modi, formæ, & caussæ, ob quam facta est prior dispositio, omniumque ejus qualitatum posteriorem vitiat.*

123 *Ad validitatem secundarum Literarum requiritur expressio, quod primæ impetratæ fuerunt de consensu Partium.*

124 *Specifica mentio in secundis Literis facienda est omnium, in primis contentorum, licèt agatur de Literis ab eodemmet Summo Pontifice editis.*

Maximè post lapsum quinquennii, & in negotio. pluribus ambagibus involuto, nu. 125. 126., & 136.

125 *In Summo Pontifice, ob multitudinem negotiorum, ex modica etiam temporis intervalla, oblivio admittitur.*

127 *Ad validitatem transactionis requiritur, quod de re adhuc dubia, & lite pendente agatur, quodque aliquid hinc indè remittatur.*

128 *Quæ verba ostendant scientiam litis jam finitæ?*

129 *Transactio dicitur exceptio litis jam finitæ, litis ingressum impediens.*

130 *Per transactionem, unàcum Litibus extingui dicuntur priora jura, & actiones, Instrumenta quoque, omniaque acta tolluntur.*

131 *Transigens ad priora jura redire nequit, nisi remedio rescissorio transactionis per tres conformes, vel rem judicatam.*

132 *Transactio nisi sit ipso jure nulla, vel notoriè injusta, immota manere debet, tamquam existens in implicito statu validitatis*, & num. 138.

133 *In implicito validitatis statu manere dicitur* concordia, *diu observato, maximè verò si Chirographo Pontificio fuerit confirmata.*

139 *Ad cujuscamque transactionis validitatem necessariò spectanda correspectivitas inter hinc indè datum, & acceptum.*

142 *Rei omissæ, maximè verò expressè negatæ suppletiva nulla interpretatio, aut subaudituus intellectus admitti volet.*

143 *Gravi pœnâ dignus efficitur Administrator Thesaurariæ pecunias expilans, illasque in suos usus convertens.*

144 *Summum Pontificem voluisse, quem locupletari cum enormi Rev. Cameræ jactura, præsumi nequit.*

145 *In iis, in quibus certa, & individua requiritur*

ritur scientia Principis, eadem non præsumitur, sed specificè, & clarè probanda est.

146 *Authoritates verò, quibus traditur, ad evitandam obreptionem, satis esse, Pontificem esse aliundè informatam, loquuntur, ubi de certa illius scientia, aliundè habita, dubitari nequeat.*

147 *Rescripti verba* = atteso il da voi conosciuto, e da noi &c. riferito sopra l'esposto &c. =, *veluti causalia, perspicuè ostendunt, undè rei notionem Summus Pontifex assecutus fuerit.*

148 *Assertioni Papæ plena fides adhibenda.*

Nec probatio in contrarium admittitur, ibid. & num. 153.

150 *Creduli incautè circumveniuntur ab ijs, quos Bonos esse putarunt.*

151 *Nullitas carcerationis spatio quatuordecim mensium, quo quis in carcere detentus est, fuisset ab eo opposita.*

152 *Validitas carcerationis plenè probata dicitur, dum constet de expresso mandato Principis, ac de debito illius, contra quem personalis executio peracta est.*

153 *Ex verbis Papæ, sive narrativa sint, & enunciativa, sive assertiva, probatur mandatum.*

Idque etiam in criminalibus locum habet, ibid.

154 *Ac justu ex caussa idem à Summo Pontifice datum noscitur verbis illis* = Debitore della nostra Camera in grossa somma per causa di detto Appalto =.

155 *Mandatum, seu Factum Supremi Principis nullum, & irritum nunquam dici valet; Præsertim ubi res est de Summo Pontifice.*

Quidquid secus sit in Sententiis, Judiciis aliisque gestis à Magistratibus, & Judicibus, ab illo constitutis, ibid.

156 *Nullitas provenit ex transgressione, & inobedientia Legis.*

157 *Ac propterea nullus, & invalidus dici non potest actus gestus ex Rescripto Supremi Principis, qui est supra Leges.*

158 *Supremus Princeps, ac præsertim Papa dicitur esse extra jus, supra jus, & contra jus.*

159 *Papa Facto, & Authoritate suâ nedum supplet omnem Juris formam, & solemnitates, sed tollere etiam dicitur exceptiones quascumque tàm Juris, quàm Facti.*

160 *Adversus actus gestos authoritate Supremi Principis, sublatâ exceptione tum læsionis tum doli, beneficium restitutionis in integrum ademptum censetur.*

Procedit in actu etiam gesto coram Cardinali de ordine Papæ, ibid.

161 *Nec valet excipi, servatam minimè fuisse formam Juris, praximque aliquam, aut ordinem judiciariam in Foris constitutum*, & numer. 164.

162 *Immò satis est, quod Princeps putet, caussam subsistere, & ex opinione sua aliquid statuat; Non sic tamen in inferioribus Magistratibus, & Judicibus.*

163 *Princeps in suo Territorio non ligatur Jure positivo.*

Princeps postbabitâ Juris formâ, præposterare poterit id quod, fieri deberet ante executionem, faciendo post illam, ibid.

164 *Princeps usus censetur potestate illâ, quæ requiritur, ut actus sustineri valeat.*

165 *De nullitate carcerationis, supremâ Principis potestate expletæ, dici nequit.*

166 *Procedit etiam in carcerationibus pro fiscali debito, ordinariâ Judicum, & Tribunalium Fiscalium authoritate factis*, & n. 168.

167 *Pro fiscali debito, rectâ viâ, ac nullo judiciario ordine servato, nullâque præmissâ condemnatione, & Bonorum excussione, deveniri potest ad personalem executionem*, & num. 183.

168 *Idem servatur vigore Manus Regiæ, Fisca competentis*, & num. 171.

170 *Virtute obligationis cameralis incipi potest à captura, & cum reali cumulari personalis executio.*

Quod locum habet etiam contro nobiles, & illustres Personas, ibid.

172 *Debitor de fuga suspectus opponere nequit nullitatem capturæ, desumptam ex non servato ordine judiciario.*

Et sufficit, quod de credito reverà constet, ibid., & num. 177.

173 *Pro fiscali debito licèt agi possit nullo servato judiciario ordine, adhuc substantialia Judicii, consistentia in veritate, ac præcipuè in quantitate crediti, servanda sunt.*

174 *Declara, contra formam, & substantiam Judicii peccatum non dici in casu, quo per capturam Personæ actum fuerit pro assecuratione Judicii, & Crediti, postmodum liquidandi.*

175 *Licèt secus esset in casu, quo assecuratio petita, & expleta reperiretur, ut Debitor solveret certam quantitatem, quæ reverà tanta non deberetur*, & num. 176.

178 *Procedit supradicta declaratio, etiamsi aliqua certa summa expressa fuerit, sed per modum meræ dumtaxat enunciationis crediti.*

179 *Id quod non damno, sed potiùs commodo Debitoris cedit; ratio* ibid.

180 *Quoties cum Debitore suspectissimo res est, permittitur ejus arrestum, ad simplicem Creditoris petitionem, ut nempè datis pignoribus, vel Fidejussoribus, ipsi pro suo credito caveatur.*

Certius id procedit contra Debitores fiscales, num. 181.

182 *Quum certò constat de credito, subtiliùs inquirendum non est, an servatæ rigorosè fuerint Judicii formalitates.*

183 *Loca Montium pro securitate Reveren. Cameræ attergato à Debitore, satis non sunt pro irrita reddenda executione personali contra ipsum facta.*

Nec etiam Bona, in domo Debitoris existentia, nisi ea debito æquivalere doceatur, numer. 184., & 185.

Nec

Nec Debitorum nomina, num. 185.

184 *Judex, ut à mandato suspicionis fuga ratione mobilium, in domo Debitoris existentium, abstinere queat, oportet, quod agnoverit, illa debito æquivalere, vel de facili amoveri non posse.*

187 *Fiscus licèt habeat actiones utiles in Debitores fiscalis Debitoris, eas omittere potest, immò debet.*

188 *Securitas nulla Creditori paratur ex assignatione nominum Debitorum, nisi certi, & liquidi Debitores sint, nec contradicant.*

189 *Ex subsecuta solutione confirmatur præexistentia debiti, at confirmatur etiam justitia carcerationis, antea facta.*

190 *Restaura pro irrita declaranda personali executione opponi nequeuns, si eadem indebita, vel saltem illiquida contrariis Judicatis reddita fuerint.*

191 *Et nullitas personalis executionis in his circumstantiis exclusa dicitur ex contraria boni Juris præsumptione, ex dictis Judicatis promanante.*

192 *Magnus Liber, ut* Callimacus *dicere solebat, magnum malum est.*

193 *Minister, seu Mandatarius, cui ex speciali Principis commissione nedum Mandatarii, sed etiam Executoris, ac Judicis partes erant explendæ, damnum omne, quod ejus facto obvenit, farcire tenetur.*

194 *Post susceptum mandatum, nihil in re mandata neglectum, aut declinatum culpà vacat*, & num. 196.

Et Mandatarius tenetur ad interesse, ratione mandati tàm directà, quàm contrarià, ibid.

Frivolis, & inanibus diligentiis nullo numero habitis, ibid.

195 *Minister, tamquam magis solers, & diligens inter alios electus, adeò exactissimam diligentiam adhibere tenetur, ut de levissima etiam culpa teneatur*, & num. 196.

197 *Ac proinde docere tenetur, nullas omisisse diligentias.*

In quarum probatione si deficiat, præsumitur negligentia, efficiens, ut ejus periculo damnum cedat, & num. 198.

Nec se tueri ille potest ignorantiæ prætextu, ibid.

198 *Ignorantiæ prætextu excusari nequit is, à quo ex officio, vel ex natura actus diligentia omnis conferenda est.*

199 *Ministri culpa, contra ipsum subsidiariæ actioni locum faciens pro refectione damni, ex quibus probari valeat?*

200 *Damno caussam præbuisse, ac illud intulisse, idem est, quique damno caussam dedit, reparare illud tenetur.*

201 *Idque locum habet, sive directà, sive indirectà voluntate contribuerit actioni, quà damnum illatum est.*

202 *Damnum omne Pontificio ærario, Ministri culpà, & dolo illatum, eidem imputandum est.*

203 *Dolum autem evincit falsa relatio, quæ Pontificem movit ad rem aliquam decernendam.*

204 *Mandatarius nihil temerè dicere, nec astutè reticere debet.*

205 *Dolus probatur eo ipso quod minùs verè quid asseritur, vel non sine mysterio absconditur; Et in dolo versatur, qui falsum exponit vel reticet verum, aut sub involucro verborum illud exprimit*, ibid.

Maximè id locum habet in eo, qui ratione officii tenebatur veritatem aperire, ibid.

208 *Lata culpa dolo æquiparatur.*

209 *Et ad farciendum damnum æquè tenetur is, cujus dolo, ac ille, cujus lata culpà damnum illatum fuit.*

210 *Dolus malus est calliditas omnis, fallacia, & machinatio ad circumveniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibita.*

211 *Calliditas, astutia, ac dolus in animo consistit, fallacia autem in ore, & mendacio.*

212 *Machinatio est verborum ad decipiendum compositio, & artificium, eaque speciem criminis habet.*

213 *Dolus Ministri satis probatur ex mala relatione, ab eo facta, præsertim, ubi non criminalitèr, sed civilitèr contra illum agitur ad emendationem damni.*

214 *Quo casu ad doli probationem etiam conjecturæ sufficiunt.*

215 *Fortius, si probetur, ipsum aliàs similia admisisse.*

Rev. P. D. Commissarius Rev. Cam. exposuit Sacræ isti Congregationi, illam ob malè à Campostano administratam Thesaurariam Ferrariæ, declaratam fuisse liquidam, atque certam ejus Creditricem scutorum super octoginta mille, quemadmodùm de adeò ingenti ipsius debito constare dicebatur, tum ex confessione ejusdem Debitoris, qui in Facto judicialitèr concordato illud agnoverat in quantitate scutorum 67939. 32., tum etiam ex solemnibus Judicatis, & præsertim ex illis die 7., & 17. mensis Augusti anni 1725. prolatis à Congregatione particulari cum Adjunctis, à qua post maturè discussas rationes dati, & accepti, licèt alioquin priùs diligentèr, & fidelitèr perputatas à Perito per Judicem electo, edita fuit Resolutio, quâ injungebatur, quod = *Fiat concordia, in qua Campostanus habeatur pro Appaltatore Thesaurariæ, & Dohanarum Ferrariæ per totum mensem Aprilis 1719. tantum, & illius debitum, pro d. tempore, constituatur in scutis 98128. 23. monetæ, ex qua summa bonificentur pro omnibus prætensis restauris, & damnis scuta novem millia, ultra alia scuta sex millia jam bonificata, & supplicetur Sanctissimo pro prorogatione Tractarum anni 1717., & 1718., & ad computum supradicti Crediti transferantur Loca Montium attergata ejus favore unà cum fructibus decursis; quo verò ad*

ad credita, mobilia, & reliqua capitalia sequestrata fiat quantò citius redditio per Cameram prout de jure.

Ejusmodi Resolutio tanquam justitiæ regulis, & æqui, bonique rationi planè conformis, sine mora approbata fuit Pontificio Chirographo san. me. Benedicti XIII., die 30. ejusdem mensis Augusti edito, eoque injunctum, ut executioni mandaretur Concordia à præfata Congregatione decreta, & eo sane modo, qui ab illa præscriptus fuerat; propterèaque factâ resignatione Locorum Montium attergatorum pro securitate Rev. Cameræ, illorum pretium unàcum fructibus confians scuta 54161. 28. 10. incameratum fuit. Spes autem consequendi ingens residuum tanti debiti, pendebat à redditione rationis administrationis à Comite Nicolao Maria Maffeo gestæ nomine Campostani, & ab eo, quod Juris esset de aliis rebus, ac capitalibus sequestratis, & per Reverendam Cameram, nonnisi prout de jure, reddendis.

Dum itaque ea peragebatur, totius Causæ summa inter Reverendam Cameram Apostolicam, & suum Debitorem confecta jam videri poterat; At res aliter se habuit, nam Campostanus spe nunquam abjectâ rei benè gerendæ, sed isti semper intentus, invenit demum Patronum, auctoritate, & gratiâ præ maximè valentem apud Optimum Pontificem Benedictum XIII.; illiusque operâ, favore, & præsidio irritis factis præcedentibus Judicatis, & concordia, cui perficiendæ ratio, & modus, ut dictum est, à præfata Congregatione particulari præstitus fuerat; quodque gravius est, nullo numero habito, prorsùsque abolito Chirographo, cujus vigore ejusdem Congregationis Resolutio, & concordiæ executio consumata jam reperiebatur, Rev. Camera coacta fuit ad restituenda dicta scuta 54161. 28. 10., injunctâ insuper eidem tum renunciatione facienda sequestris super mobilibus, aliisque rebus Campostani, tum etiam factâ eidem plenâ condonatione totius, & integri debiti, licèt liquidi, quo Pontificio Ærario obstringebatur, aliisque denique pluribus, in grave præfatæ Cameræ præjudicium demandatis, ut latiùs ex Chirographo extorto die 7. Januarii anni 1729., de quo hodie agitur, & exhibetur, quodque illicò, & nullis Rev. Cameræ datis induciis, ac inauditis ejus defensionibus, executioni mandatum fuit.

Author autem adeò enormis damni, Reverendæ Cameræ irrogati, fuit Patronus ille, quem Campostanus nactus fuerat, Eminentissimus videlicet Cardinalis N.; quamobrem cum eadem indemnis fieri nequeat à principali Debitore, qui unàcum pretio dictorum Locorum Montium, & mobilium, aliarumque rerum, quas Ferrariæ, & in Ditione Ecclesiastica habebat, & à sequestro jam exemptas, statim vendiderat, sine morâ sese transferendo in Civitatem Mediolanensem, ubi paulo post ex hac vita migravit; jure idcircò, meritoque R. P. D. Commissarius coram ista Sacra Congregatione proposuit subsidiariam actionem, quâ Rev. Camera consequi valeret reintegrationem à Ministro illo, quo Authore, improbus Debitor à Supremo Principe Gratiam, adeò ipsi, suoque Ærario præjudicialem subripuerat.

Verùm Sacra Congregatio, tametsi ob patentia Chirographi, eidem exhibiti, vitia, agnovisset, subsidiariam hanc actionem Rev. Cameræ jure competere; nihilominus tamen, ut Causa definiretur eâ maturitate, quæ tum illius gravitas, & actionis qualitas, tum reverentia, Pontificio Chirographo debita, efflagitabant, præcepit præfato R. P. D. Commissario, & Advocato Fiscali, exquisito insuper voto alterius, non minus summâ doctrinâ, quàm eximiâ probitate præclari Viri, ut diligenter considerato d. Chirographo, pro veritate responderent, an locus esse posset nec ne subsidiariæ actioni, quæ proponi parabatur? Iidem autem sibi imperata facientes, post rem diligenti examine, ac maturo Judicio perpensam, unanimi sententiâ censuerunt, quod si Causa hæc definienda sit spectato tenore Chirographi, proculdubio juxta præsentem rerum statum, in quo Rev. Camera agere amplius nequit contra ipsum principalem Debitorem, subsidiariè persequi possit eum, cujus operâ, consilio, & favore adeò enormè damnum in illam derivatum fuit.

At quoniam nec Sacræ Congregationis, nec Reverendæ Cameræ mens erat, quod præfatus D. Cardinalis inauditus, & indefensus condemnaretur; mandatum propterea fuit, ut eidem communicaretur tum responsum R. P. D. Commissarii, & Advocati Fiscalis, tum illud sine Autoris nomine exaratum. His igitur monitus ad parandas defensiones, cum illas jam exhibuerit; reliquum modo est, ut libratis rationum momentis, quæ hinc indè afferuntur, inquiratur, an illæ exadversò latè cumulatæ, excludere valeant necnè actionem subsidiariam propositam à Rev. Camera, innixam sane elementaribus Juris principiis, juxta quæ, si intelligendum interpretandumque sit Chirographum, de quo agitur, illam planè eidem competere comperietur, ut firmatum fuit in dd. nostris Allegationibus, quarum fundamenta irrito conatu Partem adversam evertere moliri, facile demonstrari posse arbitramur.

Operi itaque manum admoventes omittimus verba facere de iis, quæ in contraria allegatione usque ad §. 36. prælibata dicuntur, ut haberetur historica narratio rei gestæ: Nam quibus commentis, fallaciisque contexta illa sit, luculentèr ostenditur in responsione Facti conflata ex documentis, & confirmata manifestis probationibus allatis in Summario eidem responsioni adnexo; sed deveniendo ad ea, quæ pro excludenda dicta actione subsidiaria exadversò proponuntur; ut illa nullo prorsùs numero habenda esse clariùs, faciliusque dignoscatur, hodiernam disputationem in plures partes, sive §§. dividemus: Partitio namque, præter alia,

alia, præcipuè illa præbet commoda, quod
89 mentem, memoriamque Legentis præparat, *Gloss. in proem. Institut. verb. easdem Institutiones*, aptaque insuper est tum ad ordinem sermoni, & claritatem rei tractandæ afferendam, tum etiam ad veritatem faciliùs assequendam, *Thabor. axiom. Jur. lib.4. cap. 43. axiom.3.*; & demùm longioris lectionis tædium levat, ceu nimirùm quibusdam vicibus animum reficiendo priorum fine, illumque ad novum rursus initium præparando, ex *Quintiliano lib.6. Institution. Oratoris cap. 2.* Quod sanè tædium minimè auxisse credemus, si frequentiùs hisce nostris scriptis interseremus loca documentorum, quæ in *Summario* exhibentur, & inscribemus illa jurium, ac Doctorum ad decisionem Causæ perducentia; id enim agemus pro majori Legentium commoditate, ut videlicèt, sinè assiduâ Summarii, & Librorum revolutione, sinè laboris molestiâ, temporisque jacturâ, in promptu, & ante oculos cuncta habeant, ut benè ad rem præfatur *Redoban. ante fin. proemii sui tractatus de reb. Eccles. non alienand.*

In primo itaque §. inquiremus, quænam fuerit mens, & intentio Summi Pontificis Benedicti XIII. concedentis Chirographum, de quo disceptatur, quidque agere in illo voluerit.

§. II. demonstratur, D. Cardinalem N. nedùm gessisse Relatoris munus, sed Summum Pontificem ipsum constituisse Executorem, eidemque privativè demandasse partes omnes, etiam Judicis, quæ pro celeri executione Chirographi, & perfectione totius negotii, de quo in eo agebatur, requirebantur.

§. III. Probatur, quod Relator munus à Summo Pontifice sibi injunctum minimè explens, fidemque ab illo sibi habitam nulla ex parte servans, ab eo extorsit d. Chirographum imperans transactionem prorsus injustam, & Reverendæ Cameræ undequaque damnosam.

§. IV. Respondetur contrariis objectionibus.

§. V. Concluditur, locum esse actioni subsidiariæ pro farciendis damnis à Rev. Camera passis contra D. Cardinalem N. tanquam dolo malo versantem in munere sibi injuncto.

§. I.

Probatur mens, & intentio Summi Pontificis Benedicti XIII., nihil videlicèt in dicto Chirographo agendi, aut concedendi Campostano, quod cessarum foret in enorme præjudicium Rev. Cameræ, sed inter hanc, & illum celebrari solummodò voluisse justam, æquam, & correspectivam transactionem.

SI in omnibus humanis actibus spectanda semper est intentio agentis, ultra quam, mul-
90 tò autem minùs, contra eam operari nihil valeut, ad concordantia Iura, & auctoritates relatas apud *Thabor. axiom. Jur. lib.1. cap. 25. axiom. 37., & lib.9. cap. 99. axiom. 5.*: præcipue sanè eadem investiganda, servandaque erit in Pontificiis Mandatis, & Rescriptis, ita quidem, ut prorsus non teneat quidquid con- 91
tra Summi Pontificis rescribentis, vel mandantis mentem, illorum colore, attentatum fuerit, *Cap. mandatum 38. in fin.*, ibique *Gloss. verb. non fuerit intentio de Rescript.*, *cap. Exposita 11.*, ibique *Gloss. verb. Intentionis de arbitr.*, *cap. super eo 15.*, *ubi Glossa verb. intentione de offic., & potestat. Judic. delegat.*, *cap. cum causam 36. in verb. Intentionis, & cap. final. de Præbend., & Dignitat.*: maxime vero, si ex eis alicui præjudicium inferatur; Sedes namque Apostolica *illam sibi semper in suis Ordina-* 92
tionibus reservare cautelam intendit, ut de illis ita proveniant commoda, quod aliis non immineat detrimentum, quemadmodum edixit *Joannes XXII. in Extravag. unic. inter commun. de Offic. Delegat.*, probaturque aliarum Pontificiarum Decretalium locis, mox allegatis, & tradit *Rota in Bononien. Proxenetici 14. Januarii 1715. §. Porro quatenus coram bon. mem. Cerro*: quapropter ad id evitandum, ita Rescripti verba intelligenda sunt, ut deserviant Summi Pontificis rescribentis intentioni, hanc 93
illis semper præferendo, *Cap. intelligentia 6., & cap. in his 15. de verbor. signific.*, *Gloss. in Canone Marcion.64. lit. R. caus.1. quæstion.1., & in cap. Petitio vestra 9. verb. Intentio de Procurator.*

At verò, si in quibusvis Pontificiis Ordinationibus, tametsi verba desint, aut dubia sint, præservata semper intelligitur ea cautela, *ut de illis ita proveniant commoda, quod aliis non immineat detrimentum*; multo profectò magis dicendum erit, optimum Pontificem Benedictum XIII. præjudicium nullum d. suo Chirographo generare intendisse Rev. Cameræ, quando disertis verbis declaraverat optasse quidem paternâ suâ clementiâ Campostanum sublevare calamitate, & ærumnis, quibus ipsum, nullius culpę Reum, affligi illi expositum fuit; at nè mente quidem cogitasse, imò apertè noluisse liberalitatem ullam, multò verò minùs effusam ullam prodigalitatem erga ipsum exercere, eidem impartiendo Gratiam, immane, & irreparabile damnum Apostolico Ærario allaturam, & manifestum fit ex ipso Chirographo, quod licèt delinitum fuerit pluribus falsis coloribus, ac figmentis, quibus aliquo justitiæ, aut æquitatis fuco adumbraretur Gratia, quâ magis exorbitans excogitari vix poterat, attamen tantâ arte concipi nequivit, ut ex eo non perspiciatur sincera mens, & aperta voluntas Summi Pontificis manifestè repugnans dispositioni, omnem justitiæ rationem, & æqui, bonique modum excedenti.

Satis profectò esset, pro ea planè assequenda, intueri Chirographi proemium, quod in quacumque dispositione, ideòque in Rescri- 94
ptis etiam, & Decretis Summi Pontificis utpotè indigitans ejus mentem, & rationem, causamque finalem, dirigentem ejus voluntatem,

Me-

Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt.2. num.5.
& seq., *Thesaur. axiom. Jur. lib.14. cap.118.*
axiom.1. paulò post med., cum aliis innumeris,
qui apud eosdem generaliter afferuntur, rectam
idcircò præbet interpretationem toti dispositio-
95 ni, veluti ad causam finalem, referendæ ad ratio-
nem in illo expressam, vel ex illo elicitam,
ut præter jam allegatos, tradunt *Nevizan.con-*
sil.40. num.3., *Bonden. collect. legal. tom.1. col-*
lect.10. numer.37. & seqq., *Rot. coram Coccin.*
decis.2305. num.57. & seqq.; hæc autem spe-
ctata, mens, & voluntas Summi Pontificis ma-
nifesta redditur præclaris illis proemii verbis,
quibus ait = *desiderosa la nostra Pontificia pater-*
na clemenza di contribuire al di lui sollievo per
quanto sia compatibile coll' accurata indennità di
detta nostra Camera =.

Quamobrem, si Summus Pontifex apertè
96 protestatus fuit, paternâ suâ clementiâ nonnisi
levamen illud, quod compatibile esset *coll'ac-*
curata indennita suæ Cameræ, se præbere velle
Campostano, hanc enixam voluntatem con-
firmando tum dictione illâ *per quanto*, condi-
97 tionem, & limitationem inducente, quando
refertur ad actum non factum, sed faciendum,
Barbos. de dict. usufreq. dict.312. nu.1. & seqq.,
& dict. 326. num. 3., tum etiam illâ aliâ di-
ctione *accurata*, quâ innuitur diligens studium,
quo Summus Pontifex in actu, qui gerebatur,
consulere primum velle incolumitati Jurium
suæ Cameræ declaravit; evidens, & apertum
inde fit, eundem certè abhorruisse, immode-
ratâ nimium profusione, non solum liberali-
ter Campostano condonare residuum ingentis
debiti, quo Rev.Cameræ obstringebatur; sed
quod longe gravius est, imprudenti prodigen-
tiâ illam obligare ad restituendum vero, &
liquido Debitori, tot solemnibus Judicatis con-
demnato, totum id, quod Juris ordine serva-
to, & vigore insuper transactionis, Pontifi-
ciâ auctoritate confirmatæ, ac executioni tra-
ditæ, legitime consecuta fuerat, atque Pon-
tificio Ærario incorporaverat; imposita præ-
tereà eidem durissimâ illâ conditione, quod
in casu, quo dd. pecuniæ publici Ærarii pro-
priæ jam effectæ, atque in publicos usus, &
indigentias erogatæ, ampliùs non extarent; ni-
hilominus Rev. Camera pro illis restituendis
debito sè subjicere teneretur additione aliorum
Locorum Montium facienda alicui ex Monti-
bus S. Petri jam erectis, & demum, quatenùs
opus esset, nova etiam conquirerentur, & as-
signarentur capitalia, quibus suppleretur dos
necessariò paranda pro solutione prompta fru-
ctuum Locorum Montium addendorum, ut
latè legitur in dicto Chirographo.

Jure autem meritòque [redeundo ad mox
relata proemii verba] pius Pontifex tametsi in
liberalitatem propensus, adeò conceptis, &
expressis verbis professus fuit nolle se munifi-
cum exhibere Campostano largitione ullâ, quę
compatibilis non esset *coll accurata indennito di*
detta nostra Camera, quia admonebatur sen-
tentiâ Angelici Doctoris 2. 2. *quæst.100. art.1.*
ad 7., quod quamvis *res Ecclesiæ sint ejus, ut* 98
principalis Dispensatoris, non tamen sunt ejus,
ut Domini, & Possessoris, in quem locum
Cajetanus singulariter dixit *nota tertiò, quod*
cum potestas Papæ quoad res temporales Eccle-
siæ, sit potestas non Domini, sed Dispensatoris,
ut in litera dicitur; consequens est, ut plenitu-
do potestatis Papalis circa Bona Ecclesiæ tempo- 99
ralia non excot limites potestatis dispensativæ,
& ex eis docuit *Fagnanus in cap. quanto nu. 82.*
& seqq. de translat. Episcopor. tom. 2. in 2.
part. 1. Decretal. fol.137.

Quippe Summus Pontifex tanquam Rex, &
Princeps temporalis, habet quidem dominium
Ditionis Ecclesiasticæ, & Provinciarum sibi
subditarum; verum eædem uti quæsitæ, ac
donatæ intuitu ipsius Romanæ Ecclesiæ, tan- 100
quam ejusdem patrimonium possidentur à Pa-
pa pro tempore existente. Quamobrem probè
noverat, quod sanctioribus prudentis, & fide-
lis Administratoris regulis ad diligentem illo-
rum dispensationem, ac indemnitatis Reveren-
dæ Cameræ procurationem arctius ipse con-
stringebatur, quando quilibet temporalis Prin-
ceps studio omni, ac diligentiâ publicæ pecu-
niæ conservationi prospicere debet = *quoniam*
fiscalis ratio, & militibus, & privatis, ipsis-
que Templis, & cunctæ Reipublicæ utilis, &
necessaria est, ut ad Supremos Magistratus præ-
sidentes ejusdem administrationi rescripsit *Ju-*
stinianus novella 17. tit.14. de mandat. Princip.
cap.12., & probat *Mierez. de majorat. part. 4.*
quæst.1. num.242. & 244., dicens, quod *Regii*
redditus dicuntur sacrosancti, & parati in defen-
sum Fidei, & Regni =, *Boler. de decoct. debi-*
tor. fiscal. tit.4. quæst.11. num.4.

Quinimò, ut bene advertitur in §.11. nostræ
anonimæ Scripturæ, cum religiosum Pontifi-
cem plenè conscium ejusmodi obligationis,
naturali penè jure cuilibet Supremo Principi
impositæ, non lateret, eundem culpâ non
vacare apud Deum, si absque justâ causâ pro- 101
fundat pecuniam collectam ex Subditorum tri-
butis, atque, ut dictum est, destinatam tuitio-
ni publicæ securitatis, aliisque Principatus one-
ribus subeundis, *Molin de justit.*, *& Jur.*
tom.2. tract. 2. disput. 25. num. 3., = ibi *Bona*
namque Coronæ Regni suo modo sunt vinculata,
& à Republico Regibus concessa ad defensionem,
& administrationem Reipublicæ, non ut in Re-
gni, & Reipublicæ detrimentum dilapidentur,
& quamvis Rex justa de causa possit ab ea auferre
re illud quasi vinculum, non pro libito, & abs-
que legitima causa.

Eademque sententiâ loquitur *Card. de Lugo*
eodem tract. disp.23. sect.10. num.148., dicens=
Princeps Supremus non potest profusè donare in
grave, & notabile præjudicium status, & Re-
gni, quia Bona Coronæ sunt suo modo vincula-
ta, & Regi concessa ad defensionem, & admi-
nistrationem Reipublicæ, & ad onera sui mune-
ris sustinenda, non verò ut in Reipublicæ detri-
mentum profundantur =, *Fragos. de Regim. Rei-*
publ. Christian. part. 1. lib.1. disput. 2. nu. 120.

Quan-

Quantò profectò strictiori obligatione ad custodiendum Pontificium Ærarium sè devinctum novisset, si, ut contigisse demonstrabitur in casu nostro, animadvertisset, nullâ urgente publicâ causâ, illud in graves angustias conjiciendum fore, contrahendo nova debita pro ingenti pecunia, non quidem alicui Subdito, de Republica benemerito, elargienda, sed
102 imprudentèr profundenda in Alienigenam, imò in fraudolentum Debitorem: ejusmodi namque beneficientia justitiæ minimè conjuncta, manifestè labebatur in illud, adeò Reipublicæ exitiale, prodigentiæ vitium, in quod ex Cicerone *lib.* 1. Officiorum, incurritur, quum in dando exceditur modus, dando videlicèt plus quàm oportet, & cui non oportet, & quando, & quâ causâ non oportet.

Fusiùs egisse fortè redarguemur de Pontificia potestate circa Bona temporalia Ecclesiæ, quasi hæc, vel per sè ipsam Sapientibus nota, illustratione non egeat: at non absre id factum videri posse arbitramur, si animadvertatur, quod religiosusPontifex non ignarus, quæ, qualisque esset sua potestas, dum illius fines prætergredi nolle expressè protestatus fuit; indè autem profectò magis, magisque evincetur quantò gravius contra sanctiora naturalis, ac humani Juris præcepta peccaverit, & quantò callidiori artificio eum seduxisse oportuerit, Ministrum illum, cujus operâ usus, cujusque fidei sèsè commiserat? Hic quippe noscens, quod, ut fidentèr illudi posset firmæ menti, ac constanti voluntati, quâ Optimus Pontifex conscius obligationis, quâ se devinctum sentiebat, adeò apertè in proemio declaraverat, nihil se acturum, ex quo Rev. Cameræ detrimentum aliquod capere posset: noscens, ut dicebamus, quod in contextu Chirographi, confingere in primis oportebat titulum aliquem, eidemque audactèr proponere negotium, quo dum commiserebatur, opemque ferebat Campostano, consuluisse dici posset suæ quoque Cameræ incolumitati, excogitare sanè nequivit titulum aptiorem illo transactionis, quàm inter Rev. Cameram, & Campostanum, vigore d. Chirographi, ineundam fore Summo Pontifici persuasit. Hujus autem conficti, ac er-
103 ronei tituli colore eundem verè inductum fuisse ad illud signandum, patet ex Summario ejus calci adjecto; quid solummodò Pontifici legi, ideòque præcipuè inspiciendum esse ad cognoscendum quod ille sciverit, & facere intenderit, edocemur ex nota praxi, de qua testantur *Paris. de resignat. lib.*8. *quæst.* 7. *numer.* 19. *& seqq.*, *clar. mem.Card. de Luc. de regal. in supplem. part.*1. *disc.*200. *n.*1. *in fin.*, *& disc.* 202. *numer.* 10., *Rosa de Execut. lit. Apost. part.* 1. *cap.*1. *numer.*6. *& seqq. Rot. in Melevitana Pensionis* 23. *Januarii* 1699. *§. At verò coram clar. me. Card. de la Tremoille*, *& in Bononien. Proxenetici* 14. *Januarii* 1715. *§. Suggestio autem coram bon. mem. Corio*.

In d. autem Summario nihil prorsùs expositio, quod non esset compatibile *coll'accurata indennità di detta nostra Camera*, simplicitèr dicitur, à Sanctitate Sua D. Cardinali imperari executionem concordiæ, ab ipsa, post relationem nimirùm sibi ab eo factam, decretæ, ibi = *Vostra Santità avoca a se stessa, & estingue tutte le Cause, liti, e controversie vertenti trà la Reverenda Camera Apostolica, e Gio: Battista Campostano stato Appaltatore della Tesoreria di Ferrara dal* 1. *Gennaro* 1712. *sino alli* 3. *Maggio* 1719., *imponendo alle Parti un perpetuo silenzio. Commette al Reverendissimo Cardinale N. la totale, e pronta esecuzione della Concordia, perciò da Vostra Santità stabilita* =, ut etiam verba, & cetera omnia, quæ in dicto Summario leguntur, præseferunt coloratum hunc transactionis titulum, tanquam causa finalis volitæ, atque intentæ à Summo Pontifice, ibi = *mediante la presente da Noi ordinata, e voluta irrevocabile Concordia* =, & de- 104
mùm transactionis paritèr contractui congruunt ea, quæ in ipso Chirographo commenta leguntur; obtendendo videlicèt, quasi de re dubia, & lite incerta neque finita transigi, quod est primum ad validam transactionem ineundam requisitum, *leg.*1 *ff. de transact.*, *Jason. in rubr. Cod. de transact. num.*2., *Bonden. collect. legal.*7. *num.*6. *tom.*1., *Rota coram Merlino decis.*809. *num.*14.; & non re, sed verbis confingendo aliquid hinc inde dari, & remitti, juxtà alterum, quod exigit natura transactionis, re- 105
quisitum, ad *Text. in leg. transactio nullo dato* 38. *Cod. de transaction.*, & alia concordantia Jura relata *in decisione Sicula numer.* 126., *apud Card. de Luc. in calce tractat. de Feud.*, *idem de alienat. disc.*50. *nu.*6., *Rot. ad ejus ornat. lib.*7. *decis.*40. *numer.* 17., *& in Mantis. lib.*8., *decis.*41. *num.*11.

Hic solummodò attigisse libuit titulum, cujus colore impetratum fuit dictum Chirographum: Quantâ verò circumventione optimus Princeps Apostolici Ærarii incolumitatem prę oculis habens, inductus fuerit ad illud appro- 106
bandum, signandumque, ostendetur in seqq. §§., ex quibus perspicuum fiet, nomine, & fuco transactionis, justam, & correspectivam æqualitatem continere debentis, illinitum fuisse actum, in Leoninam penitùs concordiam degeneraturum, ex quo videlicèt commodum omne Campostanus; contra verò immane damnum Rev. Camera acceptura erat, quales ejusmodi transactiones appellat *clar. me. Card. de Luc. de alienat. disc.*24. *num.*16.

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *

§. II.

§. II.

Hoc loco demonstratur, D. Cardinalem N. nedum gessisse Relatoris munus, sed Summum Pontificem, ipsum constituisse Executorem, eidemque privativè demandasse partes omnes, etiam Judicis, quæ pro celeri executione Chirographi, & perfectione totius negotii, de quo in eo agebatur, requirebantur.

ETsi optimus Pontifex allucinatus titulo transactionis, cum Campostano ineundæ,
107 illam celebrari deliberasset; attamen, nè quid ejusmodi speciosi tituli colore inconsultò ageret, aut nè quidpiam = *non compatibile coll'accurata indennità di detta nostra Camera* = improvidè illi elargiretur, gravi huic negotio præficere statuit conspicuum Ministrum, cujus fidei illud gerendum, expediendumque commendaret: Is autem fuit D. Cardinalis = *commettemmo a voi con nostro special Rescritto de' 27. Febraro del presente anno il prendere del seguito in questo affare ogni più esatta, & individua cognizione, per farcene relazione, e darcene una giusta, e piena Informazione* = sunt verba Chirographi; Hæc autem *ogni più esatta, & individua cognizione*, ut etiam *giusta, e piena Informazione*, tanquam requisita, & præ-
108 mittenda quando res agenda est secundum justitiæ, vel æquitatis regulas, *Roland. cons. 15. num. 19., & cons. 33. num. 41. lib. 4., Decian. cons. 47. num. 25. lib. 1., Scacc. de sent. glos. 10. num. 23., Bonden. collectat. legal. 15. numer. 7. tom. 1., Gobb. consult. decis. tom. 1. decis. 71. sub num. 137. §. Prædictorum, & numer. seqq., & tom. 2., decis. 50. num. 38. fol. 281., & numer. 42. & seqq. fol. 282.*, confirmat constantem Summi Pontificis mentem servandi normam, & regulas, in transactionibus celebrandis præscriptas, nè videlicèt illa, quæ perfici parabatur, justâ ullâ ratione impugnari unquam posset, tanquam videlicèt non compatibilis cum indemnitate Rev. Cameræ præcipuè ab ipso volita.

Muneri ex d. Rescripto sibi delato manum ille admovens, rei relationem Summo Pontifici perfecit, quâ tamen absolutâ, non idcircò, quasi meri relatoris, ut exadverso supponitur, officio perfunctus, ab hoc negotio se removendo conquievit, sed ut quisque ex totius Chirographi tenore, nedum conjicere, sed aperte perspicere poterit, vigore ejusmodi relationis maximà, exquisitàque arte confictæ, Summum Pontificem, cujus animum gratiâ, quâ apud eum valebat, in quam vellet partem agere facilè poterat, induxit ad Executoris quoque, aliasque omnes Judicis etiam partes ipsi plenariè, & privativè committendas, prout ab eo volitæ executionis celeritas postulabat. Satis id probatum dici posset ex Summario Chirographi, quod hic iterum non exscribimus, quia, ut in illo dicitur, amplioribus verbis omnia exequendi, & perficiendi potestas præfato D. Cardinali a Summo Pontifice impartita legitur in ipso Chirographo, in quo, post auditam relationem, & informationem, illius fidei commissas, quas, ut ait lit. F., justas, & plenas credidit, ibi = *avendo da voi stesso accuratamente riconosciuta la serie del fatto, e sopra di essa intesi non solo Monsignor Nicolò Negroni nostro Tesoriere generale, e quei del Supremo nostro Tribunale della detta Camera, che avete stimato proprio di sentire, ma altri an-
cora di ciò fondatamente intesi, per abbondare in* 109
ogni osservabile cautela &c. = immediatè lit. G. subjunxit = *atteso il da voi riconosciuto, ed a noi colla solita vostra commendabile attenzione riferito sopra l'esposto* = ideoque suspenso super hac re animo se amplius non hæsisse.

Hæc autem postrema verba notâ profectò digna sunt, quia, inspectâ dictione illâ *atteso*, veluti causalia, cum demonstrent, cujus operâ,
& consilio Summo Pontifici persuasum fuerit, 110
ut statueret cuncta ea, quæ in d. Chirographo decernuntur, indè sequitur, quod si is, à quo fideliter verus rei status aperiendus illi erat, cum sincerè non instruxit, ipsum decepisse dicatur, ex *Glossa finali in leg. certissimè 14. ajente = decipit, qui non instruit = ff. de liberal. caus.*
Quæ deceptio longè gravior est in nostra hypo- 111
thesi, quia Pontifex, qui à Ministro instrui debebat, credens ex illius relatione, perindè ac si facti esset cum = *ogni più esatta, & individua cognizione*, se plenè rem pernovisse, ibi = *giusta, e piena informazione* = eidemque propterea fidens, ponderare valuisse = *maturamente il ponderabile sopra il principio, progresso, e presente stato di tale controversia* = pertractus fuit ad inferendum Rev. Cameræ intolerandum detrimentum, à quo ipsum summoperè abhorruisse probatum est superiori §.

Omittimus hic referre ea, quæ circa hinc indè, videlicet inter Rev. Cameram, & Campostanum, facienda, præstandaque præscribuntur; de his enim latè, cumulatèque agemus §. sequenti, in quo ejuscemodi leoninæ transactionis injustitia manifesta reddetur; sed pergimus ad reliqua omnia, quæ pro illius executione, atque omnibus ejusdem appendiciis ad finem perducendis decernuntur. Quippè Summus Pontifex minimè considerans Dominum Cardinalem tanquam merum Relatorem; post relationem ei peractam, officio suo jam perfunctum; plenam, & absolutam rei gerendæ, perficiendæque potestatem illi privativè impartitus fuit. Quamobrem dicto Chirographo ait = *commettiamo a voi, che ordiniate, come noi ordiniamo al predetto Monsignor Negroni Tesoriere generale, che debba egli prontamente in esecuzione &c. stipolare per gl'istessi atti &c. l'istromento delle come sopra da noi stabilite correspettive cessioni &c.* =, subditurque deindè facultas, concessa D. Thesaurario generali, pro reintegratione Campostani addendi, sive creandi nova Loca Montium = *col vostro assenso* =, D. nempè Cardinalis; qui cum semper præesse deberet universo huic negotio, do-

donec illius exitus expediretur, eidem mandatur, quod Depositario Montis, cui facienda erat nova hæc additio = *farete dare dalla nostra Camera il corrispondente assegnamento* =, pro hujus tuta, & parata præstatione hypothecando Bona omnia Rev. Cameræ, ut in sæpius memorato Chirographo.

Utque sine morâ perficeretur etiam redditio rationis administrationis, post carcerationem Campostani gestæ à Comite Nicolao Maria Maffeo, ita in eodem Chirographo disponitur = *commettiamo a voi specialmente, e privativamente, avocando a noi, quando faccia di bisogno, qualunque Causa sopra di ciò intradotta in Camera, e nella Congregazione de' Conti, commettendola a voi, ad effetto, che in seguito, & esecuzione del presente nostro Chirografo, con detto Monsignor Tesoriere, e Monsignor Sardini Chierico di Camera, e della Congregazione de' Conti, indilatamente costringiate il predetto Amministratore Conte Nicolò Maria Maffei al rendimento de' suoi Conti &c., e inteso il sentimento dell' Avvocato Fiscale, e del Commissario della nostra Camera, col Voto di detto Monsignor Tesoriere &c. determiniate per voi stesso quello stimerete sia di ragione &c. da voi determinato, vogliamo, che in tutto s'abbia, e si osservi, come se fosse da noi immediatamente determinato &c.* = dando facultatem Manu Regiâ Administratorem cogendi ad solutionem, si quid reliquum, subductis rationibus, ab illo debitum superesset.

En autem ex his ad rem, de qua agitur, aliud notâ dignum, quod nimirùm post harum omnium Causarum avocationem à Summo Pontifice ad se factam, præfato Domino Cardinali subrogato loco plenæ Cameræ, & Congregationis Computorum) Suprema fanè Tribunalia composita ex tot eximiis Prælatis, alisque in hisce Causis longâ exercitatione, & usu apprimè versatis Viris) præcipitur, quod quidquid solo ejus judicio definitum foret = *in tutto s'abbia, e si osservi come se fosse da noi immediatamente determinato* = ; Quæ porrò effrenata facultas, limitata censeri nequit clausulis illis, quod D. Cardinalis Administratorem urgere deberet ad redditionem rationis, unàcum Reverendo Patre Domino Sardini, & auditis
112 Advocato Fiscali, & Commissario Cameræ cum voto Reverendissimi Thesaurarii; nota quippe cunctis est praxis, quâ edocemur, quod quum cognitio alicujus Causæ committitur cum Voto alterius Tribunalis, vel aliorum, is cui commissa est, tale votum sequi non tenetur, ad differentiam alterius casus, quo injungeretur, ut ille procedere deberet de eorum voto; cui tamen posteriori committendi modo, ob summam reverentiam debitam Supremæ Cardinalium Dignitati, minimè cum eis usitato, eò certiùs locus esse nequibat in nostra hipothesi, in qua Summus Pontifex voluit, quod definitio quævis D. Cardinalis = *in tutto s'abbia*, ut dictum est, *e si osservi, come se fosse da noi immediatamente determinato* =.

His absimile haud est illud aliud, quod eodem Chirographo cavetur, ut videlicet, quoties à Campostano contra alios, quàm Reverendam Cameram promoveretur actio ulla pro refectione damnorum passorum ex causa carcerationis, id = *come cosa consecutiva, ed accessoria alla presente nostra determinazione, quando egli voglia promovere contro chiunque da lui preteso obligato una tale istanza, ed azione, ordiniamo, disponiamo, e vogliamo, che debba questa privativamente ad ogn' altro Giudice &c. promoverla solo avanti di voi &c. anche coll'uso della Mano Regia da rilasciarsi da voi* = prætereaque impartitis ipsi facultatibus omnibus necessariis, decernitur, ut = *quanto voi farete, & ordinerete, si abbia come da voi fatto, & ordinato* =, & denique in his omnibus, eundem semper constituendo Judicem, injungitur, quod Causæ omnes, quæ emergerent, ad normam Chirographi definirentur = *da voi, e da qualunque altro Giudice, o Tribunale* =, ut ex prædicto Chirographo. Oportuit sanè ejusmodi Relatori munus quoque Executoris, & Judicis privativè delegasse; ob manifestam namque nullitatem, & injustitiam, quibus laborabat, haud facilè sperari poterat propera dicti Chirographi executio, eo sanè consilio, & ratione volita, ut, quemadmodum eventus docuit, post jam consumatam executionem, modus omnis consulendi indemnitati suæ Rev. Cameræ præriperetur.

Abs re minimè fuisse credimus tot Chirographi loca latiùs hic referre, quippe sententiâ *Horatii* in *Poetica* admoniti, quod

Segniùs irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit Spectator :

conducibilius esse duximus, loco compendiariæ paraphrasis, ad verbum illa exscribere, quia Legens plura ipse sibi tradere poterit pro rei veritate penitùs assequenda, & per inductiones, ac argumenta, ex illis deducta, apertè comperiendo, quanto cum dolo, quantaque cum culpa, & quidem plusquam lata, Minister iste rem perfecerit; idem idcircò, tanquam doli, & latæ culpæ minimè expers, obnoxius erit sarciendo, præstandoque damno omni, inde illato: ut etiam id eâ ratione egimus, ut primo ipso aspectu ex eis cuique pateret, quàm fidenter exadverso §.36., & sæpiùs alibi, asseratur, D. Cardinalem, in re, de qua agitur, Relatoris solummodò, aut meri Executoris, nudum, & materiale dumtaxat ministerium exhibentis, partes transegisse; quando summa, & absoluta potestas super universa hujus negotii, & unà rerum quoque, quæ consecutivæ, & accessoriæ illi esse poterant, cognitione, judicialitèr etiam facienda, toties in dicto Chirographo, adeò conceptis verbis, & effrenatis clausulis præfato D. Cardinali privativè impartita legitur, & quidem donec finalis illius executio consumaretur.

Verùm enim verò tametsi Parti adversæ id, quod ipsa asserit, daremus, non idcircò tamen excusationem ullam ejuscemodi colore parare illi posset. Nam si Summus Pontifex deceptus iis, quæ relatione sua Minister, huic negotio præpositus, in ejus animum, & os induxerat, impulsus fuit ad signandum dictum Chirographum, atque ad illi elargiendas amplissimas omnes facultates necessarias pro transactionis, de qua agebatur, celebratione festinanda, quia nimirùm virtute talis relationis, sibi factæ, persuasum ipsi fuit, quod = *ponderatosi da noi maturamente il ponderabile sopra il principio, progresso, e presente stato di tale controversia, per darle un adequato fine* = illa tutò, & absque detrimento Rev. Cameræ ad effectum perduci posset; ex his, veluti ex necessario antecedente, sequitur, quod ejuscemodi Minister si muneri suo, ipsique habitæ fidei defecit, aut falsa exponendo, aut vera reticendo, vel sub involucro verborum illa innuendo, adeò quidem, ut Papa dignoscere non posset, an sibi exposita, vera essent nec nè, videlicet, an in
113 casu nostro concurrerent ea, quæ ad validitatem transactionis requirebantur, cuncta in d. Chirographo disposita, tanquam ejus culpâ, & dolo obreptitiè, & subreptitiè extorta, corruere necesse sit, ut de expressione falsi disponitur in *Capit. super literis 20. de rescript.*, *ubi latissimè scribentes*, *Rota coram bon. mem. Ansoldo decis. 83. num. 6.*, *coram bon. mem. Herrera decis. 30. num. 1.*, *coram clar. mem. Card. Caprara decis. 645. num. 29.*, *& in Pampilonen. Jurispatronatus 4. Februarii 1715. §. Hujusmodi verò coram clar. mem. Card. Scotto*, *& coram Eminentissimo Falconerio tom. 1. tit. 3. decis. 1. numer. 17.*

Ut etiam idem disponitur de reticentia eorum, quæ exponenda alioquin erant, *Cap. ex part. 2.*, *& alio cap. ex part. 12.*, *& cap. Constitutus 19.*, *& cap. postulasti 27. de rescript.*, *Rot. coram Eminentiss. Falconerio tom. 1. tit. 3. decis. 5. num. 16.*, *& tom. 2. tit. 25.*, *decis. 12. numer. 9.*, *& sub nu. 24.*, *ubi* benè ad rem nostram *tom. 3. tit. 35.*, *decis. 10. num. 16.*, *in Miscell. decis. 40. num. 3.*, *& in dict. Pampilonen. Jurispatronatus loco mox. citato*.

Et denique nec etiam ullatenùs fallenda est conscientia Principis, eidem non omnia clarè,
114 & nitidè, sed sub generalium verborum involucro exponendo, ex generalitate namque quæ obscuritatem parit, potest Princeps facile circumveniri, quemadmodum ex *Textu in leg. final. in fin. Cod. de Dot. promiss.* arguit *Fagnan. in cap Dilectus num. 13. de Rescript. in primam part. primi Decretal. tom. 1. fol. 148.*, ideòque, ut benè loquitur *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 54. num. 48.* = *non minùs vitiat Rescriptum obscura, & involuta expressio, quàm narrandorum totalis omissio* =, *Piton. disceptat. Eccles. 48. nu. 10. tom. 1.*, *Gobb. consult. dec. 50. nu. 23. tom. 2. fol. 329.*, *Rota coram Eminentiss. Falconerio de fideicom. tit. 16. decis. 73. num. 14. fol. 722.*, *de Usur. tit. 46. decis. 32. nu. 14. tom. 3. fol. 750*, *in Bononien. Prosenetici 14. Januarii 1715. §. Porrò quatenùs coram bon. mem. Cerro* docens, quod pro irrito declarando Rescripto = *haud necesse est positiva expressio falsi,*
vel aperta reticentia veri, sed sufficit, quod 115
narratio à Supplicante emissa, sit obscura, & involuta, ac apta propterea fallere mentem Concedentis =.

Subditque, id locum præcipuè habere, si, ut contingit in casu nostro = *gratia sic reportata irroget Tertio præjudicium, quod qualecumque sit, narrandum est Principi, ut evitetur subreptio* =, & præter ibi allegatos, tradunt *clar. me. Card. de Luca de regalib. disc. 4. num. 13.*, *Rot. coram Eminentiss. Falconerio tit. de Fideicom. 16. decis. 73. num. 17. & duob. seqq.*, ubi, quod quum agitur de interesse Tertii minùs est excusabile vitium quodcumque narrativæ, utpotè certiùs includens voluntatis defectum in Concedente, quia intentio Principis, qui velle non præsumitur, nisi quod æquitas, & justitia requirunt, non est in suis Gratiis Tertio præjudicium inferre, *& num. 23.*, in quibus referuntur concordantia Juris, & Doctorum loca *tom. 1. fol. 722. & 724.*

Jam verò, si quum agitur de circumstantiis,
quæ Principem retraxissent, vel difficiliorem 116
reddidissent ad Gratiæ concessionem, tametsi in omissa illarum narratione absit dolus malus, quo ille ab Impetrante, seu Relatore sese circumventum dicere valeat; nihilominùs ob defectum intentionis Gratia corruit, veluti non ex deliberata ipsius, utpotè ignari veritatis facti, voluntate profecta, sed per errorem extorta, ideòque, nec ignorantiæ nec bonæ fidei prætextus ad illam sustinendam suffragatur, ut ex *Cap. Constitutus 19. de rescript.* arguit *Abbas in cap. ad audientiam il 2. numer. 14. vers. & vitiat subreptio*, & latiùs *in cap. super literis de Rescript.*, quem sequitur *Fagnan. in eodem cap. ad audientiam numer. 27. tom. 1. in primam part. primi Decretal. fol. 234.*, *Cravet. cons. 68. num. 12.*, dicens, ejusmodi ignorantiæ, vel
simplicitatis colore nec etiam subveniri Ru- 117
sticis, ubi agitur de lucro, *Roderic. Suarez. allegat. 12. num. 12.*, ubi benè ait, quod = *in considerandа Gratiæ validitate non advertimus ad culpam Impetrantis, sed ad intentionem Concedentis* =, *Rot. coram Eminentiss. Falconerio de Pension. tit. 25. dec. 12. nu. 10. tom. 2. fol. 516.* Ambigi profectò nequibit, quin in nostra hypothesi, nedum Chirographum, cunctaque in eo disposita, irrita reddi oporteat; Verùm prætereà is, qui suasione, & consilio suo illud extorsit, ejusdemque executionem consumavit, Summum Pontificem abducendo à firmo proposito nihil agendi, quod non esset = *compatibile coll'accurata indennità di detta nostra Camera* =, tanquam doli mali non expers, illud sarcire teneatur, ut suo loco probabitur.

§. III.

§. III.

Relator munus à Summo Pontifice sibi injunctum minimè explens, sidemque ab illo sibi habitam nulla ex parte servans, ab eo extorsit d. Chirographum, imperans Transactionem prorsùs injustam, & Rev. Cameræ undequaque damnosam.

Jam verò superiori §. cumulatè exposito quale munus delatum, quæque partes io
118 negotio, de quo agitur, D. Cardinali N. delegatæ fuerint, quàm gravitèr in illis omnibus implendis defecerit, facilè modò demonstrari posse arbitramur: intuendo namque, quâ side rem egerit, comperietur, ipsum, non quidem exequendo mentem, firmumque propositum optimi Pontificis = *di contribuire al di lui* (Campostani videlicet) *sollievo, per quanto sia compatibile coll'accurata indennità di detta nostra Camera* = qua propterea de causâ, juxta animadversa dicto superiori §., illi præceperat, ut diligenter exploraret, accuratèque perquireret = *del seguito di questo affare ogni più esatta, & individua cognizione, per farcene*, post rem undequaque perspectam, compertamque, *relazione, e darcene una giusta, e piena informazione*, = quâ gravis hujus negotii verus status ipsi aperiretur, quemadmodum exactè id à Relatore factum prò certo habuisse visus est verbis illis = *atteso il da voi riconosciuto, ed à noi colla solita vostra commendabile attenzione riferito* = dicti Chirographi alibi relatis locis *lit. E. & seq.*: Verùm integerrimi Principis spem, votaque fefellit eventus: Relator namque vera reticendo, falsaque obtrudendo, eundem negotii, quod gerebatur, ignarum, relatione sua ad illud inconsultò perficiendum induxit.

Præstans sanè, imò, quantum opus esset, convincens Facti hujus argumentum erui posset ex alio priori Chirographo, ab eodem Summo Pontifice edito die 30. mensis Augusti anni 1725., abrogato per posterius, quo consequenter infirmatur quoque alia transactio, licèt, ut pluriès dictum est, à particulari Congregatione decreta, atque à præfato Summo Pontifice dicto priori Chirographo confirmata, cujus plenâ executione extinctæ jam penitùs fuerant lites illæ, quibus, veluti adhùc flagrarent, per secundum Chirographum finis imponendus suppo-
119 nebatur. Quamobrem ex eo dumtaxat, quod Papa, hac ratione agendi, venisse dicatur contrà factum proprium, prævià diligenti consideratione gestum, præsumendus est circumventus, juxta *Textum apertum in Cap. Cum olim 12.*, ibi = *Contrà pronunciationem suam, sicut credimus, circumventus de Sentent., & re Judicat.* = ubi latè *Fagnan. nu. 12. & seqq.*, *ex Geminiano*, eam reddens rationem = *Quod non præsumitur quis velle sua judicia impugnare: notaretur enim*
120 *de variatione, inconstantia, & illusione, quæ reprobatur à Jure, maximè in omnibus Ecclesiasticis* = *tom. 3. in secundum Decretal. fol. 233.*, *Faber. in Codic. lib. 1. tit. 12. definit. 2.* sic inquiens = *Si quis Summus Pontifex, aut alius Princeps rescripsit contrà, quàm jàm ante rescripserat, aut aliud quid fecerat, præsumitur circumventus, nec doli suspicione caret is, qui Rescriptum impetravit* = *Lurrea allegat. fiscal. 92. num. 17.* adeò quidem, ut pro eliminanda dicta præsumpta circumventione non sufficiat, quod posteriores Literæ mentionem faciant priorum, sed prætereà requiratur, quod in eis exprimantur omnes illæ priorum qualitates, quæ speciatim indicatæ Principi, eum difficiliorem reddidissent ad novas Literas concedendas, quemadmodum late docuit idem *Fagnan. in Cap. Ceterum num. 14. & seqq. de rescript. tom. 1. in primum part. primi Decretal. fol. 150. & seqq.*, quem sequitur *Rota coram Eminentissimo Falconerio de Pensionibus tit. 25. decis. 12. tom. 2. fol. 516.* 121

Si igitur omissio modi, formæ, & causæ ob quam facta est prior dispositio, omniumque ejus qualitatum, posteriorem vitiat, *Fagnan. in Cap. Dilectus num. 12. de Rescript. tom. 1. in primum part. primi Decretal. fol. 248.*, *Rota coram Eminentissimo Falconerio dicta decis. 12. loco citato præter Fagnanum* allegans *Rodericum Suarez. allegat. 12. num. 30.*: ità profectò res se habet in nostra hypothesi; In secundo namque Chirographo, vix incidenter, & subobscurè factâ mentione primi, Summo Pontifici narratum minimè fuit id, quod disertè asseritur io primo; nimirum post Campostani carcerationem secutam ità mandante san: mem: Clemente XI., illiusque validitatem agnitam in Supremo Tribunali Rev. Cameræ, discussis deindè, ac rejectis defalchis ab eo prætensis, illius debitum, magna jàm ex parte ejus confessione probatum, ex Periti Judicialis relatione in multò majori quantitate liquidatum fuisse, cum subsecuta etiam finali computorum solidatione. 122

At quoniàm Campostanus sui debiti satisfactionem nihilominus detrectans = *con più ricorsi avuti avanti à noi* (sunt verba dicti primi Chirographi *lit. E.*) *ci supplicava, che per ultimare unitamente tutte le pendenze tra lui, e la detta nostra Camera, & anco per via di concordia, l'avessimo aggraziato di ordinare la revisione delle accennate cause di defalchi, e della validità della propria carcerazione* = Summus Pontifex, ut habetur *lit. F.* = *accudendo alle di lui istanze*, ait = *condescendemmo à deputarli una Congregazione particolare*, adjunctis aliis Conjudicibus a Campostano designatis, à qua, post Causam acriter disceptatam, diligenterque enucleatam, præscriptus fuit modus ineundi concordiam, Motu proprio Summi Pontificis confirmatam, atque executioni confestim traditam.

Nemo autem non videt, quod, ut in secundo Chirographo validè revocata censeri possent disposita in primo, duo præcipuè clarè, & sinè verborum ambagibus speciatim exprimere oportebat. Primum est, ut sæpius diximus, solemnis concordia, modo, quo dictum est, celebra-

ta, minimè præterea occultatis omnibus ejus qualitatibus, ceterisque, quæ ad ejusdem validitatem constabiliendam in dicto primo Chirographo enarrantur, benè *Rota coram Eminentissimo Falconerio de Offic. Ordinar. tit. 23. decis.19. num.16. tom.2. fol.424.* : haud etiam omissâ speciali illâ circumstantiâ, quod quinquennii tempore fuerat jam observata.

Alterum verò, quod pariter reticeri nequibat, est, quod novum Causæ examen, ejusdemque
123 revisio in d. particulari Congregatione, unà cum subsecuta concordia perfectæ fuerant supplicante, & petente Campostano, ut = *anco per via di concordia*, ab ipso *richiesti, e desiderata* = controversiæ omnes inter eundem, & Rev. Cameram absolverentur, ad tradita per *Fagnan. in dicto Cap. Ceterum num.14. de Rescript.*, docentem, ad validitatem secundarum Literarum requiri, quod in eisdem exprimatur, primas consensu Partium fuisse impetratas: quisque enim secum reputet, an Summus Pontifex propitiis auribus excepturus fuisset Campostanum, post quinquennii tempus contra d. ctum primum Chirographum audiri, atque impugnare contendentem concordiam, ad quam ipse, non invitus, deveniri Summo Pontifici supplicaverat.

Eòque certiùs hæc omnia enarranda erant in posteriori Chirographo, quia dicta prima Concordia facta fuerat servatis regulis, prò illius justitia,& validitate à Jure præscriptis, quarum supra meminimus; prò extinguendis omnium litibus, quæ inter Contransigentes verè agitabantur, & cauto etiam, quod utrique Parti correspectivam utilitatem afferret: quam certè attulit Campostano, quia ut in hodierna Facti, illi in eo rerum statu valdè proficuum fuit, quod haberetur = *prò Appaltatore Thesaurariæ, & Dohanarum Ferrariæ per totum mensem Aprilis 1719. tantùm*, = ut etiam perutile ipsi extitit, quod præter prorogationem Tractarum, ei condonarentur = *prò omnibus prætensis Restauris, & damnis scuta novem millia, ultra alia scuta sex mille*, quorum commodo deciderat, quia non acquieverat Resolutioni Congregationis Computorum.

Respectu verò Rev. Cameræ, utilitas quoquomodo desumi poterat ex eo, quod ipsa alioquin declarata liquida Creditrix scut. 98416., in hanc causam promptè recipiebat Loca Montium, pro sui securitate altergata unà cum eorum fructibus, licèt ex aliis non idonei Debitoris Bonis reliquum suum creditum integrè consequi nequiret, quippe demptis ex eo dictis scutis novem millibus, aliisque sex millibus, prætereaque illi accepto latis tum aliis, tum exactionibus quoque nominum Debitorum, revera factis in sola quantitate scutorum quatuor millium, adhuc creditrix remansisset scutorum 12677., ut in hodierna Facti. Præcedentis igitur concordiæ status, quem, quemadmodum dicitur *num.47. in fine, & num. seqq.* contrariæ allegationis, Summus Pontifex variare constituerat, ità sanè (ne oaretur de variatione, inconstantia, & illusione, à Jure in omnibus, maximè in Ecclesiasticis reprobatis) exponendus illi erat in secundo Chirographo, ut totâ re ab eo probè cognitâ, deliberare juste posset, an expediret, liceretque nec nè illam adeò prodigaliter variare, ut contrà omnem justitiæ, & æqui, bonique rationem, eàdem irritâ prorsus factâ, cum gravissimo detrimento Rev. Cameræ vigore dicti secundi Chirographi nova iniretur concordia, soli Campostano insignitèr profutura.

Quæ porrò reticentia eorum omnium, quæ in dicto primo Chirographo tanta cum animadversione disposita, summaque cum justitia decreta fuerant, excusari nequit inani prætextu, quòd ageretur de Chirographo edito ab eodemmet Summo Pontifice, qui propterea ex qualicumque illius, tametsi generica, & remota 124
mentione, omnium in eo contentorum, reminisci poterat: quia cum oporteat, quod Principi, maximè de re aliqua gravi deliberaturo, adeo exactè res cognoscenda aperiatur, ut nihil ipsius notitiam effugere valeat, istiusmodi idcircò perspicua, & specifica rei, ac veritatis expositio requiritur, quamvis de ipsius facto proprio agatur, ut præter allegatos initio hujus §. *Et num.seqq.*, optimè tradit *Rota coram Eminentissimo Falconerio de Pensionib. tit. 25. dicta decis.12. num.23. & seq.*, ubi licèt ageretur de secundis Literis ab eodem Summo Pontifice concessis, prætereaque in eisdem relatio haberetur ad primas, nihilominùs quia posteriores expeditæ fuerant absque specifica narratione contentorum in prioribus, respondetur, quod = *obscura quoquomodo narratio non sufficit, ubi clara, & specifica requiritur, itaut nihil Principis notitiam effugiat, quamvis de ejus facto proprio agatur*, diciturque id communiter tradi à Docto- 125
ribus; & eò certiùs in casu nostro, quia, si ob multitudinem negotiorum in Summo Pontifice ex modico etiam intervallo admittitur oblivio, *Paris. cons.11. num.132. lib.1.*, & docent *Gozzadin. cons.9. num.35.*, *Larrea allegat. fiscal.92. num. 17.*, dicens, planius procedere respectu Principis, ut præsumatur non tantùm ignorare factum alienum, sed etiam proprium ex magna copia, & multiplicitate negotiorum, ibique tanquàm expressum allegat *Text. in Cap. Cùm olim 12. de Re Judic.* aliique concordantes apud *Thabor.axiom Jur. lib.13. cap.8. axiom.1.*, hæc admittenda facilius erat in casu nostro, quia inter primum, & secundum Chirographum excurrerat quinquennium, atque etiam 126
quia agebatur de negotio, tot gravium controversiarum ambagibus involuto, ut tanto temporis lapsu è memoria Principis eædem elabi proculdubio potuerint.

Non immoramur pluribus aliis, quæ ex primo Chirographo exponenda erant Summo Pontifici, & quibus ad ejus mentem veridicè, & sincerè revocatis, vel nullo pacto, vel nonnisi difficillimè secundas Literas concessisset; illa enim jamjam occurreret examinando, an, prout 127
requirebatur, ad validitatem transactionis in dicto

dicto secundo Chirographo imperatæ, ageretur de re adhùc dubia, & lite nondum finita, & an revera aliquid hinc indè mutuâ, & justâ correspectivitate, datum, & remissum per eam fuerit. In hæc igitur inquirendo, utrumque deficere patet, propterea que evidens, & aperta redditur injustitia, ac nullitas tùm Chirographi, tùm transactionis, illius vigore celebratæ.

Nàm si de primo res sit, Relatorem latere certè non poterat, nullas ampliùs inter Rev. Cameram, & Campostanum superesse lites, quæ transactioni locum facere possent, utpotè quæ sopitæ fuerant per concordiam, Pontificio Chirographo confirmatam, atque plenâ executione consumatam, per translationem videlicet Locorum Montium, attergatorum favore Reverendæ Cameræ, unà cum fructibus in eam peractam, quorum deindè pretium in secundo Chirographo per novam transactionem Campostano restitui mandatur; quo solo facto licet horum omnium scientia probata proculdubio
128 dici posset, eadem tamèn manifesta redditur ex eo, quod ait Summus Pontifex = *avendo da voi stesso accuratamente riconosciuta la serie del fatto, e sopra di esso intesi non solo Monsignor Nicolò Negroni nostro Tesoriere Generale, a quei del Supremo nostro Tribunale della detta Camera, che avete stimato proprio di sentire, mà altri ancora, di ciò fondatamente intesi per abondare in ogni osservabile cautela, ut lit. F.*, & aliis d. secundi Chirographi locis.

Verumtamèn, ut justissimus Pontifex pertrahi posset ad dictam secundam transactionem præcipiendam, illa reticuisse oportuit; eisdem namque ipsi fideliter narratis, vel statim animadvertisset, vel certè à Relatore admoneri debuisset, dictâ priori concordiâ cunctis litibus inter Rev. Cameram, & Campostanum finem jam impositum reperiri, *Leg. Actione* 4., *&*
129 *Leg. Fratres* 10. *Cod. de Transaction.* quippè transactio dicitur exceptio litis finitæ, litis ingressum impediens, *Leg. Elegauter* 23. *§. Siquis post ff. de condit. indebit.*, *Urceol. de transact. quæst.6. num.61.*, etenim non minorem authoritatem transactionum, *quàm rerum judicatarum esse, rectâ ratione placuit*, sunt verba *Textus in Leg. Non minorem* 20. *Cod. de transact. clar: me: Card. de Luca de empt. & vendit. disc.29. num.6.*; propterea que cum per illam,
130 cum litibus, extingui dicantur priora jura, & actiones, ac tollantur Instrumenta quoque, omniaque acta, adeò quidem, ut sola supersit actio agendi ad ejus observantiam, *Cap.1. de transact.*, *& dictu Leg. Fratres Cod. eodem, clar: me: Card. de Luca de fideicom. disc.133. num.6., de Benefic. disc.51. num.4., de alienat. disc.50. num.26., in Miscell. disc.5. num.12., & de Judic. disc.41. num.4.*; indè sequitur, quod si al-
131 ter ex Transigentibus, eam impugnando, regredi tentet ad priora jura, jàm dimissa, & extincta, opus sit, quod prius remedio rescissorio, transactionem de medio tollat per tres conformes, vel rem Judicatam, quâ ad nihilum illâ redactâ, priores actiones, primævaque jura reviviscant, juxtà celebrem, & receptam *decisionem Cavalerii la 550., & in recen. decis.86. num.9. part.6., clar: me: Card. de Luc. de regal. disc.93. in fin., de fideic. disc.39. n.2. & seqq., de renunciat. disc.14. num.2., de usur. disc.20. num.3., in Miscellan. dict. disc.5. num.13., & de Judic. disc.46. num.9. supplem. part.3.*, ità
sanè, ut juxtà mox allegata, nisi ipso jure nulla, & irrita, vel nisi absque eo quod opus sit Judicis declaratione, notoriè injusta appareat, immota manere debeat, tanquam existens in implicito statu validitatis, prout certè in nostro casu manebat d. prior concordia, non solùm quia diù observata, sed, quod magis est, quia confirmata reperiebatur Pontificio Chirographo, quamobrem nonnisi temerè, nimisque impudenter dici potuisset ipso jure nulla, vel notoriè injusta. 132

Per rem itaque judicatam nondùm rescissa priori transactione, vel non constito de ejusdem notoria nullitate, aut injustitia, ob quam primæva Campostani Jura novas lites excitatura revixisse dici possent; nè ob defectum hujus necessarii requisiti posterior transactio conficienda vigore secundi Chirographi, primo ipso oculorum conjectu, irrita detegeretur, silentio conscientiam Principis fallendo, comminisci in illo oportuit, quod adhùc aliquod grave superesset, ob quod, juribus Rev. Cameræ instabili etiam num loco manentibus, eadem sub incerta Judicii alea causâ cadere posset. Plura itaque in hanc rem excogitata fuerunt, confingendo videlicet causas, ob quas colore aliquo suaderi posset, nedum locum superesse, sed ità exigente justâ ratione, rerumque statu, novam concordiam præcipiendam, ineundamque esse.

Quamobrèm, veluti prima causa finalis, quâ Summus Pontifex motus fuit, affertur carceratio Campostani, exagerando = *L'aggravio con tal carcerazione inferitoli per la levatali totale amministrazione &c. sottomessolo per tanto il consecutivo incorso irreparabil danno di sua Casa &c. ditto Chirographo lit. B.*; perindè sanè ac si pro eo sarciendo, Rev. Camera justâ aliquâ obligatione illi devincta censeri adhùc posset. Verùm, etsi ejusmodi causa omninò falsa dici debeat, ut plenè demonstratur in hodierna Facti ex *num.8.*, & confirmabitur in responsione contrariis objectionibus, danda sequenti §., quam præsens in tempus omittimus, nè nimium, institutus sermo, intersecetur: nihilonus tamen, quia ejusdem carcerationis validitas agnita legebatur in primo Chirographo *lit.F. & G.*, ubi habetur relatio ad Judicatatum plenæ Cameræ, à qua illius prætensa nullitas rejecta fuerat, tùm aliarum Congregationum, in quibus eadem nullitas, tanquam insubsistens, prò derelicta habita reperitur; manifestum inde fit, quod veluti prò vera, & finali causa movente Summum Pontificem, afferri nequibat tanquàm certum = *l'aggravio con tal carcerazione* = illatum Campostano; qua vero rei, & Causæ statu illi exposito, idem tale gra-

gravamen, jàm judicialiter rejectum, prorsùs excludi novisset, quemadmodum exclusum noverat in primo Chirographo; Propterea que, aut nullo pacto, aut certè difficiliùs dicto falso prætextu inductus fuisset ad subscribendum novum Chirographum, non tolerandum damnum Pontificio Ærario allaturum, ad pleuè firmata *§. Verùm enim verò*.

Alia huic additur causa, quæ pariter veluti finalis, d. Chirographo *lit. C.* Summum Pontificem movisse dicitur, eaque est, quod, ac si res integra adhuc esset, imò tanquàm prò certa sumenda esset nullitas carcerationis Campostani, idem etiam atque etiam deplorans ingentia damna, ex ea in illum derivata, vehementer dolet, ipsum, quasi tantis ærumnis confectum quodammodò contabuisse = *Senza che nel corso di oltre nove anni nè coll'approvazione, e saldo delli suoi conti, nè col mezzo d'una adequata concordia, ancorche da noi ordinata con una particolare Congregazione perciò deputata fino li 18. Aprile 1715., sia potuto giongere al fine d'un tal suo disastroso infelicissimo stato*.

Profectò quid efiutiri poterat magis contrarium veritati Facti eo, quod legitur hoc Chirographi loco? Qua namque fide ibi negatur dispunctio, & solidatio computorum, ac stipulatio transactionis, ab ipso Pontifice jamdudum decretæ, quando hæc omnia expleta, solemniterque confecta tàm fuisse manifestè constat ex facti evidentia, ex vera nempe negotii, & rerum, in toto hujus Causæ decursu gestarum serie, & dilucidè, & perspicuè commemorata in primo etiam Chirographo, totiesque, & quidem fusius superioribus locis exposita: quæ sanè, si à Relatore ad Summi Pontificis memoriam redacta fuissent, subjuncta minimè legerentur verba illa = *senza che nel corso di oltre nove anni &c. sia potuto giongere al fine d'un tal suo disastroso infelicissimo stato* = in quem cuncta Tribunalia ntcalia, licèt illum, culpâ suâ, sese conjecisse non dubitassent, attamèn, non sequendo ferrea jura, sed ope transactionis ex æqui, bonique regulis conficiendæ, eundem levare curarunt.

Neque verò Relatori excusationi esse potest, quòd nimirùm ipse muneri suo defecisse dici
133 nequeat, dum ex verbis Chirographi conijci satis potest, Summum Pontificem minimè latuisse priorem concordiam, quam dixerat = *da noi ordinata con una particolare Congregazione* = sed inde inferri solum posse, eam nullo numero habitam ab ipso fuisse; quia cum vellet, quod Campostanus = *col mezzo d'una adequata concordia* = perveniret = *al fine di un tal suo disastroso infelicissimo stato*, = censuit, illam à d. particulari Congregatione decretam, non esse *adequata*, nec controversiæ dedisse eum finem, nempè pariter *adequato*, quem ipse sibi proposuisse innuit verbis illis *lit. H.* = *per darle un fine adequato*, = ideoque, ut notatum jam fuit, illam variare, seu verius dixerimus, illam radicitus convellere, liberaliè, aliam ineundo concordiam, quæ juxta ejus mentem dici posset *adequata*.

At prò hujus frivolæ objectionis remotione, satis est sè referre ad deducta *§. Verùm enim verò*; præsertim *vers. & denique*, ubi probatur, fallendum non esse conscientiam Principis, eidem non omnia clarè, & nitidè, sed sub involucro verborum exponendo, hac enim ratione cum facilè ille decipi queat, propterea, ut scru- 134
pulus omnis avulsus, & cujuslibet circumventionis suspicio, in nostra hypothesi submota dici potuisset, non sufficiebant superius relata verba, quæ non solùm nimis vaga, & perobscura sunt, sed quod magis est, ex eisdem rectè argui posse videtur, Summum Pontificem reverâ caruisse certâ notitiâ eorum, quæ in hoc negotio gesta fuerant: ità quidem ut, quemadmodum probatum est initio hujus §., nullo numero habitâ solâ mentione priorum Literarum factâ in posterioribus, talis notitia, nec etiam desumi valeat ex eo, quod agatur de facto proprio, quia ut nihil illum latuisse dicatur, requiritur specifica, & clara narratio qualitatum, 135
& circumstantiarum in ejusmodi facto concurrentium, ut perspici ex eis possit, an quemadmodum illæ eundem ad ità, prioribus Literis, rescribendum permovere potuerunt, ità si deficiant, vel contrariæ concurrant in posterioribus, ipsum ab illarum concessione retraxissent, ut probatum est *§. Quæ porro reticentia*. Rectè 136
igitur ratione concludere posse videmur, quod, si Summo Pontifici perspicuè narratum fuisset, quanta cum maturitate, & solemnitate celebrata extitisset prima concordia, proculdubio agnovisset, illam esse *adequata*, dedisseque *un fine adequato* litibus omnibus, quibus proindè jam extinctis, earum prætextu, locus nullus fieri amplius poterat novæ transactioni, quâ funditus, & injustissimè everteretur status prioris, ad normam justitiæ, & juxtà æqui bonique regulas constabilitus.

Relator igitur dum sub verborum ambagibus Summo Pontifici narrasse supponitur, controversiam agitatam super validitate carcerationis, cùr siluit decisionem ejusdem controversiæ cum rejectione nullitatis à Campostano oppositæ? Et dum retulit quæstionem circà quantitatem debiti, & defalcha, quæ ille d. debito contraponenda esse, contendebat, cùr supponendo, deventum nunquam fuisse ad solidationem computorum, tacuit illorum discussionem jam peractam, & conclusam cum liquidatione dicti debiti longè excedentis valorem Locorum Montium attergatorum prò securitate Reverendæ Cameræ, & ceterorum omnium ejus Bonorum? Et denique, quod caput est, cur Pontificem non admonuit, controversias omnes sopitas jàm fuisse per concordiam à Congregatione deputata decretam, præstituto illam ineundi modo, & quam ipsemet Pontifex ratam habuerat, & Motu proprio executioni mandari jusserat? Profectò, dum Relator, ut patet ex totius Chirographi tenore, edocuit Pontificem de levioribus, multò certè magis eundem de gravioribus, quæ contrà Campostanum urgebant, admonuisse oportuit: præsertim

tim verò, quia ipse, nonnisi ex illis, quæ narrata sibi fuisse ait, pro certo habens se assecutum fuisse plenam notitiam omnium, quæ à principio usque ad finem talis negotii præcesserant, subjunxit = *ponderatosi da noi maturamente il ponderabile sopra il principio, progresso, e presente stato di tale controversia*.

Gravissime profectò Relator defecit plura vera reticendo, eorumque loco plura falsa subjiciendo, quibus Summo Pontifici veri rerum status ignaro, suadere valuit, locum esse posse, æquæ, ac correspectivæ transactioni, eòquod ageretur de rebus, sub judiciali aleâ adhuc pendentibus, ideoque dubiis, quod diximus esse primum ad validitatem transactionis requisitum: at longè graviùs defecit circa secundum, ut videlicet inter ea, quæ à Rev. Camera favore Campostani, & viceversa inter illa, quæ ab isto ad commodum Rev. Cameræ facienda imperabantur, justæ correspectivitatis regula, & æquæ proportionis norma servaretur; quemadmodum explorati Juris erat, servandam omninò

137 fuisse, nè alioquin transactio cessura ad alterius tantùm ex Contrahentibus commodum in leoninam concordiam degenerare diceretur, ut probatum est §. *In dicto autem Summario & seq.* Quanto autem quoad hæc pii Pontificis mens errore imbuta fuerit, evidens, & apertum illicò reddetur, res rebus comparando.

In correspectivitatem namque eorum, quæ à Rev. Camera Campostano præstanda erant, duo ipsi ad illius commodum facienda præcipiuntur; primum nempè, ut habetur d. Chirographo *lit. K.* = *Che detto Campostano rilasci, e pienamente ceda à detta nostra Camera tutti, e singoli effetti, azioni, ragioni, e crediti d'ogni, e qualunque specie fossero, e tali quali nel predetto giorno 3. di Maggio 1719. esistevano, e furno trovati in essere spettanti, appartenenti, e derivanti dalla detta Tesoreria, e dagl' Appalti Communitativi denominati del Decimo, Punto, e mezza macina, e passati come tali sotto la generale amministrazione, ed Economato à nome di detta Camera conferito al Conte Nicolò Maria Maffei, secondo l'Istromento con esso dall'Eminentissimo Collicola, allora Tesoriere generale, stipolato sotto li 3. di Giugno di dett'anno 1719. per gl'atti del predetto Petrucci*.

Alterum refertur *lit. L.* ibi = *Similmente, che detto Campostano rennunzi liberamente, e totalmente ad ogni, e qualunque da lui fin'ora dedotta ragione di richiesto defalco per qualsivoglia ragione, e titolo contro di detta Camera, e rennunzi parimente ad ogni, e qualunque ragione, e pretensione, che aver potesse per il conseguimento del ristoro dei danni, delle spese, & interessi, che per ragione di detta carcerazione credesse doversegli da detta Camera, sicche li cessi, contro di essa però, talmente ogni, e qualunque azione, fatte tali cessioni contemporaneamente &c.* = sequuntur deindè ea, quæ his correspectivè à Reverenda Camera facienda, ac præstanda erant Campostano.

Primo autem ipso obtutu conspicitur, futiles, ac inanes prorsùs esse dd. cessiones, & remissiones Jurium, quæ favore Rev. Cameræ à Campostano perficiendæ præcipiebantur. Nàm credita, & Jura = *derivanti dalla detta Tesoreria, e dagl' Appalti Communitativi* = quorum cessio primo loco injungitur, aùt nullius, & aut nonnisi parvi momenti reputari poterant; plura, quippe ex dictis creditis antè carcerationem, præventivè ab ipso Campostano jàm exacta reperiebantur; alia longè plura insubsistentia penitùs erant, adeò quidem, ut à Comite Nicolao Maria Maffeo, Æconomo deputato, ex ingenti illa quantitate nominum Debitorum, ut bene exadverso dicitur *num.47.*, *juxtà suam materialitatem*, in notulis videlicet, & papyro coullante scuta 42000., nonnisi scuta 4000, exacta fuerint, quæ Campostano jàm accepto lata reperiuntur, ut in dicta hodierna responsione Facti, ad quam nos referimus, & in qua præterea ab impictis calumniis dicti Æconomi administratio, ejusque rationum codex strenuè vindicatur.

Ut etiam renunciatio, & remissio, quam secundo loco Pontifex decrevit à Campostano faciendam de juribus, quæ adversus Rev. Cameram possent ei competere, aùt prò defalchis, aùt prò damnis ex carceratione derivantibus, nullam omninò æstimationem merebantur. Quia, quod attinet ad defalcha, superiori §. demonstratum est, hæc, utpote semper rejecta, nullo pacto illi debita fuisse, atque ex æquitate potiùs, ac gratia; quam ex rigore justitiæ, condonatam ei fuisse quantitatem scutorum quindecim millium, quâ detractâ, adhùc ejus debitum superavat in scutis octoginta quatuor millibus, quemadmodum in hodierna Facti *num.54. & seqq.*, in quibus, rei, pene dixerim, evidentiâ, ostenditur summa justitia, quâ à tot Judicibus, totiesque, dicta prætensa defalcha incompetentia declarata fuerant, jure propterea meritòque uti talia agnita etiam in sæpius memorata transactione, & Chirographo, eam confirmante: quamobrem non revocatis priùs tot Judicatis, quibus illa solidè, ac plenè confuta- 138 ta reperiebantur, & ut probatum est §. *Verumtamen*, per rem Judicatam non rescissâ prius dicta transactione, vel non detectâ clarèque compertâ illius notoriâ nullitate, & injustitiâ, ejusmodi inania penitùs, & inepta defalcha, pretio nullo æstimari poterant, prò inducenda correspectivitate inter hinc inde datum, & acce- 139 ptum, in quacumque transactione, ad ejusdem validitatem, necessariò spectanda.

Nihili pariter facienda erat renunciatio = *ad ogni, e qualunque ragione, e pretensione, che aver potesse per il conseguimento del ristoro dei danni, delle spese, & interessi, che per ragione di detta carcerazione credesse doversegli da detta Camera*, = quia licèt ex iis, quæ attigimus §. *Quamobrem veluti*, clarè pateat, quod prætextu dictæ carcerationis, quia valida, & justa extiterat, reparatio nulla damnorum debebatur Campostano; nihilominus, cùm ubique in contraria allegatione improperetur illius injustitia,

ftitia, & enormia damna indè eidem illata, abs re non erit, ut alibi polliciti fumus, de his differere in refponfione hujufmodi objectioni.

Satis ufque fuperque ex his, quæ fummatim modò, copiosè verò fuperioribus locis & maxi-
140 me in in refponfione Facti deducta funt, noviffe quifque potuit, ceffiones hafce, & remiffiones, veluti inanes, ideoque floccipendendas, nulli fructui futuras, utilitatemque nullam Rev. Cameræ allaturas: infpiciendum, æftimandumque nunc eft, quid viciffim ab illa præftandum foret, & reipfa præftitum fuerit Campoftano. Primum itaque Pontifex juffit, ut ei reftituerentur Loca Montium, quæ una cum fructibus erant valoris fcutor. 54161. ut in d. Chirographo *lit. N.* ibi = *E fatte tali ceffioni contemporaneamente fi debbano ad effo Campoftano rilafciare liberamente e reftituire tutti, e fingoli Luoghi di Monti, da lui, e da altre Perfone per lui attergati per cautela del d. Appalto, reintegrandolo pienamente, come già d'ora lo reintegriamo, ed abbiamo per reintegrato al di loro libero poffeffo, reftituendoli, come gli reftituiamo, per l'intero tutti li frutti, che per li predetti luoghi attergati fiano decorfi prima, e dopo qualunque di effi fatta translazione, ed alienazione, dovendolo reintegrare, come lo reintegriamo, sì dell' efatto, che per quello fi trovi peranco inefatto di effi frutti per fino al giorno, che li detti luoghi da reftituirfeli, e da noi reftituitili, nè farà feguita in così ordinata libera, e totale reftituzione* = præcipiendo infuper, ut alibi animadverfum eft, pro d. reftitutione facienda, quatenus opus effet, nova contrahi debita, per novam nempe Locorum Montium creationem.

Præterea *lit. P.* ejufdem Chirographi mandatur, quod Campoftano = *fe le reftituifchino parimente, come gli reftituiamo, tutti li mobili, ed argenti ritrovati nella di lui Cafa, dalla Rev. Camera inventariati &c., ed ogni, e qualunque altro effetto in qualunque altro tempo, modo, e forma fequeftratoli, come ancora il Capitale, che egli aveva in Bologna* = Ejufmodi autem horum omnium prompta reftitutio, nec à Congregatione particulari decreta, nec in primo Chirographo imperata legebatur, fed illis cl. mem. Card. Collicolæ tunc Thefaur. Generali injunctum folum reperiebatur, quod à Rev. Camera = *facciate poi colla poffibile follecitudine render conto delli di lui crediti, mobili, ed altri Capitali fequeftrati fecondo farà di ragione* = d. Chirographo *lit. H.*; in qua porrò redditione rationis facienda, ut Juris effet, Rev. Cameræ præfervata intelligebatur legalis dd. rerum retentio pro confequendo refiduo fui crediti.

Non contentus Relator fuafiffe Summo Pontifici, ut præter reftitutionem pretii Locorum Montium mandaret etiam reftitui Debitori has omnes res, ex quibus Rev. Camera, ut modo dictum eft, confequi aliquando poffe fperabat partem faltem aliquam ingentis fui crediti, quod adhuc reliquum erat, præcipi etiam voluit, quod cuncta, mox commemorata, extraderentur Campoftano = *con più fcudi 5765.39.10. procedenti degl' effetti dell Appalto communitativo del Monte Riparazione, paffati ancora quefti fotto la predetta amminiftrazione del Conte Maffei, e dal Campoftano dovuti, e perciò da pagarfi, come così ordiniamo, dalla detta Camera per il di lui debito, tanto al d. Monte di Riparazione per la fomma di fcudi 4411. 47. 10, come al Monte Difefa per fcudi 457. 17. 6., allo ftudio di Ferrara fcudi 619. 12. 6., ed ogl' Eredi Gruatti per fcudi 257. 32. oncorchè fi diceffero detti effetti non per anche del tutte dal detto Amminiftratore efatti* = Profecto, tametfi Rev. Camera taceret, nihilominus res ipfa repudiaret adeò durum, & injuftum onus, quo eidem præcipitur fatisfactio debitorum Campoftani pecunià fuà facienda: quippe ejufmodi negotia, utpotè independentia ab Appaltu Thefaurariæ, ex propria perfona ad eum pertinebant; nihilque illorum intererat Rev. Cameræ, cujus commodum nullum in eifdem vertebatur; prætereaque illa vigore Refolutionis editæ à Congregatione particulari, perputata, atque æftimata jam fuerant, ac prò quadam rata contraposita debito Campoftani.

Hæc igitur cùm ita fe habeant, quifque, res rebus comparando, reputare fecum poterit, quæ æqualitas, aut quæ correfpectivitas in hac 141
tranfactione inter Contranfigentes fervata fuerit: nam Reverend. Camera licèt liquida Creditrix longè majoris fummæ, in pecunia numerata reftituere coacta fuit Campoftano fcuta 54161., in partem fui crediti Pontificio Ærario jam incorporata, vigore tum plurium Judicatorum, tum etiam concordiæ, alio ejufdem fan. mem. Benedicti Chirographo approbatæ, plenæque executioni mandatæ, quibus infuper juncta fuerunt mox dicta fcuta 5765. folvenda illius Creditoribus; prætereaque condonato univerfo debito, eidem Campoftano liberè dimitti, ac reftitui præcipiuntur reliqua omnia Capitalia favore Rev. Cameræ Creditricis jam obligata. Viciffim autem in æquationem, five compenfationem tantæ pecuniæ numeratæ, & tot rerum, quæ jufto pretio æftimari poterant, quæque verum, & intrinfecum valorem habebant, Campoftanus ad commodum Rev. Cameræ nihil aliud egit, aut præftitit, quàm ceffiones, & remiffiones jurium femper rejectorum, quæque ab eodem fummo Pontifice inania d. priori Chirographo agnita, & declarata fuerant. En igitur quod loco ullius juftæ correfpectivitatis, & æquæ proportionis, qua hinc inde data, aut remiffa æquabilia dici poffent, manifeftum redditur, ex d. Leonina tranfactione commodum omne, utilitatemque comparatam fuiffe Campoftano; contrà verò Rev. Cameram apertam, & enormiffimam fubiiffe læfionem. Ne autem adeò aperta ejufmodi tranfactionis injuftitia jufto, & religiofo Pontifici patefieri ab ullo poffet, non auditis, imò fubmotis R. P. D. Commiffario, aliifque Cameræ Defenforibus, de quibus

bus verè dici potuisset id, quod legitur *lit. F. = mà altri ancora di ciò fondatamente intesi* (licèt malè attributum iis, de quibus ibi loquitur Chirographum) solius Relatoris arbitrio inter ipsum, & summum Pontificem gravis hujus negotii minimè conscium, adeò immanè vulnus Rev. Cameræ, & Pontificii Ærarii juribus inflictum fuit.

Argumentis itaque luce clarioribus cum demonstratum fuerit, quàm graviter Relator muneri suo defecerit, ità quidem, ut ambigi nullo pacto possit, pium Pontificem, mancâ, & non verâ relatione sibi factâ deceptum, secundum Chirographum concessisse; ambigi pariter nequibit, omnia in illo disposita, irrita prorsus fuisse, utpotè Pontificio consensu destituta, sed ex solo Relatoris consilio praordinata; ex notis juribus, & auctoritatibus allegatis in alibi citata *Bononien. Proxenetici 14. Januarii 1715. §. Porrò quatenus coram bon. mem. Cerro*, qui propterea ut rem libera voluntate, & auctoritate perficere posset; quemadmodum, sicuti probatum est *§. At verò*, si in quibusvis sibi impartiri curaverat plenam, & absolutam potestatem, & quantâ ipse opus esse credebat, prò re adeo perniciosi exempli perficienda; ità, cum potestate istâ abusus, nihilque rectâ ratione agens, sed impotenti animi sui arbitrio serviens, rem absolverit, & festinatâ, sibique placitâ executione compleverit, locum proindè fecit actioni, quæ à Rev: Camera contrà eum promovetur, ut demonstrabitur *§.* ultimo.

§. IV.

Respondetur contrariis objectionibus.

Quamquam verò ex iis, quæ hactenùs adducta sunt, perspicuè pateat, Relatorem, adulterando veritatem facti, vera occultando, & quædam demùm, nonnisi mutilatâ, narratione, & sub verborum involucro innuendo, optimi Principis conscientiam adeò fefellisse, ut idem veri rerum status penitùs inscius, pertractus fuerit ad signandum Chirographum, quo imperabatur transactio pro componendis litibus, quibus Rev: Camera à Campostano vexari, gravique damno affici posse figurabatur, quando hæ sopitæ jam, & extinctæ fuerant aliâ præcedente, & quidem æquâ, ac justâ transactione; atque hæc omnia facti, penè dixerimus, evidentiâ, ità demonstrata fuerint, ut in dubium revocari nullo pacto posse videantur: nihilominùs tamen, quia in contraria allegatione, pro operiendis, omnium alioquin oculis patentibus, relationis vitiis, plura congeruntur; idcircò non ut Causæ, quæ plana est, sed ut Parti adversæ cumulatiùs satisfaciamus, quâ valebimus brevitate, præcipua ex iis, quæ exadverso afferuntur, refellere curabimus. Domini itaque contrarii Defensores nobiscum conveniunt, quod Literæ Apostolicæ, Summique Pontificis, sive cujuslibet alterius Supremi Principis Rescripta irrita prorsus redduntur, quoties, non ex deliberata voluntate Concedentis profecta, ideòque ejus consensu destituta, nonnisi Relatoris, aut Impetrantis malitiâ expiscata dicenda, vel præsumenda sunt: ut etiam agnoscentes, in quacumque transactione eam spectandam esse æqui, bonique rationem, ut justam inducat inter Partes æquabilitatem; demonstrare conantur, justissimum Pontificem, re priùs pernotissimè cognitâ, Chirographum subscripsisse, eoque imperatam transactionem, justæ correspectivitatis, & portionis normâ spectatâ, celebratam fuisse.

Et primò quidem ad hoc insinuandum *nu.* 4. dictæ allegationis dicitur, ex proemiali narrativa Chirographi probari, post diligentissimè à Relatore rem exploratam, accuratè, fideliterque ab eodem factam Papæ illius relationem, idque apparere ex dictæ narrativæ verbis, quibus strictim prius attingendo Causæ, & negotii, de quo agebatur, generalitatem, ibi = *Avendo da voi stesso accuratamente riconosciuta la serie del fatto, e sopra di essa inteso non solo Monsignor Tesoriere generale &c.* subduntur deincè *specialitates*, [sunt verba dictæ allegationis] *complexivæ totius cursus trium inspectionum, nempè circa validitatem, vel nullitatem carcerationis, circa restaura, & circa antecedentem concordiam*, ibi = *atteso il da voi riconosciuto, ed a noi colla vostra commendabile attenzione riferito sopra l'esposto negl'atti del P. trucci Segretario di Camera sotto li 13. Maggio 1719. dal già sostituito Commissario nelle due distinte comparse in detto giorno fatte per giustificazione della carcerazione, del supposto debito specificato secondo l'attestato del su Computista della Camera &c., e sopra le circostanze occorse tanto nella Causa introdotta nel predetto Tribunale della Camera sopra la nullità di detta carcerazione, quanto nella Congregazione ordinaria de' Conti sopra i richiesti defalchi, e nella predetta Congregazione particolare per l'attuazione della concordia* =.

At ex hoc Chirographi loco perspicitur quidem, illud ea arte concinnatum fuisse, ut suaderetur Summo Pontifici, agi de negotio, acribus adhuc, & dubiis litibus involuto, non autem, ut ex eadem pernoscere ipse posset verum rei statum: quomodò enim illum deprehendere valebat ex comparitionibus à Substituto R.P.D. Commissarii factis, & notula debiti, quo obstringebatur Campostanus, extradita à Ratiocinatore Rev: Cameræ; quippè ex eisdem, ut cuique patet, tanquam respicientibus primum dumtaxat Causæ initium, Summus Pontifex ponderare nequibat = *maturamente il ponderabile sopra il principio, progresso, e presente stato di tale controversia* =, ut etiam id assequi nequibat ex illis, quæ sibi relata ait = *sopra le circostanze occorse tanto nella Causa introdotta* = ex hujusmodi namque adeò va- 143
gis, & generalibus verbis facilè illudi is mentem Principis, perpendi ab eo nequibant cun-

cta,

cta, quæ non per suppletivam, & subauditam interpretationem, sed clarè, distinctè, & speciatim exponenda ipsi erant, nè circumventus, ac deceptus diceretur, ut probatum est *§. Verum enim verò* præcipuè verf. *& denique*, atque etiam traditur *§. Præstans fanè & seqq.*

Certiùs in casu nostro, quia quævis ejuscemodi suppletiva, & subaudita interpretatio conciliari nullo pacto poterat cum iis, quæ apparent ex *lit.C.* ejusdem Chirographi, ubi omittitur celebratio prioris concordiæ, nunquam
143 deindè commemoratæ uti jam perfectæ, plenumque finem sortitæ, & expressis verbis negatur solidatio Computorum; quonam enim pacto, rei omissæ, multòque minùs expressè negatæ suppletiva ulla interpretatio, aut subauditus intellectus admitti potest? At, quod caput est, quanam ratione, dicta vaga, & generalia verba conciliari poterant cum stabili proposito, & expressa protestatione pii Pontificis contribuendi levamini Campostani = *per quanto sia compatibile coll'accurata indennità di detta nostra Camera* = statim siquidem compertum cuique sit, Pontificem ex illis minime novisse = *il principio, progresso, e presente stato di tale controversia* =, quibus probè cognitis, sibique clarè expositis, non subscripsisset Chirographum, omnia disponens ad commodum Campostani, non quidem Subditi de S. Sede insigniter benemeriti, sed Exteri, qui expilando pecunias Thesaurariæ, quam admini-
144 strabat, illasque in suos usus convertendo, gravi certè penâ dignus effectus fuerat, ad notata per *Farinac. quæst.26. num.5., Scannarol. de Visitat. Carcerat. lib.3. §.7. cap.3. numer.28. & §.9. cap.4. num.1., Rot. in rec. dec.62. nu.5. & seqq part. 17., & eorum bon. mem. Ausoldo decis.83. num. 18.*, non autem, ut locupletaretur per imprudentem, ac profusam condonationem factam cum enormi jactura scutorum octoginta mille, & ampliùs, quæ ab illo debebantur Rev: Cameræ, tot alibi relatis Judicatis, & quidem editis post pluries discussas, & finali solidatione confectas, conclusasque rationes declaratæ certæ, & liquidæ Creditrici adeò ingentis quantitatis.

Idque fanè rectè agnoscunt ipsi DD. contrarii Defensores, qui eodem *num.40.* dictæ allegationis sibi minimè constantes, imò inter se aperte pugnantia asserentes, licèt inviti fateri coguntur, ex relatione, & verbis ex d. Chirographo mox exscriptis, Summum Pontificem vel nullam, vel compendiariam solummodò rei, quæ gerebatur, cognitionem assequi potuisse, ibi enim sic inquiunt = *in compendio, ut moris est, in Chirographis, non degenerandit in volumina ta tum fuisse relationem principii, medii, & finis eorùm, quæ præcesserant*, subdendo illa, maximâ præcipuâque notâ digna verba = *estque notand um, quod de tanta rerum congerie nequibat Pontifex informari oretenus, sed equidem per exhibitionem tàm dictorum duorum acti um, seu comparitionum, præseferentium in fronte maximum creditum ab initio prætensum per Cameram, & postea in concordatione facti exinanitum, quàm Informationum hinc indè datarum, & signantèr posteriorum continentium epilogum præcedentium, ad alleviandum, quantum fieri poterat, gravamen Papæ in legendo, qui cæteroquin, ut notorium est, non parcebat labori, & omnia volebat legere, & perscrutari, quando ob recurrentium querelas, & fletus aliquam idem pietatis concipiebat, vel gravaminis* =.

Operæ pretium fuisse duximus Legentium oculis de verbo ad verbum fideliter subjicere hunc contrariæ allegationis locum, quia indè duo nobis assumenda præbentur, & quidem adeò convincentia, ut sola pro decisione præsentis Causæ sufficere posse videantur. Primum & certè verissimum est, quod agatur de maxima rerum congerie: ut etiam libenter damus Parti adversæ, quod de ea Summus Pontifex oretenus informari nequiret, ex illa nimirùm relatione, de qua, nonnisi ex Chirographo constare nobis authenticè potest. Alterum verò falsissimum, & merum fanè commentum Partis adversæ est, quod Summus Pontifex de totius rei vero statu nedum instrui valuerit per exhibitionem dictarum Comparitionum, quibus, ut supra animadvertimus, nonnisi Causæ initium indicabatur, sed præterea de illo instructus reverà fuerit lectione, atque evolutione Scripturarum degenerantium certè in magna volumina.

Prima assumpti pars, nempè = *quod de tanta rerum congerie nequibat Pontifex informari oretenus, sed equidem per exhibitionem &c.* = licèt satis superque probata ex modò relata Adversariorum confessione, magis tamen expressis, disertisque verbis ab eisdem asseveratur *nu.55.* dictæ contrariæ allegationis, ubi distinguendo casum, in quo Pontifex rescribat simplicibus Impetrantium supplicationibus, obnoxiis vitio obreptionis, & subreptionis, ab alio casu, quando videlicet idem *assumit partes Judicis* in negotio, *in quo aliâ vice manus appofuerat, & optimè illud scit, fuisse in Tribunalibus ventilatum*, & hoc casu admitti non posse statuitur *quod velit à referente sola verba, quæ avolant, audire, & documenta ad judicandum necessaria nullatenùs inspicere*, quinimò id adeò absonum esse dicitur, ut affirmari jure valeat, quod, *nemo erit, qui possit hoc asserere absque læsione conscientiæ, & doctrinæ ipsius Pontificis*.

Subjungendo non esse ambigendum, Summum Pontificem in hoc negotio gessisse partes Judicis, quia *Princeps Supremus conficiens transactionem inter Partes, verè, & realiter judicat*, ex his denique præmissis, veluti ex suo legitimo antecedente, sic concludendo *ergò haud fas est asserere, quod processerit oscitanter, & seductus, & quod non curaverit videre aliquas saltem Informationes impressas cum Summariis utriusque Partis, cuicumque seductioni repugnantes*.

Verum enim verò longè rectiùs nos ex his ita argumentamur, quod nimirum si Pars adversa pro certo sumit, & constanter affirmat Sum-

Summum Pontificem oretenus, & per sola verba, quæ avolant, plene de tanta rerum congerie instrui, claramque negotii, & rerum, de quibus agebatur, notitiam assequi nequivisse; concludendum indè fit, quod integerrimus ille Pontifex decetus relatione, tot vitiis laborante, ideòque rei, quæ gerebatur, omninò ignarus subscripserit dictum secundum Chirographum, dum juxta adeò expressam, & planam Partis adversæ confessionem, ex sola verbali relatione, de qua dumtaxat nobis constat, illam scire nequibat.

Frustrà verò rei, veritas quæ ex ea Sumo Pontifici aperiri nequivit, eidem patefacta asseritur ex præcedenti Scripturarum evolutione; quia hoc aliud assumptum, quod veluti certum, nimis audacter à Parte adversa ponitur, non
145 dubiis probationibus demonstrandum ab ea esset: in iis enim, in quibus requiritur certa, & iodividua scientia, adeòut nihil effugiat mentem Priocipis, ejusmodi scientia non est præsumenda, sed specificè, & clarè probanda ab illam allegante, *Malvasia cons. 56. num. 20., Costa de fact. scient., & ignorant. inspect. 72. num. 3. & 13. tom. 1., Larrea allegat. fiscol. 92. num. 16. & seqq., Gobb. consult. dec. 5. tom. 2. consult. 50. num. 97. pag. 255.*, & conferunt generaliter tradita per *Ro. coram Coccin. dec. 1724. num. 23.*; Authoritates verò, quibus traditur,
146 quod ad evitandam subreptionem, satis sit Pontificem esse aliunde iuformatum de eo, quod expressum non legitur, loquuntur de casu, in quo dubitari nequeat de istiusmodi specifica, & lodividua scientia Principis aliundè habita, quam ex ipsi expositis, quia nimirum agatur de re in ejus Curia notoria, vel quæ ab ipso sciri omninò debeat, ut ex *Felino in cap. super literis 20. sub num. 8. vers. tertia regula, & num. 9. de rescript., Cyriac. controv. 160. numer. 28. & plurib. seqq., & controv. 696. n. 13. & seqq.*

Tantum verò abest, quod ejusmodi contrarii assumpti probationes ullæ exadverso allatæ dici possint, ut illæ universim penitusque excludantur verbis, & oraculo ipsiusmet Summi Pontificis, apertè affirmantis, non aliam negotii hujus notitiam habuisse, quàm = *atteso il da*
147 *voi conosciuto, ed a noi colla solito vostru commendabile attenzione riferito sopra l'esposto negl' atti del Petrucci* =, quæ verba, ut animadversum est *num. 14.*, veluti causalia, perspicuè, & quidem taxativè ostendunt undè rei notionem assecutus ipse fuerit. De tanta itaque rerum congerie, & de toto Causæ decursu, ac statu, cum non ex ulla Scripturarum inspectione, sed non aliunde, quàm ex relatione sibi facta à Domino Cardinali, eam, quam habuit, negotii hujus cognitionem se adeptum asseruerit, ambigi propterea nequit, quin adeò perspicuâ assertione Summi Pontificis, excludente quamcumque Scripturarum inspectionem, plenè contra Partem adversam id probetur, per *Textum in Clem. 1., ubi magistraliter Glossa, & Scribentes de probationib.*, ac communiter Doctores tradentes, testimonio Papæ, ejusque
assertivis verbis pleuam udem aduibendam 148
esse, *Valanz. cons. 4. num. 124.*, ubi, quod non admittitur probatio in contrarium, *Farinacc. quæst. 63. cap. 3. num. 79., Fragos. de Regimin. Reipubl. Christian. tom. 2. lib. 1. disputat. 1. §. 1. num. 33. & seqq. fol. 16. & seqq., Larrea allegat. Fiscal. 3. sub numer. 7., Mans. consult. 584. num. 5., aliique mox allegandi.*

Confirmare id possemus ex maxima inverisimilitudine desumpta, tum ex eo, quod si Summus Pontifex reverà perlegisset allegationem ullam in hisce Causis editam, id reticitum minimè fuisset io extensione Chirographi, in quo amplis verbis, laudibusque extollitur sedula cura, & accurata animadversio in hoc negotio ab illo adbibita: tum etiam ex eo, quod spectatâ consueta ratione agendi Summorum Pontificum, iidem in ejusmodi Privato-
rum negotiis miuimè assumunt onus, & labo- 149
rem perlegendi Scripturas, Partiumque allegationes, imò ipsis nec Brevia, nec Chirograpba inspicientibus illorum dumtaxat Summarium, ut supra observatum est, recitatur: quem morem præcipuè servatum fuisse constat cum piissimo Pontifice Benedicto, qui summà quidem religione, pietate, & zelo curans omnia, licèt minima, quæ pertinebant ad cultum Divioum, Ecclesiæ Regimen, Pastorale Officium, & Ecclesiasticam disciplinam, nè ab his, sese aliis immiscendo, distraheretur, tantò alienatior erat à rerum temporalium administratione, quam committebat omnimodæ curæ & fidei Ministrorum, præsertim ipsi assiduè adstantium, quos cum bonos esse putaret, persæpè, ut notorium planè omnibus est, ipsi eveniebat, quod ex *Minutio Felice* notat *Loccenius de ordinanda Republica lib. 2. cap. 21. fol. 164.*, inquiens = *incautè creduli cir-*
cumveniuntur ab his, quos bonos esse putarunt = 150
quemadmodum accidisse Galbæ testatur Tacitus verbis illis = *biantes in magna fortuna Amicorum cupiditates ipsa Galbæ facilitas intendebat, cum apud infirmum, & credulum minore metu, & majore præmio peccaretur* = apud eundem *Loccenium lib. 1. cap. 20. fol. 70.*

At in re non dubia, ipsiusque Pontificis testimonio perfectè, absolutèque probata, omissis aliis argumentis, tanquam non necessariis, illud unum subjunxisse fas sit, quod si non quidem dd. allegationes ab eo perlectæ, sed illi relatum fuisset primum dumtaxat Chirographum, ejusdem jussu anteà in hac Causa editum, in posteriori, præter alias superiùs commemoratas, non legeretur manifesta illa falsitas, nimirum = *senza che nel corso di oltre nove anni nè coll' approvazione, e saldo delli suoi conti, nè col mezzo d'una adequata concordia, ancorchè da noi ordinata, con una particolare Congregazione, sia potuto giungere al fine di un' tal suo disastroso infelicissimo stato* = contraria namque huic apertæ falsitati veritas statim illi innotuisset ex d. priori Chirographo, cujus vigore post diligenter discussas, & rationes

finaliter solidatas, celebrata, & executioni demandata fuerat solemnis transactio, quæ controversiis inter Reverend. Cameram, & Campostanum diù agitatis, finem imposuerat. Id igitur maneat in Causa, quod juxtà ingenuè exadverso emissam confessionem, si verum est, quod Summo Pontifici ex sola relatione oretenus facta aperiri nequibat status, & notitia gravis hujus, adeòque implicati negotii, si è contrario falsum est, illam acquisivisse ex Scripturarum evolutione, inde sequi necesse est, quod, quidquid dispositum in d. Chirographo fuit, tanquam ex ejus deliberata voluntate minimè profectum, sed extortum circumventione Relatoris, cujus fidei sesè commiserat, sustineri proculdubio nequeat, exclusa penitus quolibet etiam bonæ fidei prætextu, ut §. *Imo verò*.

Expediti à prima, progredimur ad examen alterius objectionis, super qua, veluti solidissimo fundamento, constituitur præcipua Partis adversæ defensio; hæc autem est nullitas carcerationis Campostani, de qua illud obiter animadvertendum, quod nimirum, si justo
151 aliquo colore eadem obtendi potuisset, proculdubio spatio quatuordecim mensium, quibus idem in Arce Ferrariæ detentus fuit, illam opponere non omisisset, & tamen, nec judicialiter, nec extrajudicialiter ausus unquam eam allegare, imploravit demum clementiam san. mem. Clementis XI., à quo pietatis, & commiserationis titulo pristinam obtinuit libertatem: at illicò abutens beneficio accepto, certòque sciens, prægrande debitum, quo obruebatur, ære suo solvere non posse; illo sesè exonerare excogitavit, proponendo instantiam super nullitate suæ carcerationis, quam si fortè declarari obtinuisset, amplam sibi viam parari videbat prò amplificandis damnis, quæ ex ea sibi data confinxisset, quæque futiliter exadversò hodie in immensum exagerantur. Verum ejus spem fefellit eventus, nam die 26. Mensis Junii anni 1722. illa à Supremo Tribunali Cameræ valida, & justa declarata, talis agnoscenda, existimandaque semper erit, quemadmodum demonstratur in d. hodierna Facti responsione numer. 8. & plurib. seqq. in qua num. 18. aliisque sequentibus probatur etiam, nihil ejusmodi Resolutionis firmitati detractum fuisse ex eo, quod repropositâ postmodùm Causâ, semel, atque iterum dilata extiterit illius resolutio; id enim evenit ex facti ambagibus, quibus egregius ille Veterator, litium trahendarum anfractus omnes noscens, callebat artem, qua Causâ inferior, vel reclamante æquo, bonoque, superior evadere posset.

Quamobrem, post adeò exadverso magnificatas hasce super validitate carcerationis dilationes, illam in Tribunali plenæ Cameræ prosequi omisit, ut etiam eidem firmiter insistere neglexit in subsecutis Causæ discussionibus, toties factis in pluribus Congregationibus, & præsertim in illa cum Adjunctis, in qua juxtà facultatem, ipsi impartitam, revidendi nimirum controversias omnes inter Revereud. Cameram, & Campostanum agitatas, reassumpto totius Causæ statu, eoque diligenter, & accuratè examinato, non solum minime omissa, sed agnita, & supposita fuit validitas d. carcerationis, plenariè tandem, & finaliter definiendò dd. omnes controversias solemni Judicato Pontificia auctoritate confirmato, & per transactionem executioni tradito: & jure quidem meritòque, quia Facto in dies melius enucleato, patuit, immota manere, perpetuòque immota esse mansura duo illa firmissima fundamenta, quibus innitebatur validitas, & justitia d. carcerationis. Eorum primum, pertinens ad illius validitatem, positum præcipuè est in expresso mandato supremi Principis, cujus vigore peracta fuit apprehensio personæ Campostani: Alterum respiciens ejusdem justitiam, constituitur in ingenti, & plusquam patente ejus debito, quo cognito, justè supremus Princeps sui Ærarii incolumitati providere curaverat per executionem personalem contra Debitorem fiscalem, & quidem exterum, qui usque ab initio sui Appaltus malè in suo munere versando, suosque in usus adhibendo pecunias fiscales, sè suspectissimum reddiderat Ministris Cameralibus, tum Ferrariæ, tum Romæ, quibus compertum erat, ejus facultates longè impares esse ingenti debito, quo Rev. Cameræ obstrictus reperiebatur, ut in d. Facti responsione *n. 9. & seqq.*

Initium autem facientes a primo, Pontificio nempe mandato, quod licèt, non sinè calumniâ, à Campostano olim impugnaretur, hodie tamen in contrario Restrictu amplius non impugnatur, quia probatur Chirographo san. mem. Clementis XII., in quo Pontifex ait = *Essendo sin dal mese di Maggio dell'anno scorso d'ordine nostro stato fatto carcerare Gio: Battista Campostano*; Ex istiusmodi namque assertione Summi Pontificis, loquentis de facto proprio, adeò plenam, perfectamque resultare probationem mandati, ab eodem dati, ut eadem nullâ contrariâ probatione perimi, aut dubia reddi possit, expressè disponitur in d. *Clement. unica de probationib. & ibi Gloss. in verb. sic fecisse, narramus*, & præter auctoritates allegatas §. *Tantum vero abest* docuerunt *Cephal. consil. 439. num. 43. & seqq., Gabriel. commun. conclus. lib. 1. de probation. conclus. 2. num. 2. Lancellot Conrad. in Templ. omn. Judic. lib. 1. cap. 1. §. 4. tit. assertioni soli Imperatoris n. 1.* inquiens, quod illi standum sit &c. etiam in præjudicium alterius, ac *numer. 3. fol. mihi 77. à terg., Mascard. de probation. tom. 2. conclus. 105. num. 15.*, ad rem nostram tradens, verbis Papæ sive narrativa sint, & enuntiativa, sive assertiva, probari mandatum, *Rota coram Mohedano de restitut. Spoliat decis. 5. alias 86. num. 4.* docens, id locum habere etiam in criminalibus, *coram Verallo decis. 81. numer. 3., decis. 336. numer. 2. part. 1., d. 286. part. 2., decis. 77. n. 5. part. 3., & diversor. part. 1.*

152 153

part. 1. decis. 175. num. 1. Quemadmodum au-
154 tem tali assertione indubie probatur manda-
tum, ità etiàm ex justa causa idem à Summo
Pontifice datum noscitur illis aliis immediatè
subjunctis verbis = debitore della nostra Camera
in grossa somma per causa di detto Appalto = ut,
præter modò allegatos, traduut Marta cons. 40.
num. 12. & seqq., Menoch. de præsumpt. lib. 2.
præsum. 9., Giurba observ. 75. n. 2. & seqq., &
observ. 76. n. 9., bon. mem. Ansald. de commerc.
& mercat. disc. 10. num. 5.

Cùm itaque certò constet carcerationem
Campostani expletam fuisse supremi Principis
mandato, frustrà inquiretur de nullitatibus in
ejusdem executione commissis; quia quum
155 agitur de facto supremi Principis, vel ipsius
jussione ab ejus Ministris gesto, quæri quidem
potest de illius justitia, vel injustitia, pro im-
petrando ex ejus clementia beneficio, quo ad
æqui, bonique rationem redigatur, at non et-
iam tanquam nullum, & irritum impugnari
potest, sub hujusmodi namque nullitatum ob-
tentu Sententiæ, Judicia, aliaque gesta à Ma-
156 gistratibus, & Judicibus, ab illo constitutis, non
autem ipsius supremi Principis rescindi valent;
nullitas enim, prout est quid in concreto, cum
proveniat ex transgressione, & inobservantia
legis, Vant. de nullitatib. in rubrica seu Titu-
lo quid sit nullitas, & undè dicatur num. 1.;
157 inde sequitur, ob non servatam formam ali-
quam, sive à Lege, sive à praxi præscriptam,
nullum, & invalidum dici minimè posse ac-
ctum aliquem gestum ex Rescripto Supremi
Principis, qui est supra omnes Leges, & suprà
jus omne positivum, per Text. in leg. Princeps
ff. de legib., ibique Scribentes, Felin. in Cap.
Canonum statuta col. 2. de Constitut., Cephal.
cons. 28. num. 72., Osasch. cons. 1. num. 2., Caren.
resol. 205. num. 2., de Marinis resolut. 46. nu. 20.
& 26., Thesaur. decis. 87. n. 3., Thomat. decis.
121. n. 2., Rota in rec. decis. 1. num. 4. par. 3.,
adeo, quidem, ut extrà jus, supra jus, & con-
158 trà jus esse dicatur, ut præsertim de Papa docuit
Bald. in cap. cùm super. de caus. possess. & pro-
prietat., quem sequitur Fagnan. in cap. consul-
tationibus num. 25. de Clerico ægrotante tom. 4.
in 1. part. 3. Decretal. fol. 204., & docuit Bar-
bat. cons. 1. lib. 1; facto namque & auctoritate
suà, nedum supplet omnem Juris formam, &
solemnitates, Abb. cons. 41. n. 3. lib. 1., Paris.
cons. 24. num. 4. lib. 4., Capyc. latr. dec. 16. n. 2.
& seqq., Rot. coram Seraphin. dec. 1307. n. 1.,
& in rec. dec. 367. num. 13. part. 5.; sed tollere
159 etiam dicitur exceptiones quascumque tàm Ju-
ris, quàm facti, ad Text. in leg. omnium Cod.
de Testament., & leg. 2., ubi Bald. Cod. quand.
Decret. opus non est, Paris. cons. 24. num... lib. 4.,
Dec. cons. 341. num. 12., Besold. cons. 18. n. 28.
lib. 4., Rot. divers. dec. 316. num. 16. in fin., &
num. 19. part. 2., coram Carill. dec. 141. num. 6.
& 8., quorum plerique docent, quod sublatà
160 exceptione tum læsionis, tum doli, benefi-
cium quoque restitutionis in integrum adver-
sùs istiusmodi actus gestos auctoritate Supremi
Principis ademptum censeatur, & consonat
Senatus Mantuanus apud Palm. tom. 4. dec. 360.
num. 206., auctoritate Rotæ Romanæ id locum
habere tradens in actu etiam gesto coram Car-
dinali de ordine Papæ.

Proptereàque, quoties constat de voluntate
Summi Pontificis, qui sciens, vel volens, ali-
quid faciat, aut mandet, cum de potestate
dubitari non valeat, excipi proindè contra il- 161
lud non poterit, servatam minimè fuisse for-
mam Juris, praximque aliquam, aut ordinem
judiciarium iu Foris constitutum, ut præclarè
docuit Fagnan. in cap. si aliquando de sentent.
excommunic. tom. 5. in 2 par. 5. Decretal. fol. 183.;
sed validum, ratumque habendum erit quid-
quid ejus jussu, & auctoritate gestum est, ut
benè post Gloss. in cap. final. verb. Illustrium de
re judicat. lib. 6. tradit Joan. Franc. de Ponte
cons. 121. num. 22. & seqq. lib. 2., Cephal. con-
sil. 439. num. 54. juncto num. 72., ubi loquitur de
Principe maudante arrestum, Bellug. in specul.
Princip. rubr. 21. §. Restat nu. 4. fol. 39. à terg.,
& rubr. 23. §. Dicamus num. 4. fol. 123. à terg.,
Jov. de contract. minor. tom. 2. Glossa 24. §. 9.
num. 5. §. 10. numer. 34. Quinimo, ut ejusmodi
actus plenæ firmitatis robur obtineant, satis est,
quod Princeps putet, causam, quà motus fuit, 162
subsistere, quodque ex opinione sua, & pro
nutu voluntatis statuat, aut mandet, benè
Christin. decis. Belgic. tom. 1. dec. 88. numer. 26.
fol. 96., sic inquiens = Princeps enim, qui habet
Jura Imperii in omnibus casibus, in quibus in-
ferior Judex, præmissà Causa cognitione, po-
test aliquid facere, potest Causà non cognità,
& pro nutu voluntatis disponere, secundùm Bal-
dum, Castrensem, & alios in Leg. si Testamen-
tum Cod. de Testament., nam satis est in Prin-
cipe, quod putet, causam subsistere, & ex opinio-
ne sua statuat, vel mandet, non sic in inferiori-
bus, Bald. in leg. Rescripta &c., quia in suo
Territorio non ligatur jure positivo, secun- 263
dùm Bortolum in Extravag. ad reprimendam &c.
ad hoc Textus, & ibi Bartol. in leg. Æmilius
ff. de minorib. cum similibus.

At verò, si Supremus Princeps solutus est
ab omni Juris ordine, cui non subest, ut, præ- 164
ter superius dicta, tradunt Oldrad. consil. 257.
num. 13., Natta cons. 367. nu. 8. lib. 2., Gram-
matic. cons. 79. numer. 19., Amendola ad decis.
Franch. 517. nu. 5. & seqq., Cyriac. contr. 692.
num. 10., Afflict. decis. 283. num. 6. & seqq., &
dec. 361. num. 13., Thesaur. dec. 15. num. 4., Ur-
ceol. dec. Florent. 13. num. 15., Rota in rec. de-
cis. 471. num. 13. part. 1., & dec. 465. num. 17.
part. 9. tom. 2.; potiori certe jure posthabità il-
lius formà, eundem præposterare poterit, id 165
videlicet, quod fieri deberet ante executio-
nem, faciendo post illam, Bald. in Jus feu-
dale cap. 1. colum. 3. tit. si inter Dominum, &
Vassallum, Abb. in cap. In Causis de rei vindi-
cat., Raynald. ad Banniment. Bonon. tom. 1.
cap. 2. §. 4. num. 119. fol. 216., & tom. 3. cap. 34.
§. 12. num. 135. vers. & justa fol. 220.; quæ exe-
cutio ex ejusmodi præposteratione, tanquam
attea-

attentatorum labe infecta, irrita declarari ne-
quibit, *Lancellott. de attentat. part. 1. cap. 4.
limit. 2., Rota coram Dunozz. Jun. dec. 608. n. 2.,
in rec. dec. 175. num. 9. part. 8.*, & rectè quidem
quia, si nunquam præsumendum est, Supre-
mum Principem actum frustratorium gerere
voluisse, usus idcircò censetur potestate illâ,
166 quæ requiritur, ut actus sustineri valeat, *Ca-
strens. cons. 413. vers. primus quando lib. 1. Duen-
nas ad regul. Jur. regul. 43. in fin. fol. 54., Pic.
ad Statut. Urb. Glos. 7. num. 200. fol. 69.*

Etsi ex eo dumtaxat, quod agatur de car-
167 ceratione, supremâ Principis auctoritate expleta,
sublata dicenda esset facultas dicendi de illius
nullitate; nihilominùs tamen, quando etiam,
168 ordinariâ Judicum, & Tribunalium fiscalium
auctoritate facta reperiretur; inspectâ solum-
modò naturâ, & qualitate crediti, pro quo
assecurando peracta fuit, frustrà adversus ean-
dem opponerentur nullitates: agebatur enim
de Debitore fiscali, ideòque pro ejusmodi de-
biti exactione contra ejus personam rectâ via,
nulloque judiciario ordine servato, nullâque
denique præmissâ condemnatione; & Bonorum
excussione, deveniri poterat ad personalem
executionem, ducto argumento à *Textu in
leg. nemo 2. versùs finem Cod. de Exactorib. Tri-
butor. lib. 10., ibique Glos. in verb. custodia,
& ad eandem leg. Joan. de Plat. numer. 15.
vers. sed colligo, Angel. circa med., Bartol. nu-
mer. 2., ubi Adden. lit. C., idem in tract. de Car-
ceribus num. 14., Bald. in leg. 1. num. 5. versic.
Item procedendo Cod. de heredit., vel action. ven-
dit., Castrens. in leg. final. Cod. de privileg. Fi-
sci, Faber in Cod. lib. 7. tit. 6. de pignorib. defi-
nit. 7. num. 11., Paris. de Puteo de Syndicat. §.
Captura in princip., Foller. in prax. verb., &
& si compareant num. 3., Guidopap. quæst. 6. nu-
mer. 2., Gratian. discept. 353. num. 1. & seqq.,
Antonin. Maceratens. variar. resol. lib. 3. reso-
lut. 35. num. 3., Cobell. ad Bull. bon. Regimin.
cap. 18. num. 27., Sabell. pract. universal. §. De-
bitore num. 14.*

Idque ita communiter servatur vigore spe-
169 cialis privilegii Manus Regiæ Fisco competen-
tis, ut tradunt *Pereira de manu Regia prælud. 1.
nu. 4., Maranta in suo specul. part. 4. distinct. 9.
num. 8., Scanarol. de Visitat. Carcerator. lib. 1.
§. 10. num. 24. & seqq. fol. 121.*, apud quem alii,
& ita censuit *Congregatio particularis* in una
Ferrarien. nullitatis Arresti, ut ex Voto favo-
re ipsius Campostani *die 16. mensis Maij anni*
1722. edito *ab R.P.D. Sardini §. 38*, = *quippè,
quia*, sunt verba dicti Voti = *Manus Regia am-
pliat pro Fisco, & Ærario publico privilegium,
ita ut prætermissis omnibus solemnitatibus, possit
Fiscus, seu Communitas ad personalem procede-
re capturam ex abrupto, quovis judiciario ordi-
ne prætermisso, nè aliàs ex quovis actu monito-
riali, & præparatorio possit Debitor sibi præ-
cavere, eludere, atque ridiculam reddere Ma-
num Regiam* = ideòque subdit, privilegium
hocce fiscale efficere = *ut jacula fiscalia priùs
feriant, quàm prævideri possint*. At præterea
in casu nostro contra eundem Campostanum,
nedum ex speciali privilegio Manus Regiæ,
Fisco competente, sed virtute etiam obligatio-
nis Cameralis potuisset incipi à captura, & cum 170
reali cumulari personalis executio, *Gigue
cons. 162. numer. 4.*, quem sequitur *Antonell.
cons. 1. num. 13. & seqq., Cephal. cons. 439. nu-
mer. 89., & post Castrens., & Abb., Surd.
cons. 39. num. 21., cons. 298. num. 4., consil. 513.
num. 20., idem decis. 44. nu. 18. cum seqq., Car-
pan. ad Statut. Mediolan. cap. 167. numer. 13.,
Gratian. discept. forens. 7. numer. 28., Bonden.
collect. legal. lib. 2. collect. 5. num. 149., Zacch.
de oblig. Cameral. quæst. 15. nu. 7. & seqq.*, tra-
dens, id locum habere etiam contra Nobiles, &
illustres Viros, *Rot. apud eundem decis. 22. n. 8.,
& decis. 42. num. 2., in rec. decis. 37. numer. 5.
part. 11.*

Nil itaque mirum, invaluisse consuetudi-
nem, omnium Principatuum consensu ubique
receptam, quod videlicet pro exigendis debi-
tis fiscalibus, solâ facti veritate inspectâ, omni- 171
que omissâ Juris civilis solemnitate, contra
Fisci Debitorem incipi possit à captura, *Bald.
in leg. 2. Cod. quando Fiscus, vel Privatus, idem
cons. 238. lib. 1.*, loquiens = *ad veritatem eun-
dum est tàm de jure, quàm de facto. Et præ-
mittendum est, quod non est necessarius libellus,
nec litis contestatio, quando petuntur publicæ 172
functiones, sed proceditur compulsivè levato velo
tàm de jure, quàm de consuetudine generali* =
*Natta cons. 49. num. 7., Tusch. practic. conclus.
lit. G. conclus. 22. numer. 2., Manson. de Causis
executiv. lib. 1. ampliat. 30. numer. 21. & seqq.,
Franc. Lucanus de privileg. Fisc. 1. part. princi-
pal. num. 56. inter tract. tom. 12. fol 8., Peregrin.
de Jur. Fisc. lib. 6. tit. 7. num. 7., Gratian. di-
scept. 353. num. 1. & seqq., Cobell. ad Bull. bon.
Regim. cap. 44. num. 35., Postb. de Subhast. in-
spect. 47. numer. 111., Rot. apud ipsum decis. 36.
num. 3., Urceol. decis. Florent. 3. num. 16., Rot.
in rec. dec. 446. numer. 1. part. 2., in Cæsenaten.
Spolii 25. Junii 1700. §. Hac autem justificatio
coram bon. mem. Muto, & in illius confirmatoria
20. Januarii 1702. §. Nec salvari coram bo. me.
Pio*; malè enim Facta publica expedirentur,
& Respublica interim periclitaretur, si, non-
nisi servato ordine judiciario, exactiones fisca-
les fieri possent, ut benè inquit *Bald. cons. 434.
num. 1. lib. 3., Antonell. cons. 49. num. 7., Cor-
rad. in sua praxi lib. 1. cap. 9. §. 2. num. 8., Asin.
pariter in prax. §. 7. limit. 33., Scacc. de Judic.
lib. 1. cap. 88. num. 26., Boler. de decoct. debitor.
fiscal. tit. 1. quæst. 7. num. 5., Pegas ad ordinat.
Regn. Portugall. tom. 12. fol. 365. lib. 2. tit. 52.
ad rubr., & ad princip. Glos. 2. num. 2., Ca-
still. decis. 55. num. 4. & seqq.*

Cui porro consuetudini eo firmiùs favore
Fisci inhærendum est, quia adeò consentanea
est dispositioni Juris, ut idem pari quodam-
modò æquitatis ratione opituletur etiam pri-
vatis Creditoribus, contra quos, Debitores ob
grandæ æs alienum, suique status deterioratio-
nem, suspecti jam redditi, ac illos fugâ facilè
elu-

eludere valentes, opponere nequeunt nullitatem capturæ, desumptam ex non servato ordine judiciario, ut latè apud *Paulut. dissert. legal. lib. 1. dissert. 50. art. 1. numer. 21. & seqq.*; quum enim reverà constat de credito, irrita declarari non debet captura, quæ esset iterum decernenda, ducto argumento à *Textu in leg. final. §. Pariter final. ff. quod met. caus.*, ibi = *quod si debitis satisfecerit simplici jussione, & non cognitione adbibitâ: quamvis non extra ordinem exactionem fieri, sed civiliter oportuit, quæ tamen solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, revocari incivile est* =, *Glos. in leg. si finita in princip. verb. liberetur, ibique Angel. num. 1.*, dicens se pluries ita practicasse, *ff. de damn. infect.*, *Dec. cons. 449. n. 66. & seqq.*, *Ruin. cons. 152. num. 9. lib. 4.*, *Cravet. cons. 72. num. 7.*, *Antonell. cons. 47. numer. 13. & seqq.*, *Negusant. de pignor. part. 3. membr. 2. num. 23.*, *Manson. de caus. executiv. ampliat. 27. num. 4.*, *Menoch. de adipiscend. remed. 5. num. 67.*, *Carpan. ad Stat. Mediolan. lib. 1. cap. 242. num. 26.*, *& lib. 2. cap. 151. num. 7.*, *Corrad. in sua prax. lib. 1. cap. 9. §. 2. num 9.*, cumque sequitur *Farinac. quæst. 27. numer. 151. circa med.*, *Fachin. controvers. Jur. lib. 13. cap. 27. in fin.*, *Ludovic. decis. Perusin. 40. num. 5.*, *Magon. decis. Florent. 126. n. 1. & 3.*, *Monach. dec. Bononien. 26. num. 1.*, *Barz. dec. 134. num. 5.*, *Cornazzan. decis. Lucens. 2. num. 20.*, *Marta Vot. 79. num. 2. & plurib. seqq.*, *Rota coram Verall. decis. 250. num. 1. in fin. part. 1.*, *coram Puteo dec. 177. n. 1. & seqq. lib. 1. in correct.*, *coram Seraphin. decis. 878. num. 2.*, *coram Coccin. dec. 2216. n. 20. & seqq.*, *& divers. part. 2. dec. 151. numer. 4. & seqq.*, *in rec. dec. 140. num. 1. part. 13.*

Improperari profectò nobis poterit, pluribus loquutos fuisse de cæteroquin notis privilegiis Fisco competentibus prò assecuratione sui crediti, tametsi nullo judiciario ordine servato facti; at veniam nobis dandam speramus, quia id egimus quasi coacti à Parte adversa, ut nimirùm cuique illicò pateat, quanta cum injuria, Causæ, de qua agitur, defensio præcipuè exadverso constituatur in temerè, frequenterque calumniando Ministros Camerales, præsertim Ferrariæ degentes, perindè ac si pravis machinationibus conspirantes in Campostanum, ejus famam lædendo, ac facultates extenuando, causam dedissent ejus carcerationi, invalidæ, & injustæ existimandæ, eo quod, etiàm eâ non secuta, cautum dici posset Juribus, & securitati Rev. Cameræ prò suo credito consequendo. Iidem enim, ea fide, quâ obstringebantur, munus suum exercentes, perfecerunt id, quod Juris ratio efflagitabat, & supremi Principis mandato imperabatur, personali nimirum executione apprehendendo Debitorem, qui ab initio ipso sui Appaltus, antè eorum oculos, adeò malè administrabat Thesaurariam, ut in dies efficeretur Debitor quantitatis, longè superantis valorem omnium ejus facultatum; proptereaque spectatâ ejusmodi prava administratione, nè graviora damna Fisco indè emergerent, & ut aliqua saltem ex parte in tuto poneretur illius creditum, opus esse noverunt ejusdem incolumitati consulere per apprehensionem Debitoris, qui è Civitate Limitropha Judicum potestati sè subripere, & Judicatorum authoritatem eludere commodè valuisset. Etenim qualenam aliud consilium ineundum supererat Debitori, adeò famâ, & facultatibus lapso, ut libertatem, à Ministris Cameralibus sæpius sibi oblatam sub sola cautione, vel scutorum decem millium, vel de sè repræsentando sub pœna debiti, ob hanc non inventam, illam accipere nequiverit. Ex hac autèm adeo benigna ratione agendi, post secutam carcerationem cum eo adhibita, quisque secum reputet àn cum ageretur de ejusmodi qualitatis Debitore, ejus apprehensio patrata fuerit odio, & nequitiâ Ministrorum Cameralium, vel potiùs ab eisdem proposita, ut, quoad fieri poterat, & qua ex parte poterat, provideretur indemnitati Rev. Cameræ, ut in d. Responsione Facti *num. 22.*

Verum enim verò licèt argumentis, & rationibus, luce clarioribus, probatum diei possit, in ejusmodi Causis fiscalibus cessare solemnia universi ordinis Judiciarii; attamèn illud aliud magnoperè exadverso inculcatur, nimi- 173
rum, non idcircò sublata censeri substantialia Judicii, quæ non solum in veritate, sed præcipuè etiam consistunt in certitudine quantitatis crediti, prò quo fit personalis executio. In hoc autem peccatum, erratumque fuisse, dicitur, quia, sive debitum Campostani esset quantitatis scutorum *67939. 32.*, probatæ confessione, ab eo emissa in Facto concordato, sivè esset paulo majus, quale agnitum fuit in quodam folio, paritèr ab ipso subscripto, sivè demum ascenderet ad maximam eam quantitatem, post discussas rationes, illique contrapositas partitas omnes defalchi Debitori accepto ferendas, liquidatam, atque constabilitam in Congregationibus Computorum, & præsertim in postrema Congregatione celebrata cum Adjunctis; nihilominus tamèn in actis Secretariorum Cameræ, ejusdem creditum extractum ex Codicibus rationum fiscalium, expressum fuit in quantitate scutorum 221350. 45., ad valde minorem summam deindè redacta: quamobrem ob ejusmodi malam expressionem certæ quantitatis crediti, veluti deficiente substantiâ Judicii, à nullitatis, & injustitiæ labe salvari minimè posse dicebatur carceratio Debitoris facta prò non vera quantitate debiti, quod ab ipsa Rev. Camera creditrice, prævia exacta liquidatione, multò minus esse agnitum fuit.

Objectio quippe istà satis superque submota videri posset tùm ex privilegio crediti fiscalis, tùm ex eo, quod agatur de captura Debitoris peracta mandato Supremi Principis, qui, si nulli subest formæ, ordini, & praxi judiciariæ in Foris constitutæ, multò magis illam præposterare potest, ex notatis *§. Proptereaque quoties & seqq.* Verùm illa radicitùs convellitur eâ solidissimâ, & obviâ responsione, quæ nobis præ-

præbetur ex certiſſima Juris regula, & praxi, in hiſce Judiciis ſervata, quod videlicet, quum Creditor, de cujus credito in genere certò conſtat, quamvis in certa quantitate nondum liquidato, ſi nullâ petitâ certâ quantitate inſtet, ſolummodò aſſecurari perſonam ſui Debitoris, ut diſcuſſis deindè, exactèque perputatis rationibus, debitum in ſua vera quantitate liquidatum, vel in ære, vel in corpore deindè luat, licèt ejuſdem apprehenſio demandetur antè præmiſſam d. liquidationem, non idcirco peccatum dicetur contra formam, & ſubſtantiam
174 Judicii; quemadmodum hunc caſum, in quo per capturam Perſonæ actum fuerit pro ſimplici aſſecuratione Judicii, & crediti videlicet poſtmodum liquidandi, diſtinguendo ab alio caſu, in quo illa directè petita, & expleta reperire-
175 tur, ut Debitor ſolveret certam aliquam quantitatem, quæ reverâ tanta non deberetur, communiter tradunt Doctores, qui hanc diſtinctionem deſumpſerunt ex pluribus Juris locis apud *Caccialupum de Debitore fugitivo quæſtion.6. num.13.*, illam perpetuò notandam docentem, eamque ſequuntur *Scannarola de Viſitat. Carcerator. lib.3. cap.2. §.8. n.27. & ſeqq.*, *Zaul. ad Statut. Favent. tom.1. rubr.4. lib.3. num.3. & ſeqq.*, *Conſtantin. àd Statut. Urb. tom.1. annot.19. num.12. & ſeqq.*, *Paulut. diſſert. legal. tom.1. diſſertat.49. num.68.*, *& ſeqq.*, *& diſſertat.50. artic.2. ſub num.97.*, *Cornazzan. deciſ.2. num.18. & ſeqq.*, & eſt magiſtralis *deciſio Fontanellæ la 235.*, *Rota cor. Card. Cerro deciſ.889. num.7. & ſeqq.*, *in rec. deciſ.331. num.17. & ſeqq. part.16.*, & diſcuſſo hoc articulo, dictum fuit *in una Bononien. aſſecurationis Judicii coram d. Hervault apud eundem Conſtantin. deciſ. 33.*, *& deciſ.34.* impreſſis etiam inter collectas *per Balducc. ad Ramon. tom.1. deciſ.17. & ſeqq.*, poſt quas ſubditur *deciſ.19 præcedentium confirmatoria*, hiſque omnibus deciſionibus reaſſumptis, eadem diſtinctio exornatur à *Balducc. ad Ramon. conſ.11. num.23.*, *& in Romana mandati ſuſpicionis fugæ 14. Junii 1702. §. Non relevante cor. bo: me: Molines*, *in Eugubina Pecuniaria 20. Januarii 1716. §. Abſque eo coram bo: mem: Lancetta; & traditur in alibi citato Voto R. P. D. Sardini §.23. & ſeqq.*, *& §.18. & ſeqq.*

Et ſanè, ſi antequam deveniri poſſet contra Debitorem ad perſonalem executionem, Creditor, cæteroquin certus de ſuo credito in genere, præmittere neceſſariò cogeretur illius liquidationem, ſemper requirentem diſpunctionem rationum, non ſinè multis, prout contigit in caſu noſtro, & quidem gravibus controverſiis, ac partitarum impugnationibus perficiendam, facilè illius jacturam faceret, Debitorem quodammodo monendo, ut perſonam, & Bona imminenti periculo ſubtraheret, juxta notata *§. Idque ita*. Nè igitur Judicium reddatur eluſorium, illius formæ ſatisfactum cenſebitur, ſi Creditor per apprehenſionem perſonæ agat ſolummodò pro aſſecuratione ſui crediti, ſervatis ſervandis deindè liquidandi, ut præter allegatos ſuperiori §. tradunt *Stracc. de decoctorib. part. 3. nu. 55.*, *Pec. b. in tract. de Jure ſiſtendi cap. 4. n.5. verſ. ex quibus*, *cl.me. Card. de Luca de Dot. diſc.61. num. 11.*, *Rota coram Cavaler. deciſ.653. n.4. & ſeqq.*, *& in rec. deciſ. 211. n.8. & ſeqq. p.10.* Quà ratione evitatur etiam illud aliud abſurdum, quod nempè, licèt certò conſtet de credito, nondum tamen ſufficienter liquidato, retractetur executio perſonalis, denuò alioquin decernenda, quod repugnare Juris, & æquitatis rationi probatum eſt *§. Cui porrò*.

Ambigi verò, nequit nos verſari in caſu ſuperius traditæ diſtinctionis, quia à Parte adverſa certis omninò probationibus, proùt fieri ab ipſa dèberet, eo quod agatur de ejus intentionis fundamento, non docetur, executionem perſonalem contra Campoſtanum nominatim, & expreſsè factam fuiſſe prò conſequenda ſolutione dictorum ſcutorum 121350. 45., reverà excedente quantitatem ab eo debitam: At è contrario facti evidentià id excluditur;
idem enim Ferrariæ captus fuit die 3. menſis 176
Maij, & ſic biduo, vel triduo poſt ex Urbe datas Literas, quibus Eminentiſſimo Legato Ferrariæ ſignificabatur Pontificium mandatum de aſſecuranda illius perſona. At a Ratiocinatore verò Rev. Cameræ noonisi die 13. ejuſdem menſis, hìc Romæ exhibitus fuit calculus, in quo ille conſtituebatur debitor in d. quantitate ſcutor 121350. 45. En igitur colore nullo aſſeri poſſe, apprehenſionem Perſonæ Campoſtani decem diebus antè Ferrariæ factam, volitam, atque demandatam fuiſſe, ut ille ſolveret certam ullam, præſertim verò dictam quantitatem; Miniſtri namque Rev: Cameræ noverunt quidem, eum eſſe debitorem ingentis quantitatis, at certò ſcire non poterant, quæ, quantaque illa eſſet; quippè dicto debito de-
prompto ex Codicibus rationum fiſcalium, qui 177
hic Romæ retinentur, contraponendæ erant pecuniæ, Ferrariæ erogatæ in expenſas tam ordinarias, quàm extraordinarias, tunc prorsùs ignotæ, deindeque Debitori accepto latæ in diſpunctione rationum, ex qua comperta demum fuit vera quantitas d. debiti, quemadmodum huic objectioni reſpondendo animadvertitur in hodierna Facti *n. 52. & ſeqq.*

Manifeſtum itaque ex his fit, expreſſione d. certæ quantitatis ſcutorum 121350. 45. vitiari non poſſe executionem perſonalem tanquàm decendio poſt eam factam per modum meræ enuntiationis crediti, nondum in certa quantitate liquidati vel petiti, ſed ſolùm per viam prætenſionis deducti; etenim ſi ejuſmo-
di crediti enuntiationes irritam reddere poſ- 178
ſent capturam, jamdudum ſequutam, vix unquàm ſuſtinerentur ſimiles perſonales executiones expletæ, non ut Debitor ſolvat, ſed ut caveat pro debito certo in genere, nondùm tamen in determinata quantitate petito, *Fontanell. dicta deciſ.235. num.19. & ſeqq.*, loquens his verbis = *Demum non obſtare dicebatur, quod in decurſu Cauſæ apparuiſſet, non*
fuiſ-

fuiffe debitam tantam quantitatem, quia effet aliquid, quando captura facta fuiffet, ut Debitor folveret, in quo cafu loquuntur doctrinæ in contrarium adductæ, quod captura, & executio pro majori quantitate quàm deberetur, corruit in totum, ceterum hìc non ut folveret, fed ut caveret pro ea quantitate, quam ego exiftimabam debitam, quia id ferè contingit in fecuritatibus omnibus, quæ petuntur in principio litium, nec unquam fuit reputatum abfurdum; prætereaque fubdit, quod tametfi in expeditione mandati fufpicionis fugæ, pro mera Judicii affecuratione relaxati contra Debitorem, expreffa repe-
179 riretur aliqua certa quantitas, nihilominùs id
non damno, fed potiùs cederet commodo ipfius, faciliùs pro certa, quàm pro penitùs incerta quantitate reperturi Fidejufforem, ut *n.18.* dictæ decifionis, ibi = *quia videbat impoffibile fore, ut fine expreffione certæ quantitatis Debitor inveniret Fidejufforem* =, ut fequitur *Rota d. dec. 33. n.11., & decif.34. num.18. & feq. d.* Certiùs autem in cafu noftro, quia agebatur de Debitore, qui ratione agendi, quà ut pluries diximus, feptem annis, adminiftraverat Thefaurariam, fufpectiffimus effectus fuerat, ac ftatum, conditionemque fuam deteriorem feciffe comperiebatur; quoties enim
180 Creditori res eft cum ejufmodi Debitoribus,
permittuntur eorumdem arrefta ad fimplicem illius petitionem ut nempè datis pignoribus, vel Fidejufforibus, ipfi pro fuo credito caveatur, *Gaill. practicabil. obferv. lib.2. cap.44. num.10. & feqq.*, dicens certiùs id procedere contra Debitores fifcales, *Prat. in adddit. ad Mufcatell. in prax. lib.2. part.3., Glof. detinebitur n.15., Petra fuper ritib. magn. Cur. rit.170. numer. 9. verf. praxis tamen*, quos refert, & fequitur *bo. me. Anfald. de commerc., & mercatur. difc.77. num.4.*: proindeque fi rectè traditum eft, quum
181 certò conftat de credito, fubtiliùs inquirendum
non effe, an fervatæ rigorosè fuerint Judicii formalitates, fed Judicis religioni, atque jufto arbitrio æftimandum relinqui, quà fecuritate confulendum fit indemnitati Creditoris, *Menoch. de arbitrar. lib.2. centur.2. caf.140. nu.2., Urfill. ad Afflict. dec.180. num.3., Palm. allegat.52. num.21., Cornazzan. decif. 2. num.18., Giurb. decif.4. num.29. & feqq., Rota in rec. dec.742. num.26. part.4. tom.3.*; Potiori fane
182 jure ejufmodi jufto Judicis arbitrio locus erat,
ut Rev. Cameræ cautum effet pro exigendo credito, quod nullo judiciali ordine fervato, Manu Regia exigi poterat, & rectè hìc redeunt tradita *§. Cui porrò confuetudini*.

Vindicatâ jam à nullitatibus executione perfonali, Summi Pontificis mandato contra Campoftanum peracta; ut ejus quoque juftitia planè elucefcat, demonftrare aggredimur, nullam R. Cam. pro fuo credito confequendo fuppetiiffe fecuritatem tempore, quo Debitoris captura decreta fuit: ut enim plenè probatur in hodierna Facti, accepto latis Campoftano omnibus mercedis remiffionibus cum debitor reperiretur ingentis quantitatis, plenè deindè liquidatæ, ac probatæ, profectò illi non fuppetebant Bona, quibus Rev. Cameræ cautum dici poffet, non folum, ut promptè, prout efflagitabat natura crediti fifcalis, quod publicis fubeundis functionibus paratum debet effe, fed nec etiam, ut illud confequi aliquando valeret. Nullo quippè numero habenda
erant Loca Montium, pro fecuritate Reverendæ 183
Cameræ attergata, quia illa ufque ad finem Appaltus intacta manere debebant; emergere namque in dies poterant novæ Caufæ debiti, & crediti, five dati, & accepti, pro quibus cautio, & pignus integrum fervandum erat ufque ad finalem rationum fubductionem, atque folidationem, *clar. mem. Card. de Luc. de credit., & debit. difc.102. numer. 3. verf. fecus autem*, ibi = *Secus autem ubi agitur de negotio habente tractum fucceffivum, & admixtam in Debitore adminiftrationem, quæ fecum ferat in dies novas caufas debiti, & crediti, five dati, & accepti, quoniam tunc omninò verius eft, ut Fidejuffor quamvis cum reftrictione ad certam fummam, cenfeatur præftitus pro reliquatu poft folidatas rationes, ac bonificatas partitas dati, & accepti hinc indè* = *Rota coram fan. mem. Alexandro VIII. decif.192. num.3. & feqq.*, *in Romana Pecuniaria 20. Novembris 1705 §. Stabilito coram bon. mem. Omanna, & in alia Romana Pecuniaria 2. Junii 1719. §. final. coram R.P.D. Corio, confirmata 22. Januarii fequentis anni §. pariter final. coram eodem*. Certiùs in cafu noftro, quia integer valor dictorum omnium Locorum Montium non folùm erat longè inferior debito Campoftani, fed pro quantitate fcutorum 30.mil. loco cautionis fervanda eadem erant ufque ad finem Appaltus, ut in hodierna Facti *num.36.*

Longè minor ratio habenda videbatur mobilium exiftentium in domo Debitoris, quia
etiam quum agitur de privato Creditore, ex- 184
traordinario remedio relaxationis mandati fufpicionis fugæ Debitorem fuum perfequente, ut Judex ab illo decernendo hoc colore abftinere queat, oportet, quod agnoverit, illa tanta effe, ut certè æquivaleant debito, quodque de facili amoveri non poffint, *Menoch. de arbitrar. lib.2. cent.1. caf. 87. n. 12. & feqq., Marquard. de exceptionib. mercator. lib.3. cap.7. numer.37., Scannarola de vifitat. Carcerator. lib.3. cap.2. num.63., Conftantin. ad Statut. Urb. annot.19. num.113. & feqq., Rota in d. Romana mandati fufpicionis fugæ 14. Junii 1702. §. Non obftat coram bon. mem. Molines*. Ut etiam ficuti animadvertitur in dicta Refponfione Facti, omittenda prorsùs erant nonnulla exigua Bona Debitoris, Bononiæ exiftentia, utpotè in quadam focietate implicata, aliifque hypothecis obnoxia, & longè demùm infrà creditum Reverendæ Cameræ, *Glof. in leg. fciendum 15. verb. non compelli ff. qui fatisdar. cogant., Rot. d. decif.33. num.8. & feq., & decif.34. num. 22. & feqq. inter collect. apud Conftantin., & in Eugubina Pecuniaria 20. Januar. 1716 §. Quamvis coram bon. mem. Lancetta*. Maximè verò

quia plurium, pluriumque annorum decursu,
nec obulum quidem ex dictis exiguis, & intri-
catis Bonis Rev: Cameram consecutam fuisse
constat.

Pergimus itaque ad examen nominum De-
bitorum, quæ etiam hodie exadverso extol-
luntur ad quantitatem scutorum 42. mil., quæ-
que perputanda fuisse contenduntur pro exone-
rando Campostano ab ingenti debito fiscali,
cui obnoxius erat: verum præfata credita
185 tametsi in longè majori quantitate probata di-
cì potuissent; nihilominus eisdem impediri
nequibat executio personalis contra fiscalem
Debitorem decreta: DD. enim Ministri Came-
rales nec tenebantur, nec poterant scire nomi-
na debitorum sui Debitoris, minùs verò illo-
rum idoneitatem novisse valebant; At rectè
quidem noverant, quod hi = *quì Fiscu nostræ*
186 *mansuetudinis obnoxii sunt, omissa frustratione,*
teneantur, ut quod suis nominibus debent, de
suis facultatibus cogantur exsolvere =, ut re-
scripserunt Imperatores *Valentinianus, Valens,*
& Gratianus in leg. Hi, qui Fisco 4. Cod. de
conveniendis Fisci Debitoribus lib.10., ubi Glos.
& præter alios benè ibidem *Cujacius* ait, quod
187 Fiscus, licèt habeat actiones utiles in Debitores
Debitoris fiscalis, eas = *omittere potest, imò*
debet ex novella 128. tom.2. oper. prior. ad dict.
lib. 10. Codic. fol. mihi 9. sub lit. D., benè sub-
dens *quod nec differtur actio fiscalis quoad ipse*
Debitor Fisci suos Debitores exegit =, *Christin.*
decis. Belgic. lib.5. in eundem lib. 10. Codic. de-
cis.8. num.8., ubi ejusdem Cujacii verbis ita
loquitur = *Imò ex novella 128. non differtur actio*
fiscalis quoad ipse Debitor Fiscì suos Debitores
exegerit, & ita quandoque judicatum fuit in
diversis hujus Belgii Curiis =.

Quamoorem fiscalis Debitor pro impedien-
da, seu irrita, & invalida reddenda executio-
ne personali contra ipsum facta, cum docere
debeat Fisci securitati, etiam sine illa cautum
jam fuisse; porrò ut hæc securitas ejusmodi
nominum Debitorum congerie Rev. Cameræ
parata dici posset, oportebat, quod liberum
& expeditum utilium actionum exercitium ipsi
188 competeret, eo quod ageretur de debito per
confessionem Debitoris, vel similem saltem
æquipollentem actum omninò certo, & liqui-
do effecto, *leg. si debitum 3. Cod. quando Fiscus*
vel Privatus, ubi *Imperator Gordianus* ita re-
scripsit = *Si debitum non infitiantur hi, quos*
obnoxios Debitoribus Fisci esse proponis: potest
videri non esse iniquum, quod desideras, ut ad
solutionem per officium Procuratoris compellan-
tur. Nam si quæstio aliqua refertur: id concedi
non oportere, etiam ipse perspicis = *Peregrin. de*
Jur. Fisc. lib.5. cap.7. num.36. vers. Item intel-
lige, Trentacinq. variar. res. lib. 3., resol. 13.
num.3., Christin. d. decis.8. num.7. hæc habens =
Sed si nondum sint redacti in numerum Debito-
rum fiscalium, sed dubitetur, vel contradicant
se esse Debitores, aut in non liquidis debitis,
tunc ordinariè eis agendum est =.

Quonam vero pacto Reverendæ Cameræ
securitati consultum dici potuisset horum no-
minum cumulo, quæ, utendo verbis contrariæ
allegationis, in eorum materialitate constituen-
tia dictam quantitatem scutor 42. mil., atta-
men, ut alibi notatum est, longo temporis decur-
su, & non sine levi Administratoris deputati
labore, nonnisi in minima parte exigi revera
potuerunt? singillatim namque examinando
intrinsecam illorum qualitatem nedum quæ-
stionem aliquam adversus ea referri, sed ina-
nia prorsus fuisse demonstratur in dicta nostra
Facti responsione *num. 40. & seqq.*, ubi præte-
rea *num.47., aliisque seqq.*, arithmetico calculo
probatur, quod, tametsi Rev: Camera in so-
lutionem, sive diminutionem sui veri crediti
obligata fuisset accepto ferre Campostano tum
præfata nomina Debitorum tum reliqua omnia
ejus Bona, nihilominus mense Majo anni *1719.*,
quo contra illum expleta fuit personalis execu-
tio, justissimè illa peragi potuit, quia residuum
ejus debitum excedebat quantitatem scuto-
rum *31163.*, cui superaddendæ erant aliæ duæ
partitæ relictæ in suspenso in concordatione Fa-
cti, illius debitum adaugentes ad scuta *37983.*
32.; parvique refert illas deinde ex patri-
monio Debitoris persolutas fuisse ab Admini-
stratore, ex hac namque subsecuta solutione 189
confirmatur quidem præexistentia ejus de-
biti, sed confirmatur etiam justitia ejus car-
cerationis, adversùs quam opponi nequit ex-
tinctio debiti, alioquin certi, longè post facta ex
facultatibus Debitoris.

Consultò omittimus loqui de immensis re-
stauris, quæ Debitori fiscali competiisse exad-
verso dicuntur, ut enim ejusmodi exceptionis
obtentu invalida, atque irrita declarari potuis-
set personalis executio contra illum facta, opor-
tebat, quod quemadmodum certò, atque in-
continenti constabat, ipsum esse Debitorem
prægrandis quantitatis, ita è contrario æquè
certa, atque illicò probata apparerent Restaura,
quæ Debitor pro se exonerando, sibi compe- 190
tere contendebat: tantum verò abest, hanc
promptam, & claram probationem tempore
secutæ executionis personalis illi suppetiisse,
ut prorsùs excludatur tot contrariis Judicatis
editis post acerrimè discussa atque rejecta dicta
Restaura, quibus Judicatis ambigi nequit,
quin illa indebita extitisse, vel certè illiquida
saltem, altioremque requirere indaginem di-
cenda fuissent, ideòque minimè apta ad impe-
diendam executionem omninò paratam Reve-
rendæ Cameræ competentem, & pro simplici
dumtaxat sui crediti assecuratione petitam, at-
que decretam, ad *Textum in leg. qui solidum*
in princip. ff. de legat.2., Bald. cons.152. in fin.
lib.3., Soccin. sen. cons.24. sub num.36. lib.1.,
Rota post Zacch. de obligat. Cameral. decis.155.
num.3., & in rec. decis.194. num.38. part.18.,
maximè verò ad effectum illam rescindendi
tanquam apertè nullam; & irritam; quippè
nullitas in his circumstantiis exclusa dicitur 191
contrariâ boni Juris præsumptione promanan-
te ex dictis Judicatis, *Rota inter collectas per*
Bal-

Balduc. ad Ramon. tom. 2. decis. 17. num. 2., & frequenter alibi.

Denique non immoramur aliis objectionibus, quæ ex contrario Restrictu afferri fortè possent, quia vel utpotè leviores, vel sublatæ ex iis, quæ superioribus locis adduximus, prætermittendæ visæ sunt; Ij namque sumus, qui sicut *Callimacus* dicere solebat, magnum li-
192 brum, magnum malum esse, ita magnum sermonem, & præcipuè nostrum, magnum malum judicemus, ut perbellè ait eruditissimus *Benedictus Averanus suorum Operum tom. 1. in Anthologiam dissertat. 8. in fine*.

§. V.

Concluditur, locum esse actioni subsidiariæ prò sarciendis damnis, à Rev. Camera passis, contrà D. Cardinalem N., tanquàm dolo malo versatum in munere sibi injuncto.

Demonstratum est §. 1. constans propositum, & firma mens san. mem. Benedicti XIII. nihil in Chirographo, de quo agitur, agendi, aut concedendi Campostano, ex quo R. Camera detrimentum aliquod capere posset, sed inter hanc, & illum celebrari solummodò voluisse justam, & æquam transactionem, qua contribueretur quidem *al di lui*, videlicet Campostani *sollievo*; verumtamen *per quanto sia compatibile coll' accurata indennità di d. nostra Camera*= Nè autem quidpiam illi improvidè elargiendo, damno ullo afficeret Pontificium ærarium, grave hoc negotium gerendum, expediendumque mandavit Ministro, cujus fidei prorsùs sese commisit; Isque fuit D. Cardinalis N., cui nedum Relatoris partes, & potestas demum omnis privativè demandata fuit, qua ab incæpto, ad imum usque, pro celeri negotii, de quo agebatur, expeditione procederet, quemadmodum supra Idem verò injunctum sibi munus, fidemque sibi habitam, nulla ex parte summo Pontifici servans, vera tacendo, alia sub involucro verborum innuendo, plura, denique falsa exponendo, illum induxisse ad signandum Chrirographum imperans transsactionem, R. Cameræ undequaque damnosam, ut probavimus §. III., & confirmavimus §. IV. latiùs respondendo nonnullis præcipuis objectionibus, quæ in contrario Restrictu afferuntur.

Ex his autem omnibus, veluti ex necessario antecedenti, sequitur, quod Minister, in cujus fidem se tradens summus Pontifex, adeò enormiter ab eodem deceptus fuit, procul dubio sarcire, atque emendare teneatur damnum omne, quod indè evenit R. Cameræ, cui hæc actio certè comparata ex eo quod ille in re
193 sibi specialiter mandata, Mandanti non præstitit, neque persolvit fidem, quam debuit, competeret etiam quando talis Minister non quidem Relatoris, Executoris, Judicis, cæterasque denique omnes partes sibi injunctas, sed Consiliarii dumtaxat munus gerendo, pravo suo consilio Summum Pontificem induxisset ad rem, sibi, suoque Ærario adeò perniciosam, adeòque mali exempli perficiendam.

Quanta verò, & qua gravi, strictaque obligatione ejusmodi Minister, seu Mandatarius devinctus reperiatur, illicò patet ex mandato eidem tradito, cujus vigore, in re, de qua agebatur, nedùm habebat qualitatem specialis Mandatarii, ibi =*Commettemmo à Voi con nostro special Rescritto dè 27. Febraro del presente anno il prendere del seguito di questo affare ogni più esatta, & individua cognizione* = Sed expleturus etiam erat Executoris, Judicis, & partes omnes, donec res mandata planè perficeretur. At verò si ea est lex, ut in re manda- 194
ta post susceptum mandatum, nihil in ea neglectum, aut declinatum culpà vacet, *leg. in re mandata 21.* = *Aliena verò negotia*, ut ibi rescripsit *Constantinus*, *exacto officio, geruntur, nec quidquam in eorum administratione neglectum, ac declinatum culpà vacuum est.* = *Cod. mandati*, & *leg. si mater tua 24. Cod. de usur.* nè alioquin Mandatarius teneatur ad interesse ratione mandati tàm directa quàm contraria, juxta concordantia Juris *loca apud Rot. Januen. decis. 68. n. 5.*, quam sequitur *Sacra Rota cor. Cl. mem. Card. Cerro decis. 582. n. 7.* rejectis prorsus frivolis, inanibusque diligentiis, tanquàm nullo numero habendis, *Mans. consult. 619. n. 10.*, *Constantin. ad statut. Urb. annot. 51. num. 34.*, *Adden. ad Burat. decis. 64. num. 15.*, *quem sequitur Rota cor. Card. Corro decis. 364. n. 6.*, *cor. san. mem. Alexandro VIII. decis. 1 num. 11.*, ubi quod non sufficiat, aliquales adhibitas fuisse diligentias, & *cor. Emo Falconerio in Miscell. decis. 10. num. 4.* multò sane strictiore obligatione tenebitur Mandatarius is, cui vel certà aliquà formà præscriptà, vel aliquà re nominatim injunctà, speciale datum est mandatum.

Regulis namque, omnium consensu receptis, cautum est, ut is, qui inter plures, tanquam magis solers, & diligens electus, susci- 195
pit mandatum, adeò exactissimam diligentiam ad rem sibi mandatam conferre debet, ut etiam de levissima culpa teneatur, per *Textum in leg. A' Procuratore 13. vers. omnem*, & *ibi Cynus post Glos.*, & *in d. leg. In re mandata ubi Bartol. Cod. mandati*, *Bald. in leg. pignus Cod. de pignoribus*, *Alciat. in leg magna negligentia 226. num. 8.*, & *17. ff. de verbor. signification.*, optime *Dynus in regula contractus 85. num. 3. de regul. Jur. in 6.*, *Soccin. sen. cons. 2. num. 13. vol. 1.*, *Menoch. Cons 1194. num. 7.*, & egregiè firmant *Paris. Cons. 123. num. 4.*, & *seq. lib. 1.*, *Alexand. Cons. 47. sub numer. 1. lit. D.*, *ibique Adden. lib. 1.*, & *Cons. 41. n. 6. lib. 3.*, *Rovit. decis. 36. n. 19.*, *Rot. in rec. decis. 92. num. 15. part. 16.*, & *Urceol. decis. Florent. 21. num. 12.*, & *seq.*, adeò quidem, ut si in illo, à quo vigore ejusmodi specialis commissionis 196
diligentia omnis expectabatur, negligentia nulla est sine culpà, *Barchols. ad Instit. tit. quib.*

mod. contrahat. obligat. §. Commodatum n. 4., *ac tit. de locat.*, *& conduct. §. Qui prò usu n. 2.*, *& tit. de obligat.*, *quæ ex quasi contract. nascunt. §. Igitur n. 5.*, quinimo levissima quoque culpa illi imputatur, ut notat *Althus Dicæolog. lib. 1. cap. 11. num. 17.*, inde sequitur, quod
197 proculdubio docere teneatur nullas omisisse diligentias, in re sibi mandata adhibendas, *Rot. post. Zacch. de obligat. Cameral decis. 275. n. 4.*, *& seqq.*, *& post Cenc. de Censib. decis. 479. num. 1.*, *& seq.*, *in rec. decis. 141. numer. 6. par. 12.*, *& decis. 390. n. 23.*, *& seqq. part. 15.* in quarum probatione si deficiat, præsumetur negligentia, *Becc. cons. 105. nu. 26.*, *Rot.*
198 *coràm Royas. decis. 445. num. final.*, efficiens, ut ejus periculo cedat damnum omne proveniens ex negligentia, quæ culpa non vacare censetur, *Rota coram Royas. decis. 282. n. 25.*, *cor. Card. Cerro decis. 67. num. 6.*, *in rec. decis. 364. n. 6. par. 16.*; propterea que ad illud emendandum usque eo tenebitur, *Golin. de Procurator. par. 1. cap. 2. num. 10.*, *bon. me.*, *Ansald. de Commerc. & Mercat. disc. 62. num. 48. & seqq.*, *Maneut. dec. 54. num. 39. num. 41.*, *& num. 66.*, *Rota in rec. decis 221. num. 20. par. 16.*, *cor. Emo Falconerio tom. 1. tit. 16. decis. 35. nu. 3. fol. 607.*, ut nec etiam pretextu ignorantiæ excusari valeat, eo namque se tueri nequit ille à quo ex officio, vel ex natura actus, summa religione, conferenda est diligentia omnis in negotio ejus fidei specialiter commisso, optime *Fagnan. in cap. ad falsariorum num. 10. & plurib. seqq de Crim. fals. tom. 5. in primam part. 5. Decretal. fol. 325.*, *Rot. coram Crescentio decis. 10. num. 11.*, *& seqq. tit. de dol.*, *& contumac.*, *Barz. decis. Bonon. 19. n. 14.*, inquiens = *adeò quod etiam ex capite ignorantiæ se tueri non poterant, quia cum versemur circa ea, quæ diligentem requirunt investigationem, talis ignorantia non admittitur, nisi constet de diligenti inquisitione* = & num. 26., ibi = *& obligatus investigare non potest ex ea se tueri*, *cap. innotuit*, *& ibi Gloss. in verb. ignorantiam de electión.*, cum pluribus ibidem allegatis, & notavit *Fagnan. locis mox citatis num. 15.*, *ex Glos. prim. in d. Cap. dicem, quod tales dici possunt Affectatores ignorantiæ*.

Cum itaque, ut probatum est *§. Etsi optimus Pontifex & seqq.*, & *§. Quanta verò*, ambigi nequeat de speciali mandato in hoc, de quo agebatur, negotio dato, & à D. Cardinali
199 accepto, illi nulla ex parte, prout tenebatur, ab ipso satisfactum fuisse, illicò patet, comparando cum iis, quibus vigore ejusmodi mandati, Mandatarius onerabatur, cuncta ea, quæ idem in re sibi mandata egit, atque executus fuit, & quidem perpendendo, animumque semper intendendo in expressam mentem, ac constans propositum Summi Pontificis nihil agendi, quod cessurum esset in perniciem, ac detrimentum Rev. Cameræ, qui idcircò nonnisi cum justa æquabilitate correspectivam transactionem celebrandam fore intellexit; ad hanc rem nominatim præcipiendo Ministro, cujus fidei illam explicandam, perficiendamque commiserat, ut prius seriem rerum anteà gestarum recognosceret, & diligentissimè exploraret, sibique referret, ibi = *Commettessimo à voi con nostro special Rescritto &c. il prendere del seguito in questo affare ogni più esatta, & individua cognizione per farcene relazione, e darcene una giusta, e piena informazione*; Primam autem specialis hujus mandati partem à Relatore adimpletam fuisse, prout sub ejus fide asseruit Summus Pontifex, libenter ei damus, quia indè evidens, & apertum reddetur, quam graviter ipse defecerit in exequenda altera ejusdem mandati parte, videlicet = *per farcene relazione, e darcene una giusta, e piena Informazione* = tantum enim abest, quod eam assequi potuerit ex sola relatione, de qua constat ex Chirographo, ut ex ea manifestum omnino fiat, quam enormiter pius ille Pontifex à Relatore deceptus undequaque fuerit.

Nàm compendiariè attingendo latiùs supra exposita atque enucleata; pro illo inducendo ad præcipiendam transactionem sibi propositam, falsis coloribus omnia illiniendo figuravit concurrere primum extremum ad illius validitatem requisitum, eo quod ageretur de re gravibus adhùc involuta litibus, ideoque expectantibus finem, quem Pontifex se iis daturum dixit, ibi = *par darli un adequato fine* = per transactionem videlicet à Relatore perficiendam; licet illæ consopitæ jàm essent solemni, & justâ transactione confirmata ab eodem Pontifice, cui veluti facti hujus, quinquennio antè gesti, prorsus immemori expositum fuit, nunquam dispunctas, solidatasque fuisse rationes crediti, & debiti inter Rev. Cameram, & Campostanum, reticendo insuper, aut nonnisi perobscurè innuendo tot Judicata, in quibus succumbente semper Campostano, Reverenda Camera declarata fuerat certa, & liquida illius Creditrix ingentis quantitatis supra scuta octoginta mille. Quemadmodum etiam, ut simularetur, ejusmodi transactionem celebrandam esse cum justa correspectivitate inter hinc inde à Contrahentibus dandum, aut remittendum, integerrimo illi Pontifici à Relatore figuratum fuit, quod prægrandi quantitati pecuniæ numeratæ à Rev. Camera illicò persolvendæ, ac renunciationi Jurium super Bonis Campostani, ab eadem faciendæ, æquivalerent cessiones actionum, & jurium, illi competentium, præsertim, ob nullitatem carcerationis ab eo passæ, licèt Relator sciret, aut scire teneretur, consultò tacendo nedum validitatem, & justitiam dictæ carcerationis; verum etiàm cœtera omnia, tanquam prorsùs inania, pluribus Judicatis rejectâ semper fuisse. Quamobrem nemo non videt, illa in Chirographo falsò consarcinata reperiri ad palliandam injustitiam istiusmodi transactionis, quæ statim omnium oculis ex ipso Chirographo apparuisset, si exposito in eo rei vero statu, Pontifex reverà ponderare valuisset = *maturamente il ponderabile sopra il principio, progresso, e presen-*

sente stato di tale controversia per darle un ade-
quato fine = eo namque cognito non imperas-
set, ut rescissâ priori justâ, & æquâ, summa-
que cum solemnitate celebrata, & vigore ejus
Chirographi executioni tradita, ac per quin-
quennium deniquè observata, nova iniretur
transactio, quâ nullâ servatâ justitiæ, & æqui-
tatis regulâ, irreparabile damnum Rev. Came-
ræ inferretur, ad quod profectò reparandum,
proculdubio tenebitur Relator, qui relatione
200 suâ verum rei statum non aperiendo, causam
damno dedit, nemò enim est, qui ignoret,
perindè esse damnum intulisse, ac præbuisse
causam, ex qua damnum sequutum est, *Cap. fi-*
nal. in fin., de injuriis §. Si Judex Institut.,
de obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur, Jo-
vius de solemnit. in Contractibus minor., Glos-
sa 20. §. 5. num. 1. & 2., Rot. coram Dunozett.
Jun. decis. 468. num. 5. & seqq., & in Romana
Locorum Montium 27. Januarii 1721. §. Et
hæc respectu coram bo: me: Lancetta; Quæ por-
rò obligatio, non solâ positiva Lege, sed na-
201 turali ratione, & Jure iniuncta dici debet illi,
qui damni author fuit, ut præclarè habetur ex
Pufendorfio de Jur. natur., & gent. tom. 1.
lib. 3. cap. 1. §. 2., dicente = *Ex hoc porrò præ-*
cepto consequitur si cui abs aliquo læsio sit illata,
damnumque datum ullo modo, qui ipsi rectè po-
test imputari; Id quantum ejus fieri potest, ab
eodem esse sarciendum. Cùm aliàs vanum sit
præcepisse, nè altèr lædatur si ubi de facto is læ-
sus fuerit, damnum ipsi gratis sit devorandum,
& qui læsit, fructu suæ injuriæ, & citrà refusio-
nem gaudere queat; nèque enim citrà necessita-
tem restitutionis abs sè invicem lædendis, pra-
vites mortalium unquam abstinebit, nèc qui dam-
num passus est, ei facilè fuerit animum ad agen-
dum cum altero pacem, componere, quomdiu
istius reparationem non obtinuerit = ibique *Bar-*
beyrac. in notis num. 1. tradens id locum habe-
202 re, sivè directâ voluntate, sivè indirectâ con-
tribuatur actioni, quà damnum infertur.

Frustrà verò prò eximendo Ministro ab ejus-
modi obligatione, nedùm positivo, sed natu-
rali quoque Jure, imposita, in contrario *Re-*
strictu dicitur, ipsum meri Relatoris munus
gessisse ideòque nulli obligationi obnoxium
fieri valuisse, nisi cum manifesto dolo sè ges-
sisse convincatur, dolosè videlicèt, falsam
confingendo relationem; Quo sanè dolo,
& culpâ, quod ipse vacet, probari dicitur ora-
culo Pontificis ajentis = *Avendo voi stesso ac-*
curatamente riconosciuta la serie del fatto, e so-
pra di essa inteso non solo Monsignor Tesorie-
re generale, mà altri ancora di ciò fondatamen-
te intesi per abondare in ogni osservabile caute-
la &c., = ut in Chirographo *lit. F.* Quamo-
brem si post illi factam ejusmodi relationem,
ex qua Summus Pontifex, juxtà sua vota, se
assecutum fuisse credens = *una giusta, e piena*
Informazione = Relatori præcepit, ut execu-
tioni mandaret ea, quæ dicto Chirographo im-
perabantur, nihil imputandum illi erat, eo quod
ad ipsum non pertinebat rationem reddere de
iis, quæ eitrà ejus culpam Supremi Principis
mandato facienda imperabautur, ut latè ejus-
modi excusationum colore culpâ omni, & do-
lo Ministrum vacuum esse probari contenditur
in contrario *Restrictu num. 39. & seqq.*

At emendicatis hiscè coloribus excusatio-
nem nullam parari posse remur Ministro, vigo-
re specialis mandati præposito huic, de quo
agebatur, negotio; quia licèt redargui fortè pos-
simus fusius, quàm par esset, supra demonstrasse
non meri Relatoris munus illi demandatum
fuisse; attamen, quando etiam, morem ge-
rendo Parti adversæ, consideremus nunc eun-
dem, tanquam simplicem, & merum Relato-
rem, demonstratum dicitur, non egisse illas
omnes partes, quarum jam meminimus; ipsi-
que propterea damnum omne, veluti ejus fa- 203
cto, & dolo, Pontificio Ærario illatum, im-
putandum esse; Idque probatur ex contrario
Restrictu num. 39., ubi D. Cardinalis Defenso-
res ita loquuntur = *Strictè itaque loquendo in*
hoc concreto, certi Juris est, quod ad hoc, ut ali-
quis rarissimo, & forsàn unica exemplo censurari
valeat, quod non adhibuerit necessariam diligen-
tiam ad indaganda ea, quæ evenerant in lite diù
agitata, quodque non se se gesserit rectè, & sin-
cerè in referendo, oporteat dilucidè probare ex
aliquo concludenti documento, quod dolosum, &
falsum dederit relationem, cujus vigore dum-
taxat Supremus Princeps motus fuerit ad ineun-
dam concordiam cum exagerato maximo damno
Rev. Cameræ, aliàs prætensa actio subsidiaria
caret quocumque fundamento, eo ipso, quod so-
lummodò fundari potest in dolo malo, per Text.,
in leg. 1. ff. si memor falsum modum dixerit &c.
unà cum legibus seqq.; Si igitur Relator doli,
& culpæ expers non est, quando dolosam, & 204
falsam dedit relationem, *cujus vigore dumtaxat*
Supremus Princeps motus fuit ad rem aliquam
decernendam, illique demandandam; In hoc
planè casu nos versari, manifestum fit ex eo,
quod, ut probatum est *§. Hæc postrema*, &
§. Confirmare id possemus, Summus Pontifex
vigore dumtaxat relationis D. Cardinalis, in-
ductus fuit ad præcipiendam, ineundamque
dictam transactionem, ut probatur priùs aper-
to, atque irrefragabili testimonio, ibi = *atte-*
so il da Voi conosciuto, ed a noi colla solita vo-
stra commendabile attenzione riferito sopra l'es-
posto &c., ut in Chirographo *lit. G.*

Neque verò ejusdem Pontificis verbis, ex di-
cto Chirographo relatis *§. Frustrà verò*, pro-
batum quoque dici potest, ejusmodi relationem
exactam, & plenam fuisse, qualem ipse opta-
verat, & reverà se assecutum fuisse crediderat;
Tùm quia supra satis usque superque osten-
sum est, quanta circumventione, quibusvè fal-
laciis justissimus Pontifex pertractus fuerit ad
præcipiendam d. enormem transactionem,
ab ipso, rei de qua agebatur, prorsus inscio im-
peratam vigore relationis, in qua quemadmo-
dùm ei vera occultata, & falsa exposita com-
periuntur, ita etiàm in ejus animum creduli-
litas, & in os inducta dicenda sunt verba illa,
qui-

quibus ait,[1] Relatore = *colla solita vostra commendabile attenzione* = sibi cuncta narrata fuisse, tum etiam quia, sicuti demonstratum est
§. Verùm enim verò, & seqq., ex clara confessione DD. contrariorum Defensorum probatur, Summum Pontificem nequivisse de tanta
rerum *congerie oretenus* informari, admittique
non posse, quod voluerit à Referente sola verba, quæ avolant, audire, ideòque per scripturarum inspectionem gravis hujus negotii statum investigasse. Quamobrem, si verum est
id, quod habetur ex confessione dd. DD. Defensorum, nimirùm verbis, quæ avolant, &
oretenus dumtaxat Summum Pontificem à Relatore habuisse = *una giusta, e pieno Informazione* = si faltum est, illum pro ea habenda evolvisse, & perlegisse Partium allegationes, in hac
Causa editas, ex his, veluti ex necessario antecedenti, sequitur, eundem non aliunde rei gerendæ statum novisse, quàm à Relatore, de cujus sola relatione, ut alibi animadversum est,
authenticè nobis constat ex Chirographo, in
quo, cum vera reticita, & à Relatore falsa
obtrusa comperiantur, dicendum est, Summum Pontificem inductum fuisse ad signandum Chirographum vigore dumtaxat ejusmodi relationis, tot fallaciis, tantaque cum circumventione conceptæ à præfato Relatore, qui
si contra formam mandati, sibi traditi, ex *Cicerone ad Quintum Fratrem lib. 1. epistol. 2.* = *Nihil nec temere dicere, nec astutè reticere debet* =
ut bene ad rem nostram ex eo dixit *Rot. coram
Eminentissimo Falconerio tom. 1. tit. 3. de Benefic. decis. 5. n. 15., & num. antecedenti fol. 69.*,
manifestè convictus dicitur de dolo, veluti
205 probato eo ipso, quod quis minùs verè asserit,
vel non sinè mysterio tacet, & abscondit aliquid, quod erat exprimendum, *Rot. coram
Card. Cerro decis. 164. num. 2.* Explorati namque Juris est, exponentem falsum, vel reticentem verum, aut sub involucro verborum in re
propria, seu sibi mandata, illud exprimentem,
in dolo versari, per *Text. in leg. si quis affirmaverit ff. de dolo malo, leg. quæritur §. Si venditor*, ibique *Bartol. de edilit. Edict.*, *idem in
leg. Procurator, qui prò evictione in fine ff. de
Procurat.*, *Castrens. cons. 338. in princ., &
cons. 411. num. 2. ante finem vers. non tacere veritatem lib. 1.*, *Ayman. cons. 83. num. 3.*, *Mascard. de probation. tom. 1. conclus. 531. num. 70.*
dicens = *Dolum præsumi contra eos, qui apud
Principem generalibus verbis utuntur, ipsum de
omnibus sigillatim certiorem non faciendo* =
*Pax Jordan. elucubration. divers. tom 3. lib. 14.
tit. 3. num. 89.*, *Rot. coram Buratto decis. 361.
num. 11., in rec. decis. 7. n. 8. par. 11., decis. 364.
num. 11. par. 12., & decis. 791. num. 20. & seq.
par. 18. tom. 2.*

Maximè verò hæc locum sibi vindicant prò inducendo dolo contra eum, qui ratione officii, ab ipso suscepti, sciens se ad veritatem aperiendam teneri, id omittit, *Mascard. de probation. d. conclus. 531. num. 30.*, & ex ejusmodi omissione sequitur actus, qui celebratus minimè fuisset, si adhibitæ non fuissent assertiones minùs veræ, vel reticitæ non fuissent res, quæ
pandi debebant, tunc enim ambigi nequit de
dolo, & machinatione, qua, ob veritatis ignorantiam, quis inductus conspicitur ad præstan- 206
dum consensum, quem alioquin non præstitisset, ex cujus proinde defectu, actus nullus, &
irritus efficitur, ut late in terminis Rescriptorum, & Literarum Apostolicarum, quæ simili arte extortæ comperiuntur à Summo Pontifice, vel alio quovis Supremo Principe, probatum est *§. Verùm enim verò*, & generalitèr tradunt *Actolin. resolut. 111. num. 78., & seqq.*, *Rodulphin. allegat. 170. num. 36.*, *Samusat. tom. 2. contr. 177. num. 57.*, *Banden. collect. legal. tom. 2. collect. 43. num. 124.*, *Rot. in recen. decis. 126. n. 6. par. 10., & passim apud alios.*

At cur ad probandum dolum his utimur argumentis, quasi res dubia sit, & obscura, quando ipsius Domini Cardinalis confessione, vel reipsa, ille manifestè probatus dici debet, confessione siquidem desumpta ex illis mei Chirographi verbis, toties alibi relatis = *Avendo da voi stesso accuratamente riconosciuto la serie del fatto, e sopra di essa intesi non solo Monsignor Nicolò Negroni &c. mà altri ancora di ciò fondatamente intesi, per abundare in ogni osservabile cautela; Atteso il da voi riconosciuto, ed à noi colla solita commendabile vostra attenzione riferito* = Profectò ex his verbis, non ex propria mente, motuque prolatis à Pontifice, sed in ejus ore positis ab Authore Chirographi, quod Pontifici signandum obtulit, vel offerri curavit D. Cardinalis, eruitur confessio ipsius de benè, diligentèrque explorata rei gestæ seriè, quæ si perspecta, compertaque ab eò fuerat, cùr illam non retulit Pontifici volenti ab eo instrui, atque edoceri de omnibus, quæ circa id negotii præcesserant? Si igitur Pontifex = *atteso il da voi riconosciuto* = motus fuit ad signandum Chirographum, ex eodemque evidens, & apertum redditur, à Relatore, qui alioquin rem plenè compertam habere professus fuit, vera minimè exposita, alia sub verborum ambagibus involuta, plura deniquè falsò narrata extitisse; èn in dubium revocari minimè posse, quin ipse aperto dolo circumvenerit Summum Pontificem, ut superiùs probatum est.

Re verò ipsà ejusdem dolus probatus dici
debet, quia quemadmodum probatum est *§.
Regulis namque*, si is, qui tanquam magis solers, & diligens electus, exequendum suscipit
speciale aliquod mandatum, adeò exactissimam
omnem diligentiam in re mandata exequenda 207
adhibere debet, ut etiam nedum de levi, sed
etiam levissima culpa teneatur, ita quidem,
ut nec etiam prætextu ignorantiæ excusari valeat, manifesta indè fit non sanè levis, aut levissima, sed latissima culpa Relatoris in omittendo ita rem aperire Summo Pontifici, ut nihil ejus notitiam effugeret, ad quod ex Pontificia commissione, susceptoque officio ipse tenebatur, prout tale munus implevisset quicum-

eumque alter Minister, sive Officialis, ad illud perficiendum à Summo Pontifice deputatus; Quippè = *lata culpa est nimia negligentia; Idest non intelligere quod omnes intelligunt* = ut respondit *Ulpianus lib. 1. regular., leg. cedere diem 213. in fine*, & ante eum dixerat *Paulus lib. 2.* sententiarum inquiens = *latæ culpæ finis est non intelligere id, quod omnes intelligunt, leg. lata 223. ff. de regul. Jur.*, magna autem nimiaque negligentia dolo non caret, *lege prima*, ibi = *magnam autem negligentiam placuit in doli crimine cadere* =, ibique *Gloss. in verb. negligentia*, inquiens, *idest latam culpam ff. de obligat., & actionib.*, & aliis Juris nostri locis, & concordantibus auctoritatibus relatis, tradit *Pegas. resolut. forens. cap. 3. numer. 74., Thabor. axiom. Jur. lib. 3. cap. 103. axiom. 113.* = *Quamobrem*
208 *lata culpa planè dolo comparabitur* = recte hisce verbis ait *Ulpianus* in exadverso citata *leg. 1. ff. mensor falsum modum dixerit*, ibique *Gloss. in verb. comparabitur, & in leg. Quod Nerva 12. ff. depositi*, ubi *Celsus* ita loquitur = *Quod Nerva diceret, latiorem culpam dolum esse, Proculo displicebat: mihi verissimum videtur* = *Gloss. in d. leg. latæ culpæ 223. ff. depositi, & in cap. final. verb. de culpa eodem tit. deposit., Christin. decis. Belgic. tom. 2. decis. 116. num. 12., Thabor. axiom. Jur. lib. 3. cap. 13. axiom. 21.*, ex quibus Juribus ejusmodi latæ culpæ cum dolo
209 comparatio certè fit, ut quemadmodum ille, cujus dolo damnum alicui illatum est, ad idem farciendum tenetur, ita etiam simili obligatione devinctus censeatur is, ex cujus lata culpa illud in aliquem derivavit.

Longè gravior fuit culpa, & dolus Domini Cardinalis in committendo; non contentus enim plura reticuisse, quæ si ad notitiam Justissimi Principis pervenissent, illum certò certius retraxissent à demandanda concordia summoperè injusta, & læsiva Rev. Cameræ, plura insuper omninò falsa illi exposuit, & tantâ calliditate, & artificio ejus mentem obvolvit, & circumvenit, ut tandem perduxerit ad signandum Chirographum continens id, quod fuit semper alienum à mente, & firmo proposito ejusdem Sanctiss. Principis. Quamobrem si *Labeo*, ut omnes doli species complecteretur, dedit, & explicavit definitionem latio-
210 rem doli mali, dicens, dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, & machinationem ad circumveniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibitam, *leg. 1. §. Dolum ff. de dol.*, & sic calliditas, astutia, & do-
211 lus, deceptioque consistit in animo, *leg. 1. §. penult. ff. de action. empt.*, fallacia autem in ore, & mendacio, *leg. falsus §. si quis de furt. lib. 47. ff. tit. 2.*, machinatio autem est verborum ad deci-
212 piendum compositio, & artificium, *leg. Julianus §. Idem ff. de action. empt.*, & ita in summa dolus malus est contrarius bonæ fidei, *leg. si dolo §. Cod. de rescind. vendit.*, ex mala fide procedens, & ex perversa circumveniendi voluntate, ac proindè habet speciem criminis, *Gloss. in leg. 1. ff. de Fidejuss.*, ita loquitur *Christin. decis. Belgic. tom. 2. decis. 116. numer. 4., Pax. Jordan. tom. 3. lib. 14. tit. 13. numer. 2.*, ubi refert verba *d. leg. primæ*, quisque facile videt, utrum dolo expessè ceciderit potiùs Dominus Cardinalis, qui tot fallaciis, & circumventionibus malitiosè decepit Sanctiss. Pontificem, ut illum induceret, prout re ipsa fecit, ad concedendam Gratiam, prorsus incompatibilem cum indemnitate Rev: Cameræ contra propositum firmissimum ejusdem Summi Pontificis nec in minimo præjudicandi juribus dictæ Cameræ.

Alia profectò non deessent in hujus doli comprobationem hîc opportunè afferenda, quæ tamen, veluti supra luculenter deducta, hoc loco iterùm repetenda non duximus, cum Causæ necessitas id postulare minimè videatur, satis enim per se loquitur tota series rei gestæ; Et ne unquam de dolo dubitari possit, hoc unum sufficere videtur, nimirùm hæc tria præ oculis semper habere; Constans propositum, & firmam voluntatem Sanctiss. Principis nunquam vel in minimo lædendi jura Rev: Cameræ, Concordiam enormissimè læsivam ejusdem R.C., & consequenter prorsùs contrariam, & incompatibilem cum d. proposito, & quod 213 totum id unicè processit ex mala relatione Domini Cardinalis, quibus sanè omnibus ipsâ penè rei evidentiâ jam supra latissimè demonstratis, nullus remanet dubitandi locus, quin dolus, & culpa plenissimè, & concludentèr probata dicatur, præsertim quando, ut in hypothesi, non agitur criminaliter, sed civiliter ad emendationem damni, *Menoch. cons. 146. nu. 62., Anton. de Ballis lib. 6. quæst. crimin. 4. numer. 4. in fin., Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 8. num. 3., & cap. 10. num. 36., Rovit. decis. 36. num. 19., & in annot. num. 36., Urceol. d. Florent. 31. nu. 14. & seq.* Hoc namque casu ad doli, ac culpæ probationem sufficere etiam conjecturas, per *Text. in leg. dolum Cod. de dolo* tradit *Boss. tract. crimin. tit. de Officiali corrupto pecunia pag. mihi 421. col. 1. numer. 14.*, ubi postquam dixerat, 214 probationes contra Officiales evidentes esse oportere, eo quod pro eis multum præsumatur, deinde declarat, id procedere, quoties agitur criminaliter, quum si civiliter agatur, conjecturas esse sufficientes, admittit, & comprobat *Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 165. num. 1. & seq., Farinac. de var., & divers. criminib. quæst. 111. num. 264. & 383.* Certiùs verò conjecturæ, levioresque probationes satis essent contra Officialem illum, si fortè aliàs 215 similia admisisse probaretur, ex *Baldo in leg. Venales Cod. quando provocare necesse est, Boss. tit. mox cit. n. 18., Farinacc. d. quæst. 111. numer. 267., & 329., Mascard. de probat. conclus. 1137., Merlin. Pignatell. cent. 2. cap. 29. num. 11.*

Cum igitur nihil ampliùs pro bona Causa dicendum supersit, probato namque dolo, ambigi nequit de competentia actionis subsidiariæ contra D. Cardinalem, utpotè in his terminis ab ejus quoque Defensoribus admissæ, fiu.m pro-

propterea dicendi facimus, consultò prætermissis nonnullis aliis frivolis exceptionibus, quæ ex adverso afferuntur, sive quia per se levissimæ sunt, sive quia, uti jam plenæ sublatæ ex deductis in superioribus locis, & in alia præcedente allegatione, ulteriori responsione non indigent.

ARGUMENTUM.

Contractus cum Rev: Camera initi = *per un anno da continuarsi però a nostro* [nempè Summi Pontificis] *beneplacito finchè da noi non si provederà altrimente* = rescissio petita ex eo, quia ad annum vel paulo longius tempus esset duraturus, adeòque resolubilis esset, & non perpetuus, deneganda ostenditur quum planè illius resolubilitas deficeret ex Contrahentium mente, atque ex illis præsertim verbis = *a beneplacito finchè da noi &c.* =, quorum vis hic accuratè enucleatur; Ut etiam reijcitur pensionis remissio petita ex caussa damni passi quum de damno ageretur ex Petentis culpa obvento.

DISSERTATIO XV.

1 *Tribus conformibus Judicatis Partes adquiescere debent.*

2 *Contra Rescripta Congregationum, specialiter à Sanctissimo deputatarum, nonnisi speciali recursu reclamare licet.*

3 *Error nequit esse in re sedulò perpensa, atque à Sapientissimis viris definita.*

4 *Fides contractus servanda.*

5 *Contractus, licèt ab initio sint voluntatis, attamen ex post facto necessitatis esse dicuntur.*

6 *Contractum, ad alterius beneplacitum, observare sese obligans, illius terminationi, seu resolutioni renunciasse censetur.*

7 *Contractus initus per viam provisionalis experimenti perpetuus esse non debet*, & numer. 35.; *Sed* vid. num. 36. & seq.

8 *Caussa finalis contractus si defecerit, corruere dicitur contractus ipse.*

9 *Gabellæ appaltus, licèt de novennio in novennium mutentur personæ Appaltatorum, temporarius non est, sed in sui substantia perpetuus.*

10 *Onus ex indefinita caussa assumptum, perpetuum, ac indefinitum dicendum est.*

11 *Ex proemio Chirographi investiganda est Contrahentium mens, & finalis caussa contractus.*

12 *Contractus, cujus caussa finalis erat perpetua, nequit dici ad annum factus, &* num. 21.

13 *Contractus explicatus verbis indefinitis, longumque tractum temporis importantibus, ad unum, vel alterum annum restrictus nequit dici.*

14 *Verba* = gl'anni futuri = anni susseguenti =, *tanquam pluralia, ad unum, vel alterum annum restringi nequeunt.*

15 *Verba*, = e poi agl'altri anni susseguenti = *successivum tractum temporis connotant.*

16 *Contractus initium expressum adjectivo illo* = il primo anno = *connotat sequentium aliorum annorum numerum.*

17 *Contractus continuatio expressa verbis* = di anno in anno =, *indicat, illum non esse ad determinatum tempus restrictum.*

Verba enim illa illimitatum annorum numerum respiciunt, ibid.

18 *Contractus, ad alterius beneplacitum duraturus; donec ab eo non dissolvatur, perseverare debet*, & n. 20. ad 22.

19 *Dictio illa* = E fino che =, *latinè* = quousque = *efficit, quod conventio nullo determinato tempore circumscribatur.*

21 *Verba* = si dovrà praticare = *præcisam obligationem importent.*

22 *Verba* = col beneplacito = fino che piacerà = *liberam voluntatem exprimunt.*

23 *Discretiva locutio diversam Contrahentium voluntatem arguit.*

24 *Actus geminati, majorem contractus firmitatem inducunt.*

25 *Præsertim, quando geminatio ex intervallo fiat.*

26 *Geminatio ex intervallo facta, omnem erroris præsumptionem tollit.*

27 *Contractus ad alterius beneplacitum factus, ultra decennium non porrigitur.*

Intellige, si factus sit ad annum, & deindè ad beneplacitum; secus, si arbitrio alterius ex Contrahentibus fuerit remissus, ibid. & n. 28. 29. & 30.

28 *Locationis tempus conferri potest in arbitrium alterius ex Contrahentibus*, & numer. 40.

29 *Locationis tempus rectè arbitrio Locatoris remitti potest.*

30 *Locatio duratura quoad Locator velit, illo consensum suum non revocante, nonnisi ejus morte tollitur.*

31 *Contractus factus cum Universitate, seu Communitate ad certum tempus, & deindè ad beneplacitum, perpetuò durat, donec non fuerit revocatus.*

32 *Præsertim, si gratiam, vel privilegium contineat.*

33 *Verba* = ad beneplacitum = *in contractu continente gratiam vel privilegium, important concessionem, duraturam quousque Concedens revocaverit.*

34 *Concessio Summi Pontificis continens verba* = ad nostrum beneplacitum = *ejusdem morte tollitur secus, si contineat verba* = ad beneplacitum Sedis Apostolicæ =, *tunc enim etiam post ejus mortem durat.*

36 *Verbum* = provisio = *non minùs temporariam, quàm perpetuam dispositionem significare potest.*

37 *Legis dispositio licèt sit perpetua, & nonnisi contrariâ, atque expressa hominis provisione tollè*

tolli possit, = provisionis = *nomine passim apud nostros appellatur*.

38 *Verba* = per unica semplice provisione = *contractum non restringant ad certi alicujus temporis mensuram, concurrentibus præsertim verbis, tractum successivum importantibus*, & n.39.

40 *Inæqualitas in contractu correspectivo ferendi non est*.

41 *Correlativorum regula locum habet in dispositione Legis, non autem in conventionibus hominis*.

42 *Contractus inæqualitas in iis, quæ pertinent ad accidentalia, non repugnat, concurrente Partium voluntate expressâ*.

43 *Contractus substantia licèt arbitrio unius ex Contrahentibus remitti nequeat, potest tamen in illud conferri sola ejusdem resolutio*.

44 *Damnum, cujus periculum in se quis assumpsit, sibi imputet*.

45 *Certiùs, si prævidere illud potuit*.

46 *Damnum, quod prævidere quis potuit, atque ex ipsius facto evenit, justam non præbet caussam resiliendi à contractu in præjudicium alterius*, & nu.48., & 52.

47 *Damnum quod non ex natura rei, sed ex proprio facto alicui obvenit, ferri ab eo debet, non ab aliis*, & num.53.

49 *Ad rescissionem contractus requiritur damnum intrinsecè proveniens ex contractu, & rei medietatem adimens*.

50 *Ad remissionem pensionis requiritur damnum intolerabile, adimens medietatem fructuum*.

51 *In obligationibus, quæ non unico momento perficiuntur, sed longum habent tractum successivi temporis, subintelligenda conditio illa, quod perseverare debeant, dummodò res in eodem statu permaneant*.

54 *Damnum quoties admixtam habet Damnificati culpam, hæc Damnificantem eximit à quacumque obligatione illud emendandi*.

55 *Conductor non solùm sustinere debet damnum, quod in re conductâ, suâ culpâ passus est, sed Locatori damnum debet reficere*, & num.56.

UNIVERSITAS Cauponum postquam se exemerat ab Appaltu, atque regimine Appaltatoris Dohanæ Studii, specioso colore oblationis ab ipsa factæ solvendi Reverendæ Cameræ Apostolicæ, atque Excellentissimæ Cameræ Capitolinæ pensionem illam, quæ juxta ultimum statum, postremam nempè dicti Appaltus conductionem solvebatur à Carolo Moiraga, studio omni, omnique arte connisa est, nedum se à suscepta obligatione liberare, sed sub obtentu maximi detrimenti, quo tota Universitas afficiebatur, in grave damnum utriusque Cameræ dictum Proventum funditùs perdere tentavit, supplicando Sanctissimo, vel pro contractus, & susceptæ obligationis rescissione, vel pro aliqua illius reductione ad longè minorem quantitatem, vel denique, quod oneri dictæ Gabellæ subjicerentur etiam Cauponæ minores, qui minutà, aliique, qui pleniori distractione, vulgò *all'ingrosso*, in eorum Promptuariis, sive Cellis Vinariis, maximo Civium, & Populi commodo, Vina divendunt, quorum primi *Bettolieri*, alii verò *Magazzinieri* nuncupantur, harum petitionum cognitione delegata particularibus Congregationibus à Sanctissimo Domino Nostro pluries deputatis, licèt semper, tamquam injustæ, & publicæ utilitati summoperè perniciosæ rejectæ fuerint, constanter semper denegatâ rescissione contractus, quo unicè innitebantur conatus omnes Universitatis; Nihilominus eadem, victa quidem semper, sed nunquam fracta animis, summâ Sanctissimi Domini Nostri clementiâ nuper obtinuit deputari novam Congregationem, in qua sub colorato titulo *modi providendi* instaurat veterem petitionem pro omnimoda rescissione contractus, & obligationis resolutione, vel pro ejusdem reductione ad viam Justitiæ, & æquitatis, diminuenda scilicet pensione, ab ipsa unanimi consensu, & solemni obligatione promissa, vel denique pro cogendis ad ejusdem contributionem minoribus Cauponibus, aliisque, qui vinum Populo venundant.

Verùm tum Rev: Camera, tum Camera Capitolina frustra Universitatis Cauponum conatum omnem impensum iri, ejusque instantiam omni ex parte reijciendam fore, sperat; Et sanè, quod attinet ad rescissionem contractus, propriæque obligationis resolutionem, illa audienda minimè videtur, nam non semel tantùm, aut iterùm, sed in omnibus Congregationibus, ad negotii hujus examen convocatis, 8
istiusmodi instantia rejecta semper fuit; quamobrem, si in quolibet privato negotio, ut finis aliquando litibus imponatur, Partes acquiescere coguntur tribus conformibus Judicatis, ex notis Juris nostri locis *in leg. res judicata ff. de regul. Jur. in cap. Cum inter de re judic., ubi Scribentes, leg. servo invito ff. ad Senat. Cons. Trebell., leg. ingenuum ff. de stat. homin.* quanto potiori Jure Universitas Cauponum obsequi deberet judicio, quod terque, quaterque editum fuit non ab ordinariis Judicibus, sed à Congregationibus specialiter à Sanctissimo Domino nostro deputatis, & quidem conflatis ex præstantissimis viris, qui nedum numero, sed sublimi, quà fulgent, dignitate, summàque, quà excellunt, sapientia, ac prudentià certo sanè judicio, justàque sententià, controver- 9
siam hanc definivisse præsumuntur; Quamobrem jure merito Curiæ nostræ praxi receptum est, ut contra Rescripta Congregationum, specialiter à Sanctissimo deputatarum, non ordinaria viâ appellationis, sed nonnisi speciali recursu reclamare liceat, ut testatur *clar. mem. Card. de Luca de Judic. disc.37. num.8., Marchesan. de commiss. par.1. fol.1113. n.80., R.P.D. Fattinell. ad Bull. Baron. observ.9. n.8.*, in re namque tot oculis spectata, sedulâ plurimorum in-

3 quisitione investigata, suisque momentis ponderata, Sapientiũ morum demque virorum oraculo definita nullus errori locus relictus videtur, ducto argumento à *Textu in leg. hac consultissima 8. in fine C. qui Testam facere possint*.

Quâ enim justa ratione, aut quo colore Universitas Cauponum se eximere contendit ab obligatione illa, quam nedùm liberè, sed alacri, libentique animo suscepit, ut excuteret jugum Appaltatoris, à quo maxima gravamina Cauponibus inferri conquerebatur, ipsa enim post rem maturè examinatam in generali cætu totius Universitatis, deliberavit exponere Sanctissimo, quod, si remoto Appaltatore, sibi permitteretur novam inire rationem, & novum præscribere modum exigendi dictam Gabellam, parata erat illam solvere in ea quantitate, quæ solvebatur à Moiraga, votique compos effecta, oblationem istam, adeò maturo consilio factam à Juris optimè callentibus, quid è re sua esset, in solemnem redegit obligationem publico Instrumento celebratam, atque confirmatam Pontificio Chirographo; In quo dicta obligatio enarrata verbis illis = *E dagl'Osti fu offerta, che quando si fosse voluto mutare il modo di esigere detta Gabella, essi erano pronti a pagare il Censo convenuto con il Moiraga, e tutte le spese, & averebbero ripartita tra di loro detta Gabella per una certa rata sopra qualsivoglia Barile di vino, che avessero venduto &c.* confirmatur, & approbatur illis aliis, in dispositiva subjunctis verbis = *approvando, e confermando tutte le resoluzioni della detta Congregazione, e l'obligo della detta Università, & Osti*, uti singuli, & insolidum *per un'anno da continuarsi poi a nostro beneplacito, finchè da noi non si procederà altrimenti*; Cum itaque obligationi isti à Cauponibus liberè contractæ, plenæ firmitatis robur Pontificia auctoritas impar-
4 tita fuerit, colore nullo licet ab ea resilire, sed oportet servare fidem contractus, quem Jura nostra irrevocabilem esse voluerunt, *leg. sicut ab initio 5. Cod. de obligat., & action., leg. 10. Cod. de liberal. caus. leg. 3., Cod. de rescind. vendit.*, idemque utpotè mutuo consensu Universitatis, & Cameræ tum Apostolicæ, tum Capitolinæ celebratus, nequit hodie solius Universitatis dissensu distrahi, sed altero ex Contrahentibus suum consensum illius distractioni præstare recusante, firmus, atque immotus manebit; contractus enim licèt in sua origine, à libera Contrahentium voluntate pendeant,
5 ideòque spontanei sint, attamen, postquam perfecti sunt, non ampliùs voluntatis, sed necessitatis esse dicuntur, *leg. Si mandavero 22. §. Sicut ff. mandati, leg. de contractu 3. Cod. de rescind. vendit.*, cum aliis concordantibus Juris nostri locis relatis apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 3. cap. 84. axiom. 37., Rota in Romana Dotis 20. Novembris 1711. §. Circa verò coram R.P.D. Ansaldo*, quæ necessitas vigore contractus imposita, eò fortiùs urget Universitatem Cauponum, quia nedum ad illius confirmationem accessit Pontificia auctoritas, sed ipsa consentiens, eundem duraturum ad beneplacitum Summi Pontificis, atque ad illius ob- 6
servantiam sese obligans, renunciasse etiam censetur terminationi, sive resolutioni, quæ alioquin ex natura contractus competere posset, ut omissis generalibus, magis proximè ad rem nostram de locatione celebrata sub conditione pendente ab alterius voluntate, tradit *Rota in una Reatina Locationis 16. Martii 1703. coram Illustriss. Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Frustrà igitur Pars Adversa durationem istjusmodi contractus, collatam in liberum beneplacitum, & arbitrium Summi Pontificis, resolubilem, ipso etiam inuito, reddere contendit, sub obtentu, quod nova illa hanc Gabellam exigendi forma ab ipsa oblata, atque à Summo Pontifice approbata, temporaria fuerit, tum quia ad anni dumtaxat, vel paulo longius tempus concepta reperiatur, tùm etiam quià eadem proposita fuerit per modum provisionalis experimenti, quo, ut in proemio Chirographi declarari dicitur, dignosci posset, an nova hac forma à Cauponibus oblata (incolumi manente Gabellâ) ipsi liberari possent à gravaminibus, quibus ab Appaltatore subijci conquerebantur, hinc inferendo, quod, si talis contractus initus fuit per viam povisionalis experimenti, juxtà ejusdem naturam perpetuus esse non debeat, sed comperto, quod forma 7
exactionis, in eo contenta, tendit in maximam perniciem, atque eversionem Universitatis, aboleri omninò debeat, ità exigente tùm naturà simplicis experimenti provisionalis, quod suàpte naturà temporarium semper est, tùm etiam causâ finali, ob quam illud tentatum, & propositum fuit; hæc enim si defecerit, nedùm corruere dicitur intentio Papæ d. experimentum approbantis, sed in radice deficere
etiam dicitur contractus ipse, qui, tametsi in- 8
ter contractus nominatos referendus sit, nihilominùs, deficiente illius causâ finali, viam aperit resolutioni, licèt nullum adpositum legatur pactum resolutivum, juxtà ea, quæ à DD. contrariis Defensoribus latè exornantur in eorum Restrictu *§. 10. & seqq.*

Profectò optandum foret, quod contractus, de quo agitur, tamquam ad breve dumtaxàt anni tempus initus, eo elapso, finitus fuisset, sic enim incolumes facti, atque in tuto collocati reperirentur publici proventus, & Rev. Camera, atque Excellentissima Camera Capitulina adeò gravibus litibus vexata minimè fuisset ab ejusmodi Universitate, etenim dicto anno, quo sincerè res à Cauponibus agebatur, compertum fuisset, quod dictæ Gabellæ reditus non solùm satis erant solvendæ annuæ pensioni sc. 37. mil., sed, cum non modico illorum lucro, summa ab ipsis accepti nova hac formà exigendi Gabellam, superabat expensum, pensionem nempè, quam præstabant; Verùm Universitas non contenta honesto lucro, sed postquam se ab Appaltatore emancipaverat, studens se à dictæ Gabellæ onere libera-

berare, ſub colore enormium damnorum, quæ
ſuſtinebat, dicti contractus tamquam maxi-
mè pernicioſi reſolutionem obtinere ſategit,
prout etiam hodiè expoſcit, repetendo ea, quæ
irrito conatu aliàs deducta, rejecta ſemper fue-
runt.

Nullà enim juſtà ratione ſuſtineri poteſt,
quod contractus iſte ad annum, vel aliud ſimi-
le tempus celebratum fuerit, cum id repugnet
menti Contrahentium, ac naturæ ipſius nego-
tii, & vim facit verbis, quibus tùm Inſtru-
mentum, tum Pontificium Chirographum con-
ceptum legitur; Si enim ſpectemus mentem
Cauponum, novam hanc oblationem facien-
tium, illa ſanè ab eiſdem non alià ratione,
ac fine excogitata, atque propoſita fuit, quàm,
ut ſe eximerent ab Appaltatore, cujus jugum
graviſſimum, atque intolerabile eſſe lamen-
9 tabantur; Sicut autem Gabellæ Appaltus non
temporarius, ſed licèt de novennio in noven-
nium mutentur perſonæ Appaltatorum, for-
mà tamèn, & in ſui ſubſtantia perpetuus exi-
ſtit, ità etiam dicendum eſt, quod ſi Caupones,
nè amplius obnoxii eſſent Appaltatoribus, cer-
to præſcripto modo in ſe aſſumpſerunt onus
exactionis Gabellæ, & ſolutionis penſionis, ta-
10 lis oneris aſſumptio indefinita fuerit, quemad-
modum indefinita erat cauſa, ob quam dictum
contractum celebrabant, ad tradita per *Jaſon.
in leg. ſtipulationes non dividuntur numer.* 21.
ad fin. ff. de verb. oblig., *Curt. Jun. conſ.* 1.
numer. 6. *& ſeqq.*, *Surd. conſ.* 454. *num.* 30.,
Caſtill. controverſ. Jur. libr. 5. *part.* 2.
cap. 103. *n.* 14., *Oſaſcb. deciſ.* 167. *num.* 27.
& 28., *Rota in Recent. deciſ.* 287. *num.* 1.
par. 1.

His conſonat natura negotii expoſita in pro-
emio Chirographi, ex quo Pars Adverſa ait in-
veſtigandam eſſe mentem Contrahentium, &
11 cauſam finalem contractus; inſpecto autem il-
lius tenore, contractus, de quo agitur, cele-
bratus fuit non ſolùm, ut inveniretur juſta ali-
qua ratio, quibus Cauponum commodis con-
ſuleretur, ibi = *Dando ogni piena facoltà alla
medema Congregazione di determinare non ſolo
quello ſtimavano convenire trà gl' Oſti, e Betto-
lieri*, ſed deliberata Summi Pontificis mens
fuit conſulendi etiam incolumitati Rev. Ca-
meræ, atque Cameræ Capitolinæ, ſarctam,
tectamque ſervando dictam Gabellam, majori
ex parte applicatam pro ſolutione honorario-
rum, quæ penduntur Lectoribus Sapientiæ Ro-
manæ, aliiſque Miniſtris Senatus, & Populi
Romani, ut legitur illis immediatè ſubjunctis
Chirographi verbis = *Mà anco trovare il modo
migliore di ſoſtenere la d. Gabella dello Studio,
e dell' ottavo Barile, & altra porzione, che
ſpetti alla noſtra Rev. Cam. Apoſt. ò Dogane ge-
nerali, maſſime per eſſere detta Gabella dello
Studio applicata per la maggior parte al paga-
mento degl' onorarii de' Lettori della Sapienza
Romana, & ad altri Salariati del Senato, e
Popolo parimente Romano* = At verò ſi d. Gabel-
la non temporaria, ſed perpetua erat, ſi per-
petua pariter erat illius applicatio, ſivè eroga-
tio facienda in certam, & præciſam cauſam,
nullà juſtà ratione affirmari poſſe videtur,
quod conventione, & contractu, unico dum- 12
taxat anno vel paulo longiori tempore duratu-
ro, conſultum fuerit conſervationi Gabellæ,
quæ tàm quoad ſui ſubſtantiam, quàm etiam
quoad applicationem perpetua erat, ad ea, quæ
per *Text. in leg. ſemper §. Negotiatores ff. de
Jur. Immunit.*, *leg. ſi cui §.* 1. *ff. ex quib. cauſ.
major.*, *leg.* 2. *§. Omnes ff. de Judic.*, *leg. Titia
§. Uſuras ff. de leg.* 2., tradit. *Copyc. Latr. de-
ciſ. Neapol. deciſ.* 182. *numer.* 40., *cum ibi
adductis*.

Quamobrem juxtà mentem Cauponum
optantium nunquam redire ſub poteſtatem
Appaltatorum, atque etiam, ut expoſcebat na- 13
tura negotii, non temporariam, ſed perpe-
tuam cauſam habentis, contractus explicatus
fuit verbis, ad nullum certum tempus reſtri-
ctis, ſed indeterminatis, ac indefinitis, lon-
gumque tractum ſucceſſivum importantibus,
prout perſpicuum fit ex tota ſerie actuum, qui-
bus negotium hoc concluſum, confectumque
fuit. Si enim ſpectemus id, quod præceſſit In-
ſtrumenti ſtipulationem, & Chirographi edi-
tionem, tota Univerſitas Cauponum in ſolem-
ni cœtu, ab ipſa coadunato, deliberavit ſup-
plicare SummoPontifici pro acceptatione obla-
tionis ſolutionis penſionis, novo præſcripto
exactionis modo ab eadem faciendæ, illamque
non ad unum, aut alterum reſtrinxit annum,
ſed prò futuris annis, atque indefinito tempo-
re promiſit, ut ex verbis d. reſolutionis, alias
diſtributæ = *quali ſomme reſteranno anche per gl'
anni futuri*, = & rurſus = *e poi ſi darà regola
agl'altri anni ſuſſeguenti* = & ulterique = *anche
per gl'anni futuri, &c. e poi agl altri anni ſuſ-
ſeguenti*, quanam verò juſta interpretatione dd.
verba reſtringi poſſunt ad unum, aut alterum 14
annum, cum id non ferat natura numeri plura-
lis, ut per *Text. in leg. numerus ff. de Teſtib.*
tradit *Rot. dec.* 709. *num.* 6. *part.* 1. *dec.* 182. *n.* 11.
part. 9., *in Romana pecuniaria* 9. *Julii* 1698. *§. Et
ſanè cor. Reverendiſſimo dell'Oño Epiſcopo Con-
chen.*, *& in Furfen. Jurispaſcendi* 27. *Mar-
tii* 1700. *§. Hinc retento coram Reverendiſſ.
Molines.*, Multò verò minùs id permittat lon-
gus tractus ſucceſſivus, connotatus dd. verbis,
quibus poſt expreſſos annos futuros, iterum fit
mentio de annis ſubſequentibus, ut advertunt
Dec. in leg. ſi emancipati num. 5. *in fin. Cod. de* 15
Collation., *Redenaſcb. conſ.* 10. *num.* 14. *& ſeq.*,
Menocb. conſ. 85. *num.* 60., *Bellon. Jun. conſ.* 26.
num. 22. *& ſeq.*, *Maſcard. de probat. concluſ.*
1174. *num.* 43., *Rota conſult.* 42. *num.* 5. *& ſeq.*,
Torr. de Majorat. & Primog. Ital. part. 2.
quæſt. 19. *num.* 27.

Non abſimili verborum figurà Caupones
mentem ſuam explicarunt in Inſtrumento, in
ſequelam hujus reſolutionis ab ipſis celebrato,
atque relato in contrario *ſumm.*, in quo agentes
de initio contractus, ac modi exigendi, ac reſpe-
ctivè ſolvendi d. Gabellam, taxativè id non re-

tulerunt ad annum, ſimplicitèr prolatum, ſed
eundem annum expreſſer t cum illo adjectivo
16 *il primo anno*, quod utpotè connotans aliorum
ſequentium annorum numerum, *Speculator.*
lib. 2.prattic. 1.tit.de 1.& 2. Decret. §. Dicitur
num. 1., Briſſon.de verb. ſignific.lib.14.col. mihi
463. & 464., Barboſ. diction. 283. n.1. & ſeqq.,
Caſtald.conſult.149.num. 1. & 2., Torr. de Pri-
mog. & Majorat. Ital.par.1.cap.1. §.4.num.18.,
R.P.D.Fattinell.reſponſ.16.num.5. tom. 2., pro-
cul dubio excludit taxativam reſtrictionem ad
unicum dumtaxat annum; Certius in caſu no-
ſtro, in quo poſt demonſtrativè deſignatum
primum annum, quo, ſubmoto Appaltatore,
cæptura erat exactio, & ſolutio Gabellæ, ab
Univerſitate Cauponum facienda, dicitur,
quod eadem = *Si dovrà continuare per l' anno*
ſuſſeguente, = & denique = *lo ſteſſo ſi dovrà*
praticare d' anno in anno finchè piacerà à Sua
Beatitudine, nullà quippe juſtâ interpretatio-
ne ad certum, & determinatum tempus re-
ſtringi poteſt Contractus ille, qui tamquam à
17 à primo ſuæ creationis extremo incipiens à
primo anno, porrigitur ad indeterminatum
tempus, quod important verba illa *di anno in*
anno, illimitatum annorum numerum reſpi-
cientia.

Fortius verò urgent mox relata Inſtrumenti
verba, ſi animadvertatur, quod in eodem præ-
ter indeterminatum tempus, quod illa expri-
munt, duratio obligationis, illimitatè à Cau-
ponibus ſuſceptæ, confertur in liberum arbi-
18 trium, & beneplacitum ipſius Summi Pon-
tificis = *Col beneplacito* (ſunt verba Inſtrumen-
ti) *dello Santità Sua, e ſino che piacerà à Sua*
Beatitudine = tam enim beneplacitum Summi
Pontificis, in quod collata eſt contractus dura-
tio, operatur, quod donec ab eodem revoce-
tur, vel de ejus conſenſu diſſolvatur, illa per-
ſeverare debeat, *Bartol. in leg. de Pupillo §.Si*
quis ipſi num.12.ibique etiam Jaſon. numer.5. ff.
de oper. nov. nunt., Bald.in leg. quisquis 17. n.1.
verſ. ſi autem eſt dubium Cod. ſincere petat., Co-
chier.de Juriſdiction.ordinar in Exempt.part. 3.
quæſt.5.num.3., Gratian.diſcept.167. numer.47.
quum etiam dictio illa = *e ſino che* =, latinè,
19 *quouſque*, efficit, quod conventio, utpotè inde-
terminati temporis tractum reſpiciens, *Meno-*
ch. conſ. 816.num. 8., Barboſ de diction.uſufreq.
dict.340 num.2., Honded.conſ.53.num.38.& ſeq.
lib.2., Rot.cor. Bichio deciſ. 169.num.8.& ſeqq.
Rot. Jannen. apud Balduc. in collect. deciſ. ac
rer. judic.tit. de legat.& fideicom.deciſ.31.n.31.
& duobus ſeqq., nullo determinato tempore
circumſcribatur, Et ſanè, ſi Caupones dura-
tionem d. contractus expreſsè contulerunt in
arbitrium, & beneplacitum Summi Pontificis,
ſi præterea cautum fuit, quod nova Gabellæ
ſolvendæ forma, in eo preſcripta, locum habe-
ret, = *ſin che da noi ſi provederà altrimenti*, =
quonam pacto ſinè expresà revocatione eadem
reſoluta dici poterit, quando apertis verbis
conſenſerunt, quod donec nova ſuperveniret,
20 proviſio, vetus maneret? *Felin in cap. ex lit-*
teris num. 10. in fin. de Conſtit., Alexand. in
leg. Centeſimis §. Si ità ſtipulatus num. 11., &
Jaſon. num. 14. verſ. ſecundo quærit ff. de verb.
obligat., Dec.conſ.108.num.4.in fin, Soccin.Sen.
conſ. 78.col.1.verſ.quinto, & ultimo lib.3., Na-
var.conſ. 3.verſ.non eſt tamen de Privileg., Tuſch.
practicar. concluſ. lit.B.concluſ.89.num.22., Me-
noch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 69. numer. 12.
& ſeqq., Maſcard. de probat. concluſ. 188.
numer. 8.

Imò verò ex iſtiuſmodi verbis aliud reſultat
validiſſimum argumentum excludens quam-
cumque hujus obligationis reſtrictionem ad ali-
cujus certi temporis menſuram, illudque de- 21
ſumitur ex diſcretiva in eiſdem contenta, dum
reſpectu Univerſitatis præciſam obligationem
important, ibi = *Si dovrà continuare anco per*
l'anno ſeguente, e lo ſteſſo ſi dovrà pratticare
d'anno in anno = illud enim verbum *debeat* ne-
ceſſitatem injungere dicitur, ut per *Text. in*
leg. Prætor in princip. ff. de edend., docet *Bar-*
tol. in leg. Creditores num. 3., Cod. de pignorib.,
Pariſ. conſ.95. num.17. lib.1., Surd. conſ.197.
num.1., Rota coram Merlino dec. 432. n.6., cor.
Coccino dec. 179. nu.1., cor. Dunozzett. Junior.
deciſ. 748. num. 50., in Romana Multiplicorum
19. Junii 1693. §. Urget coram clar. me. Card.
Capraro, reſpectu vero Summi Pontificis ex-
primunt liberam illius voluntatem, non ſolum
ut mox diximus declaratam verbo illo *col bene-* 22
placito &c., ſed clariùs explicatam illo alio
verbo = *ſino che piacerà* =, ut de verbo *placet*,
ſeu *libet*, tradit idem *Bartol. in lege alio n.9. ff.*
de aliment., & Cibar. legat., Motthæſilan. no-
tab.15., Menoch. de arbitrar. lib.2. quæſt.7. nu-
mer.32., Surd.deciſ.272. num.15., & in Roma-
na Aſſecurationis Navis 29. Aprilis 1705. §.Et
quidem ubi de verbis *parerà, e piacerà, coram*
Priolo.

Diſcretiva autem iſta utpotè reſpectu diſcre-
torum diverſam ſecumferens Contrahentium
voluntatem, *Rota coram Merlin. dec.800. n.11.,* 23
in recent. deciſ 36. nu. pariter 11. part.16., co-
ram bon. mem Emerix. Jun. deciſ.556. num.2.,
deciſ.795. num.19., deciſ.796. num.27., in Fa-
nen. Canonicatus 5.Maii 1700. §. Prout etiam
cor. clar. mem. Card. Caprara, in Romano Fi-
deicommiſſi 11. Decembris 1702. §.Tertio coram
Reverendiſſimo Molines, manifeſte oſtendit,
Caupones coactivam obligationem ſuſcepiſſe,
Summo vero Pontifici plenam libertatem per-
manendi in contractu, vel ab eo recedendi re-
lictam fuiſſe; Ita quidem exigente prævalidâ,
ac juſtâ ratione deſumptâ ex natura negotii,
quod gerebatur, nam Caupones conquereban-
tur de gravaminibus, & præjudiciis, quibus ab
Appaltatoribus ſeſe affici dicebant, ideòque
pro eiſdem declinandis obtulerunt in ſe ſuſci-
pere obligationem ſolvendi annuam penſio-
nem, quam utraque Camera ex dicta Gabella
percipiebat, ſi autem, ut alibi dictum eſt, illa-
rum intereſſe non temporarium, ſed perpe-
tuum erat, juſta ratio expoſcebat, quod obli-
gatio Cauponum ea ex parte quâ reſpiciebat eo- 24
run-

rundem indemnitatem, temporaria, & re-
solubilis non esset, ita enim de Jure præsumi
debet, *Rota in recentior. decis. 665. numero pri-
mo in fin. part. 4., decis. 300. num. 16., & 17.
part. 12., & decis. 536. num. 15. part. 14.*, ea
verò ex parte, qua Universitati Cauponum re-
medium, & levamen parabatur adversùs gra-
vamina, quæ ab Appaltatore inferri diceban-
tur, prudenter cautum, conventumque fuit,
quod contractus duraturus esset ad beneplaci-
tum Summi Pontificis, quousque nempè ipse,
vel satis provisum, vel alia ratione providen-
dum esse censuisset.

Denique continuationem obligationis inde-
terminatæ, nulloque pacto ad limitati alicujus
temporis mensuram restringendæ, confirmat
etiam tenor Chirographi, in eo enim post rela-
tam oblationem, unanimi Universitatis con-
sensu factam, & stipulationem Instrumenti
solemniter celebratam inter Universitatem, &
utramque Cameram, prævia videlicet illius
matura, diligentique discussione facta in Con-
gregatione, pro dicto negotio perficiendo de-
putata, Sanctissimus oblationem, & contra-
ctum approbavit, non solùm pro primo anno,
sed etiam pro annis subsequentibus ad bene-
placitum Sanctitatis Suæ -- *Confermando tutte
le resoluzioni della detta Congregazione, e l'obli-
go di detta Università, & Osti per un'anno da
continuarsi poi à nostro beneplacito.* -- Profectò
quanam justa interpretatione certi, & quidem
brevissimi temporis mensurà circumscribi po-
terit obligatio illa, quæ non solùm juxtà natu-
ram negotii, & subjectam materiam, de qua
agebatur, longum tractum successivi temporis
respiciebat, sed tùm in solemni cœtu à Cau-
ponibus coadunato, & resolutione ibi capta,
tum in Instrumento, in illius sequelam cele-
brato, tùm denique in Pontificio Chirogra-
pho, omnia hæc confirmante, illimitatum, &
indefinitum tempus exprimitur, & quod ma-
gis est, conventionis duratio, coactiva respectu
Universitatis, fit arbitraria respectù Summi
25 Pontificis, in illius liberam voluntatem in
omnibus mox recensitis, adeòque solemnibus
actibus eam referendo; totiès enim geminatæ
declarationes, illimitatum tempus, ejusdem-
que tractum successivum importantes, procul
dubiò demonstrant, summa animi deliberatio-
ne, atque enixà voluntate exclusam fuisse
quamcumque susceptæ ab Universitate obliga-
tionis resolubilitatem, ità exposcente natura
geminationis actuum, & verborum, qui ob
reiterationem, cum semper præsumantur gesti
cum pleniore animi deliberatione, majorem fir-
mitatem inducunt, præsertim verò quando, ut
in casu nostro, talis geminatio ex intervallo fa-
cta reperitur, *Thabor. axiom. Jur. lib. 7. cap. 4.
axiom. primo*, inquiens, illà tolli quamcum-
que erroris præsumptionem, eandemque vim
26 habere confirmationis, præcludentis viam
quidpiam opponendi contrà actus ità gemi-
natos.

Jam verò exclusà resolubilitate contractus
desumpta tùm ex natura negotii, tùm ex illius
duratione, collata in tempus indefinitum, be-
neplacito, & arbitrio Summi Pontificis locum
habitura, frustrà exadversò contenditur, quod
beneplacitum istud æquiori quadam interpreta- 27
tione porrigi nequeat ultrà decennium; Ani-
madversio namque ista urgere forsan posset in
casu, in quo ageretur de conventione facta ad
annum, & deindè ad beneplacitum, tale benepla-
citum restringendo ad tempus illud, quo regula-
riter similes contractus durare solent, in quo sa-
nè sensu intelligendæ sunt auctoritates, quæ in
contrarium allegantur; At aliter res se habet 28
in casu nostro, in quo cum certi Juris sit, quod
tempus durationis contractus, præsertim in lo-
catione, conferri potest in arbitrium alterius ex
Contrahentibus, & quod tempus, utpotè de
accidentalibus, non autem de substantialibus, 29
contractus, rectè Locatoris arbitrio remitti
queat, *Gabriel. cons. 73. sub numero 3., & seqq.
lib. 1., Gratian. discept. 534. ex numero 3., Pa-
cion. de locat., & conduct. cap. 16. numero 32.,
& seq., Rota coràm Card. Cerro dec. 415. nu. 2.
in dicta Reatina Locationis 16. Martii 1703. §.
Exequendum coràm Illustrissimo Almæ Urbis
Gubernatore*; hinc sequitur, quod si Locatio
concepta reperiatur eà lege, ut quoad vellet
is, qui rem locasset, illa duratura sit, non de- 30
cennii, aut alterius certi, àc determinati tem-
poris spatio circumscripta censeri queat, sed
Locatore consensum suum non revocante, con-
tractus, nonnisi ejus morte tollatur, ut ex-
presse decidit Juris consultus in *leg. Locatio 4.
ff. locati* verbis illis = *Locatio, precariique roga-
tio ita facta quoad is, qui eam locasset dedissetque,
vellet: morte ejus, qui locavit, tollitur.,
Angel. cons. 217. num. 9., Corn. cons. 236. lib. 2.,
Ruin. cons. 104. numer. 9, lib. 5., Soccin. Jun.
cons. 63. num. 11. lib. 2., Pacion. de locat., & con-
duct. cap. 53. numer. 64., Tusch. practic. conclus.
litt. B. conclus. 89. numero 10., Menoch. de ar-
bitr. Judic. lib. 1. quæst. 69. num. 18.*, & benè pro-
sequitur *Rota in dicta Reatina Locationis §. Pa-
rumque urgere visa est*, ut etiam in similibus
terminis conventionis factæ cum aliqua Uni-
versitate, sivè Communitate ad certum tem-
pus, & postea ad beneplacitum, quod perpe-
tuò duret, donèc nempè fuerit revocata, *Goz- 31
zadin. cons. 22. num. 10. vers. quinto accedit, Corn.
cons. 235. numer. 6. vers. alias lib. 2.*, & tradunt
*Alexand. in leg. Principalibus in fin. ff. si cert. pe-
tat., Gratian. discept. 167. numer. 48., Mascard. de
probat. conclus. 188. num. 5. & seqq., Vant. de
nullitat. ex defect. Jurisdiction. nu. 104. fol. 142.,
Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 69. numer. 8.
& 9.*

Quæ porrò verissimæ Juris regulæ fortiùs
urgent, quia non versamur in conventione ha-
bente naturam meri contractus correspectivi, 32
sed illa in nostro casu continet gratiam, & pri-
vilegium, quod Summus Pontifex impartitus
fuit Cauponibus, cupientibus sese eximere à ju-
go Appaltatoris, & faciliorem, commodio-
remque inire rationem, quà annuam pensio-
nem

nem solvere possent, hoc enim casu verbum
33 *ad beneplacitum* importat concessionem duraturam quousque Concedens revocaverit, ad *Textum in Cap. Si gratiosè §. de rescript. in 6.*, *Navarr. de Privileg. cons.3.*, *Menoch. de arbitrar. lib.1. quæst.7. num.32.*, *Klocb. de exempt. par.3. qu.5. n.3.*, *Barbos. de clauf. clauf.3. n.2.*, *Capyc. decis.136. n.6.* Ità quidem, ut hoc casu quærendum solùm sit, àn verba illa *ad beneplacitum* referantur ad personam Pontificis conce-
34 dentis, vel ad ejus dignitatem, quia nempe dictum fuerit, non *ad beneplacitum nostrum, sed ad beneplacitum Sedis Apostolicæ*; Primò namque casu licèt concessio, & contractus, utpotè Concedentis dumtaxat vità durante valiturus, ejusdem morte tollitur, secus tamèn est in secundo casu, in quo considerata fuit non persona, sed dignitas, quæ semper durat, proindeque concessio etiàm post Concedentis mortem durare censetur, ut distinguunt scribentes in *Cap. Quoniam Abbas de offic. delegat.*, *Dec. in Cap. Ex Literis 11. in fin. de Constit.*, *Bartol. in leg. Centesimis §. Si ità stipulatus num.3.*, ubi etiam *Jason. n.13. ff. de verbor. oblig.*, idem *Jason. in leg. more n.7. de Jurisdict. omn. Judic.*, *Mascard. de probat. conclus.188. num.1., & pluribus seqq.*, *Thabor. axiom. Jur. lib.2. cap.11. axiom.1. vers. regula hæc limitatur, & seqq.*, late *Mandos. in Gloss. facultat. §. Volentes vers. à nobis ad beneplacitum nostrum fol.169.*, *Molin. de Justit., & Jur. tract. disput. 298.*, *Barbos. de clauf. num.5.*, *Menoch. de arbitrar. lib.1. quæst.69. num.7.*

Neque vero duratio istiusmodi contractus, quæ, utpotè collata in liberum arbitrium, & beneplacitum Summi Pontificis, nonnisi illius voluntate revocari potest, & ad ejusdem vitam durare omninò debet, aliquâ determinati tem-
35 poris breviori mensurâ circumscribi potest sub obtentu, quod ille celebratus fuerit = *per una semplice provisione*, = quæ regularitèr significat remedium temporarium, & brevi duraturum, etenim omisso, quod nimis leve est argumentum istud ductum ex significatione illius verbi
36 *provisione*, quod juxtà proprietatem sermonis, non minus temporariam, quàm perpetuam dispositionem significare potest; Quamobrèm passim apud nostros dispositio Legis provisionis nomine appellatur, licèt illa non tempora-
37 ria, sed perpetua sit, & nonnisi contrariâ, atque expressâ hominis provisione tolli possit, *Thabor. axiom. Jur. lib.14. cap.132. axiom.5.*; At in casu nostro prorsus cessat dictum argumentum, quia si quæ ambiguitas inesse posset dicto verbo *provisione*, eadem sublata remaneret ex verbis antecedentibus, & immediatè sequentibus; in præcedentibus enim verbis Summus Pontifex expressè declaravit, novam formam exigendi, ac respectivè solvendi Gabellam, propositam à Cauponibus, nullo pacto alterare voluisse, nullumque novum gravamen, aut
38 præjudicium ullum irrogare iis, quorum intererat, ibi = *Dichiarando espressamente la nostra volontà esser di non alterar la Gabella nè imporre nuovi pesi, nè di pregiudicare à chiunque avesse interesse nella Gabella dello Studio, ed in specie del Popolo Romano &c.*, quamobrem ad hanc voluntatem minimè alterandi Gabellam referendum est verbum illud *provisio*, ut videlicèt novà istà conventione minimè abolita, aut ulla ex parte alterata, aut imminuta censeretur substantia, atque essentia ipsius Gabellæ, sed modus dumtaxat solutionis mutatus conventione, & contractu cæpturo intranti anno, & deindè duraturo ad beneplacitum ipsius Summi Pontificis, ibi = *Ed il ripartimento fatto trà li medesimi Osti volontariamente per l'anno entrante, e poi à nostro beneplacito* = idem verò appellatus fuit nomine simplicis provisionis, non quidem, ut innueretur, illud temporarium, vel revocabilem esse ejusdem durationem, collatam in arbitrium Summi Pontificis, sed ut expressiùs declararetur, quod Summus Pontifex non titulo locationis, aut appaltus (ut Caupones summoperè optabant) eisdem Gabellam concedebat; Perspicua sunt sequentia Chirographi verba = *e poi à nostro beneplacito per una semplice provisione, e non per Appalto, e tale è la mente, e volontà nostra espressa* = Cum itaque Summus Pontifex dd. verbis professus fuerit, mentem suam dumtaxat esse excludere Appaltum, quonam pacto ex eo, quod usus fuerit verbis illis = *per una semplice provisione*, = inferri poterit, quod ad certi alicujus temporis mensuram restrinxerit contra- 39
ctum illum, cujus duratio verbis importantibus tractum successivum indefiniti temporis, reservata fuit beneplacito Summi Pontificis, & donec ab illo aliter provideretur = *da continuarsi poi à nostro beneplacito, fin che da noi non si proveder à altrimente*, = ex iis, quæ fusiùs observata fuerunt superioribus locis.

At urget Pars adversa inquiens, quod ex simili interpretatione istiusmodi contractus alioquin correspectivi, maxima consurgeret in-
æqualitas inter Universitatem Cauponum, & 40
Reverendam Cameram Apostolicam, cujus favore contractus redderetur revocabilis, vel irrevocabilis, proùt ipsi magis expediret; contra verò coactivus semper esset respectu Universitatis, quæ inæqualitas eò minus ferenda videtur in concreto casus, de quo agitur, ob maximum detrimentum, quod singulis annis accipit d. Universitas, quæ nisi eidem succurratur æquiori aliquo remedio, brevi interitura dicitur; Verùm objectio ista nulla ex parte subsistit, nàm alibi ostendimus, quod tametsi contractus locationis sit correspectivus, nihilominùs illius naturæ non repugnat, ejusdem durationem remitti arbitrio alterius ex Contrahentibus, eò quod correlativorum regula locum habeat in dispositione Legis, non an- 41
tem in conventionibus hominis, *Rota in dicta Reatina locationis §. Minus relevat*; Quamobrem quoties versamur in iis, quæ pertinent
ad accidentalia contractus, non aberrat à Justi- 42
tiæ regulis, quod idem claudicet si in hoc concurrat expressa Partium voluntas, *Bald. consil.393.*

*sil.393. sub n.2. versic. Ego dico lib.4., Tusch.
practic. conclus. lit. C. conclus.982. num.12.,
Surd. decis.264. numer.32.* Et licet substau-
43 tia, celebratio nempè contractus, unius tantum
exContrahentibus arbitrio remitti nequeat,ali-
ter tamèn res se habeat, quando in illud con-
fertur sola ejusdem resolutio, ut per *Text. in
leg. quod si nolit §. Si quid* ità optimè advertit
*Abb. in Cap. Illo vos num.2. de pignor., Gomez
variar. resolut. tom.2. cap.2. num.19. in fin.,
Gabriel. consil.73. num.6., & per tot. lib.1.,
Fabian. de Monte de empt., & vendit. quæst.5.
principal. num.73. ad med. vers. Et singulariter
inter tractat. magn. tom.6. par.1. fol.55., Moza.
de controct. rubr. de locat., & conduct. tit. de
substantial. locat. num.17. ad med., Gratian.
discept.534. ex num.9. ad plures seqq., Osasch.
decis.111. num.11. & 13.*

A quo arbitrio, justà ratione collato alteri
ex Contrahentibus, recedi nequit sub obtentu
damoorum, quæ extremam perniciem Uni-
44 versitati Adversariæ illatura dicuntur, nàm
tametsi illa vera essent,audiendi minime vide-
rentur Caupones, quia ipsi intervertendo pri-
mævum statum Gabellæ, & modum illam exi-
gendi si periculo suo novam formam præscri-
pserunt, sibi imputare debent damnum, in
quod inciderunt,ad *Text. in Cap. Damnum 86.
de regul. Jur. in 6.,leg. quod quis 203. ff. eodem,
Thabor axiom. Jur. lib.4. cap.1. axiom.2., Leon-
cill. decis. Ferrar.42. n.12., Censal. decis. Lu-
cens. 82. num.2. & 3., Rot. coram R.P.D. An-
saldo decis.68. num.33. juxtà Roman impress.* ;
Certius, quia ipsi illud prævidere potuerunt,
45 ideoque expressè caverunt, quod, si summa re-
digenda illo novo modo proposito, non suffi-
ceret prò solutione integræ Gabellæ, quantitas
deficiens suppleri deberet repartitione, quam
vocarunt *la Codetta* ; Quamobrem, si Univer-
sitas prævidit, evenire posse, quod modus exi-
gendi Gabellam, ab ipsa propositus, insufficiens
46 esset comparandæ integræ quantitati, pro illa
debitæ, si damnum, quod posteà contigit, eve-
nit ex illius facto, quo mutatus fuit primævus
Gabellæ status, nullà æqui, bonique ratio per-
mittit, quod ipsa resiliat à suscepta obligatione
eum gravi præjudicio Rev. Cameræ, atque
Excellentissimæ Cameræ Capitolinæ, in qua-
rum dumtaxat præjudicium contractus rescissio
redundaret ; *Nemo* namque *mutare potest con-
silium suum in alterius injuriam* = sunt verba
*Papiniani in leg. nemo potest 76. ff. de regul.
Jur.*, & concinit sententia *Pauli in leg: si man-
davero 22. §. final. ff. mandati*, quod nempè
*renunciari mandatum ità potest, si non redundet
in eum captio, qui suscipit mandatum* = idque
multò minus ferendum est in casu nostro, quia
Summus Pontifex in suo Chirographo expres-
sè professus fuit incolumem servare velle Ga-
bellam hanc in usus certos, & publicam utili-
tatem ; At reverà damnum exadverso amplifi-
catum, in facto non subsistit,&, quatenùs idem
adesset, illius colore nec contractus rescissio-
nem, nèc ullum aliud remedium Universitas
Cauponum consequi deberet.

Malè enim ipsa damnum, quod pati dici-
tur, metitur ex modo solvendi Gabellam, in-
ter Caupones ab ea stabilito ad rationem Ju-
liorum duorum, vel trium respectivè prò quo-
libet eado, sed illud metiendum esset ex ratio-
ne, & modo eandem solvendi ad rationem di-
midii Julii prò quolibet quadrante pretii, quo
vinum venditur minori illâ mensurâ nuncupa-
tâ *la Foglietta*, prout juxtà naturam, & quali-
tatem impositionis dictæ Gabellæ eadem solvi
debebat, ducto autèm calculo ad hanc ratio-
nem, atque admissis etiàm deductionibus, &
diminutionibus, quas Caupones faciendas es-
se contendunt, Universitas nedùm damnum 47
nullum subiret, sed maximum lucrum conse-
queretur ; Quo compertum fit, quod cùm
damnum omne exadverso exageratum prove-
niat non ex natura rei, impari solutioni tantæ
Gabellæ, sed ex modo illam exigendi, spon-
taneè proposito, atque volito ab ipsis Caupo-
nibus, refundi minimè debeat in præjudicium
Reverendæ Cameræ, sed ferri ab ipsis debeat,
ad *Text. in leg.1. §. Si omnes ff. de ventr. inspi-
cien., Roland. consil.12. num.15. & 16. lib.4.,
Ferret. consil.155. num.7., Menoch. consil.58.
num.36., Mastrill. decis.285. num.42. lib.3.,
Rota coram Dunoz. Jun. decis.611. n.7. & 8.
in recent. decis.4. n.13. part.17., & decis.355.
num.7. par.18., & in Romana fideicommissorum
20. Junii 1707. §. Hisque retentis cor. R.P.D.
Aldrovando.*

Ex quo sequitur, quod tametsi damnum
istùd revera adesset, nihilominùs nullâ justâ
ratione illud sarciendum esset rescissione con-
tractus facienda cum maximo præjudicio Re-
verendæ Cameræ, & Excellentissimæ Cameræ
Capitolinæ, quia, ut diximus, illud prævisum
fuit, dum Caupones voluerunt, quod quanti-
tàs deficiens prò solutione Gabellæ exigendæ 48
juxtà novam formam ab ipsis præscriptam, sup-
pleretur repartitione, dictâ *la Codetta*, dùm
igitur hunc casum præviderunt, illique provi-
derunt, eo eveniente, locus esse nequit resolu-
tioni contractus, per *Text. in leg. Si quis Do-
mum §. Primo ff. locati, Thob. non. consil. 67.
num.18. & 23., Soccin. Jun. consil.73. num.19.
lib.2., Gaill. practic. observat. lib.2. observ.19.
num.11., Fabian. de Monte de empt., & ven-
dit. quæst.8. num.19., Costa de fact. scient., &
ignor. centur. 1. distinct.41. num.5., Mazz. de
contract. in tract. de emption., & vendit. tit.
quib. casib. annullat. empt., & vendit. num.20.,
Marta de claus. part.1. claus.363. num.3., Do-
nad. de renunt. tom.1. cap.9. num.78. & seqq.,
Gratian. discept.461. n.26., Cyriac. contr.453.
num.28., Farin. in addit. ad Covaruv. variar.
resol. lib.2. cap.4. num.9. & 34. versic. verius,
Boer. decis.142. num.3. & seqq., Grammatic.
decis.103. n.54., Rot. coram Coccin. decis.422.
num.2., coram Dunoz. Sen. decis.127. num.11.
& 12., & in recen. decis.318. num.10. part.4.
tom.2.* ; Eòque certiùs in casu nostro, quia ta-
le damnum, ut pluries diximus, utpotè pro-
veniens non ex facto Cameræ, & decremen-
tum,

tum, quod adeò amplificatur, tamquàm non
procedens ex natura rei, & defectu intrinseco
49 proventuum, viam aperire nequit rescissioni
contractus, ad quem effectum requiritur dam-
num intrinsecè proveniens ex contractu, & rei
medietatem adimens, quâ igitur justâ ratione,
sub prætextu damni, & læsionis, Universitas
Cauponum petere potest rescissionem contra-
ctus, quando, ut ex hoc capite idem rescinda-
tur, oportet, quod damnum omne non ex fa-
cto Conductoris, sed procedat ex natura rei,
illudque sit in medietate, *Pinell. in leg. 2.
par. 1. cap. 3. num. 17. Cod. de rescind. vendit.*,
Menoch. consil. 1263. num. 7., *Mandell. Alb.
consil. 395. num. 8.*, *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 2.
num. 16.*, *Carocc. de locat.*, *& conduct. part. 1.
tit. de rescindend. locat. num. 1. & seqq. fol. 48.*,
Gratian. discept. 777. num. 10., *Pacion. de lo-
cat. cap. 18. num. 5.*, *Fontanell. decis. 66. num. 4.
& seqq.*, *Rot. post Urceol. de transact. decis. 7.
num. 2. & seqq.*, *Rot. coram R. P. D. Ausaldo
decis. 31. num. 17. juxtà Roman. Impress.*

Excluso autem prorsus damno, vel demon-
strato, illud tale non esse, ut secundùm Juris
nostri regulas à Rev: Camera sarciendum sit
Universitati Cauponum, quæ loco Appaltato-
ris suscepit onus, & obligationem solvendi
Gabellam, frustrà ab eadem petitur remissio
50 pensionis, quam solvere promisit; etenim pro
hac etiam consequenda oportet, damnum in-
tolerabile esse, eoque perimi medietatem fru-
ctuum, sive redituum, ex quibus solvitur pen-
sio, ut præter auctoritates mox allegatas, in no-
stra specie remissionis pensionis tradunt *Bartol.
in leg. licet n. 1.*, *& Bald. num. 15. Cod. locat.*,
Alexand. consil. 3. numer. 6. vers. idem si attento,
ubi de communi, & magis communi testatur
lib. 2., *Roland. cons. 85. in princip. lib. 3.*, *Surd.
cons. 34. num. 7.*, *& cons. 507. numer. 8*, *Anton.
Fab. in Cod. lib. 4. tit. 42. definit. 3.*, *Boss. de re-
miss. merced. num. 30.*, *Capye. Latr. consult. 40.
nu. 40. & seq. lib. 1.*, *Pacion. de locat. quæst. 47.
num. 1. & seqq.*, *Rosa consult. 28. num. 9.*, latissi-
mè *Rocca disput. Jur. selectar. cap. 19. nu. 14.
& 17.*, *Rota Lucen. in decis. unic. numer. 3. &
seqq.*, *& num. 33. post contr. Altograd. Jun.*,
Rot. cor. Coccin. decis. 422. nu. 5. Quamobrem,
si non versamur in casu, in quo Jura nostra lo-
cum faciant remissioni mercedis, & damnum,
quod subiisse conqueruntur Caupones, non pro-
venit ex natura rei, quia nempè diminuti fue-
rint reditus illi, qui juxta primævam Institu-
tionem, & modum exigendi præscriptum in
Gabellæ impositione percipiebantur, sed, si
quod Universitas detrimentum accepit, illud
proficiscitur ex mutatione formæ exigendi,
& ex Cauponum culpa, qui controversiis exci-
tatis, & minus æquâ ratione servatâ in facien-
da exactione, plurimos ex sua Universitate
afflixerunt, & Cauponas claudere coegerunt;
nimis audacter hodiè petitur aliqua consuetæ
pensionis diminutio contra expressam men-
tem, & voluntatem Summi Pontificis, qui
professus fuit, nullo pacto velle alterare, aut
diminuere Gabellam hanc, sed eandem substi-
nere in illa quantitate, quæ juxtà ultimum sta-
tum percipiebatur, juxta Chirographi verba,
ibi = *Ma anche trovare il modo migliore di soste-
nere la detta Gabella dello Studio* =, ob eam
scilicet rationem, quia eadem applicata reperie-
batur in causas ad publicam utilitatem perti-
nentes, ut alibi notatum fuit.

Illa igitur summa æqui bonique ratio, quæ
ex adverso in omnibus contractibus, præsertim
celebratis cum Supremo Principe, qui est ju-
stitiæ, & æquitatis fons, servanda dicitur, ut
nempè in obligationibus, quæ non unico mo- 51
mento perficiuntur, sed habent longum tractum
successivi temporis, subintelligenda sit illa, tum
ex Juris, tum etiam ex naturæ dictamine indi-
ta conditio, quod nempè perseverare censean-
tur, dummodò res in eodem statu perma-
neant, vice autem versà, si ob illius gravem,
atque inopinatam mutationem, obligatio, &
contractus injustus, atque iniquus redditus fue-
rit, idem ad æquiorem modum redigendus
sit. Hæc, inquam, ratio non applicatur nostræ
hypothesi, illa enim vigere posset, si nullo
pacto alteratà primævà formà exigendi dictam
Gabellam, in ejusdem institutione præscripta,
Caupones suscepissent onus solvendi consue-
tam pensionem, & ob extrinsecum aliquem
casum, sive infortunium, contigisset diminu- 52
tio redituum, ita quidem, ut eadem ampliùs
præstari non posset in quantitate illa, quæ in-
columi manente primo rerum statu pendeba-
tur. At longè aliter res se habet in casu nostro,
in quo figurata ex adverso mutatio status re-
rum, quæ causam dedisse dicitur redituum di-
minutioni, inducta fuit ex facto, & culpa Cau-
ponum; Facto videlicet, quia ipsi novum
obtulerunt, proposueruntque modum exigen-
di, culpâ verò, & quidem manifestâ, quia,
ut pluries dictum est, primo anno, quo since-
râ fide Gabellæ exactio administrabatur, Uni-
versitas percepit reditus excedentes debitæ pen-
sionis mensuram, at postquam illa minùs æquâ
ratione administrari cæpit à Cauponibus, qui
non Rev. Cameræ, non Universitatis suæ com-
moda curantes, sed propriis dumtaxat lucris
inhiantes, privatæque studentes utilitati, Con-
socios opprimere cæperunt, hinc causam ha-
buere mala, & damna, quibus hodiè substi-
nendis se imparem esse dicit Universitas.

Sapientissimi igitur Patres pro eorum summa
religione, ac prudentia secum reputent, an
refundendo damna ista in Rev. Cameram, at-
que Excellentissimam Cameram Capitolinam,
ab eisdem ex motivo commiserationis, & æqui-
tatis sublevari debeat Universitas Cauponum,
quæ in illa incidit ex propria culpa, hoc enim 53
casu contrariæ constitutæ reperiuntur Juris re-
gulæ, quarum primà generaliter traditur, dam-
num quod quis sensit suâ culpâ, sibi, non aliis
imputare debere, ex regula tradita *in cap. dam-
num 86. de regul. jur. in 6.*, alibi allegato; Imo
verò, quoties illud admixtam habet culpam
aliquam Damnificati, hæc eximit Damnifican- 54
tem

tem à quacumque obligatione illud emendandi, *Barbos. axiom. Jur. lib. 4. cap. 1. axiom. 2.* Alterà vero propius ad rem nostram edocemur, quod Conductor non solùm sustinere debet damnum, quod in re conducta suâ culpâ
55 passus est, ad *Text. in leg. si uno 17. §. Cum quidam ibique Glos. in verb. remissio ff. locat.*, *Nevizan. cons. 90. num. 16.*, *Bos. de remiss. merced. num. 79. & 81.*, *Carocc. de locat. part. 4. tit. de remission. merced. quæst. 8. n. 74.*, *Thabor axiom. Jur. lib. 10. cap. 35. axiom. 9. vers. limita*, *Bonden. collect. legal. 45. num. 124. lib. 2.*, *Surd. decis. 87. num. 3.*, sed præterea Locatorem indemnem præstare debet, reficiendo damnum rei lo-
56 catæ, ipsius facto illatum, ad *Text. in leg. si quis 10. §. final.*, *leg. Videamus §. fin.*, *leg. Item quæritur 14. per tot.*, *& leg. si merces 28. §. Culpæ ff. locat.*, *Glos. in dicta leg. si merces verb. inimicitias*, ibi = *Est enim æquum, ut quod ejus culpâ damnum patiatur Locator, eidem Locatori sarciatur.*

Illud igitur unum Cauponibus, qui tanta detrimenta sese sustinere dicunt, illud, inquam, unum ipsis superest remedium, vel quod relicto modo exigendi Gabellam, quo tantis damnis affici dicuntur, reassumant veterem illius formam, quâ servatâ, loco damni, lucrum consequentur, vel si servare volunt novum modum, ab ipsis propositum, atque oblatum, illud exerceant æqui bonique ratione, servatis videlicet regulis Justitiæ distributivæ, justè onera distribuendo inter Caupones, in qua sanè distributione, ipsos graviter peccasse ingenuè profitentur ipsimet DD. Universitatis Defensores, ut in eorum Restrictu §. 31. Quamobrem, si ipsi rem ad justitiæ semitam redigendo, æqualiter onera distribuant, vel servando antiquam formam, aut amplectendo modum alium, summâ Eminentissimorum Patrum prudentiâ, ac providentiâ designandum, sincerè ac bona fide rem peragant, incolume servabitur interesse tum Rev. Cameræ, tum Excellentissimæ Cameræ Capitolinæ, & facilè ferent onus Gabellæ, cujus proventus omnes in publicam utilitatem erogantur, nec egebunt contributione facienda ab aliis, qui summo Civium omnium commodo vina vendunt, quales nempè sunt *li Magazzinieri, e Bettolieri*, quibus, ut lucrum consequantur soli Caupones, imponendum non est ullum novum gravamen, in universorum Civium damnum redundaturum, & novæ Gabellæ impositionem secumferens contra expressam Summi Pontificis mentem, declaratam illis Chirographi verbis = *La nostra volontà essere di non alterare la Gabella, nè imporre nuovi pesi, nè di pregiudicare a chiunque avesse interesse nella Gabella dello Studio, & in specie del Popolo Romano.*

ARGUMENTUM.

Assignatio annui reditus à Summo Pontifice facta Eminentissimo Cardinali Titulari in tot Locis Montium, subrogatis in locum Palatii, ab Ecclesiæ, & Titularis dominio dismembrati, *taxativè* non autem *demonstrativè* facta ostenditur, adeòut in casu diminutionis ipsius annui reditus nulla supplementi actio competere posset.

DISSERTATIO XVI.

1 *Fiscalis ratio, & militibus, & privatis, ipsisque Templis, & cunctæ Reipublicæ utilis, ac necessaria.*
2 *Regii reditus dicuntur sacrosancti, & parati in defensam Fidei, & Regni.*
3 *Assignatio certi fundi, vel summæ, an taxationis, an demonstrationis gratiâ sit nec ne facta, sæpenumerò in Foro disceptatur*, & num. 19.
4 *Taxationis gratiâ si assignatio facta est, heres aliundè supplere non tenetur, secus si demonstrationis causâ.*
5 *Actor fundamentum suæ intentionis plenè probare tenetur.*
6 *Reo sat est Actoris actionem reddidisse dubiam.*
7 *Reus potest vincere per non jus Actoris.*
8 *Reo, ac Possessori diuturnitas temporis multùm favet contra Actorem.*
9 *Nemo mediocriter diligens, præsumitur rem suam negligere spatio temporis longissimo*, & num. 66.
10 *Centenaria observantia omnem meliorem titulum tribuit.*
11 *Centenaria non requiritur, ut legitima possessio inducta censeatur, sed sufficit tempus etiam decem annorum*, & n. 12. & 13.
13 *Ad observantiam interpretativam inducendam sufficit ita al quo tempore fuisse observatum.*
14 *Immò unicus actus sufficit.*
15 *Observantia interpretativa attendi debet pro intelligentia nedum cujusque Legis, sed etiam Bullarum, Privilegiorum, atque Apostolicarum Ordinationum.*
16 *Centenaria observantia rectè desumitur ex tempore accepti investimenti, & ex nulla ab eo tempore facta reclamatione ab habentibus scientiam illius qualitatis, & naturæ*, & n. 19.
17 *Acceptatio facta ab habente scientiam qualitatis, & naturæ fundi assignati, eum periculo obnoxium efficit.*
18 *Sequentis possessionis qualitas declarat animum Contrahentium circa interpretationem, & intelligentiam contractus.*
20 *Assignatio an* taxativè, *an* demonstrativè *facta sit, ex Disponentis voluntate quærendum est*, & n. 65.
21 *Clausula* = di nostro Moto proprio, certa

scienza &c. = *addita derogatione* = a tutte le solennità etiam sostanziali, e formali, che vi si ricercassero = *clarè ostendunt, Papam plenitudine suæ potestatis uti voluisse.*

Clariùs accedentibus clausulis, = e pienezza della nostra assoluta potestà = E perchè così a noi piace di fare, = ibid., & numer. 22.

22 *Quod Principi placuit, Legis habet vigorem*, & n.67.

23 *Cum in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio.*

24 *In dismembratione Bonorum Ecclesiæ, de plenitudine ejus potestatis facta à Papa, licèt consensus Titularis accesserit; non ideò talis consensus debet dici necessarius fuisse ad validitatem actus*, & n.29.

25 *Alicujus consensus ad aliquem actum non semper ità requiritur, quasi is tamquam caussa efficiens habeatur, sed quandoque requiritur solùm ne actum impediat.*

Hujus autem rei exempla adferuntur, numer. 26. *& seqq.*

26 *Minor si pignori sibi obligatum manumitti patiatur, non tàm manumittere, quàm non impedire Manumittentem intelligitur.*

27 *Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.*

28 *In electione, non sinè alicujus consensu facienda, sufficit, talem consensum intercedere in tractatu electionis, vel etiam post electionem ipsam.*

30 *Princeps cur ita fecerit, quærendum non est.*

31 *Papa est supremus Dominus Bonorum ad particulares Ecclesias spectantium.*

32 *Vel saltem supremus est eorum Administrator, & Dispensator.*

33 *Cum libera, absolutoque de iis disponendi facultate, justà concurrente caussà.*

34 *In actu, deliberatè facto à Supremo Principe, justa adfuisse caussa semper præsumitur*, & n.45.

35 *Quod Papa facere voluit, id legitimè factum habendum est & nn.seqq.*

39 *Clausula* = del tutto =, *ut etiam clausula* = qualsivoglia = *comprehendunt totum, & nil excludunt*, & nu.40.

41 *In Assignatarium, quando ei non promittitur annua quantitas in genere, sed annuus reditus, ex fundo percipiendus, non transfertur personalis actio, sed tantùm jus reale activum, & passivum super fundo assignato.*

43 *Provisio in casu obvio omissa prò consultò omissa habetur*, & nu.44.

46 *Adquiescentia Antecessoris nec sibi, nec suis Successoribus præjudicat.*

47 *Adquiescentia semper præjudicat, quoties quis, ne sibi præjudicet, tenetur jura sua deducere*, & nu.66.

48 *Assignatio annui reditus, ex certo fundo percipiendi, facta ab eo, qui vigore obligationis annuam certam summam* in genere *solvere tenetur, eum non liberat, & si iidem reditus diminuantur, supplere ipse debet.*

49 *Secus de assignatione fundi facta ab eo, qui tenetur ad præstationem certi annui reditus* in specie; *Illà enim secutà, diminutio redituum in Assignatarii præjudicium cedit*, & num.76.

50 *Annuum reditum assignare promittens satisfacit assignando stabilia tanti reditus.*

Secus, quando promittitur annua quantitas, ibid.

51 *Annui reditus promissio importat, quod Donatario datur jus reale, quod non importat promissio quantitatis.*

52 *In Legato annuo sinè commixtione proprietatis, correspondentis quantitati relictæ, diminutio redituum Legatarii periculo cedit.*

53 *Assignatio fundi, corporis, aut Loci, ex quo annuus reditus est percipiendus, quando conditionatè, & substantiæ dispositionis adponitur, tunc talis fundus, aut locus* taxativè, *& non* demonstrativè *stare censetur.*

Procedit etiam in Legato, & donatione, sicuti in quolibet alio contractu, nu.69.

54 *Assignatio fundi, ex quo certus annuus reditus sit percipiendus*, taxativè, *non* demonstrative *facta censetur, quoties sub eadem vel sub diversis orationibus, eodem verbo rectis, promittitur annuus reditus, simulque certus assignatur fundus.*

55 *Contra verò est, quoties promissio, & assignatio ejusmodi fiunt in oratione separata*, & num.75.

56 *Regula autem hæc communiter à Tribunalibus, & Sacra Rota recepta est*, & nu. 57. & 70., *ubi quod id procedit in omni dispositionis genere.*

58 *Designatio, sive expressio illa certæ quantitatis, sinè quà, quid sit legatum intelligi nequit, non loco* demonstrationis, *sed* taxationis *adjecta censetur.*

59 *Assignatio annui reditus, ex certo fundo percipiendi, facta cum plena translatione dominii ipsius fundi in Assignatarium*, taxativè, *non* demonstrative *facta censetur*, & num.78.

60 *Assignatio tot annuorum redituum ex tot Locis Montium percipiendorum translationem horum dominii in Assignatarium importat.*

61 *Factà præsertim ejus nomine, ac favore expeditione Literarum patentium.*

62 *Locorum Montium dominium adquiritur ab eo, cujus nomine cantant Literæ patentes.*

63 *Locorum Montium, Titulari assignatorum, venditio, seu resignatio prohibita in Pontificio Chirographo, probat, illorum dominium in Titularem ipsum fuisse translatum.*

64 *Hypotheca constituitur ad favorem ejus, qui rei dominium non habet.*

68 *Papa sicuti poterat Ecclesiam, ejusque Titu-*

larem

larem omni rei dominio expoliare, ita liberalitatem in eos exercuisse dicendus est, si ipsius rei partem eisdem applicavit.

71 *Promissio, in cujus correspectivitatem secuta est assignatio censuum pro Monasterii manutentione, transit in stipulationem ultrò citròque obligatoriam.*

72 *Contractus, sive correspectivus, & onerosus, sive voluntarius, & ex mera liberalitate, semper à Disponentis voluntate debet Legem recipere.*

73 *Assignatio fundi licèt sit facta in caussam alimentorum, si substantiæ contractus, non autem ejus executioni fundus fuerit adpositus, non* demonstrativè, *sed* taxativè *stare dicitur.*

74 *Procedit in qualibet etiam dispositione facta favore Causæ piæ.*

75 *Assignatio fundi facta in casu obligationis merè pecuniariæ, & promissionis pecuniæ in genere, nequit dici adposita substantiæ, sed executioni obligationis.*

77 *Obligatio quando non incipit ab annua quantitate in genere, sed ab assignatione fundi, ex quo talis annua quantitas sit percipienda, tunc fundus ille rei substantiæ adpositus censetur.*

79 *Investimenta facta in Locis Montium reputantur melioris qualitatis, & bonitatis, quàm aliud quodcumque stabile.*

80 *Utilitas sufficit quod concurrat tempore celebrati contractus.*

81 *Perpetuæ utilitati satis consultum dicitur ex assignatione investimenti ferentis annuum reditum in quantitate promissa.*

82 *Promissor nequit ad plus obligatus remanere, quàm ferat suæ promissionis natura.*

83 *Assignatione fundi* taxativè *à Promissore factâ, si, quo tempore facta est, fundus annuum reddebat reditum promissum, id sufficit nè Promissor ad aliud teneatur.*

84 *Investimenta in Locis Montium, ex sui natura, diminutionibus, & reductionibus sunt obnoxia.*

Hæc tamen, uti casus fortuitus, considerari debent, ib.d.

85 *Sola dubietas articuli Reo sat est ad repellendum Actorem.*

L'Eminentissimo Signor Cardinale Imperiali, che fin dagl'anni piu giovanili, ne' quali cominciò ad amministrare le Cariche piu ragguardevoli, e supreme di questo Principato, e Camera Apostolica, ha sempre con somma religione, e fatica indefessa, e cura, mai da lodarsi abbastanza, procurata la conservazione, ed augumento de' proventi,
1 e rendite fiscali = *quoniam fiscalis ratio, & militibus, & privatis, ipsisque Templis, & cunctæ Reipublicæ utilis, & necessaria est* = come di ciò ammonendo li supremi Magistrati, che presiedono all'amministrazione di essi, rescrisse *Giustiniano nella Novella* 17. *al tit.*4.*de mandat. Princip. cap.*12., e prova il *Micrez de majorat. part.*4.*quæst.*1. *num.*232., & *num.* 244., dicendo, che = *Regii reditus dicuntur sacrosancti, & parati in defensam Fidei, & Reguin,* seguito dal *Bolero de decoctor. debitor. fiscal.* 2
*tit.*4. *quæst.*11. *num.*4. ; riconosce nondimeno, essergli altresì ingiunto uno speciale, e stretto obbligo di promuovere le ragioni della Chiesa di S. Lorenzo in Lucina, di cui egli è Titolare, alla quale crede doversi dalla Rev. Camera, & Erario Apostolico il supplemento di quello manca per formare l'annua rendita di scudi mille, assegnatale da Urbano VIII.sopra il fondo di dugento luoghi di Monte Camerali non vacabili, surrogati in luogo del Palazzo, che prima era annesso alla medesima Chiesa, e destinato à comodo del Titolare, cioè per abitarvi, ovvero ritraerne la piggione, in quel tempo valutata in simil quantità di scudi mille. A' ciò lo muove l'ampiezza della Parochia di detto suo Titolo, ripiena di gran numero di poveri, à i quali desidera poter sovvenire con maggior copia di rendite, quando queste gli siano dovute, nella forma, che con esemplarità degna del suo carattere, dispensa largamente le rendite, che al suo onesto mantenimento gli sopravvanzano.

Se colla brevità, colla quale desidererei trattar questa Causa, non potrò alleggierire la fatica agl'Illustrissimi, e Sapientissimi Giudici, che compongono cotesta Illustrissima Congregazione, stimerò bene di rendergliene piu agevole la risoluzione, con dividerla in piu parti, imperciocchè dandosi, con tale divisione, ordine, e chiarezza alla questione da decidersi, in conseguenza si rende piu facile il giudizio, che di quella deve formarsi.

§. I.

Si premette la regola, colla quale si deve procedere nello stato presente della Causa.

Avanti di assumere l'esame dell'Articolo, cioè se la Camera sia obbligata a supplire la deficienza, e mancanza di detta annua rendita da prendersi, come si è detto, da un certo, e determinato fondo assegnato agl'Eminentissimi Titolari pro tempore ; Credo, che molto conferisca il premettere una regola commune, e generale da osservarsi indispensabilmente in tutte le Cause : ed una riflessione speciale da farsi intorno alla natura, o qualità di 3
quella, che oggi si tratta, della quale il dottissimo *Giofeppe Averani interpretat. jur. lib.* 2. *cap.*27. così parla= *In celebri illa quæstione, quæ sæpenumero in Foro agitatur, an assignatio certi fundi, vel loci, vel summæ facta censeatur taxationis, vel demonstrationis causâ, multæ occurrunt Leges, quæ videntur inter se pugnare, & accuratâ indigent explicatione. Non rarò hac de re disputandum est, nam facilè evenire solet,* 4
ut fundus destinatus, & assignatus, vel initio, vel progressu temporis non sufficiat ad erogandum debitam præstationem: quo casu, si taxationis gre-

gratiâ fundus est assignatus, non tenetur alinnde supplere, qui ad eum præstationem est obligatus, si verò demonstrationis causâ sit adjectus, supplere tenebitur, & integram præstationem solvere, etiam si ex fundo assignato redigi non possit =.

La regola commune, e generale si è, che l'Eminentissimo odierno Titolare in questa Causa sostiene la persona, e le veci di Attore,
5 onde è tenuto a provar pienamente il fondamento della sua intenzione, cioè della petizione, & azione, che propone, come si dispone nella *Legge Ei incumbit 2., la leg. Ab ea part. 5., e la leg. Venient 21. ff. de probationib., e la leg. Si de possessione 20., e la leg. Actor 23. del Codice al medesimo titolo*; di modo che essendo il Reo, quale in questa Causa è la Rev.
6 Camera, esente dal peso di qualunque prova, gli basta per rigettar l'Attore, d'intorbidare, e render dubbia l'azione, e pruove del medesimo, secondo il *Testo nel cap. In præsenti 8. de probation., ed ivi la Glosa alla parola dubium, e l'Innocenzo, l'Ostiense, il Panormitano*, ed altri, e ne insegnò il *Bartolo nella leg. si quis intentione 66. ff. de Judic., il Baldo nella leg. quoties 9. ff. de hæredib. instit., la Rota avanti Priolo decis. 273. numer. 13., e nelle recent. decis. 466. num. 18. part. 19.*, facendosi in questo caso luogo al comune assioma, che insegna,
7 il Reo doversi sempre assolvere ogni qualvolta l'Attore concludentemente non prova la sua intenzione, poichè vince per non *Jus Actoris*, come nella detta *legge Actor, e nella leg. 4. Cod. de edend., con altri appresso il Tabor. axiomat. jur. lib. 1. cap. 24. axiom. 8.*, colli concordanti luoghi de' Dottori, e della Sagra Rota, che potrebbero allegarsi.

Queste regole non meno certe, che ben note alli Sapientissimi Giudici, molto maggior forza anno, quando il possesso, e le ragioni
8 del Reo vengono confermate coll'autorità di lunghissimo tempo; quale ogn'un sa quanto vaglia a favore del Possessore, e quanta forza abbia per escludere affatto l'Attore, secondo il *Franco nel cap. ad decimas num. 7. in 4. limitat. de restitut. spoliator. in 6., il Postio de manutent. observat. 44. num. 23., e seguenti, la Rota dopo il medesimo decis. 595. num. 7.*, e ne l'insegna anche il *Grozio de jur. bell., & pacis lib. 2. cap. 4. §. 2.*; Imperciocchè parlando colle parole del *Puffendorfio de jur. natur., & gent. tom. 1. lib. 4. cap. 12. §. 9. in fin. = Cum enim dominia rerum introducerentur, id quoque pacis causâ placuisse, ut qui aliquid neque vi, neque clam, neque precariò suo nomine possideret; tantisper Dominus præsumeretur; quoad ab altero contrarium probaretur: Qui autem per longissimum temporis*
9 *spatium, per quod nemo mediocriter diligens rem suam negligere creditur, qui bonâ fide possederit, serum petitorem planè posset repellere, quia non citiùs rem suom vindicatum iverit =*, & ivi il *Barbeyrac. nella nota prima*.

Se dunque secondo l'insegnamento di questo gravissimo Autore ogni qualvolta per lunghissimo spazio di tempo, nel decorso del quale non può credersi, che chi sia, mediocremente diligente ne' suoi affari, abbia trascurato di ripetere quel che gl'appartiene, può il Possessore per la sola ragione del luogo possesso, goduto con buona fede, rigettare chiunque presuma di turbarlo, che dovrà dirsi nel caso nostro, nel quale a favore della Rev. Camera concorre un pacifico possesso, o osservanza centenaria, senza che in un tempo abbia ricevuta molestia alcuna da tanti sapientissimi, e vigilantissimi Titolari, quali mai anno preteso, che dalla medesima le si dovessero supplire le mancanze, e diminuzioni dell'annua rendita di scudi mille, che di tempo in tempo sono seguite; sicchè con giusta ragione può dirsi, che alla medesima suffraghino tutte le ragioni, e titoli, che possono competergli in vigore d'una 10
tale osservanza centenaria, come ferma la *Rota avanti Coccino dec. 1229. num. 13., e avanti l'Emerix giuniore decis. 630. num. 7., dec. 1170. num. 3., & in una Leodien. Canonicatus li 23. di Gennaro 1711. §. Aliàs enim avanti la chiar. mem. del Card. Scotti*, e ne' nostri termini ben dice la *Rota avanti la chiar. mem. del Card. Caprara decis. 583. num. 39.*

In vano poi si opporrebbe, che il tempo di detta centenaria non si debba misurare dal giorno, ed anno, nel quale agl'Eminentissimi Titolari in ricompensa delle piggioni del Palazzo fu assegnato l'investimento in tanti Luoghi di Monte, ma che si debba numerare dal tempo, in cui cominciarono a seguire le reduzioni de' medesimi, quale se si riguarda, si troverà mancar non poco al compimento della centenaria. Poichè una tale obbjezione pienamente si toglie con due risposte.

La prima si è, non esser necessario all'effetto, di cui si tratta, il corso di un'intiera, e compita centenaria, come oltre le Autorità, 11
poc'anzi allegate, ben disse al nostro proposito la *Rota nella Bononien. Pecuniaria li 22. di Giugno del 1718. §. Hæc utique avanti la bon. mem. di Monsig. Lancetta*, ivi = *Siquidem illud quamvis prima fructuum diminutio secuta fuerit usque de anno 1680. nunquam huc usque egit ad supplementum, neque Comitem Assignaturium, aut ejus heredem molestavit; itaut non spernenda contractus, & obligationis interpretatio indè resultet ipsius favore =*, e ferma il *Gusman. de evictton. cap. 30. num. 25.*, dove parla in termini più forti dicendo = *quinto, quando adesset aliqua dubitatio, jam cessaverat cursu tanti temporis (quo Ecclesia jam fuit erecta) quòd in vim interpretationis sufficit tempus decem annorum, & minùs sufficiebat, ut tenet Abbas &c., & in vim præscriptionis jam sunt transacti quadraginta anni &c. =* 12

E con ragione, perchè la Rev. Camera non abbisogna d'un'osservanza prescrittiva, bastandole la mera interpretativa, la quale s'induce, quando in qualche tempo si veda essersi così pacificamente, ed uniformemente osservato, secondo il *Fagnano nel cap. Tuæ num. 13. de Cleric.* 13

ric. non resident., *Rosa consult.9. num.41.*, *la Rota nelle recent. decis.448. numer. 3. part. 1.*, *avanti il Mantica decis.304. num.4.*, *avanti Dunozzett. giun. decis.937. num.25.*, *avanti Cavaler. decis.427.num.2.*, dove dice bastare, che così si sia osservato per lo solo spazio di dieci anni, *avanti la san. mem. di Alessandro VIII. decis.175. numer.11.*, che ferma non ricercarsi, che l'osservanza sia legitimamente prescritta, e che perciò per indurre un'osservanza sempli-
14 cemente interpretativa, basti un solo atto, ottimamente la *Rota decis.520. nu.10. par.13.*, *con altri allegati nel Voto di Monsignor Severoli, impresso dopo il secondo Volume delle Dissertazioni Ecclesiastiche di Monsig. Pitoni al num.7.*, nel caso nostro non il solo decennio, nè un solo atto, ma vi concorre tanto tempo, e tanti atti, quanti sono quelli, ne' quali gl'Eminentissimi Titolari pro tempore si sono contentati di prender li soli frutti, che rendeva l'investimento de' Luoghi di Monte loro assegnato, ed una tale osservanza interpretativa deve atten-
15 dersi ancora per la retta intelligenza non solo di qualsivoglia Legge, come nella *leg. si de interpretatione 37. ff. de legib.*, *e nel cap. cum dilectus 8. de constitut.*, ma ancora delle Bolle, Privileggi, e Ordinazioni Apostoliche, giusta la *Rota avanti Danozzett. giun. decis. 869. n.11.*, *e dopo detta decis. 175. nu. 10: avanti Alessandro VIII.*, prova *il Palma nell'allegazione 107. num.18.*, *e seguenti*.

La seconda risposta si desume sì dalla natura della cosa, come anche da ciò, che è seguito dopo l'assegna di detto fondo fatta a comodo
16 degl'Eminentissimi Titolari, risultando da tutto ciò una perfetta, e compita centenaria ad effetto di provare a favore della R.Cam: una rigorosa, e pacifica osservanza, ed una non mai interrotta acquiescenza degl'Eminentissimi Titolari, ai quali, come s'è detto, fu consegnato un'Iuvestimento in tanti Luoghi di Monte, di sua natura soggetti alla riduzione, e diminuzione sì ne' capitali, che nei frutti, e ne avevano già avanti gl'occhi gl'esempj antecedenti; onde, essendosi quello accettato, senza aver provveduto ad un tal caso, giusta le circostanze, e cambiamento de' tempi, di sua natura contingibile, una tale accettazione fatta da chi sapeva la qualità, e natura di un simil
17 fondo, opera, essersi soggettato al pericolo, al quale, secondo quella, era sottoposto dopo la consegna, che glie n'era stata fatta, secondo il *Graziano discept.520. num. 26. & seguenti*.

Come chiaramente si comprova col fatto susseguito, poichè senza mai reclamare contro le riduzioni sopravvenute, hanno gli Eminentissi-
18 mi Titolari pro tempore percetti li frutti di detti luoghi di Monte loro assegnati; secondo dunque la *decisione allegata nel §. S'e dunque*, *e §. La prima*, ed il *Gusman. de evict. quæst. 30. num.41.*, dove dice, che = *qualitas sequentis possessionis declarat animum Contrahentium circa interpretationem, & intelligentiam verborum contractus* = ciò dimostra, qual sia stata la natura del contratto, e conferma l'osservanza di cento anni, mentre, e nel principio di esso non s'è provveduto al pericolo, che come probabile potea prevedersi, e nel proseguimento del medesimo mai si è reclamato, come si prova dalla *Rota nelle recent. decis. 809. num. 17.*, *e seguente par.18.*, *avanti la chiar. mem. del Cardin. Caprara dec.756. num. final.*, *avanti l'Emerix. giuniore decis. 803. num. 15.*, *nella decis. 48. n. 9. dopo l'Antonello de Jurib. & onerib. Clericor.*, *e nella Nullius Terræ Pratalarum Jurisdictionis li 17. di Novembre 1724. §. Nec plura in fin. avanti Monsig. Calcagnini*.

Fin'ora s'è dimostrato, che l'Eminentissimo Titolare moderno dal lungo corso d'una compiuta centenaria, o almeno di lunghissimo tempo vien disarmato di quelle concludenti pruove, alle quali come Attore è tenuto; ma benchè la Rev: Cam. non voglia desumere la sua difesa dalle sole regole comuni, nè dalla sola ragione estrinseca dedotta dal beneficio del tempo, mentre le assistono altre validissime ragioni; nondimeno, come s'è accennato al §. *Avanti*, non può tralasciarsi di aggiongere, che nell'odierna controversia il peso di qualunque prova si rende all'Attore più grave, attesa altra ragione speciale dedotta dalla qualità, e natura dell'articolo, di cui si tratta, poichè, siccome altrove s'è detto, sè per liberare il Reo da ogni molestia, e per rigettare l'azione dell'Attore basta la sola dubbietà, nel nostro caso non potrà rivocarsi in dubbio, che veramente siamo in una questione molto ardua, molto dubbia, e molto difficile a decidersi tanto per la moltiplicità delle leggi, che possono por-
tarsi hinc inde, come anche per le diverse re- 19
gole, e distinzioni insegnateci dalli Dottori per la spiegazione, ed interpretazione di dette Leggi, quali possono parer contrarie, come osserva *Merlino Pignattell. cent.2.contr.82.n.10.*, e seguenti riferito da *Carl'Antonio de Luca al Franco decis.483. al num.6. vers. Gratius de expensis, & alla decis.721. al num.10.*, *il Sudarino al respons.7. nu.5.*, ed il Sig. *Giuseppe Averani* nel luogo citato.

Supposte dunque dette regole, alle difficoltà, che possono incontrarsi nella retta decisione d'un simile arduo articolo li Dottori, or ora citati, a' quali si aggionge il *de Luca al Franco* nella *decis.483. al luogo allegato, & decis. 721. num.10. in fin.*, aprendoci la strada più sicura per rinvenire la verità, nè insegnano, doversi investigare, ed andar rintracciando colle con-
getture, ed altri legitimi argomenti la volontà 20
del Disponente. Per tanto lasciando alli Difensori dell'Eminentissimo Attore il peso di chiarire, e dileguare con ragioni manifeste la dubbietà di questo Articolo, preso in astratto: nel caso concreto, in cui siamo, basterà alli Difensori della Rev: Camera di mostrare, che in esso ogni controversia vien tolta dalla chiara volontà, e disposizione fatta da chi aveva la libera, ed assoluta potestà di asseguare un tal fondo *taxativè*, e non *demonstrativè*, senza,

che

che in alcun tempo gli rimanesse l'obbligo di supplire da altra parte l'intera annua prestazione, per la somministrazione della quale, nel progresso del tempo non fosse piu bastato il fondo, da principio assegnato. Qual volontà per se stessa, come or ora dimostreremo, assai chiara nel nostro caso, in oltre si diluciderà, e confermerà con applicarvi le regole, dal comun consenso de' Dottori, e Tribunali insegnateci per la decisione di tal controversia.

§. II.

Si prova, la dismembrazione del Palazzo fatta dalla Chiesa di S. Lorenzo in Lucina, ed incorporazione, e appropriazione del medesimo alla Rev: Camera, esser seguita colla pienezza dell'assoluta potestà del Papa, con derogare, e togliere qualunque dritto, e ragione, che per l'avanti sopra di quello competeva alla Chiesa, al Cardinale Titolare, ed al Sagro Collegio, ed a chiunque altro.

NAsce la presente quistione dal noto fatto del Sommo Pontefice Urbano VIII., quale già con somma chiarezza riferito da Monsignor Commissario della Rev: Camera, potrebbe da me tralasciarsi, nondimeno per adempire quello che richiede il metodo dello scrivere, e la ragione della difesa, mi si dovrà benignamente condonare, se da me ancora verrà repetito, osservando, come molto bene s'è fatto da Monsig. suddetto, tutte le parti del Chirografo di detto Sommo Pontefice, quale unicamente si deve riguardare, come regola, e legge da osservarsi per la decisione della controversia presente.

Si narra in d. Chirografo, esser stati comprati il giardino, ed altri siti ereditarj del Cardinale Ippolito d'Este per incorporarli al Palazzo Apostolico Quirinale. Il Cardinale Alessandro d'Este, col quale era stata trattata, e conclusa detta compra, supplicò nell'istesso tempo il Papa, acciò volesse permettergli la compra del Palazzo contiguo alla Chiesa di S. Lorenzo in Lucina, quale si godeva, e possedeva dal Cardinal Titolare della medema, con offerire di dare col prezzo si di detto Palazzo, che del giardino, e siti venduti per comodo del Palazzo Apostolico, la ricompensa della piggione, che il Titolare era solito cavare dal detto Palazzo. Permise il Papa, ed approvò tal compra per lo prezzo, secondo la stima fattane, formato in scudi trentasei milla; e l'erogazione ancora di questo da farsi secondo quello, che col consenso ancora del Cardinal Peretti, allora Titolare, precedentemente s'era convenuto col Cardinale Alessandro. Qual poi dovesse essere l'erogazione di detto prezzo, a chiare note dal Papa si spiega nella narrativa di detto Chirografo, dicendo = *E da detta stima avendo Noi veduto, che col prezzo di esso* cioe del Palazzo, *Noi potevamo dare la ricompensa al detto Cardinale Titolare, & anco senza dispendio alcuno della nostra Camera comprare, & acquistare per la Sede, e Camera Apostolica, e pagare il prezzo delli sudetti giardino, e siti, per questo ordinassimo &c.*

Per la morte del Cardinale Alessandro d'Este, benche rimanesse ineffettuata la vendita del Palazzo à favore del medesimo, nondimeno il Principe Michele Peretti, che di detto trattato avea piena notizia, supplicò il Papa, che volesse = *fargli la grazia del medemo Palazzo, con offerirsi di pagare l'intiero prezzo in danari contanti, e tra lui, e nostri Ministri essendosi concordato nella stima di nuovo fatta da Carlo Maderno di comun consenso* = (Rimanendo però nell'animo, e mente del Papa quella, che egualmente, che la ricompensa del Titolare, era stata la sua prima, e principale intenzione, cioè di rimborsare la Rever. Cam. di quanto s'era speso per la compra delli suddetti giardino, e siti) così si soggiunge in detta narrativa = *quale stima arriva à segno tale, che si può dare la ricompensa al Cardinal Titolare come sopra, & anche rimborsare la nostra Camera delli detti sc. 12500. pagati per il prezzo delli giardino, e siti suddetti compri dal Duca di Modena, come sopra, ovvero estinguere il debito per causa di detto pagamento contratto con detto Marcello Sacchetti, per questo, & anco per utile tanto di detto Cardinale Titolare, quanto anco della nostra Camera, abbiamo risoluto di simil volontà, e consenso di detto Cardinale Titolare, che si venghi alla vendita di detto Palazzo.*

In esecuzione di quanto piu latamente s'espone in detta narrativa, venendosi nella dispositiva del Chirografo alla conclusione del contratto, e dicendo il Papa, volersi servire della pienezza della sua assoluta potestà, così comandò à Monsignor Tesoriere di quel tempo = *Di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra assoluta potestà vi ordiniamo, che à nome nostro &c., atteso il consenso predetto,*
e perche così à Noi piace di fare, liberiate &c. = 21
Le sole clausole = *di nostro Moto proprio, certa scienza &c.*, = e la deroga in altra parte del Chirografo fatta à *tutte le solennità etiam sostanziali, e formali, che vi si ricercassero* = abbastanza avrebbero potuto dimostrare, qual fosse la deliberata volontà del Papa, mà tolta ogni ambiguità, chiaramente manifestò di volersi intieramente servire della sua suprema potestà coll'altre clausole immediatamente soggionte, cioe quella = *e pienezza della nostra assoluta potestà Apostolica &c.*, come fermano *Baldo nella leg. 2. num. 16. Cod. de servit., & aqued.*, *l'Abbate* al *cons. 84. lib. 1*, *leg. Angelo cons. 368. num. 2. vers. quartò idem Dominus*, *Marta de clausf. par. 1. clausf. 259. al num. final.*, il *Barbosa* nel medemo *trattato clausf. 32. n. 20. e seguenti, & post. decis. Remboldi vot. 1. numer. 376. e seguenti*, e l'altra clausola = *E perchè così à noi piace di fare* = imperciocche attesa la potestà della Legge regia trasferita nel Principe supremo = *quod Principi placuit, Legis ha-* 22
bet vigorem = come nella *leg. 1. ff. de Constit.*

Prin-

Princip., onde à questo proposito bene osservo il *Tesmero nelle note ad Ugone Grozio de Jur. bell., & pac. lib. 2. cap. 16. §. 8. lit. A. in fin. = solemne est Regi Galliæ subnectere Diplomatibus, Edictisque suis = car c' est mon bon plaisir*, e considerando tutte le suddette clausole, latamente prova il *Gobbio nel tom. 2. delle consult. decisiv. consultat. 50. sotto il num. 19. pag. 310. e num. 14. in fin. pag. 315.*, & avanti al *num. 6. pag. 316.*, e sotto il *num. 8. pag. 319.*, da che ne siegue ancora contro un tal'atto fatto *de plenitudine potestatis* non potersi opporre cosa alcuna, che l'annulli, *Gozadin. cons. 8. num. 43.*

Se dunque, *cum in verbis nulla ambiguitas*
23 *est, non debet admitti voluntatis quæstio* = avendo nel caso nostro il Papa con clausole, e parole così espresse spiegato di servirsi *della pienezza della sua assoluta potestà* = in vano per restringer l'uso di essa, si opporrà, in tal'atto
24 esservi intervenuto il consenso ancora del Titolare, ivi = *atteso il consenso predetto* = poiche, qualunque per l'avanti fosse il dritto, ò dominio del Cardinal Titolare sopra detto Palazzo; nondimeno, non potendosi dubitare, che il Papa abbia potuto, e voluto di sua assoluta potestà dalla sua Chiesa di S. Lorenzo in Lucina, e suo Titolare trasferirlo, incorporarlo, ed appropriarlo alla sua Rev. Camera, da ciò nè siegue, come si dirà in appresso, che il Papa avendo potuto, & altresì voluto servirsi di questa sua piena, & assoluta potestà; per la validità, e perfezione dell'atto non v'intervenne il consenso del Titolare, quasi che senza di questo non si potesse validamente celebrare: poiche, come manifestamente appare dalla natura di esso, non si celebrava per via di contratto, nel quale si richiedesse il reciproco consenso delle Parti, come si richiese nella vendita, e respettiva compra stipolata col Principe Peretti; mà dipendeva dall'assoluta potestà, e volontà del Papa, quale se disse, tal dismembrazione farsi col consenso del Titolare, ciò disse per dimostrare la convenienza, avanti, che quella si concludesse, usata nel trattarla col Cardinale Titolare, ed acciò mai in avvenire potesse sotto qualunque colore opporsi, essere stato ciò fatto senza aver sentito il Cardinale Titolare di quel tempo.

Nè mancano gl'esempj, co' quali si provi, che il consenso non sempre si richiede, perchè
25 quello, quale deve prestarlo, veramente faccia e come causa efficiente cooperi all' atto, mà solamente perchè non l' impedisca, e come dicono li Dottori = *Quandam obstantiam de medio tollat* = Ciò può provarsi colla *leg. Si Pater filia 4. in 4. in fine ff. de manumiss. vindict.*, dove il Giurisconsulto così rispose = *Sed si pi-*
26 *gnori obligatum sibi minor viginti annis manumittitur: quia non tàm manumittere is, quàm non impedire manumittentem intelligitur* = e nel-
27 la *leg. Aliud 120. ff. de regul. Jur.* si dice = *Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.*

Questo si conferma ancora con ciò, che li Canonisti dicono ne' termini dell' elezione; rispetto alla quale se per consuetudine, per convenzione, ò per special privilegio, dal Papa conceduto anche ad un Laico si disponga, che non possa celebrarsi senza il consenso di un Collegio, Capitolo, ò altri, un tal consenso non si ricerca, quasi che il Consenziente elegga, e faccia l'elezione, mà basta, che si dia
anche dopo quella seguita, ò al più nel trattarsi 28
la medema: senza però, che l' impedisca il contrario dissenso, quando non si opponga con giusta causa, come ferma il *Gio. Andrea nel cap. Cum in veteri 52. de elect. in tutto il numer. 19.*, nel fine del quale così dice = *Quod si consuetudo, & conventio alicui Collegio, vel personæ Ecclesiasticæ, vel privilegium speciale Papæ, etiam laico hoc jus dederit, quod sinè consensu suo non fiat electio, tùnc requiri debet in tractatu electionis, non tamen impediretur electio, etsi non consentiat, nisi causam prætendat* = l' opinione del *Gio: Andrea*, è seguita *dall' Ostiense nel medemo cap. Cum in veteri numer. 4.*, dove nel fine riferisce *ad literam* le parole dell' altro; magistralmente ciò conferma il *Panormitano al num. 12.*, è gl'altri Canonisti comunemente in detto *capit.*, cioè il *Zabarella*, *l' Ancarano*, quale ciò prova anche nel *cap. Si ad Episcopum al numer. 4. col. 3. post med. vers. Primo casu nè sed. vacan. lib. 6.*, *il Bellamera num. 11.*, *il Butr. numer. 18., e seg.*, *e nel cap. Cum olim num. 6. de arbitr.* e pienamente *Enrico Boich. nel d. cap. Cum in veteri num. 3., e seg.*, dove parimente trascrive le parole del *Gio: Andrea*; Questo appunto pare, che il Papa abbia voluto dinotare con quelle parole = *Atteso il consenso predetto*, = cioè, essersi sentito il Signor Cardinale Titolare, quando si
trattò della dismembrazione, ed incorpora- 29
zione fatta alla Reverenda Camera Apostolica del suddetto Palazzo, e si stabilì la ricompensa, in luogo di quello assegnatale nel tempo, e circostanze, che non più il Titolare, mà il Papa, e la Reverenda Camera era Padrona del Palazzo, e del prezzo del medesimo.

Qual poi fosse l'uso, ed effetto, per lo quale si volesse servire di questa sua assoluta potestà, non contento di averne più che chiaramente spiegata la sostanza nella narrativa, con maggior distinzione spiegò il tutto nella dispositiva del Chirografo. Poichè per dar maggior fermezza, e stabilità à quanto era per disporre. In primo luogo colla pienezza, come s'è detto, della sua assoluta potestà, e perchè così gli piaceva di fare, ordinò à Monsignor Tesoriere, *Che à nome nostro atteso il consenso predetto* cioè del Cardinal Peretti, allora Titolare, *liberiate, dismembriate, e dividiate, siccome noi adesso liberiamo, dismembriamo, e dividiamo il detto Palazzo, contiguo alla predetta Chiesa di San Lorenzo in Lucina, solito à godersi dal Cardinale Titolare pro tempore di detta Chiesa, con tutte le sue ragioni, membri, pertinenze, adjacenze, usi &c., tanto di ragione, come*

me di fatto, & in ogn' altro modo della proprietà, dominio, potestà, giurisdizione, autorità, amministrazione, uso, & esercizio, e da qualsivoglia altra ragione di detta Chiesa, suo Titolare pro tempore, e del Collegio de Cardinali.

In questa dismembrazione conceputa, come si vede, colle piu ample parole, e clausole, colle quali si potesse spiegare la volontà del Papa, fu ancora ordinato di liberare detto Palazzo = *anco* (così si legge nel Chirografo) *anco da ogni, e qualsivoglia peso, tanto ordinario come estraordinario &c.*, che esso Palazzo si trovasse gravato, e che detto Palazzo *con suoi membri, & altre case sudette così libero, & esente tanto alla proprietà come all'utile dominio, senz' altra apprensione di possesso, l' applichiate, appropriate, & incorporiate, siccome da adesso noi l' applichiamo, appropriamo, & incorporiamo, diamo, & in perpetuo assegniamo à detta nostra Camera, in modo tale, che à detta Chiesa, Cardinale pro tempore Titolare di quella, Collegio de Cardinali, & à qualsivoglia altra persona sopra quello per l' avvenire non resti, ne competa ragione, ne azione alcuna.*

Costando dunque evidentemente della volontà del Papa, e non potendosi, secondo il comune, e volgato ditterio investigarne la
30 ragione, con domandare al Supremo Pcincipe *cur ità facis? Bald. in prælud. feudor. al n. 34., Soccin. Gjun. cons. 76. num. 41. lib. 1.*, e comunemente tutti, potrebbe parer superfluo il provare, che dovesse avere il suo pieno effetto, e libera esecuzione la detta dismembrazione, ed approvazione del suddetto Palazzo fatta à benefizio della Reverenda Camera, quale per altro dovea maggiormente aver luogo,
31 trattandosi dè Beni spettanti ad una Chiesa particolare, ò perchè di questi il Papa si dice Sovrano Padrone, per la libera disposizione, e dominio, che ne hà, come definì *Giovanni XXII. nell'Estravagante cum inter 4. de verbor. significat.*, dove come falsa, & erronea si rigetta l'opinione contraria, ed egregiamente vien confermato dall' ottima *Glosa del Zanzelino, e del Cardinale nella Clementina prima de Summ. Trinit. & fid. Catholic.*, ed ivi anche il *Barbatia numer. 4., e 6.*, e lo provano il *Baldo cons. 175. num. 2. vers. Dominus Papa lib. 2.*, latamente il *Peregrino de Jur. Fisc. lib. 1. tit. 3. num. 83., e seg., Marg. de Benefic. quæst. 2. §. 2. num. 264., & quæst. 9. sect. 2. num. 217., Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 12. num. 4., & seq., Sperell. decis. 154. n. 41.*, quale dice, questa piena, e libera disposizione spettare al Papa jure monarchico, che egli hà sopra tutto il corpo della Chiesa, e singoli membri della medesima, la *Ruota appresso il Tamburino de Jur. Abbat. dec. 20. num. 11., e seg.*, avanti il *Merlino decis. 775. num. 2., e più seg.*, con altri riferiti *dall' Eminentissimo Petra ne' suoi Commentarj alle Costituzioni Apostoliche tom. 1. nella Costitut. 1. di Leone il Grande sect. 3. numer. 66., e seg. fol. 84.*

O certamente perchè almeno n'è l'assoluto, e Supremo amministratore, e dispensatore, come dicono il *Fagnano nel cap. Quanto n. 82., e* 32
seguenti de translation. Episcop. nella 2. part. del 1. dell' Decretal. tom. 2. fol. 137., dove coll' autorità dell' Angelico *Dottore*, e del *Cardinal Cajetano* prova, che il Papa rispetto alle cose, e Beni delle Chiese *tenet apicem supremæ potestatis dispensativæ, Tommaso del Bene de Immunit. Eccles. tom. 1. cap. 1. dubitat. 1. sect. 3. num. 4., & dubitat. 14. sect. 1. num. 16., e seguenti*, coll' assoluta disposizione, e domenicale amministrazione, quando vi concorre giusta causa,
secondo il *Testo nel cap. 2. in princ. de Præbend.,* 33
& Dignitat. al lib. 6., nella Clement. 1. in fin. tit. Ut lite pendente, il Fagnano nel cap. Relatum num. 29., e seguenti al tit. ne Cleric. vel Monach. tom. 4. alla 2. part. del 3. del Decretale al fol. 412. e provano gl' altri allegati nel numero antecedente, a quali si aggiungono il *Romano cons. 369. num. 27., Novar. in manual. cap. 23. nu. 108. vers. Octavo infertur, Barbos. al vot. decis. 96. nu. 48., e seg., la Ruota avanti il Merlina alla detta decis. 775. nu. 21., e seg.* qual giusta causa sempre si presume per sostenere un atto con deliberata volontà fatto dal Principe Supre-
mo, giusta la *Glosa nella leg. Relegati ff. de* 34
pæn., il Felin. nella leg. Quæ in Ecclesiarum n. 66. de Constitut., il Mandell. Alba cons. 433. num. 6., & il Larrea allegat. fiscal. 3. n. 8., il Giurba observation. 8. num. 22., & observ. 30. nu. 2. ove altri. Per tanto, se il Papa certamente puotè, ed altresì volle così fare, dovrà riguardarsi come legittimamente fatto tutto ciò, che
gl' è piaciuto disporre del suddetto Palazzo, e 35
del prezzo di esso, per l' argomento dedotto dalla *leg. In conditionibus 41. ff. de pact., la leg. In re mandata 21. Cod. mandati*, e provano il *Bondeno collect. leg. 32. nu. 9., e seg. vol. 2., il Palm. allegat. 248. numer. 17., e la Ruota nelle recent. decis. 244. n. 11. par. 12.*

§. III.

Supposta la dismembrazione del Palazzo suddetto fatta dal dominio, e proprietà della Chiesa di San Lorenzo in Lucina, e Cardinale Titolare, e l'appropriazione, ed incorporazione del medesimo fatta à beneficio della Reverenda Camera, si viene con ciò à dimostrare, che l'Investimento assegnata per ricompensa al Signor Cardinal Titolare pro tempore, sia state assegnato taxativè, *e non* demonstrativè.

BEnchè forse troppo à lungo si sia parlato della dismembrazione dalla Chiesa di S. Lorenzo in Lucina, e dell' incorporazione, & appropriazione del suddetto Palazzo, colla suprema potestà del Papa fatte à favore della Reverend. Cam., con togliere affatto ogni ragione, e diritto, che alla Chiesa, Eminentissimo Titolare pro tempore, e Sagro Collegio de' Cardinali poteva competere, liberando di piu il medesimo da ogni peso trasferito, nella forma però, che si prescrive nel Chirografo

oot

nel prezzo di esso, acciò la Rever. Cam. mai potesse esser soggetta ad alcuna molestia; Crederei nondimeno, non doversi, quanto si è detto riputare inutile per la risoluzione della presente Causa, poichè, dipendendo questa dalla volontà del Papa, senza dubbio per riconoscere di qual natura debba essere la ricompensa, che dal medesimo fu assegnata al Cardinal Titolare, conferisce molto il fermare, come un antecedente necessario, chi nel tempo, che fù stabilita detta ricompensa, fosse il vero, e legittimo Padrone del suddetto Palazzo, e del prezzo di esso per meglio riconoscere, come, ed in qual forma quella da questo gli sia stata concessa.

Tutto ciò chiaramente apparisce dal contesto, e tenore del Chirografo, in cui il Papa, come si è osservato al §. *Si narra & al* §. *seg.*, ritenendo sempre immutabilmente ferma la volontà, ed intenzione sua di rimborsare col prezzo del suddetto Palazzo di quanto la Rever. Cam. aveva speso per la compra del giardino, e siti, con altro contratto incorporati, e, come s'è detto, liberamente acquistati al Palazzo Apostolico; sebbene volle ancora dare la ricompensa agl' Eminentissimi Titolari pro tempore; nondimeno, rimanendo sempre fermo l' acquisto del giardino, e siti sudetti, voluto, & ordinato senza dispendio alcuno della Camera, come chiaramente lo espresse con dire = *Mà avendo noi vedato, che col prezzo di esso noi potevamo dare la ricompensa à detto Cardinale Titolare, & anche senza dispendio alcuna della nostra Camera comprare, & acquistare per la Sede, e Camera Apostolica, e pagare il prezzo delli sudetti giardino, e siti* = quando poi si venne dalla medema Camera, dopo detta dismembrazione, ed appropriazione già divenutane libera, vera, ed assoluta Padrona, alla vendita del Palazzo col Principe Don Michele Peretti stabilita per lo prezzo concordato di scudi 36. mila, di questo prezzo, che certamente spettava à chi n'era l' indubitato Padrone, e faceva la figura di venditore, si dispone in detto Chirografo nella forma seguente, sempre conforme alla prima intenzione, e destinazione fattane dal Papa riservandone parte à benefizio della Reverenda Camera ancora.

Si ordina in esso, che detto prezzo si riceva da Monsignor Tesoriere, *e di quello* (sono le parole del Chirografo) *ne farete la debita quietanza, e di esso prometterete d'investirne, & anco ne investirete à favore del Cardinale, che pro tempore sarà Titolare della predetta Chiesa di San Lorenzo in Lucina, col consenso del Principe Peretti compratore, tanta somma in tanti luoghi di monti non vacabili, che faccia un annua entrata di scudi mille di moneta in ricompensa al detto Cardinale Titolare delle piggioni, che lui era solito cavare da detta Palazzo.*

Successivamente per via di condizione si prescrive, che detti Luoghi di Monte debbano stare *con titolo di primaria, e privilegiata Ipoteca obbligati &c. à favore del Compratore, e suoi &c., e secondariamente debbano stare per detto Cardinale pro tempore, & in tutto, e per tutto in luogo di detto Palazzo* trasferendo in oltre in quello ogni peso, *e gravezza di qualsivoglia sie s'intenda trasferita del tutto ne suddetti Luoghi Monte*, e provvedendosi alli casi futuri, si ordina, che *in evento di estrazione, ò estinzione di detti Luoghi di Monte, ò d alcuno di essi, si debba rinvestire in altri simili Luoghi, con il consenso* (cioè del Compratore, e suoi) *e vincoli come sopra* = E finalmente si comanda, che l'intiero prezzo trattanto si dovesse depositare nella Depositeria generale, sì *per fare il detto Investimento, come anche per rimborsare la detta nostra Camera del prezzo &c.*, & il resto, che vi *avanzasse, per spenderlo in benefizio del medemo Palazzo Apostolico*, provvedendo però all'indennità del Compratore colla promessa *d'evizione generale, e particolare in qualsivoglia Giudizio di detto Palazzo.*

Da tutto ciò dunque, che si dispone in detto Chirografo, manifestamente si dimostra, che mai fu volontà, e mente del Sommo Pontefice di dare al Titolare ricompensa equivalente all' intiero prezzo del palazzo, quando dal medesimo si ordina, che delli scudi 36. m., per i quali fu questo stimato, e venduto nel tempo, che già era incorporato, e appropriato alla Rever. Camera: Scudi 16. m. fossero applicati, & erogati, come sopra, â benefizio di essa; Sicchè la ricompensa, che dal Papa col sudetto prezzo si volle dare al S.g. Cardinal Titolare, consiste 36
unicamente in d. Investimento assegnatogli; Onde non potendosi dubitare, che quello fosse subito fatto, e consegnato, fu soddisfatta la promessa, come ben dice la *Rota* in una *Tridentina Mansionariæ seu Beneficii li 25. d' Aprile 1725. §. Ultrà quod* avanti *M. Ratta* = *Nèc ad supplementum cogi possant hæredes, qui per assignationem Capitalis, à Testatore demandati, eorum muneri & obligationi plenè satisfecerunt*, e resta ora solamente à vedere, se l'assegnazione del medemo sia stata fatta, come si dice, *taxativè* e non *demonstrativè*, di modo, che dopo la tradizione di un fondo, che portasse in quel tempo tal rendita, la Reveren. Cam. non sia obbligata in alcun modo à supplire le deteriorazioni, e mancanze, che ne' tempi successivi potessero seguire.

La decisione d'un tale articolo pare, che si renda chiara dalla volontà del Papa, quale se colla Suprema Potestà potè, e volle incorporare, ed appropriare alla sua Reverenda Camera il suddetto palazzo, ed in conseguenza il prezzo del medemo; da ciò necessariamente ne siegue, che sopra detto prezzo poteva imporre la legge, e condizioni, e disporne come più li piaceva, come di cosa, della quale n'era divenuto libero Padrone, colla pienezza di quell' istessa sua assoluta potestà, con cui si era appropriato il palazzo. Pertanto, se di detti 36. mila scudi volle, che la rata di 16. mila si ero- 37
gasse nelle compre più volte dette, acciò sen-

za *dispendio della Reverenda Camera* si provvedesse à maggiori comodi del Palazzo Apostolico: Quindi è, che, quando ordinò, che al Cardinale Titolare, non già gli si dovesse pagare un' annua quantità in genere corrispondente alla piggione, che si poteva ricavare dal palazzo; mà che se gli dasse un'Investimento in tanti Luoghi di Monte dell'annua rendita di scudi mille: l'assegna di un tal fondo sia stata fatta *taxativè*, e non *demonstrativè*, mentre da chi era padrone dell' intiero prezzo del palazzo, si volle liberamente, ed irrevocabilmente applicarne à suo comodo una parte, assegnando l'altra per investirla à benefizio del Titolare, quale per tanto con niun titolo può pretendere, che colla parte di detto prezzo, espressamente applicata, e destinata ad altro uso, si debba supplire la mancanza dell'annua rendita da prendersi sopra l' Investimento consegnatogli, come si prova dal *Gusman. de evict. quæst. 30. al num. 9. circa med.*, e meglio si dice nella Scrittura di Monsignor Commissario.

E ciò maggiormente deve aver luogo nel caso nostro, si perchè, come parimente molto bene si osserva da Monsignor Commissario nel *§. Massime sul Riflesso*, di detta sua Scrittura, ogni ver simile ragione vuole, che gli scudi 16. m. erogati per causa pubblica, cioè per sollievo dell' Erario Apostolico, ed à maggior comodo del Sommo Pontefice, che n'era Padrone; non dovessero, nè in alcun caso, nè in alcun tempo restare obbligati per l' utile privato del Titolare, al quale per altro sufficientemente si provvedevaSì ancora, perchè ogn'uno vede, che se la Reverenda Camera con quell' istesso prezzo applicato à tali usi, dovesse esser tenuta à supplire la pretesa mancanza della
38 rendita di detto investimento, non si adempirebbe la di lui espressa, & assoluta volontà, onde per evitare un tale assurdo, quale ammesso, nè tampoco la restituzione di tutti li 16. mila scudi appropriati à benefizio della Reverenda Camera, sarebbero sufficienti à supplire quanto manca per formare à favore dell' Eminentissimo Titolare l'intiera annua rendita di scudi mille, doverà necessariamente dirsi, che l'assegna, e tradizione di detto investimento sia stata fatta *taxativè* e non *demonstrativè*, come appresso il *Franco* nella *decis.483. numer.8.*, e prova *Carlo Antonio de Luca* alla *decis.721.* del medesimo, sotto il *num. 11. versic. Conjectura*, dove riferisce una allegazione dell' Avvocato Caffaro, e bene osserva la *Rota* nella *Romana Fundationis Monasterii li 10. Decembre 1714. §. Ex Testamento* avanti la b. me. di *Monsig. Lancetta, e li 30. di Marzo del 1716. §. Momenta igitur* avanti la bon. me. *di Mons. Cerri*, dovendosi in oltre avvertire, che qui manca ogni promessa, ed obbligo della Rev. Camera per lo mantenimento della rendita di dd. scudi 1000.

Ciò più chiaramente si conferma dal leggersi in detto Chirografo trasferito del tutto ogni peso, *e qualsivoglia* gravezza nel fondo, ed investimento assegnato al Signor Cardinale Ti- 39
tolare. Se dunque con simili parole, e clausole, quali di sua natura comprendono tutto, e niente escludono, come della parola = *del tutto* = prova il *Monaco decis. Lucens. 53. num.36.*, & il *Barbos. de diction. usufreq. diction. 418. al num. final.*, e della parola = *qualsivoglia* = provano dalla *leg. Cum quid ff. si cert. petat.*, e dalla *leg. Omnes Cod. de quadriennal. præscript.*,
molti appresso il *Barbos.* tra le dizioni frequen- 40
ti *dict.320. n.1.*, ove ancora, che comprende qualunque ancorchè minima cosa, e al *nu. 2.*, e *9.*, il *Surdo* nella *decis. 99. num. 10.*, e la Sagra *Rota avanti Coccino nella decis. 1001. n.5.*, e *6.*, si è voluto trasferire io detto investimento qualsisia gravezza, come potrà dirsi, che sia rimasto alla Rever. Cam., ed al Papa il pe-
so, certamente grave più d'ogn'altro, di sup- 41
plire in perpetuo la deficienza d' una tal rendita, quando, non trattandosi della promessa d'un'annua quantità in genere, mà d'un'annua rendita, coll'assegna d'un fondo di tal rendita, nell'assegnarlo, non si trasferisce un'azione personale, mà un Jus reale attivo, e passivo sopra il fondo consegnatogli, come ne' nostri termini ferma la *d. decisione avanti Cerri la 433.*

Di più considerandosi in detto Chirografo *l'evento di estrazione, ò estinzione di detti Luoghi di Monte. ò di alcuno di essi*, si ordina, che si debbano rinvestire: in vero questo era un luo-
go assai opportuno per provvedere, e spiegare, 42
che in caso della diminuzione dell'annua rendita assegnata agli Eminentissimi Titolari *prò Tempore*, fosse la Reverenda Camera tenuta à supplirla; insegnandoci la quotidiana sperienza, che nel caso di dette estrazioni si diminuisce il capitale, ed in conseguenza la rendita dei Luoghi di Monte; sicchè non essendosi à ciò provveduto in simil caso, frequentemente contingibile, ed in cui necessariamente doveva provvedersi, ne siegue, che nè il Papa volesse à ciò obbligare la sua Camera, e suoi Successori, nè che il Titolare lo pretendesse; onde deve dirsi, che il provvedimento tralasciato in un caso non solo ovvio, mà preveduto, sia stato deliberatamente omesso, perchè non s'è voluto, secondo la regola, che ne insegna, che =
quod in simili circostanze, *fuit omissum, habe-* 43
tur prò consultò omisso = della quale nella *legge Commodissimè 10. ff. de liber. & posthum.*, ed esornata dal *Tabor.* trà gl'assiomi legali al *lib.13. cap. 21. assiom.1. nel princip.*, e osserva il *Rocca* tra le disputazioni selette al *cap. 160. numer.43.*, e la *Rota ad ornat. del Card. de Luc. libr. 7. decis.4. n.21. e al lib.10. decis.12. num. 16.*

Altro simile argomento si desume dal vedere, che dopo avere il Papa provveduto all' indennità del Principe Peretti Compratore del Palazzo, con ordinare, che non solo detti luoghi di Monte dovessero *perpetuamente stare con titolo di primaria, e privilegiata ipoteca obbligati, & ipotecati &c. à favore di detto Principe* =, in oltre à favore del medemo ordinò la pro-

promessa dell' *evizione generale*, *e particolare in qualsivoglia Giudizio di detto Palazzo*; siccome ogni ragion voleva, che questa si promettesse à favore del Compratore, e che per la medesima restassero obbligati, & ipotecati tanto iLuoghi di Monte comprati con parte del prezzo sborsato dal Compratore, quanto anche fosse tenuta la Reverenda Camera, à comodo della quale era stata erogata l' altra parte del prezzo suddetto; così all' incontro non leggendosi promessa à favore del Titolare, da ciò nasce un chiaro argomento, che si sia tralasciata perchè molto bene si conosceva che niuna ragione l'obbligava à prometterla à favore del Titolare, al quale si assegnava l'annua rendita destinatagli, colla tradizione d'un Investimento liberamente consegnatogli, e passato nel di lui dominio, come latamente prova il *Gusmano* in più luoghi, di detta *questione 30.*, vedendosi dunque tralasciato di opporre à favore del Titolare un patto così sostanziale, che senza un' inavvertenza inescusabile non poteva omettersi in un atto, nel quale con tanta circospezione con un simil patto si provvedeva all' indennità del Compratore, si deve necessariamente dire omesso, perchè s'è voluto omettere, come s' è detto nel *§.* antecedente.

44

Ed in vano per evitare la forza di tali argomenti, si opporrebbe, che li medesimi potrebbero aver luogo nel caso, che la Camera avesse assegnato un investimento di scudi 36. mila uguale al prezzo del Palazzo; Poichè questo è un discorrere, col supporre ciò, che è in questione, vedendo ogn' uno, che in tal caso senz' alcun colore si proporrebbe la contraria pretensione, ed istanza, quale può promuoversi nelle sole circostanze del presente caso, in cui da chi ne aveva la piena potestà, in luogo dell' intiero prezzo, si sia voluto dare al Titolare il solo investimento d' una tal' annua rendita; mà nemeno in questo caso può aver luogo una simile considerazione; poichè, avendo il Papa ordinato, e colla pienezza della sua assoluta potestà comandato, che parte di detto prezzo, consistente in scudi 16. mila, libero, ed esente da ogni peso si applicasse, ed erogasse per isgravio della Reveren. Cam., e à benefizio del Palazzo Apostolico; certamente non può rimanere al Titolare azione alcuna esercibile sopra detta parte del prezzo, quale come s'è provato nel *§. Costando dunque*, *e seg.*, se il Papa hà voluto, hà certamente potuto liberamente applicarselo, con togliere all'Eminentissimo Titolare ogni, e qualunque azione sopra di esso.

45

Con quest' istessa risposta si prova non potersi dire, tali omissioni di patti, ed altre cautele necessarie da apporsi in un simil atto, non aver pregiudicato al Sig. Cardinale Titolare di quel tempo, e suoi Successori, perchè quello *sciebat*, *Jus suum esse salvum*, imperciocchè, se dal Papa era in radice stato tolto ogni diritto, ragione, ed azione, che potesse competere al Titolare con trasferire, ed incorporare il dominio del Palazzo nella Reverenda Camera, ordinando, come si doveva disporre del prezzo di esso: al certo pel Titolare non restava salvo altro jus, che quello, che il Papa gli dava sopra l'investimento assegnatogli, mà non già sopra la parte ancora del prezzo, che avea appropriata alla Reverenda Camera, onde in questo caso non può dirsi, che l' acquiescenza non pregiudichi, poichè questa nuoce sempre nel caso, in cui uno per non pregiudicarsi, è obbligato à dedurre le sue ragioni. A tutti questi argomenti maggior forza in vero s' aggionge se si considera la centenaria, ò longhissima osservanza, della quale più che à bastanza s' è parlato nel *§. Queste regole*, e seguenti.

46

47

§. IV.

Quanto s'è detto nel §. antecedente, si conferma colle regole, e teoriche comunemente insegnate da Dottori, e seguite da Supremi Tribunali per istabilire, quando l' assegno d'un' annua rendita fatta in un fondo, consegnato all Assegnatario, debba dirsi fatta taxativè, *e non* demonstrativè.

MA' benchè sia chiara la disposizione, che si legge in detto Chirografo, e l'espressa volontà del Papa non abbia bisogno d' interpretazione, nè di esser coadjuvata colle regole, e teoriche, colle quali simili controversie si decidono da Dottori, e Supremi Tribunali; tuttavia, quando anche, senza andare esaminando tutto il contesto del detto Chirografo, l'odierna questione nudamente, e semplicemente si dovesse decidere con quelle sole parole, colle quali è stato assegnato agl' Eminentissimi Titolari pro tempore l'investimento, del quale si tratta, la decisione dell'articolo, à mio credere, si renderebbe facile, con applicare al caso nostro dette teoriche, e regole, dottamente addotte da Monsignor Commissario nel *§. Per riconoscer dunque*, *e seguenti* della sua Scrittura.

Avverte egli, che li Dottori, e la Sagra Rota in simili controversie distinguono due casi. Il primo si è, quando uno in vigore di obbligo, ò promessa tenuto à pagare un' annua somma pecuniaria, puramente lasciata in mera quantità in genere, da pagarsi ogn' anno, per l'adempimento d'un tal obbligo, e pagamento assegna un fondo, che renda detta annua quantità, ed allora, non soddisfacendosi à quest' obbligo colla tradizione di fondi, e stabili, se dopo questa, le rendite de medemi si diminuiscono, l'assegnante è sempre obbligato à supplire le mancanze, che nel tratto del tempo possono accadere; poichè, essendo egli à favore dell' assegnatario tenuto non alla tradizione d'un certo fondo, mà direttamente obbligato all'annua prestazione promessa, ò dovuta, li corre l' obbligo di mantenerla sempre intiera, & indiminuita. 48

L'altro caso si è, quaudo uno in vigore di
contratto, ò d'altro obbligo tenuto non ad un'
annua quantità pecuniaria in genere, mà ob-
bligato in specie ad assegnare un'annua rendita
49 perpetua, per questa costituisce, e consegna
un fondo di egual rendita à quella, à cui egli
è obbligato, ed in questo secondo caso il Pro-
missore, o Debitore soddisfà al suo debito col-
la tradizione d'un fondo, ò stabile, che sia
della rendita da esso dovuta; e questa seguita,
rimane intieramente liberato, di modo che,
siccome l'augumento di detta annua rendita
del fondo assegnato, anderebbe à comodo
dell'Assegnatario, così ancora à danno dell'
istesso cede la diminuzione della medema, co-
me latamente provano li Dottori allegati dal-
la *Sagra Rota* nella *decis.443.per tot.* avanti la
ch. mem. del *Cardinale Cerri*, nella quale dal
Monistero del *Corpus Domini* domandandosi
contro gl'Eredi del Cardinal Giunasi il supple-
mento per la diminuzione de' frutti patita so-
pra iCapitali assegnatigli per l'annua rendita di
scudi 2800., furono detti Eredi assoluti, e l'i-
stesso ancora fu fermato avanti la ch. mem.del
Cardinale *Caprara* nella *decis. 583. num. 12.*
e seg., Rota in Romana, seu Cæsenaten. Fideicom.
super fructibus li 14. di Giugno del 1705. al
§. advertendo signanter avanti M. Lancetta;
Ivi = *Eo ipso quod Testator pro constituendis do-*
tibus fœminarum destinavit fructus certorum
Locorum Montium, isti dicuntur taxativè, non
autem demonstrativè adjecti, in quibus termi-
nis certum est non posse dessumi supplementum ex
aliis Bonis hereditariis =, Si può aggiungere la
Rota nella Romana fundationis Monasterii li
10. Decembre 1711. §. Hoc ipsum e seg. avan-
ti Lancetta e li 30. Marzo 1726. §. Amplius
itidem avanti Cerri alle quali può aggiungersi
ciò che si dice dalla Rota avanti *la bon. mem.*
di Monsig. Lancetta nella Romana Legatorum
li 8. di Giugno 1705. §. Et quoniam, dove co-
sì parla = *Cum enim ipse demandaverit ut qua-*
tenus decessisset antequam adimpleret ea omnia,
quæ destinaverat, essent tot annui reditus assi-
gnandi, & hujus verbi natura sit, quod importet
translationem dominij Bonorum assignandorum,
ut probant Soccin. Jun. cons.60.num.38. & seq.
lib. 4., Mans.consult. 59.n.3., & cons.781.n.1. &
seqq., Rot. d.376. n.13. par.14., & d.305. num.4.
par.19., exinde convincitur, Testatoris mentem
non fuisse, quod annua quantitas ab heredibus
persolveretur, sed quod Archiconfraternitas
Legataria haberet Bona, ex quibus reditus
percipere posset, ad Text.in leg. si quis argentum
§. Si verò reditum Cod. de donation., leg. si sin-
gulos ff. de annu. legat., leg Firmio §. Pater ff.
quand.dies legat. ced., Surd.cons.319. sub. nu. 6.
& per tot., Mans. d.conclus. 59.num.10.& seqq.
La questione, di cui oggi si tratta, è appun-
to quella, che dalla Sagra Rota è stata decisa
ne' luoghi ora riferiti, poichè Urbano VIII.
dopo seguita l'Incamerazione, e successiva-
mente la vendita del Palazzo, che prima ap-
parteneva al Titolare di S. Lorenzo in Lucina,
per dare al medesimo una giusta ricompensa,
ordina, che, liberamente ritenendosi à benfi-
zio del Palazzo Apostolico, e Rev. Camera la
somma di scudi 16.mila, il rimanente del prez-
zo s'investa à comodo del Cardinal Titolare;
Giova quì ripetere le parole del Chirografo =
ne investirete à favore del Cardinale &c. tanta
somma in tanti luoghi di Monti non vacabili
spettanti à detta nostra Camera, che faccia
un'annua entrata di scudi mille di moneta, in
ricompensa al detto Cardinal Titolare delle Pig-
gioni, che lui era solito cavare da detto Palaz-
za = In vero è pur troppo chiara la mente, e
volontà del Papa, quale certamente non vol-
le, che la Rev. Camera assumesse il peso, ed
obbligo di pagare agl'Eminentissimi Cardinali
Titolari prò tempore un' annua quantità pecu-
niaria di scudi mille in genere mà solo volle,
ed espressamente le ordinò, e l'obbligò à con-
stituirgli un'annua entrata in tanti Luoghi di
monti correspettiva, ed eguale à quella, che
il Titolare soleva ritrarre dal suo fondo. Onde,
seguita una tale assegna, l'augumento, ò decre- 50
mento di tal rendita dovea andare à comodo,
ed incomodo dell'Assegnatario d'un tal Fondo,
come dopo la *legge si quis argentum 35. §. Si*
verò reditum Cod. de Donation., ed altre auto-
rità si ferma in detta *decis. 433.*, dove chiara-
mente si dice che = *promittens assignare annuum*
reditum, satisfacit assignando stabilia tanti
reditus &c. contrarium quando promittitur an-
nua quantitas &c. quia scilicet promissio annui
reditus importat, quod Donatario datur jus re-
ale, quod non importat promissio quantitatis &c. 51
nec tenetur supplere, si postmodam reditus fue-
rint diminuti = e bene in questo caso si conside-
ra e distingue dal *Gusman. de evict. quæst. 30.*
num. 77., che la *leg. Lucius cum aliis procedit*
quando Legatum est annuum sine comixtione pro-
prietatis: & in hac specie non solùm Legatum fuit
annuum, verùm etiam comprehendit proprieta-
tem censuum, & absque dubio diminutio de-
bet esse periculo eorum, qui receperunt censu s =
e lo ferma ancora *al n. 80.* così dicendo = *quia* 52
certò certiùs constat quod Legatum non solùm
fuit annale; verum etiam comprehendit proprie-
tatem censuum, correspondentium quantitati,
quam Testor reliquerat, & unum, & alterum
fuit, quod Testatar applicavit Cappellanis = e do-
po soggionge = *quæ verba non significant redi-*
tum annalem in abstracto, nisi reditum jam em-
ptum, in quo comprehenditur præcise proprie-
tas =. Può vedersi in conferma ciò, che dice
nel numero antecedente in risposta agl' ob-
bjetti &c.
E con ragione così fu deciso dalla Sagra Ro-
ta, perche, secondo le regole comunemen- 53
te insegnateci da Dottori, quando l'assegna del
fondo, corpo, o luogo, dal quale deve perce-
pirsi l'annua rendita, si esprime, e si appo-
ne condizionatameute alla sostanza dell'atto,
obbligo, ò contratto, in cui quella si promette,
in questo caso un tal fondo, e luogo si dice as-
segnato *taxativè*, e non *demostrativè*, ed in
con-



conseguenza l'assegnante riman sempre libero da qualunque caso, che possa accadere sopra il corpo, e fondo assegnato, secondo *la leg. prima §. ultim. ff. de condit., & demonstrat.*, il *Bartolo* nella *leg. Quidam Testamento 99. ff. de legat.1.*, *Marcian. consf.41. num.9.*, pienamente il *Rosa consult.61. num.1. e seg.*, il *Barry de success. lib.9. sub n.9.*, *Staibano resol.106. n.54. e n.57.*, *e nell'osservazione n.48. e seg.*, il *De Luca* al *Franco decis.721. num.3.*, il *Gizzarello* alla *decis.81. num.15.*

Questa teorica più chiaramente si spiega colla regola comunemente insegnataci da Dottori, cioè, che il fondo, ò luogo assegna-
54 to per una certa annua rendita, sia fatto *taxativè*, e non *demonstrativè*, quando sotto un'istessa orazione, ò struttura di parole, retta dal medemo verbo, si promette l'annua rendita, ò quantità, ed insieme s'assegna il corpo, ò fondo, da cui quella deve prendersi; ed in questo caso l'assegna, e tradizione di tal fondo sempre si dice fatta *taxativè*, perche non essendosi considerata la promessa di tal rendita per cosa distinta dal fondo da assegnarsi, una tal'assegna, come condizionata, riguarda la sostanza della promessa della cosa dovuta, e non l'esecuzione di quella, à differenza dell'altro caso, nel quale l'assegna di tal fondo fosse fatta in un'orazione separata; imperciocchè allora
55 quella si direbbe riguardare il solo adempimento, ed esecuzione dell'obbligo, ò promessa, come insegnano il *Bartolo* nel *luogo citat.*, il *Felino* nel *cap. super literis 20. num.4. de rescript.*, il *Cujac.* nella *leg. si sic legatum 75. §. 1. ff. de legat. 1. tom.4. oper. posthum. part. 1. fol. mihi 1121 let. A.*, il *Baldo* nel *consf.151.* al *lib.5.*, *l'Alessandro consf.216. num.3. lib.7.*, il *Decio consf.183. num.2.*, *Ferret. consf.241.*, *Menoch. consf.1162. num 16. e seg.*, il *Luderch. consf.159.*, il *Castillo contr. Jur. lib.4. cap.54. num.17. e 22.*, il *Gusman. de evict. quæst.30. num.87. e seg.*, *Marta de success. legal. par.4. quest.18. artic.11. num.66.*, *Barry de success. lib.9. tit.19. sotto il num.9.*, *l'Hodierna* al *Sordo decis.337.*, il *Barbosa de Jur. Eccles. univers. tom.2. lib.3. cap.27. num.83.*, il *Rosa* alla *consult.61. num.2. e seg.*, lo *Staibano cent.2. resol.106. num.40. e seg.*, *e num.51. e seg.*, il *Sadarino* al *respons.7. num.7. e seg.*, dove al *num.10.* dice, questa distinzione *communi ferè suffragio approbari per Legum Interpretes*, il *Mansio consult.759. num.32. e seg.*, il Sig. *Gioseppe Averani Interpret. Jur. lib.2. cap.17.*, e
56 questa teorica, ò regola è comunemente seguita da Tribunali, come appresso il *Franco decis.483. num.6.*, *e decis.721.*, dove il *Riccio* nell'*addizione*, ed il *De Luc. num.1. e seg.*, *e num.10.*, il *Gizzarello decis.81. num.15.*, e nell' *addizione*, il *De Angelis num. 1. e 2.*, *Rovit. decis.57.*, il *Cartario decis. di Genova 110.*, a'quali finalmente si aggionge, questa
57 esser l'opinione della Sagra *Rota*, come dalla *decis.8. de Testament. in antiquis*, riferita, e seguita dal *Felino* nel *luogo citat.*, il *Merlino decis.55. num.2.*, *e decis.456. num.35. e seg.*, nelle *recent. decis.165. num.7. e seg. part.9.*, *decis.62. num.19. e seg. part.11.*, *e decis.488. n.9. part.19.*

Nè può ostare, che nelle sopra riferite parole si dica, che l'Investimento da assegnarsi in tanti Luoghi di Monti dovesse essere dell'annua rendita di scudi mille, poiche non per questo il Papa volle, che la Camera assumesse, e si obbligasse al peso di detta annua quantità in genere, mà le ingiunse unicamente l'obbligo di consegnare al Titolare l'Investimento in tanti Luoghi di Monti, rispetto al quale doveva necessariamente enunciarsi la quantità della rendita per determinare la quantità di detti Luoghi de' Monti, ne' quali doveva seguire l'In- 58
vestimento, onde, come bene avverte il *Baldo al detto consf.155. al lib.5.*, dette parole non si devono dir poste *loco demonstrationis*, *seù designationis*, *sed loco determinationis*, altrimenti non si sarebbe potuto sapere quale, e quanto dovesse esser l'Investimento di *tanta somma in tanti Luoghi di Monti*, se non s'esprimeva quanta fosse la rendita de' medemi; onde ben disse il *Cujacio* nel luogo di sopra citato = *Illam designationem sivè quà, quid sit legatum intelligi non potest, omnem vim, causamque Legati continere* = seguito dal *Sadarino* nel luogo parimente citato, e spiegato il *Marta de Success. legal. part.4. quæst.18. artic.11. num.65. e seguente*, seguito dall'*Hodierna alla detta decis. del Sordo 367.* quali parimente insegnano, che quando senza simile designazione, non può stare nè intendersi la cosa promessa, ò dovuta, allora una tal designazione s'intende apposta alla sostanza istessa della medesima, onde al caso nostro bene si applica ancora il *Garzias de expens. cap.4. num.39.*, dove così dice = *Hæc enim Legata præter dispositionem nihil aliud continent: nulla enim reperiuntur verba dispositionis executiva, ideò adjectio loci, vel personæ taxationem, & limitationem inducit, & ità erit dispositio limitata, e definita ad locum, & personam, itaùt hæredes omninò liberentur* = tali appunto pajono le parole, colle quali nel caso nostro è stato ordinato l'Investimento &c.

Tralascio i luoghi delle nostre Leggi, dalle quali si desumono tutte le dette regole, parendomi ciò inutile, quando si veggono riferite da tutti gl'Autori sopra citati; siccome ancora, per evitare maggior lunghezza, tralascio altre regole, colle quali li Dottori spiegano quando la designazione del luogo, ò persona debba intendersi apposta condizionatamente, cioè alla sostanza dell'annua prestazione dovuta, e promessa, quando questa debba dirsi fatta in un'istessa, ò in diversa orazione, ed in conseguenza operino, che il luogo, fondo, ò persona, dalle quali deve prendersi la cosa promessa *sient taxativè*, e non *demonstrativè*. Tralascio, dico, tutte queste cose, che si potrebbero addurre à favore della Rev. Camera, potendosi vedere appresso la maggior parte de' Dottori allegati nel numero antecedente. Mà 59
non

non devo però tralasciare in conferma del nostro assunto, che detto Investimento dovrà dirsi fatto *taxativè*, e non *demonstrativè*, attesa la libera traslazione del dominio di esso fattane negl' Eminentissimi Cardinali Titolari, dalla quale ne siegue, che ogni diminozione di frutto, ò altro pericolo, che nel decorso del tempo sia aceaduto, o potrà accadere, debba cedere à danno dell'Assegnatario, come ne' nostri termini fermano il *Graziano nella discettazione 520. num.21. e seguenti*, *l'Ansaldo de*
60 *commerc. & mercatur. disc.71. num.30. e seg.*, dove dice, che le autorità quali fermano, che il Promissore dopo seguita l'assegna, e tradizione del fondo colla traslazione del dominio non sia tenuto ad alcuna supplezione &c., parlano nel caso, *quo quis ab initio citrà aliam promissionem manutentionis promisit assignare annuum reditum scutorum tot, quia si ille cujus favore inita fuit promissio, contentatus est recipere tale assignamentum in Locis Montium tunc constituentibus illum reditum promissum, tunc dicitur obligatione satis factum, nèc amplius tenetur promittens, aut assignans ad aliam supplетionem*, il *Gusman. de eviction. quæst.30. n.32. & n. 86.*, ed in piu altri luoghi la *Rota avanti la b: me: del Card. Cerri nella detta decis.433. num.8. e seguente*, e al *num.17.*, e conferisce cio, ehe si ferma nella *Romana Legatorum avanti la bo: me: di Monsignor Lancetta*, le di cui parole sono riferite al *§. L'altro*, essendo questo l'effetto, ehe necessariamente suol seguire dalla translazione del dominio, come provano la bo: me: di Monsignore *Ansaldi de Commerc. & Mercat. disc.71. num.26. e seguenti*, *e num.30. e seg.*, *la Sagra Rota in una Bononien. Pecuniaria li 22. di Giugno 1718. §. Rotio autem resolutionis*, *avanti la bo: me: di Monsignor Lancetta*, confermata *li 26. di Giugno del 1720. avanti l'Eminentiss. Falconieri al tom.1. decis.19. n.7. e seg. tit.11. de emption. & vendit. fol.359., & in una Nullius Provinciæ Compostellanæ Pecuniaria li 27. di Gennaro del 1726. §. Etiamsi, e li 7. di Febbraro del seguente anno §. Investimentum verò avanti Monsignor Cornaro*.

Che nel caso nostro il dominio di detto Investimento, e Luoghi de' Monti sia stato pienamente, e liberamente trasferito negl'Eminentissimi Titolari *prò tempore*, benche à bastanza si desuma dal vedersi, che il Papa ordinò, che al Cardinal Titolare s'assegnasse un Investimento in tanti Luoghi di Monti dell'annua rendita di scudi 1000., qual'assegna di sua natura porta la translazione del dominio de Beni da assegnarsi, come ferma la *Rota nella detta Romana Legatorum al luogo citato*, ivi = *Cum enim ipse demandaverit, ut quatenùs decessisset antequàm adimpleret ea omnia, quæ destinaverat, essent tot annui redditus assignandi, & bujus verbi natura sit, quod importet translationem dominii Bonorum assignandorum, ut probant &c.*, si prova con evidenza, poichè, secondo il tenore del Chirografo di sopra riferito, il Papa ordinò, che di tale Investimento dovesse crearsene, e descriversene Creditore il Cardinal Titolare *prò tempore*, come in effetto ne' Libri de' Monti ne fu ereato, e descritto
Creditore in vigore del mandato, che in ese- 61
cuzione di detto Chirografo da Monsignor Tesoriere di quel tempo fu dato al Segretario de' Monti, con spedirne le Patenti à nome, e favore degl'Eminentissimi Titolari. Se dunque secondo le regole, e pratica ad ogn'un nota, il dominio de' Luoghi de' Monti, s'acquista à quello, in nome del quale cantano le Patenti, e ehe di quelli si trova descritto Credi-
tore ne' Libri de' Monti, come appresso il *Gra-* 62
ziano alla discettazione 252. num.7. e num.29., *il Card. de Luca de Regal. disc.27. num.4.*, *disc.38. num. 8.*, *disc.41. num.5. e seg.*, il *Costanzino de Locis Montium art.1. sect.2. n.60.*, *la bo: me: di Monsignor Ansaldi de Commerc. & Mercat. disc.95. num.9.*, e tralasciando piu, e piu decisioni della Sagra *Rota*, che potrebbero allegarsi, mi riferirò alle *decisioni nella Romana Locorum Montium 1. di Febraro 1709. §. Etenim dominium Locorum Montium, e §. Seguente avanti Monsignor Illustrissimo Aldrovandi Decano, e nella Romana Locorum Montium super dominio li 11. di Gennaro 1715. §. Triplici avanti la cb: mem: del Cord. Scotti*; non potrà dubitarsi, che il dominio di detti Luoghi de' Monti sia stato liberamente trasferito negl'Eminentissimi Titolari descritti Creditori di quelli, ne' Libri de Monti, e nelle Lettere Patenti spedite per li medemi.

Maggiormente ciò si conferma nel caso nostro, se riguardiamo la condizione, e dichiarazione apposta nel Chirografo, e mandato *de*
describendo, quale è, che detti Luoghi de' Mon- 63
ti non si potessero dal Titolare, nè vendere, nè risegnare, qual proibizione sarebbe stata affatto inutile, se il dominio di essi non fosse passato nel Titolare, come bene argomenta la *Roto nella Romana Abbreviatoriæ li 20. di Giugno 1718. §. Etenim, e li 30. di Gennaro dell'anno seguente §. Frustraque avanti la buono memorio di Monsignor Foscari, e li 10. di Maggio del 1720. §. Cujus profectò avanti la buono memoria di Monsignor Errera*. Ed in vero se il dominio di quelli non fosse passato negl'Eminentissimi Titolari, quali dall'anno 1624. sino al giorno d'oggi ne hanno percetti pacificamente li frutti, dovrebbe dimostrarsi la Persona, alla quale spetti detto dominio.

Quale dunque provato chiaramente, che spetti agl'Eminentissimi Titolari, di passaggio si toglie il supposto, altre volte fatto da' Signori contrarj Difensori, che detto Investimento, come meramente ipotecato à comodo de' me-
demi, e per la piu facile esazione dell'annua 64
rendita, non si possa dire, che li sia stato assegnato *taxativè*, poiche ogn'un sà la regola legale, quale n'insegna l'ipoteca costituirsi à favore di chi non hà il dominio della cosa, e non di chi n'è il Padrone.

E benche, come si nota da' Dottori riferiti di

di sopra al §. *Fin'ora s'è dimostrato*, dette regole non sempre necessariamente operino, che l'assegna d'un fondo, sopra di cui debba prendersi un'annua prestazione, si dica stare *taxativè*, e non *demonstrativè*: nondimeno oltre che
65 ciò non può aver luogo nella presente controversia, nella quale con tanti argomenti, nel §.III., e IV. dedotti dal Chirografo, chiaramente si prova, qual sia stata la volontà del Papa, quando anche questa non fosse così chiara, e certa come l'è, secondo quello, che ben osserva il *Card. de Luc. de Fideicomm. disc.* 167. *sotto il num.* 11., non potrà negarsi, che da tali regole, e distinzioni, per se stesse vere, e ricevute comunemente da' Dottori, e Tribunali, non ne nasca almeno una legale presunzione, la quale, sebbene può togliersi con prove contrarie, ò altre presunzioni più forti, quali è peso dell'Attore il portarle, se queste mancano, rimarrà sempre nel suo vigore la presunzione, che da dette regole deriva, e ciò maggiormente deve aver luogo, quando, come nel caso presente, vi concorre quella lunghissima osservanza, di cui s'è parlato, e colla quale s'è dimostrato, che quantunque di tempo in
66 tempo più volte sia seguita la reduzione de' frutti de' Luoghi de' Monti, mai gl'Eminentissimi Titolari hanno reclamato; quale acquiescenza deve riferirsi all'aver riconosciuto, che l'assegna di un tale Investimento trasferito nel loro dominio, gl'era stata fatta *taxativè*, e non *demonstrativè*; mà non già dovrà attribuirsi ad una negligenza, colla quale abbiano trascurata non meno la difesa dei dritti del loro Titolo, che il loro interesse.

§. V.

Si risponde ad alcune contrarie Obbjezioni.

Nelli trattati tenuti estragiudicialmente intorno la presente controversia, molte erano le ragioni dedotte per parte dell'Eminentissimo Attore: Ma credendo noi di avere più che a sufficienza mostrato, quale in questo fatto sia stata la volontà del Sommo Pontefice Urbano VIII., potrebbe parer superfluo il rispondere a ciò, che si opponeva in contrario,
67 poichè, come altrove s'è detto, in virtù della Legge Regia se *quod Principi placuit, legis habet vigorem*, nel caso nostro per Legge dovrà unicamente attendersi ciò, che hà voluto, ed è piaciuto al Papa. Nondimeno, non si tralascierà di rispondere a qualche objezione, che possa avere qualche apparenza. Si diceva che il *Testo nella legge si quis argentum §. Si verò reditus Cod. de Donation.* allegata nella detta *decisione del Card. Cerri la* 433., e l'altre, che potevano allegarsi a favore della Rev:Camera, abbiano luogo ne' termini di Donazione, e Legato, o altro simile atto volontario, nel quale si eserciti un'atto di mera liberalità, ma non già in un contratto correspettivo.

Ad una simile obbjezione possono darsi più risposte. La prima si è, che nel caso presente può dirsi, che siamo in un fatto, nel quale il Sommo Pontefice abbia voluto esercitare un' atto di mera liberalità: poichè, come s'è più 68
che lungamente provato nel §. II., e III.; Supposto, che abbia voluto; come poteva, e fece, appropriare, ed incorporare alla Rev: Camera il Palazzo, che prima era destinato per li Signori Cardinali Titolari di S. Lorenzo in Lucina; spogliando li medesimi, la Chiesa, ed il Sagro Collegio di ogni dritto, dominio, e ragione, che sopra di quello gli poteva competere, da questo antecedente ne siegue, che se poi del prezzo di detto Palazzo, quale era già suo, ritenendosene a proprio comodo, e benefizio una sola parte, l'altra l'applicò in ricompensa degl'Eminentissimi Titolari pro tempore, ne siegue, dico, chè una tale applicazione sia stata un atto volontario, ed un'esercizio di liberalità, alla quale non poteva esser costretto, quando avesse voluto tralasciarla.

L'altra risposta si è, che le nostre Leggi, nè al Donante, nè al Legante, nè a chiunque altro pel motivo, che esercitino atto volontario, o di liberalità, concedono il favore, che in contrario si suppone; ma unicamente considerano se per l'annua rendita, o altra cosa dovuta, condizionatamente si assegni un fondo, o 69
luogo, dal quale debba prendersi. In questo caso, e circostanze, o si tratti di Legato, e donazione, o di qualsivoglia altro contratto, seguita la tradizione del fondo destinato, l'assegnante riman libero da ogni peso, ed obbligo, ed ogni pericolo col dominio si trasferisce nell'Assegnatario, quando non costi di patto contrario, come provano il *Graziano alla discettazione* 520. *num.* 21., *e seguenti, il Garzias de expens. cap.* 4. *num.* 44., ivi = *Titulo venditionis, donationis, vel Legati, nihil enim refert, cum Doctores omnes, de quibus supra, imò ratio ipsa Juris universi, id in omni genere dispositionis recipiant* = riferito, e seguito dal *Castill. controvers. Jur. tom.* 4. *cap.* 54. *num.* 19., dove 70
allega anche il *Simone de Pretis*, quali tutti concordemente affermano, che in qualunque contratto quando un fondo destinato per un'annua rendita è stato assegnato taxativè, seguitane colla tradizione la traslazione del dominio, l'assegnante rimanga libero da qualsisia obbligo, dove che al contrario, quando si tratti di un fondo non condizionatamente, è non tassativamente assegnato, ed apposto alla sostanza della disposizione, di modo che possa aversi per distinta la cosa dovuta, e la soddisfazione della medesima: In questo caso, o si tratti di un Legato, e d'ogn' altr' atto volontario, e di mera liberalità, o di contratto oneroso, e correspettivo, non ostante, che ne' primi regolarmente si ammetta ogni più benigna interpretazione a favore del Disponente, e del di lui Erede; nondimeno riputandosi in tali circostanze l'assegna del fondo, luogo, o persona, dal quale deve prendersi la cosa lasciata, fatta *demonstrativè*, si devono supplire da altra parte le mancanze, che col tratto del tempo sono contingibili, come a lungo s'è provato di sopra.

Oa-

Onde una tal distinzione trà un contratto
oneroso, e correspettivo, e l'altro volontario,
e di mera liberalità, non potendo esser decisiva
dell'odierna questione, si può tralasciare, maggiormente vedendo, che la *Sagra Rota nella decis. 433., e decis. 583. della chiar. mem. de' Cardinali Cerro, e Caprara*, altrove allegate,
parlano precisamente di un assegna di certo
fondo, non già volontaria, ma coatta, cioè
seguita in adempimento d'un obbligo positivo.
Nella prima di dette *decisioni* il Cardinale Ginnasi s'era obbligato per gl'alimenti, e mantenimento del Monistero, e Monache, dette delli *Ginnasi*, e rispetto a questo *nel num.6. di detta decisione 433.*, si dice = *satisfecit itaque Cardinalis propriæ obligationi assignando Census &c.*,
benchè, come si osserva nel *num.12.*, si trattasse di contratto correspettivo, ed oneroso,
ivi = *promissio fuit correspectiva ad manutentionem Monialium &c.*, e nell'altra *decisione* parimente al *num.20.* si considera la correspettività
dell'atto, e peso ingionto per l'assegnamento,
che si faceva, dicendosi = *ex quo assignamento per ajuto, parte di dote, e mantenimento di detto Monistero in correspectivitatem apocæ promis-*
71 *soriæ sequuto, promissio transivit in stipulationem ultrocitroque obligatoriam* = sicche, qualunque sia il contratto, senza riguardare se sia
correspettivo, ed oneroso, oppure volontario,
e di mera liberalità, sempre dovrà ricever la
72 legge, e determinazione dalla volontà del Disponente, come ben disse la *Rota nella Romana, seu Januen. Dotium il primo di Febraro 1709. §. Quod autem avanti Monsignor Illustrissimo Aldrovandi Decano, e nella Romana Fundationis Monasterii del mese di Decembre 1714. §. Cum verò, e §. Non obstat avanti la bon. mem. di Monsignor Lancetta.*

Ne tampoco osta, che nel caso nostro la destinazione dell'annua rendita costituita nell'investimento di tanti Luoghi di Monte assegnata
in ricompensa delle piggioni, che il Cardinal
Titolare ritraeva dal Palazzo, sia stata fatta per
gl'alimenti del medesimo, nel qual caso colle
leggi, che possono allegarsi in contrario, il
73 fondo deve dirsi assegnato non *taxativè*, ma
demonstrativè, imperciocchè, nè tampoco
gl'alimenti anno questo privilegio, che il corpo, o fondo destinato per tal causa debba dirsi
assegnato *demonstrativè*, attesochè, quando
quello si legge apposto alla sostanza del contratto, e non all'esecuzione del medesimo, si dice stare *taxativè*, e non *demonstrativè*, come
dopo il *Brunnemano nella leg. Lucius 12. ff. de aliment., & cibar. legat.*, e *la Rota nella decis. 488. num.9. part.19. delle recent.*, fermò *la bon. mem. di Monsignor Ansaldi in una Romana Legatorum li 12. di Marzo 1717. §. Ceterum, e seguenti*, e particolarmente al *§. Applicando autem nel fine*, dove parla di Causa pia, certo
74 egualmente privilegiata, che quella degl'alimenti, de quali parimente si trattava nelle *decisioni 433., e 583.* di sopra allegate, parlandosi in esse, come s'è detto, dell'assegna di
fondi fatta per mantenimento de' Monisterj, e
generalmente ne' termini di qualsivoglia disposizione fatta a Causa pia provano il *Castillo sopra allegato nel tom.4. lib.4. cap.54. n.20., e seguenti, il Gusman. de evictiòn. nella detta quæst.30.*, ed altri, che largamente potrebbero
allegarsi.

Alle Leggi poi, che si potrebbero allegare
in contrario, ottimamente si risponde da Monsignor Commissario nella sua Scrittura nel *§.*
Per altro il Testo, dove si osserva quelle aver 75
luogo quando si tratta di obblighi pecuniarj,
e di promessa di pecunia in genere, puramente fatta, nel qual caso la sostanza del Legato
essendo certa, l'assegna del fondo non può
dirsi apposta alla sostanza, ma all'esecuzione,
& adempimento dell'obbligo, a differenza dell'
altro caso, in cui per la percezione di un'annua
rendita apparisca non essersi avute per distinte
la promessa, e il modo di soddisfar la medesima, ne quali termini nel luogo citato di detta
Scrittura si allegano più Leggi, secondo le quali
si conciliano le contrarie opinioni de' Dottori,
come nelle *dette decisioni 433., e 583.*, e più
latamente spiegando, e conciliando tutte le
Leggi, che possono parer contrarie, prova il
Signor Gioseppe Averani interpretat. Jur. lib.2. al cap.27.; Qual discorso con più ragione deve aver luogo nel caso nostro, nel quale il Pa-
pa di prima, e principal' intenzione ordinò l'In- 76
vestimento in tanti Luoghi di Monte, soggiungendo, per determinare, quale dovesse esser'
il numero de medesimi, o quanta dovesse essere la loro rendita, senza la quale non si sarebbe potuto sapere, quale, e quanto dovesse
essere detto Investimento; Onde, come si è
osservato al *§. Nè può ostare*, in questo caso,
nel quale certamente l'obbligo non comincia
da un'annua quantità pecuniaria, in genere,
ma dall'obbligo di assegnare un Investimento
d'una tal rendita, il corpo, dal quale questa 77
doveva prendersi, si deve certamente dire apposto alla sostanza della cosa, ed in conseguenza, che stia *taxativè*, e non *demonstrativè*.

Finalmente si oppone, il Papa essersi protestato di voler dare al Cardinal Titolare la ricompensa della piggione, che si godeva sopra il
Palazzo, dichiarando inoltre di far cosa utile
al medesimo; considerando finalmente ancora
il tratto successivo, nel quale volle, che da
successori Titolari si godesse in perpetuo l'Investimento assegnato per una tal ricompensa.
Questa objezione, che ha più parti, in niuna di
esse sussiste.

E cominciando dalla prima, siccome s'è osservato al *§. Successivamente*, mai fu intenzione del Sommo Pontefice di dare al Signor
Cardinale Titolare la ricompensa in un fondo
equivalente all'intiero prezzo del Palazzo,
mentre la porzione di 16. mila scudi l'applicò a
benefizio, e comodo del Palazzo Apostolico,
ma solamente volle assegnare una ricompensa
corrispondente all'annua piggione del Palazzo.
Non può dubitarsi, che ciò fosse subitamente
adem-

adempito colla tradizione d'un fondo, quale
78 realmente in detto tempo era d'una tal rendita, del qual fondo essendo immediatamente trasferito il dominio nel Signor Cardinale Titolare, dal modo, con cui volle il Papa dare detta ricompensa, certamente s'esclude la volontà del medesimo di obbligare la Rev: Camera a supplire in perpetuo le mancanze del fondo, o dell'annua rendita, quando trasferiva il dominio dell'Investimento nel Signor Cardinale Titolare, con aver prima applicato a comodo della Camera il residuo del prezzo, come bene osserva la *Rota nella Romana Fundationis Monasterii li 10. Decembre del 1714. §. Ex Testamento avanti la bon. mem. di Monsignor Lancetta, e li 30. di Marzo 1716. §. Momenta igitur avanti la bon. mem. di Monsignor Cerri*.

Quanto all'essersi considerato dal Papa l'utile del Titolare; questo certamente vi era, assegnandosi un'Investimento, dal quale, io contanti, ogni due mesi prontamente esigeva l'annua rendita promessagli, non soggetta agli sfitti, risarcimenti, ed altri pesi noti ad ogn'uno, ed alli quali quotidianamente soggiacciono le Case; onde con ragione gl'investimenti in Luoghi di Monte si reputano di miglior qua-
79 lità, e bontà di qualunque altro stabile, come fermò la *Rota nella Romana Legatorum li 8. di Giugno 1705. §. Agnoverunt vers. benè tamen verum est, avanti la bon. mem. di Monsignor Lancetta*. Onde sè basta, che l'utilità concor-
80 ra nel tempo, che si celebra il contratto, come nè nostri termini prova il *Graziano nella discettaz. 520. num. 32.*, e con argomento dedotto dalla nota *Estravagante Ambitiosè*, lo confermano *l'Oudedeo al conf. 51. num. 61. lib. 1.*, *la Rota avanti Serafino decis. 366. num. 1., e avanti il Cavaler. decis. 258. nu. 5.*, e con altri molti concordanti lo *Sperello nella decis. 154. nu. 95. e seq.*, non può dubitarsi, che nel tempo, in cui fu fatta la tradizione di detto Investimento, vi concorresse l'utilità del Titolare.

Venendo ora all'ultima parte della contraria obbjezione, nella quale si dice, che la ricompensa, quale doveva esser perpetua, sia in gran parte mancata, per la riduzione dell'an-
81 nua rendita di detti Luoghi di Monte. In risposta oltre che basterebbe il dire, essersi a ciò soddisfatto coll'assegna d'un Investimento della rendita promessa, come appresso il *Gusman. de evict. quæst. 30. num. 89., e seguenti*, molto ben riflette Monsignor Commissario, che la perpetuità dell'assegna di detto Investimento, si ritorce, mentre non è verisimile, che il Papa, il quale aveva assegnata una porzione di detto prezzo a benefizio della Rev: Camera, e ad usi, quali parimente dovevano esser perpetui, ed immutabili, perchè riguardavano il comodo suo, e de suoi Successori, abbia volu-
82 luto obbligare la detta Camera alla perpetua manutenzione de' frutti nella quantità stabilita da principio; poichè da ciò nè seguirebbe, che il Promissore rimarrebbe obbligato in piu di quello portasse la natura della sua promessa, come si avverte dalla *Rota nella Bononien. Pecuniaria li 22. di Giugno del 1718. §. Eoque facilius avanti la bon. me. di Monsignor Lancetta*. Ma di più si risponde, una tal' objezione non aver luogo, quando costa della volontà del Promissore, o chi che sia in altra forma obbligato; quando, dico, costa, che questo per l'annua rendita promessa abbia assegnato *taxa-* 83
tivè, e non *demonstrativè* un'Investimento, o altro fondo, con trasferirne il libero, e pieno dominio nell'Assegnatario; nel qual caso basta, che del tempo, ch'è stata fatta una tal'assegna, l'Investimento, o fondo rendesse l'annua rendita promessa, come latamente prova il *Graziano nella detta discettaz. 520. dal nu. 20. fino al fine*, quale parla nè nostri termini di una assegna fatta in Luoghi di Monte, ed il *Gusman. de eviction. nella detta quæst. 30.* discorre di una dotazione di Chiesa fatta con simili pubbliche rendite di Spagna, appresso li quali si considera, che sebbene simili Investimenti di loro natura sono soggetti alle diminuzioni, e riduzio- 84
ni, queste nondimeno devonsi considerare come casi fortuiti, e che perciò nemmeno per motivo d'equità devono ritorcersi in danno del Promissore, quale seguita la tradizione del fondo, e traslazione del dominio fatta nell'Assegnatario, riman libero da ogn'altro peso. Possono anche al nostro caso applicarsi *le decisioni 433, e 583.* più volte allegate, nelle quali si tratta di assegne di simili fondi, cioè di Luoghi di Monte, e Censi parimente soggetti alla riduzione de frutti, e la *Rota nella Bononien. Pecuniaria avanti la bon. me. di Monsig. Lancetta or ora citata*.

Ad altre obbjezioni, e contrarie riflessioni pienamente si soddisfà nella Scrittura di Monsignor Commissario, dal quale con somma chiarezza viene il tutto dilucidato, onde a quella mi riferisco; Ripetendo solo, che quando anche si dovesse prescindere dalla volontà del Papa, che asegnò, e destinò detto Investimento trasferito nel dominio degl'Emmentissimi Titolari (della qual volontà credo, che nel nostro caso non possa dubitarsi), e si dovesse procedere colle sole regole comuni, latamente dedotte nel §. IV., non potrebbe certamente negarsi, che almeno si tratti d'un Articolo arduo, e dubbioso; qual sola dubbietà se basta al
Reo per rigettare l'Attore, molto piu dovrà 85
suffragare alla Rev: Camera, che per lo spazio di lunghissimo tempo dagl'Eminentissimi Titolari non è stata mai creduta obbligata a supplire le mancanze dell'annua rendita loro assegnata, che di tempo in tempo anno sofferte.

ARGUMENTUM.

Jus cognoscendi appellationum Causas in secunda,& ulteriori instantia Principi Messerani concedendum non esse, tanquam comprehensum sub Constitutione S.Pii V. *la* 35., aliorumque Pontificum Constitutionibus, prohibentibus quasvis Jurium S.Sedis alienationes, cumulatissimè hic demonstratum vides.

DISSERTATIO XVII.

1 *Ex Brevi fan: me: Alexandri VIII. Hominibus, & Incolis Status Messerani, & Marchionatus Crepacorii praeservata fuit plena libertas in secundis, & ulterioribus instantiis appellandi ad S. Sedem.*

2 *Princeps tenetur sub pœnâ amissionis Feudi parere Apostolicis Literis.*

3 *A Rescripto edito favore Principis contra Subditos, non citatos, recessus indulgendus.*

4 *Subditus gravatus Sententiâ immediati Domini, plenam habet potestatem ad supremum mediatum Dominum appellandi.*

5 *Pontificium Breve post maturum examen, & auditis Partibus, editum, religiosè servandum est.*

6 *Jus ultimarum provocationum, per viam recursus faciendarum, regale est, atque ad Supremam Principis majestatem, & superioritatem pertinens, quæ a nostris nomine* di Sovranità, *ab Hispanis illa* di Majoria *nuncupatur.*

7 *Superioritas à Regali dignitate, & Principis persona separari, neque inferiorem Dominum transmitti nullo pacto potest.*

8 *Supremarum provocationum juribus sese abdicere Princeps nequit.*

9 *Jus cognoscendi appellationum Causas in secunda, & ulteriori instantia ad Supremum Principis jurisdictionem pertinet.*

10 *Jurisdictio omnis à capite Principis, veluti a suo fonte, promanat*, & num.65.

11 *Jus cognoscendi appellationum Causas in secunda & ulteriori instantia adeò continetur in reservatione supremi dominii quae in investituris fit.*

12 *Ut, nisi nominatim sit expressum, non censeatur in quacumque etiam generali concessione comprehensum*, & num.53.

13 *Quod procedit etiam in investitura concessa cum omnimoda jurisdictione, mero, & mixto imperio.*

14 *Immo, concessis etiam appellationibus id, nonnisi de primis censendum esset.*

15 *Baroni Principatus Messerani, & Marchionatus Crepacorii, in originaria investitura, nulla legitur impartita potestas cognoscendi appellationum Causas.*

16 *Regale jus cognoscendi appellationum Causas vix, ac ne vix quidem præscribi potest.*

17 *Immemorabili locus esse nequit in adquisitione juris, originem ab investituris habente.*

18 *Statuta Principum, ac etiam Populus, illa acceptans, potestatem non habent exarmandi Subditos præsidio appellationis ad Supremum Dominum.*

19 *Per Barones attentantes sibi arrogare jus cognoscendi appellationum Causas, nullum Supremi Principis jurisdictioni præjudicium inferri potest, immo ji capitali pœnæ fiunt obnoxii.*

20 *Jus cognoscendi appellationum Causas Baroni ex privilegio communicari potest.*

Quando autem, & ex quibus denegandum illud sit num.21. & seqq.

21 *Constitutiones Summorum Pontificum prohibentes Prædiorum, & rerum stabilium alienationes, referuntur.*

Iisdem Constitutionibus Summi Pontifices, ita exigente justa ratione, passim derogare consueverunt, ibid.

22 *Concessioni privilegii, quo tribuatur Baroni facultas cognoscendi appellationum Causas, obstat Constitutio fa: me:* Pii V. la 35., *confirmata à* Gregor. XIII., Xisto V., *&* Gregor. XIV., *nec non declarata, atque ampliata ab* Innocentio IX., *&* Clemente VIII.

23 *Constitutio fan: me: Pii V.* la 35. *prohibens infeudationes, & alienationes Civitatum, Castrorum aliorumque Locorum, & Bonorum S. Sedis, utpote ad publicam utilitatem edita, favorabilis est censenda.*

24 *Constitutiones favorabiles extensivam ex rationis identitate interpretationem admittunt*, & num.26.

25 *Constitutio favorabilis comprehendit casus, virtualiter, & implicitè in ilia contentos.*

27 *Ex alienatione jurisdictionis non mediocris fit jactura patrimonii, ac etiam existimationis.*

28 *Constitutio S.Pii V. prohibens alienationem Bonorum S. Sedis, ex rationis identitate comprehendit jura etiam incorporalia, illis inhærentia.*

29 *Legis nulla melior interpretatio dari potest illâ, quæ ex facto Successorum oritur.*

30 *Gregorius XIII. die 3. Aprilis 1581. in Consistorio declaravit, sub Constitutione Pii V.* la 35. *comprehendi concessiones etiam guberniorum, ultra triennium factas.*

31 *Concessà in Locis Sanctæ Sedis jurisdictione, jure gubernii exercenda, eorum proprietas, & dominium apud S. Sedem remanet.*

32 *In Lege ab Antecessore conditæ, interpretatione decipi non potuit Successor, qui ex ipsius Legislatoris ore ejus mentem intellexit.*

33 *Verba* = Omnem, & quamcumque infeudationem & alienationem = *in Constitutione Innocentii IX. confirmatoria Bullæ* S. Pii V. la 35., *utpote universalia, omnes comprehendunt casus, etiam improprios,* ex-

expressàque indigentes mentione, ac Juris resistentiam habentes.

34 *Proindeque quævis in minima etiam parte alienatio per eadem verba prohibita censetur.*

35 *Sub iisdem verbis comprehensa censetur quæcumque concessio rerum, quæ sub ejusdem Bullæ ratione contineri possunt.*

Et quæcumque concessio jurium, quæ rebus ipsis, alienari prohibitis, cohærent, qualis est jurisdictio, num.36.

36 *Jurisdictio licèt separabilis à Territorio, regulariter tamen illi cohærere, & cum eo, veluti in consequentiam, plerumque venire dicitur.*

37 *Declaratio suàpte naturà non inducit novum jus, sed solùm determinationem jam perfectam probat.*

38 *Ex Constitutione facta ad Prædecessoris Constitutionem declarandam satis probatur coacessionis comprehensio.*

39 *Jus cognoscendi appellationum Causas immediato Principi non esse concedendum ex quibus ostendi possit?*

40 *Regalia, alia majora; Et hæc Supremo Principi specialiter reservantur, atque extra commercium sunt; alia minora; & hæc in commercio esse queunt.*

41 *Regalia etiam minora sub Piana Constitutione comprehendi, censuerunt quotquot de ea scripserunt, exemptis solummodo Bonis, quæ instar Privatorum, ad bursam Principis pertinere dicuntur.*

42 *Constitutio* S. Pii V. la 35. *cum loquatur* de Bonis S. Sedis, *nequit ad ea dumtaxat restringi, quæ pertinent ad interesse bursale, & pecuniarium, sed ad illa etiam, quæ ad honorem, & jurisdictionem pertinent, extenditur.*

43 *Aliud est Sedes Apostolica, aliud Camera Apostolica, differuntque sicut genus, & species; Ideo Bona Cameræ Apostolicæ propriè sunt, quæ pertinent ad interesse bursale, & pecuniarium, Bona verò S. Sedis comprehendunt etiam ea, quæ ad honorem, & jurisdictionem spectant.*

45 *Jus cognoscendi appellationum Causas sub jurisdictionalium, & regalium genere includitur, atque ad jus publicum pertinet,* & num.49.

47 *Bonarum mentium est culpam timere ubi culpa minimè reperitur.*

48 *Sub Pianâ Constitutione, prohibente Bonorum Sanctæ Sedis alienationem, comprehenduntur etiam Bona, instar particularium, & privatorum, ad ipsam spectantia, quæ ex accidentali aliqua caussa regalibus, & jurisdictionalibus assimilata fuerint.*

50 *Propter quod, unumquodque tale, & illud magis: tritum effatum est.*

51 *Jurisdictio separabilis est a proprietate; illàque concessâ, altera concessa non intelligitur, & vicèversâ; Sic dato in feudum Castro, non idcirco jurisdictio quoque concessa semper dicitur,* ibid.

52 *Concessioni jurisdictionis in quemcumque Locum, S. Sedis dominio obnoxium, Piane Constitutio obstat.*

Et denegatæ ædificationis Castri cum jurisdictione in Incolas exemplum adfertur, ibid.

53 *Jus cognoscendi appellationum Causas longè præstantius, & nobilius simplici jurisdictione.*

54 *Ex non facto, non secus ac ex facto, observantia interpretativa resultare dicitur.*

Jus cognoscendi appellationum Causas concessum nunquam fuisse, noverunt Doctores relati num.55.

56 *Minimè sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt.*

57 *Cives, & Populi appellationum præsidio defenduntur ab oppressione Dominorum inferiorum, eoque exanimandi non sunt,* & num.66.

58 *Concessio juris cognoscendi appellationum Causas viam aperit inferioribus ad Supremum Principatum usurpandum, sesque subtrahendum Superioris potestati.*

59 *Jure cognoscendi appellationum Causas donati Principes, eo tanquam exorbitanti, spoliari possunt.*

60 *Subditorum quieti, libertati, atque incolumitati consulendum, modum imponendo abusui amplæ jurisdictionis, immediatis Dominis competentis,* & num.69.

61 *Jus cognoscendi appellationum Causas immediato Domino, Subditis invitis, concedendum non est.*

62 *Rescriptum, quo Principi Status Messerani secunda ac tertia instantia concessa fuit, dummodo tamen Subditis* in casibus, à Jure permissis *licitum esset ad Congregationem Messerani recursum habere, iisdem Subditis peculiare nullum præsidium attulisse, vel in eorum etiam gravamen converti posse, ostenditur,* ibidem & numer. seqq.

63 *Subditi, etiam cum agitur de privilegio competente eorum immediato Domino, cognoscendi appellationum Causas, possunt, omisso illius medio, recurrere ad Supremum Dominum; inspecto præsertim Jure Canonico.*

64 *Jus Canonicum, præcipuè in Terris Ecclesiæ, & in concessionibus atque infeadationibus, à S. Sede factis, servandum est,* & num.67.

65 *Regalia ita in alium conferuntur, ut suprema eorumdem potestas, & dominium, penes Principem transferentem remaneant.*

Ideoque dicenda non privativè, sed cumulativè concessa, ibid.

68 *Præsertim, si non ex contractu, aut onerosò pacto elargita fuere, sed ex speciali privilegio.*

HOMINES, & Incolæ Principatus Messerani, & Marchionatus Crepacorii Subditi mediati Sanctæ Sedis Apostolicæ, cum ab eorum immediato Domino prohiberentur in secunda, & ulterioribus Instantiis ad illam deferre appellationes à gravaminibus, ipsis illatis per Sententias in prima Instantia pronunciatas ab ejus Judicibus, per quos itidem cognoscendas, definiendasque esse contendebat Causas omnes, & controversias, quæ inter se, dictosque suos Subditos subortæ fuissent, implorarunt opem Sanctæ Sedis, ut ipsa tamquam Suprema Domina dicti Status sarctam, tectamque eisdem servaret originariam, & jampridem repetitis hujus Sacræ Congregationis resolutionibus roboratam libertatem ad eam appellandi, porrectisque precibus san: mem: Alexandro VIII. anno 1690., Summus ille Pontifex, quò eorum incolumitati consuleret, grave hoc negotium, quamvis non semel jam decisum, huic ipsimet Sacræ Congregationi iterùm cognoscendum demandavit: ab eaque post maturum examen, ac utroque Defensore pluries, pluriesque audito, tandem die 4. Aprilis ejusdem anni quoad Causas appellationum responsum in hæc verba emanavit = *Quoad cognitionem Causarum in secunda, & tertia instantiis, nempè an D. Principi competat cognitio Causarum appellationum inter suos Subditos in secunda, & ulteriori instantia negativè, & supplicandum Sanctissimo pro expeditione Literarum Apostolicarum, in forma Brevis directarum Nuntio Apostolico Taurinensi, cum facultate cognoscendi Causas in supradictis instantiis uti Delegato Apostolico, tàm per se ipsum, quàm per alios, ab ipso subdelegandos, cumulativè tamen cum Auditore Cameræ.*

Quo verò ad Causas, in quibus inter Principem, ejusque Subditos ageretur, rescriptum fuit = *Quoad Causas in prima Instantia, quando agitur de interesse Principis, spectare ad Principem, exceptis Causis gravibus, & aliis, prout de Jure, pro quibus provideatur in expeditione Brevis dirigendi Nuntio Apostolico Taurinensi, ut supra.*

1 Ad normam harum Resolutionum die 14. mensis Julii ejusdem anni 1690. expeditæ fuerunt Literæ Apostolicæ in forma Brevis, quibus etsi Dominus Princeps reverenter obsequi, ac parere debuisset, prout certè tenebatur virtute Juramenti, Sanctæ Sedi præstari consueti,
2 parendi nempe *mandatis quoque, & jussionibus Sanctitatis Suæ, suorumque Successorum præfatorum, & Nuntiorum Apostolicorum, ut in Summ. prò Reverenda Camera distributo anno* 1713., ne alioquin incideret in pœnam amissionis Feudi, contra Vassallos contumaces sancitam in *cap. unic. §. Item verso tit. quæstion. prima Causa amittendi Beneficium*, & ibi notat *Isernia*, aliique communiter *Scribentes*, spem tamen fefellit eventus, nàm dictum Breve demandatum quidem fuit executioni, ut patet ex pluribus, pluribusque Sententiis editis in Tribunali Nuntiaturæ Taurinen., & ex alia promulgata in Tribunali A.C., *ut in Summario Memorialis materna lingua exarati*. At id factum est non solùm resistente Domino Principe, sed eodem auso publicis Edictis deputare Judices, coram quibus Causæ appellationum iu secunda, & ulteriori instantia cognoscerentur, gravibus constitutis pœnis in Subditos illos, qui usi Jure suo, & facultatibus, Pontificio Brevi ipsis impertitis, ad Judices à Sancta Sede deputatos appellationem interposuissent, eòque tandem ipsius reluctatio progressa est, ut Sancta Sedes suspenso, eidemque adempto exercitio Jurisdictionis, eò transmittere coacta fuerit Commissarium Apostolicum, qui dicti Status regimen susciperet.

His tamen imperterritus hodiernus Dominus Princeps, die 14. mensis Martii anni 1714. recurrens ad hanc Sac. Congregationem, eidem supplicavit pro reintegratione ad exercitium suæ Jurisdictionis, ac concessione facultatis cognoscendi Causas etiam appellationum, & non citatis, nec auditis Hominibus, & Incolis dicti Principatus, ideòque eisdem Jura sua tueri minimè valentibus, à Sacra Congregatione rescribi obtinuit = *Pareat, & posteà supplicet, & ad Dominum Secretarium cum Sanctissimo juxta mentem, mens est, quod secuta paritione per validam acceptationem, removeatur Commissarius Apostolicus, & restituatur Jurisdictio Principi, injuncto præcepto, per eumdem Commissarium faciendo de rectè, & fideliter observando totum id, ad quod vigore acceptationis Princeps se obligavit, ac de parendo mandatis Sanctitatis Suæ, & Sacræ Congregationis Messerani in futurum quomodolibet faciendis; Post duos verò menses à die paritionis, seù restitutæ Jurisdictionis Principi concedendam esse per Breve tàm in Civili, quàm in Criminali secundam, & tertiam instantiam, dummodò tamen in qualibet instantia, & tàm in prima, quàm in ulterioribus licitum sit cuilibet Subdito in Casibus à Jure permissis libere recurrere ad Congregationem Messerani, & ad ejus Secretarium, & omnes, & quæcumque Inhibitiones, seù Literæ ab eodem Secretario obtinendæ attendantur, & illicò executioni demandentur ad effectum recognoscendi gravamina in præfata Congregatione ab ejusdem Secretario, & an sint Causæ de Iure permissæ, prò cujus faciliori executione uniendam esse præfatam Congregationem Messerani cum Congregatione Lauretana, & Avenionensi, ad hoc, ut Secretarius earumdem sit Secretarius istius, & tàm Cardinales, quàm Prælati sint iidem, & ad quam Congregationem privativè spectet Jus cognoscendi tàm in Civili, quàm in Criminali recursus tàm Subditorum, quàm ejusdem Principis Status Messerani.*

Cujus sane Rescripti quæcumque diù siluit auctoritas, nam Dominus Princeps Messerani illius beneficio uti cunctatus est, tum quia in spem fortasè amplioris Jurisdictionis erectus, qua videlicèt in casibus etiam à Jure permissis appel-

Appellationum Causæ deferri prohiberentur ad Congregationem Messerani; tum etiam quia non citatis, & inauditis, ut diximus, Subditis, impetratum fuit. At iidem nuper cognovere ab eo porrigi exemplar cujusdam Brevis, quo supplicat *sibi*, *& suis in dicto Feudo*, *seu Principatu Successoribus* à Sanctissimo concedi facultatem cognoscendi *quascumque Causas Civiles*, *Criminales*, *& mixtas suorum Subditorum*, *& Vassallorum*, *nec non alias etiam*, *in quibus ageretur de interesse Principis cum eisdem Vassallis in secunda*, *& ulterioribus instantiis audire*, *cognoscere*, *decidere*. *& fine debito terminare*, *ac prout Juris fuerit*, *executioni demandare*, *& illas probis*, *& idoneis Viris audiendas*, *cognoscendas*, *& fine debito terminandas*, *ac*, *prout Juris fuerit*, *executioni demandandas committere &c.* = relictâ solummodò Subditis facultate recurrendi ad Sanctam Sedem, prout eadem dicto Rescripto Sacræ Congregationis præservata fuit, ibi = *ut tamen supplicationes*, *& querelæ*, *ac recursus liceat*, *& licitum sit remedium debitum*, *opportunam postulare*, = præcipiendo denique, ut pariter cavebatur in dicto-Rescripto, quod Princeps parere teneretur provisionibus, & Inhibitionibus Congregationis, super negotiis Status Messerani præpositæ, & per literas Secretariæ Status eidem significandis, ut ex tenore exemplaris dicti Brevis, jussu Sacræ Congregationis, Agenti Subditorum, & Hominum dicti Status communicati, ut Jura sua tueri, libertatemque ad Sanctam Sedem appellandi conservare queant.

Beneficio propterea summâ Eminentissimorum Patrum æquitate, ipsis impartito, utentes,
3 humiliter exorant, ut, prævio recessu à dicto Rescripto, die 14. mensis Martii anni 1714. ipsis non citatis, nec auditis edito, contra apertam sanctionem *Textus in celebri Clementina Pastoralis §. Caterum defectus de re judicat.*, *& cap. primo de caus. possess.*, *& propriet.*, servari mandent Pontificium Breve sanctæ memoriæ Alexandri Octavi, quo incolumis eisdem præservatur plena libertas in secundis, & ulterioribus instantiis, omni penitùs excluso medio appellandi ad Sanctam Sedem, quod sanè beneficium si eisdem impartitum reperitur ex Juris censura, juxta quam Subditus gravatus Sententiâ immediati Domini, liberam,
4 plenamque habet potestatem appellandi ad Curiam mediati Domini, ad cujus Supremam Jurisdictionem appellationes istæ pertinere dicuntur, ex congestis apud *Spad. cons. 1. num. 21. & seqq. lib. 1.*, *Covarruv. practicar. quæst. cap. 4. sub numer. 2. versic. extat verò hac de re*, *Boss. tractat. var. tit. de Principe num. 281.*, *Mart. de Jurisdiction. par. 4. centur. 2. cap. 198.*, *Scacc. de appellation. lib. 3. cap. 2. quæst. 8. sub nu. 103. versic. contrarius opinio*, potiori sanè Jure eadem Subditis sarcta, tectaque facienda erit, quia constabilita reperitur auctoritate præfati Bre-
5 vis, quod, utpotè editum post maturum examen, acerrimasque Partium oppositiones, tamquam Lex à Supremo Principe lata, religiose servandum est, argumento *Textus in leg. prima ff. à quibus appellar. non liceat*, & de simili Pontificio Brevi ait *Rota in una Æsina Collectarum 18. Martii 1711. §. Solida coram Eminentissimo Domino Cardinali Scotto*, & sæpius alibi. Et sane, ut iidem Subditi, & Homines Status Messerani facilius voti compotes effici mererentur, satis esset animadvertere, quod vigore dicti Brevis, denegantis Domino Principi cognitionem appellationum, nulla ex parte diminutâ illius Jurisdictione, nihil ipsi ademptum, nisi quod à Jure denegatum reperitur, & in Investitura eidem concessum non legitur: Contra verò multùm læderentur Subditi, si eosdem subjiciendo novo Judicio immediati Domini, quo in prima instantia gravati fuerunt, privarentur beneficio sibi levamen parandi per appellationem ad Curiam Supremi Domini directi.

Verumtamen, ut plane demonstretur, quàm justè à san. mem. Alexandro Octavo dicto D. Principi denegatum fuerit Jus omne, & quæcumque facultas cognoscendi Causas appellationum, fas mihi sit, breviter repetendo ea, quæ plene deducta fuerunt in dicto Memoriali, vernaculo sermone conscripto, & Sacræ isti Congregationi distributo, plura eisdem superaddere, quibus perspicuum fieri videtur, nullo pacto locum esse posse concessioni novæ Gratiæ, quâ, revocato, sive reformato priori Brevi, præfato Domino Principi concedatur potestas, & Jurisdictio quoquomodo sese immiscendi cognitioni, sive primarum, sive etiam ulteriorum appellationum, tametsi illa temperata reperiatur clausulis, & conditionibus adjectis in Rescripto, per extensum relato in *§. His tamen imperterritus*.

Noverat quippe Sapientissimus ille, ac Jurisconsultissimus Pontifex, quod, licèt non ageretur de adimendo Subditis beneficio, vel modo aliquo eisdem diminuendo Jure ultimarum provocationum, per viam recursus, aut supplicationis deferendarum ad Supremum
Principem, illarum auxilio præsidium, opem- 6
que implorando incolumitati, ac innocentiæ suæ oppressæ ab immediato Domino, abutente potestate, in eum transmissa, cum tale Jus, veluti regale, ac pertinens ad supremam Principis Majestatem, eamque superioritatem, à nostris nomine *di Sovranità*, ab Hispanis illo *di Majoria* nuncupatam, adeò regali dignitati, & Principis personæ inhærere dicatur, ut quasi per essentiam, & non per accidens illis adne-
xum, ab eisdem separari, & in inferiorem 7
Dominum transmitti nullo pacto queat, ut relatis antiquioribus, plenissimè docuerunt *Antunez. de donat. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 8. numer. 16. & seqq.*, *Minaun. in Bas. Pontific. Jurisdict. tract. 1.*, *fundament. 1. quæst. 3. §. 4. sect. 3. num. 113. & seqq.*, *Frass. de reg. Patronat. Indiar. tom. 1. cap. 2. per tot.*, *Lagunez. de fructib. part. 1. cap. 17. per tot.*, & præsertim *ex n. 32.*, *Pegas. ad ordinat. Regn. Portugall. tom. 9. lib. 2. tit. 28.*

tit.28. ad rubr., *Gloss.1. numer.66. & seqq. fol.*
8 *mihi 66. & seqq.*, uno ore tradentes, quod,
cum agitur de supremis hisce provocationibus,
ac recursibus, frustrà subtilius inquiritur de amplitudine verborum, sivè clausularum, quibus
Investitura, aut concessio concepta est, quippè quia tale privilegium pendere nullatenus dici potest a voluntate Supremi Principis, penitus
carentis potestate sese eisdem abdicandi, atque
efficiendi, nè Subditis ab inferioris domini finali Judicato provocare liceat ad eum, penes
quem residet Jus supremi, & alti Dominii:
*Nam ut ab aliquo nullâ ratione possit provocari
cum persona Subditi repugnat* =, ut utar verbis
*Hugon. Grot. de Jur. Bell., & pac. lib.2. cap.4.
§.13.*, *Petra de potest. Princip. cap.8. num. 54.
fol.71.*, *Mart. de Jurisdict. part.4. cent.2. cas.
195. num.48., & duob. seqq., & 199. n.6.*

Noverat, inquam, Sapientissimus ille Pontifex, quod, tametsi non ageretur de Jure supremarum provocationum, seu de superioritate
9 ista Supremo Principi, tamquam illi inseparabiliter inhærente, præservata, & inferior Dominus sibi arrogare solummodò contenderet
Jus cognoscendi Causas appellationum in secunda, & ulteriori instantia, nihilominus id
quoque justissime denegandum censuit, cum
hoc etiam Jus pertinere dicatur ad supremam
Principis Jurisdictionem, *Petr. de potestat. Princip. cap.8. num.65.*, *Matthæu. de regim. Regn.
Valent. cap.6. §.1. nu.7.*, inquiens, Jurisdictio-
10 nem omnem à capite Principis, veluti à suo
fonte, prominare, atque esse de regalibus, ipsi
reservatis, *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.1. tit.1.
nu.10.*, *Rosent. de feud. tom.1. cap.5. conclus.4.
per tot.*, *Ripoll. de Regal. cap.35. nu.12.*, *Antunez. de Donat. tom.1. part.2. lib.1. num. 8. in
fin., & tom.2. part.3. cap.9. num. 54.*; quapropter adeo continetur sub reservatione supremi
dominii, quam ille facit in Investituris, ad
11 originariam doctrinam *Angeli in leg.1. §. Mandatum ff. de offic. ejus cui mandata est Jurisdictio,
Jacobin. de Sancta Georgeo in leg. Judicium
solvitur ff. de Judic., & leg. Imperium col.3. de
Jurisdiction. omn. Judic., & in tract. de feud.
in verb. Vicarius, & in verb. cum mero, & mixto
imperio num.9.*, *Natta cons.309. numer.1., &
cons.580. numer.24. in fine*, *Albert. Brun. consil.102.*, *Surd. cons.275. num.4. & seqq.*, *Spada cons.1. num.21. & seqq. lib.1.*, *Covarruv. practicar. quæst. cap.4. num.6.*, *Peregrin. de Jur.
Fisc. lib.1. tit.2. nu.98.*, *Rosenthal. de feud. cap.5.
conclus.5. num.12.*, *Capiblanc. de Baron. pragmatic. 8. part.1. num.148., & num.151.*, *Cancer. variar. res. l. part.1. cap.17. num.5.*, *Bovadill politic. quæst. tom.1. lib.2. cap. 16. nu.76.*,
Xistin. de regal. lib.1. cap.1. num.6. & sequen.,
Avendan. de exequut. mandat. lib... cap.5. n. 2.,
Scacc. de appellat. lib.3. cap.2. quæst. 8. sub numer.103. vers. contraria opinio, & seqq., *Scialoya de for. competent. cap.51. num.12.*, *Fajard.
allegat. fiscal. part.2. allegat.33. ex num.504. &
seqq.*, latissime *Lagunez. de fruct. par.1. cap.17.
num.4. & seqq.*, *Pegas ad ordinat. Regn. Portugall. tom.9. lib.2. tit.28. ad rubric. Gloss. primæ numer.67. fol. mihi 297., & tom.12. tit.45.
§.26.*, *Gloss. 28. num.1. & plurib. seqq. fol. mihi 208.*, *Fontanell. dec.389. num.11.*, & extat
magistrale votum *Robusterii* apud *Farinac. in
secundo vol. cons. dec.27. num.9.*, ut numquam
comprehendatur in quavis generali concessione, sed omninò tale regale Jus debeat in ea speciatim, ac nominatim exprimi, *Bald. in Au- 12
thent. quas actiones numer. 14. Cod. de Sacros.
Eccles.*, *Natt. dicto cons.580. num. 25.*, *Surd.
d. consil. 275. loc. mox. citat.*, *Capoblanc. loco
mox. citat. nu.147., & seqq.*, *Frecc. de subfeud.
lib.2. fol. mihi 346. num.6.*, *Lagunez. de fruct.
dicto cap.17. numer.5.*, *Fajard. dicta allegat.33.
num.509. & seqq.*, *Pegas citat. Gloss.28. nu.4.,
& num.7.*, *Matthæu. de regim. Regn. Valent.
cap.6. §.3. num.25.*, *Cabedo decis. 40. num. 12.
part.2.*, & tradunt ceteri omnes mox allegati,
ita quidem, ut, licèt investituræ concessæ reperirentur *cum omnimoda Jurisdictione, mero,
& mixto Imperio*, & quibusvis aliis amplissimis
clausulis, eædem semper restringantur ad primas dumtaxat instantias, quoties nominatim 13
expressa non fuit concessio facultatis cognoscendi Causas etiam appellationum, *Natt. d.
cons.580. num.25.*, *Spada d. cons.1. numer. 23.
lib. 1.*, *Capiblanc. de Baron. dicta pragmat. 8.
part.1. num.148. & seqq.*, latè *Lagunez. de fructib. part.1. dicto cap.17. num.7. & seqq. fol. mihi 251. & sequentibus*, & benè probat magistrale votum *Robusterii* apud *Farinacc. in secundo
volum. cons. decis.27. nu.9.*; Imò verò censent
Doctores, in hac materia adeò rigida cum interpretatione procedendum esse, ut rejectâ quavis benignâ intelligentiâ, etiamsi una cum
Castro concederentur etiam appellationes, con- 14
cessæ dicendæ non sint, nisi primæ, secundis
penes Principem ex sua præeminentia remanentibus, *Covarruv. pract. quæst. cap.4. numer. 7.
vers. tertia conclusio & seqq., & numer.8.*, *Rosent. de feud. cap.5. conclus.5. num.13.*, *Fajard.
allegat. fisc. part.2. dicta allegat.33. num.511.*,
Fontanell. d. decis.389. num.14.

Idque apprimè convincitur etiam examinatâ, diligentèrque perpensâ, prout in Memo-
riali, cujus mox meminimus, per totum arti- 15
culum secundum, antiquâ, & originariâ Investiturâ concessâ à Bonifacio IX., & confirmatâ à fel: mem: Clemente VIII., qui Meliseranum Principatus, & Crepacorium Marchionatus dignitate decoravit, ubi nulla penitùs Baroni impertita legitur potestas cognoscendi
Causas appellationum, sicuti id etiam agnovere ipsius Defensores, qui sentientes, illum
juvari nullo pacto posse tenore Investiturarum,
præsidium quæsiverunt ex præscriptione, pro
qua constabilienda, præter antiqua quædam
Statuta, quibus Subditis prohibebantur appellationes, ab ipsis allata, supplicarunt pro concessione remissoriæ, sed frustra eorum conatus
impensi, nam Sacra Congregatio videns, re- 16
gale istud Jus vix, ac ne vix quidem præscribi
posse, *Natt. dicto cons.588. num.24.*, *Spad. d.
cons.1.*

conf.1. num.26. lib.1., *M.strill. de Magistrat. lib.3. cap.2. nu.23.*, *Mart. de Jurisdict. part.4.*
cent.2. cas.298. numer 2., *Capiblanc. de Baron.*
pragm.8. d. part.1. nu.147. & seqq., *clar. mem.*
Card. Albit. de inconstant. in Judic. quæst. 42.
num.6., *Scialoya de for. compet. cap.51. nu.12.*,
Fajard. allegat. Fiscal. part. 2. allegat. 33. numer.507. & seqq., & immemorabilem, quæ
sola Baronem juvasset, probari neutiquam
17 posse, quippè illi locus esse nequibat in acquisitione Juris, originem habentis ab Investituris, *Pereyra de manu reg. cap.37. num.18.*, *Lagunez. de fruct. part.1. cap. 15. §.4. num. 130.*,
remissociam denegavit; Prout etiam nullo numero habenda esse censuit Statuta, quibus intercipiebantur appellationes ad S.Sedem, quoniam nec Principum illa concedentium, nec
Populi illa acceptantis in potestate erat, præsi-
18 dio appellationis ad Supremum Principem exarmare Subditos, immediati Domini judicio læsos, ut prosequitur *clar. mem. Card. Albit. loco mox. citat.*, & ante eum docuerunt *Federic. de Senis conf.93. num.7.*, *Natt. conf.309. n.2.*,
Covarruv. pract. quæst. dicto cap.4. num.1., *Capiblanc. dicta pragmat.8. part.1. num.151.*, inquiens, per Barones attentantes his mediis hanc
sibi arrogare Jurisdictionem, nullum Fisco, &
19 Jurisdictioni supremi Principis inferri posse
præjudicium, imò illos eam temerè usurpare
ausos, capitali pœnæ obnoxios fieri, *Scialoya de for. compet. d.cap.51. sub num.11.*, *Matthæu. de regim. Regn. Valent. cap.6. §. 1. num.6.*, &
conferunt tradita per *Rotam coram Seraphin. decis.615. num. 7.*, *coram Rembald. decis. 398. num.3.*, *in recent. decis. 142. num. 6. & seqq.*,
& decis.323. num.25. & seqq. part.4.

Jure igitur, meritòque Summus Pontifex
Alexander VIII. videns, istiusmodi Jus in Investitura nominatim non fuisse concessum, &
juxta feudales regulas, tamquam præcipuum
regale, reservatum esse, noscens Supremo
20 Principi Investienti, Baroni denegandum censuit. Quamobrem D.Princeps illud hodiè haud
aliter assequi poterit, quam per viam privilegii, cujus vigore tametsi ipsi eximium istud
Jus regale communicari queat, *Bovadill. politic. tom.1. lib.2. cap. 16. num. 76.*, *Cancer. var. resolut. part.1. cap.17. num.53.*, *Lagunez. de fruct. part.1. cap.17. numer. 26. & seqq. fol. mihi 254.*, *Pegas ad ordinat. Regn. Portugall. tom.2. lib.2. tit.28. ad rubr. Gloss. prima nu.68. fol.298.*, *& tom.12. lib.2. tit.45. §.26. Gloss.23. num.8. fol. mihi 208.*, *& §.32. Gloss.34. nu.42: fol. mihi 233.*, *Fontanell. decis.389. numer. 2.*:
Nihilominus id in Causa, de qua agitur, absonum omninò videretur, nedum quia præter
Pontificium Breve, quod infirmandum esset,
& Legum feudalium præcepta, talis Privilegii concessioni resistere videntur sanctissimæ
Leges, ac sapientissimæ Constitutiones, quibus
Ditio Ecclesiastica regitur; Verum etiam,
quia, tametsi colore aliquo dici posset, Constitutiones hasce apertè non adversari, plura tamen in concreto casus nostri urgent gravissima
rationum momenta, suadentia, præclarissimum hoc privilegium, quod ab omnibus exorbitans dicitur, impartiendum neutiquam
esse D. Principi.

Profectò, si intueamur Pontificias sanctiones, quibus Romanæ Ecclesiæ Bonorum, &
Jurium incolumitati, ac perpetuæ conserva- 21
tioni provisum fuit: Omissa celebri Constitutione à Simmaco Papa edita in Synodo Romana quarta, atque relata in *Canone Non liceat Caus.12. quæst.2.*, deindèque confirmata *in Constitutione 6. Gregorii IX.*, quibus accedunt
Statuta *Joannis XXII. Constitut.8.*, *& Pii IV. Constitut. 104.*, hæ namque omnes Constitutiones, utpotè loquentes de Prædiorum, & rerum stabilium alienatione, ad rem minus pertinent, & idcircò Summi Pontifices, ita exigente justâ ratione, passim illis derogare consueverunt; certe tamen concessioni istiusmo-
di Privilegii obstare videtur sapientissima illa 22
Lex à Sanctissimo Pontifice Pio V. sancita in
Constitutione inter ejus impressas in 35., quæ
non solum confirmata fuit ab ejus Successoribus *Gregorio XIII. Constit.3.*, *Xisto V. Constitut.26.*, *& Gregorio XIV. Constitut.1.*, verum
declarata, atque ampliata fuit ab *Innocentio IX. in sua prima Constitutione*, *& Clemente VIII. Constitut. pariter prima*, ut apud *Fagnan. in cap. ex parte num.36. & sequentibus de Feud.*,
Spada conf.21. nu.6. num 22., *& num.62. lib.1.*,
qui *num.57.*, ait, religiosissimè usque in hodiernam diem observatam reperiri ab omnibus
Sancti Pii successoribus, qui mali, & periculosi exempli futurum esse semper censuerunt,
si aliquando dictæ Bullæ derogari quoquo modo cæptum fuisset.

Neque verò dictæ Pontificiæ Constitutionis
obex submoveri potest sub prætextu, quod illa, utpotè prohibens infeudationes, & alienationes Civitatum, Castrorum, aliorumque
Locorum, & Bonorum, ad Beati Petri, & San- 23
ctæ Sedis patrimonium pertinentium, non
comprehendat concessionem similis privilegii,
quo ampliatur solummodò jurisdictio competens Baroni in Subditos, & Castra, jam ab eodem, justo titulo, possessa; Objectio namque
ista facilè submovebitur, si perpendamus naturam istius Constitutionis, & mentem Conditoris ejusdem; Versamur enim in Lege non
odiosa, sed favorabili, ut facilè perspici potest
ex eo, quod illa, veluti principaliter facta favore Ecclesiæ Romanæ, & ad ejus indemnitati
consulendum, ut observat *Novar. in Summ. Bullarum Comment.58. in fine*, & non edita
in odium, neque in pœnam alicujus, nullique
auferens jus suum, proculdubio dici nequit
admixtam habere causam ullam odii, sed undequaque favorabilis est, ut in proposito de
hac Bulla ratiocinatur *Spada conf.23. num. 5.*, *& 6. lib.1.*, & ita de aliis similibus Decretis
Ducalibus Sabaudiæ respondit *Barsat. conf.350. sub num.12.*, inquiens, *quod tamquam introducta ad publicam utilitatem favorabilia censentur*,
ac consonat *Menoch. conf.264. num. 41.* verba

pari-

pariter faciens de eisdem Decretis, & uterque
allegat *Parpurat. cons. 18. num. 3. & 36.* lo juen-
tem de alio simili Decreto edito a Ludovi-
co XII. Galliarum Rege, &, omissis magis
generalibus, ad rem confert exemplum Con-
stitutionum, & Statutorum prohibentium alie-
nationem Bonorum in Forenses, quæ ob publi-
cam Civium, & Principatus utilitatem favora-
biles dicuntur, *Bartol. in leg. filius familias §.
Divi, vers. quæro, an per statutum ff. de legat.
primo, & in leg. final., Cod. de Sacrosanct. Ec-
clesi., Alexander. cons. 41. num. 11. lib. 1., Bar-
bat. cons. 43. nu. 11. vers. venio nunc, & sequen-
tibus lib. 1., Cephal. cons. 53. nu. 8. & seq., Cal-
can. cons. 125. num. 6., Riminald Jun. cons. 28.
num. 13., & cons. 221. numer. 9. & seqq., Surd.
cons. 276. numer. 9., Pignat. ad statut. Ferrar.
Rubr. 98. num. 14., Andreol. contr. 41. numer. 1.
& 6., Capon. controvers. 3. num. 11., Rota in
Recent. decis. 251. numer. 5. & sequen. part. 8.*,
ideòque eædem extensivam admittunt inter-
24 pretationem, proficiscentem ex identitate ra-
tionis, fundatæ nimirum in publica utilitate,
ad *Text. in leg. si postulaverit 27. §. Et si ff. ad
leg. Juliam de adulter., leg. non possunt cum leg.
sequen. ff. de legib., leg. his solis 7. Cod. de revo-
cand. donat., Bald. in leg. si Mater in Cod. de
instit., & substit., Gratian. discept. 449. nu. 2.,
Amat. var. resolut. cap. 1. num. 86. & sequent.,
Andreol. controvers. 274. num. 35. & sequent.,
& n. 47. §. Et sic pariter, Belot consult. 21. n. 11.,
Tranchedin. consult. 70. num. 30., Rota in Recen.
d. decis. 251. num. 23. & seqq. part. 8.*

Id quod sane contingit in casu nostro, in
quo, ut Sanctissimus ille Pontifex loquitur in
§. 1. dictæ suæ Constitutionis, animadvertens,
25 retroactis temporibus, nonnullos nimium ambi-
tiosos, & dominandi cupidos sub variis præ-
textibus, coloribus, & causis, sæpe etiam fal-
sis, conatos fuisse ostendere, & persuadere
Romanis Pontificibus utile, & expediens esse,
si infeudarentur Loca aliqua, ad jus, & proprie-
tatem Sanctæ Sedis pertinentia, indeque ema-
nasse concessiones, ex quibus illa non medio-
crem diminutionem non solum patrimonii,
sed etiam existimationis recepisse dignoscitur;
perpetuo idcircò valiturâ Constitutione, & ju-
ris jurandi religione ab omnibus Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ Cardinalibus, suisque Successo-
ribus confirmanda, illas prohibuit. At verò,
si dicta Bulla suâpte naturâ favorabilis est, ac,
utpotè edita ob publicam utilitatem compre-
hendit casus virtualitèr, & implicitè in illa
contentos, *Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de alie-
nat. quæst. 11. sub num. 11.*, & ut benè ait *clar.
mem. Card. di Luca de Feud. disc. 128. num. 6. in
supplement.*, comprehensio hæc resultat ab
26 ejusdem Bullæ ratione, vel fine, ad quem prin-
cipaliter prodijt, ambigi minime posse videtur,
quin sub ratione istâ, ob quam ad consulendum
indemnitati Sanctæ Sedis prohibitæ fuerunt in-
feudationes, & concessiones Castrorum, &
Locorum, aliorumque Bonorum Sanctæ Sedis,
comprehendatur etiam alienatio Jurisdictionis,
quam præcipuè ambitiosi homines, quorum ef-
frenatam dominandi cupiditatem Summus
Pontifex coercere voluit, omni arte assequi 27
contendunt, & ex cujus alienatione non solum
patrimonii Sanctæ Sedis, ad quod illa pertinet,
sed existimationis etiam non mediocris fit ja-
ctura, ut animadvertit *Spad. dict. cons. 21. nu-
mer. 72. lib. 1.*, censens propterea prohibitionem
hanc utpotè loquentem de *Bonis Sanctæ Sedis*
comprehendere non solùm corpora ipsa Bono-
rum, sed jura etiam incorporalia illis inhæren- 28
tia, veluti sub dicto nomine *Bonorum Sanctæ
Sedis* æquè comprehensa.

Quæ interpretatio eò certiùs recipienda vi-
detur intuentibus nobis tùm Constitutiones
aliorum Summorum Pontificum, dictam Bul-
lam confirmantes, tùm etiam subsequutam ob-
servantiam, namque si primas spectemus; cùm
nulla dari possit Legis interpretatio melior il-
lâ, quæ oritur ex facto Successorum, ad quos 29
nedum pertinet condere novas Leges, sed de-
clarare etiam illas ab Antecessoribus promulga-
tas, *Dec. in cap. 18.* sanè *num. 2., ibique Ad-
dend. litt. A de offic. delegat., Soc. sen. cons. 188.
num. 3. in fine lib. 2., Ruin. cons. 161. numer. 12.
lib. 1., D. Advocat. Campel. ad Constit. Ducat.
Urbin. in præfat. num. 621. & sequentibus, & De-
cret. 86. num. 1. & 2.*, perspicuum sane fiet, Pia-
nam Constitutionem, licèt in litera loquentem
de infeudationibus dumtaxat, & alienationi-
bus Corporum ipsarum Civitatum, Castrorum
&c., intelligendam nihilominus esse de cete-
ris etiam Sanctæ Sedis juribus incorporalibus,
quæ *vi* comprehensivà continentur sub identi-
tate rationis, respicientis publicam utilitatem
Principatus, in qua illa fundatur: Quamobrem
Gregorius XIII. immediatus Sancti Pii succes- 30
sor declaravit sub eà comprehendi concessio-
nes etiam Gubernirum, ultrà triennium factas,
teste *Fagnano in cap. ex parte de feud.*, qui *n. 36.
§. Porrò Bulla Pii V.* post relatas alias declara-
tiones, ejusdemque confirmationes factas ab
Innocentio IX., & Clemente VIII. *num. 37.*,
hæc habet = *Pratèr hæc Gregorius XIII. die 3.
Aprilis 1581. in Consistorio declaravit, sub di-
ctà Bullà Pii V. comprehendi etiam concessiones
Gubernirum, quas ultrà triennium de Locis
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fieri contingeret,
quas declarationes, & Xistus V. approbavit iti-
dem in Consistorio die 16. Januarii 1589.* =;
hac autem declaratione evidens, & apertum
redditur, prohibitionem, in Bulla sancitam,
ad literam intelligendam non esse de infeuda-
tione, & alienatione dumtaxat Civitatum, Ca-
strorum, aliorumque Locorum de Patrimo-
nio Beati Petri, dum sub illà comprehendi sta-
tuitur concessio etiam jurisdictionis, quæ jure 31
dumtaxat Magistratus, & officii, Gubernii
nempè exercenda esset in dictis Locis, eorum-
dem proprietate, & dominio remanente penès
Sanctam Sedem, ad tradita per *Thabor. axiom.
Jur. lib. 9. cap. 129. axiom. 3.*, quis autem non
videt, quanti facienda sit interpretatio desum-
pta ex solemni declaratione immediati Succes-
soris,

ſoris, qui non per ſubauditos intellectus, & ratiocinia ſupèr verbis Bullæ, ſed ab ipſa viva Lege, ex ore videlicet ipſius Legislatoris, ejus mentem intellexerat, & ſenſus verborum acceperat, ſubſcriptus namque legitur in dicta
32 Bulla, quam unà cum ceteris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ſuffragiis, & juramento probaverat, atque acceptaverat, quamobrèm inApoſtolico munere eidem deindè ſuccedens, in Legis ab illo conditæ interpretatione decipi non poterat, ad *Text. in cap. inter alia de ſent. Excommunicat. & cap. cum veniſſent de Judic.*

Porrò Innocentiùs IX., dum confirmavit, atque declaravit prohibitionem Infeudationum, atque alienationum, in dicta Bulla ſan-
33 citam, uſus legitur verbis illis = *omnem, & quamcumque infeudationem, & alienationem* quorum verborum univerſalium, atque omnia comprehendentium, ſi tanta vis eſt, & efficacia, ut trahat, ad caſus improprios, illosque etiam, qui expreſſa indigerent mentione, juriſque reſiſtentiam haberent, ut latiſſimè tradit *Cravet.conſ.294.nu.2., Surd. deciſ.254.n.33.* & paſſim apud alios, illiſque inſpectis, quævis, in minima etiam parte, alienatio prohibita
34 cenſetur, ut benè in noſtra ſpecie notat *Menoc. dicto conſ.261. num.41.* ibi = *& in ſpecie horum Decretorum reſpondit Purpurat.conſ.18.num.3. & 36., qui manifeſtè dixit, habere locum dicta decreta, etiam in re minima ob illam dictionem aliquid*=, & generaliter tradunt *Bald. in leg.ult. in fine, Cod.de rebus alienan.& non alien, Tiraquell.in leg. ſi unquàm in verb. partem aliquam num. 14. Cod.de revocand. donat.* aliiſque apud *Saminiat controverſ. 114. num. 10. & ſequen.*, in dubium ſanè venire nequibit, quin ſub amplitudine dictorum verborum, nedùm comprehendentium quemcumque alienandi modum, ſed quamvis etiam conceſſionem qua-
35 rumcumque rerum, quæ ſub dictæ Bullæ ratione, reſpiciente publicam utilitatem, contineri poſſunt, ut in propoſito notat *Spada conſ.23. num. 4. lib. primo*, & conſentit etiam claræ memoriæ *Cardinalis de Luca de Feud. in ſupplement. tomo primo diſcurſ.128.num. 3.in fine*, comprehenſa quoque dici debeat quæcumque conceſſio Jurium, quæ rebus ipſis alienari prohibitis cohærent, tanquam ſuo ſubjecto, qualis eſt juriſdictio, quæ, licèt ſeparabilis ſit à
36 Territorio, regulariter tamen illi cohærere, & cum eo, veluti in conſequentiam, plerumque venire dicitur, per ea, quæ latiſſimè tradit *Schrader.de Feud.tomo 2.part.10.ſect.3.n.151.*; Cumque Summus Pontifex profeſſus fuerit declarare Prædeceſſoris Conſtitutionem, ibi = *Sed etiam declarationis præſidio &c.*, & declaratio ſuapte naturà non inducat novum Jus,
37 ſed ſolum probet determinationem jam perfectam, *ad Textum in leg. adeò, verſ. cum enim, ff. de acquiren. rer. Domin., & leg. hæredes palàm §. ſi quid, ubi Caſtrenſ. num. 2. ff.de Teſtam, Gratian. diſcept.147.num.1., & 3., Thabor. axiom.Jur.lib.4.cap.7.axiom.4., Rota in Recentior. deciſ.293.num.18.& ſeq part.12., & ad ornat. claræ memoriæ Cardinalis de Luca de Dot. deciſ. 19.num.9.lib.6.*, inde fit quod ex poſte- 38
riori iſta Conſtitutione facta ad declarandum, ſatis ſuperque probatum appareat, in illa Prædeceſſoris, à Succeſſore ità declarata, iſtiuſmodi etiam conceſſiones comprehenſas fuiſſe, benè ad rem noſtram, *Spada dicto conſ. 21. num.8. lib.primo*, ibi = *Pondero dictum verbum*= declararetur = *per quod apparet, quod dicta Conſtitutio debebat fieri ad declarandum, ut modò dixi, non ad decernendum, & ſic eo non debebat inducere novum Jus, ſed tantum debebat fieri ad probationem determinationis jam perfectæ.*

Si verò recurramus ad intelligentiam, atque interpretationem deſumptà ex ſubſecuta obſervantia, clarius eluceſcet, Jus cognoſcendi Cauſas appellationum nullo pacto concedi poſſe ſinè apertà violatione Pianæ Conſtitutionis; Cùm
enim tale Jus propriè dicatur eſſe juriſdictio- 39
nis, ad Papam, tamquam Suprèmum Principem, pertinentis, ut probatur in *§. Noverat inquam* illudque conceſſum non fuerit in originaria Inveſtitura Feudorum, de quibus agitur, antè promulgationem dictæ Conſtitutionis tradita Authoribus D. Principis, ut paritèr notatur in *§. Idque apprimè*, comprehenſum proinde cenſeri debet ſub dicta Conſtitutione, veluti complectente *omnes ſpecies, quæ ſub juriſdictionalium, aut regalium genere quoquomodo poſſunt includi*; quamvis enim regalia ſint in duplici differentia, eorumque alia majora appellentur, & hæc utpotè ad Supremam Principis di-
gnitatem, poteſtatemque pertinentia, eidem 40
ſpecialitèr reſerventur, & extrà commercium ſint, alia verò minora dicantur, & hæc tamquam magis in reditu, ac fructu conſiſtentia, in commercio eſſe queant, ut explicant *Roſenth.de Feud.tom.1.cap.5.concluſ.2., & 3., Matthæu de regim. Regn. Valent. cap. 6. §.1.nu.12. & 13.* aliique apud *Alphonſ. dell' Aquila ad Roxas de incompatib.majorat.par.7.cap.2.par.1. n. 3.* apud quem alii; Nihilominùs, quotquot vel pro ejus muneris officio, vel pro veritate requiſiti poſt dictæ Bullæ promulgationem, de ejus interpretatione ſcripſerunt, adeò latè prohibitionem infeudationum, & alienationum, in illa ſancitam, intelligendam eſſe cenſuerunt, ut ſub ejuſdem cenſurà comprehenſis
minoribus etiam regalibus, ab illa exempta ſo- 41
lummodo reputaverint Bona, & res quæ ſinè ullà admixtione juriſdictionis, aut juris regalium, inſtar Bonorum privatorum, ad burſam ſolummodò Principis pertinere dicuntur, ut probat *Spad.dicto conſ. 21.lib. 1.*, ubi animadvertens, quod dicta prohibitio loquens *de Bonis S. Sedis*, reſtringi nequeat ad ea dumta-
xat, quæ pertinent ad intereſſe burſale, & pecu- 42
niarium, ſed extendatur ad illa etiam, quæ ſpectant ad honorem, & juriſdictionem, *n. 72.* hæc habet = *Minùs etiam obſtant illa verba= & Cameræ Apoſtolicæ = quià Bulla Pii V. non loquitur de Bonis Cameræ Apoſtolicæ, ſed de Bonis Sedis Apoſtolicæ, aliud enim eſt Sedes Apo-*

43 *ſtolica, aliud Cameræ Apoſtolica, differuntque ſicut genus, & ſpecies, ideò Bona Cameræ Apoſtolicæ propriè ſunt, quæ pertinent ad intereſſu burſale, & pecuniarium, Bona verò Sedis Apoſtolicæ comprehendunt non ſolùm burſalia, & pecuniaria, ſed etiam ea, quæ pertinent ad honorem, & juriſdictionem, ut declarat Bartol. &c. ideoque in Literis Apoſtolicis, quando tractatur de his, quæ pertinent ad juriſdictionem, & honorem, non fit mentio de Cameræ Apoſtolica, ſed de Sede Apoſtolica, vel de Eccleſia Romana, ut legitur in hac eadem Bulla de non infeudando, & in omnibus ejus confirmationibus, & hæc differentia colligitur ex infinitis Bullis aliorum Summorum Pontificum,* = *& clar. mem. Card. de Luca de Feud: diſc. 61. num.* 12., cenſet citrà Bullæ violationem concedi, & alienari poſſe Bona illa, & jura ſolummodò, quæ ſuàptè naturà publica non ſunt, ac juriſdictionalia, & jure Principatus competentia, ſed manent penès Principem per accidens, ut ſunt Domus, Vineæ, Molendina, Arboreta, Prædia,
44 Tenutæ, & ſimilia ſingularia Bona, quæ tamquam accidentia poſſunt adeſſe, & abeſſe prætèr ipſius corporis univerſalis notabilem ſciſſuram, & alterationem, *num. autem.* 17. dùm agens de fructibus, & emolumentis provenientibus ex Caſtrorum, & Locorum Juriſdictione, paululum reſtringendo d. Bullæ prohibitionem, nihil tamèn firmando, probabile eſſe dicit illa vendi, & alienari poſſe, ſic cenſet, quia eadem ſeparabilia, imò ſeparata ſunt ab ipſa juriſdictione, quo manifeſtum fit, & ex ipſius mente juriſdictionem ipſam eſſe prorsùs inalienabilem, & citrà Bullæ violationem colore nullo vendi poſſe.

At luculentiùs, uberiùſque rem explicavit clar. mem. R. P. D. de Rubeis, ſapientiſſimus enim ille, ac publici juris peritiſſimus Vir in una *Status Eccleſiaſtici Interpretationis Bullæ Pii V. quoad Arces, & Loca,* Qui requiſitus, an illa comprehenderentur ſub dictà Conſtitutione, in quodam ſuo Reſponſo, pro ſui muneris officio edito anno 1654., dùm inquirit, ac examinat, quid *Locorum* nomine S. ille Pontifex
45 intellexerit, hac occaſione declarat, ſub ejuſdem Conſtitutionis cenſurà contineri ſpecies omnes, quæ ſub juriſdictionalium, aut regalium genere quoquo modo poſſent includi, ait enim= *Ego autem crederem, Pium V. poſt ſingularem mentionem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & Arcium, expreſſiſſe nomen generale; & Loca, ut eo comprehenderet reliquas omnes ſpecies, quæ ſub Juriſdictionalium, aut regalium genere quoquomodo poſſent includi, ſicque reſpectu juriſdictionalium ex majorum numero includere Regna, Provincias, Ducatus, Marchias, & Comitatus, de minorum autem claſſe Villas, Burgos, Caſalia, ac etiam Tenimenta, ſeù Tenutas Locorum, quavis de cauſa dirutorum, ac inhabitatorum, quæ licèt careant incolis, & habitatoribus, habent tamen juriſdictionem territorialem ſaltèm ruſticam; Itemque omnia, & ſingula, quæ ad juriſdictionem & regalia Principatus poſſunt quoquomodo referri, utpotè Fodinæ auri, argenti, ferri, omniumque metallorum mineralium, Molendina, Furni, Macella, Piſcariæ, Hoſpitia, Tabernæ, & alia ejuſmodi, quæ tamen ſint bannerata, hoc eſt cum neceſſitate illuc accedendi, & prohibitione, ne ab aliis teneantur, juraque paſcendi, piſcandi, lignandi, venandi, & ſimilia, quæ ad Cameram ſpectant intrà fines certi Territorii, necnon Dotes Locorum, hoc eſt Bona, quæ conſueverunt eſſe cum ipſa juriſdictione penès Dominum illam exercentem, ac propterea dicuntur de Patrimonio, ſeù Demanio Reipublicæ à Fauſto claſſ. 16. conſ. 5. ordinat 1267. & conſ. 5. ordinat. 1279. quæ tamquam dotalia ſuaptè naturà ſubjacent, ne valeant alienari, ut idem probat claſſ. 2. conſ. 3. ordinat. 60. column. final. verſ. eſt Demanium, & claſ. 17. conſ. 47. ordinat. 321. verſ. ideo cum ſeq. & confirmant verba leg. 2. Cod. de petit. Bonor. ſublator. lib.* 11., ibi = *Pari forma res etiam Civiles, & ad Jus publicum pertinentes ab omni petitione muniendas eſſe cenſemus, nec pragmaticà juſſione, vel ſacrà adnotatione, vel quolibet oraculo Divino, vel mandatis, ſi qua contra hanc ſanctionem noſtram fuerint impetrata, quidpiam roboris habere valituris, quæ in propoſito ponderat Andr. de Barulo* penes *Joan. de Platea in leg. 2. n.8. verſ.7. Cod. de locat. Prædior. Civitat. lib. 11.*

Poſtquam verò loco mox relato doctiſſimus iſte vir firmaverat, ſub Bullæ cenſura comprehendi *omnes ſpecies, quæ ſub juriſdictionalium, aut Regalium genere quoquomodo poſſent includi &c. Itemque omnia, & ſingula, quæ ad Juriſdictionem, & regalia Principatus poſſent quoquo modo referri*, & tamquam ad jus publicum pertinentia, ab omni idcircò petitione munienda eſſent, proùt certè ſub regalium, & juriſdictionalium genere includitur, & ad jus 46
publicum pertinet jus cognoſcendi Cauſas appellationum, ſecernens deindè ab his alia, quæ ſub eadem Piana Conſtitutione comprehenſa non cenſebat, eodem reſponſo ait= *Hiſque exceptis, dicerem, Pium nihil diſpoſuiſſe de Prædiis, fundiſque privatis, re dimiſſà ſub terminis juris antiqui, d. Canon. non licet* 12. *qu.* 2. 2. = & relatis aliis Pontificiis Conſtitutionibus, quarum meminimus in *§. Profectò ſi intueamur*, quæſtionem abſolvit verbis illis = *Ac ita uſque in præſentem diem obſervatum fuit, quod nec dicta Conſtitutio Pii, nec illius declarationes mox editæ ab Innocentio IX. & Clemente VIII. comprehendant Bona particularia ſinè Juriſdictione.*

Cumque bonarum mentium ſit culpam timere, ubi culpa minimè reperitur, *Cap. Conſilium de obſervat. Jejunior.*, idem refert in di- 47
cto ſuo Reſponſo, adeò religiosè Summos Pontifices ſervare curaſſe S. Pii Conſtitutionem, illiuſque declarationes, atque ampliationes editas ab ejuſdem Succeſſoribus, ut compertum habentes, earum cenſuram reſtringi minimè poſſe ad alienationem dumtaxàt Corporum, nempè Civitatum, Caſtrorum, Oppidorum,

Ar-

Arcium, & Locorum, ad jus, & proprietatem S. Sedis pertinentium, sed illas extendi ad alia quæcumque Bona, & Jura, quæ jurisdictionalium, aut regalium nomine venire quoquomodo possunt, ut, inquam, sepius dubitaverint, an ipsis liceret concedere Bona etiam, quæ hujus generis certè non erant; Quamobrem Paulus V. cupiens concedere Cardinali Scipioni Burghesio derivationem aquarum defluentium per agrum Areis Prioris, & ex illius Molendino in subjectam Paludem decidentium, quò amenissimas, ac magnificentissimas redderet Ædes, Lucus, & Viridaria Montis Draconis, nihilominùs id facere cunctatus est, donec, consultis Jurisperitis, ex eorum responso novit, id fieri ab ipso posse, ob eam rationem, quod dictæ Constitutiones nec annuos reditus, nec Bona particularia, sejuncta à jurisdictione comprehenderent, ideoque eisdem non prohiberi, quin posset ex derivationibus aquarum talem partem concedere, quæ nec ipsis Locis, ubi scatent, & per quæ defluunt, neque eorum pertinentiis officiat, alioque demùm non absimili exemplo, quorundam scilicèt Bonorum à Gregorio XV. Principi Ludovisio donatorum, dictum Responsum absolvitur verbis illis = *Idemque postea in Bonis Centi donatis à Gregorio XV. Principi Ludovisio luculentè decisione conclusum fuit à Rota*.

Imò verò ejusdem Bullæ Pianæ prohibitioni obnoxia fiunt Bona etiam illa, quæ, inspectâ eorum originariâ naturâ, particularium,
48 ac privatorum Bonorum Jure censenda alioquin essent, si ex accidentali, & extrinseca aliqua causa assimilata fuerint Bonis, & rebus, de quibus loquitur dicta Constitutio, ut consuluit *Spada in sæpiùs citato cons. 21. lib. 1.*, respondens, nullam fuisse quandam concessionem Postæ factam post Ducatus Ferrariæ devolutionem ad Sanctam Sedem ob Decretum san. mem. Clementis VIII. editum in Consistorio secreto, quo non solùm dictum Ducatum, sed omnes etiam illius reditus prohibitioni de non infeudando, & alienando subjectos fore dealaratum, atque constitutum fuit, ut in *dicto cons. num. 4., & seqq.*

At verò, si, quotiès dubitatum fuit, quænam Bona, & Jura Sanctæ Sedis comprehenderentur sub prohibitione Pianæ Constitutionis, & aliarum illam declarantium, atque ampliantium, prò recta earumdem interpretatione, atque intelligentia Majores nostri eo casu, quo ageretur de Bonis particularibus, quacumque Jurisdictionali, aut regali qualitate carentibus, & quasi per accidens penès Principem existentibus, qualia sunt Tenutæ, aliaque Bona, ab illis enumerata, & generaliter ea omnia, quæ magis in fructu, & reditu consistere dicuntur, censuerunt, hasce Bonorum species tali prohibitioni obnoxias minime esse, eo quod nedùm separabiles, sed re ipsa separatæ reperiuntur ab ipsa Jurisdictione, & publico, ac Jurisdictionali dominio Principatus, omnique regalium Jure Supremo Principi competente.

Vice autem versâ agnoscentes, participationem de regali Jure, aut Jurisdictionali qualitate, sivè cum ea connexionem, esse rationem virtualiter saltèm informantem dictam prohibitionem, propterea docuerunt, sub illa, licèt in litera loquente de infeudatione, seu quavis alienatione, aut concessione Corporum ipsarum Civitatum, Castrorum &c., nihilominùs comprehendi Jura etiam incorporalia, videlicèt *omnes species, quæ*, ut sæpius dixi *sub Jurisdictionalium, & regalium genere quoquo modo possunt includi, & ad Jurisdictionem, & Regalia Principatus referri* =; Si hæc inquam veluti prò immota regula a Majoribus nostris constituta sunt, in dubium profectò revocari non poterit, quin sub dictæ Constitutionis censurâ 49
comprehendatur concessio Juris cognoscendi Causas appellationum, tale namque Jus procul dubio includitur sub *Jurisdictionalium, ac regalium, & quidèm majorum genere*, adeo Supremo Principi semper reservatorum, ut nisi nominatim concessa reperiantur, nunquam translate dicantur in inferiorem per quamvis generalem, & amplissimam concessionem, etiamsi usus fuerit verbis, hac in re quoad significationem uberrimis, ex iis, quæ plenè deducta fuerunt in *§. Noverat inquam*; Si quo enim unquam casu valet, prout certè semper valuit, illud à naturali, & Civili etiam ratione ductum argumentum, omniumque ore tritum effatum, quo traditur *propter quod, unum quodque tale, & illud magis*, & quo in nostra quoque facultate utuntur Doctores apud *Everard.* 50
in Topic. Jur., sive locis argumentor. loc. 15. n. 5., dicendum sane est, quod si sola participatio de qualitate Jurisdictionali, sive Jure Regalium, aut cum eisdem connexio, imò etiam accidentalis assimilatio illis facta, efficit, quod ad normam Pianæ Sanctionis inalienabilia sint ea etiam Bona, quæ alioquin in commercio essent, multò minus ex ejusdem Constitutionis censura alienari, infeudari, aut quoquo modo concedi poterit ipsa Jurisdictio.

Et non discedendo ab hoc argumenti genere, quis dixerit, quod, licèt certi Juris sit, Jurisdictionem separabilem esse à proprietate, & dominio rei, illaque concessâ, alteram concessam non intelligi, ut apud *Thabor. Axiom.* 51
Jur. lib. 9. cap. 129. Axiom. 3., & viceversa concessâ proprietate (videlicèt dato in Feudum Castro) non idcircò Jurisdictionem quoque concessam semper dici, ut apud *Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 97.*, tamèn quis, inquam, dixerit, sinè apertâ infractione Pianæ Sanctionis posse alicui concedi Jurisdictionem in Locum ullum, Sanctæ Sedis Ditioni obnoxium? Non ità sanè, ut nupero exemplo Comitis Nicolai de septem Castellis, Nobilis Ra- 52
vennatis, admonemur, qui Jure dominii possidens in Territorio Ravennæ duas ex tribus partibus Insulæ Primari, quæ à continenti dissecta, Padi, & Vallium Comaclensium aquis Mari Adriatico alluitur, supplicavit Sanctissimo, ut ipsi impartiretur facultatem in ea condendi Ca-

strum, in quod inductis, allectisque Incolis, non solum dicta Insula sylvosa, ac planè sterilis, ad culturam, & fertilitatem redacta fuisset, sed eadem ob Loci opportunitatem aptissima piscationi, ac commercio, non modicam utilitatem adiacentibus quoque Locis allatura sperabatur, rogabatque, ut de illa, ea ex parte, cujus ipse erat Dominus, prò se, suisque Successoribus infeudaretur cum jurisdictione in Incolas illuc commigraturos, offerens, se, suosque soluturos Canonem, à Sanctitate Sua statuendum; suppliciique hoc libello per Summum Pontificem ad Illustrissimum Thesaurarium remisso, ab eoque, ut moris est, datis Literis Eminentissimo Æmiliæ Legato, qui prò Informatione rescriberet, quique rem tamquam summoperè utilem sua in Informatione commendavit, Nihilo tamen minus Illustrissimus Thesaurarius animadvertens, negotium hoc gravissimum esse, & periculosum exemplum præbiturum; antequàm illud referret Sanctissimo, de eo maturius agendum esse putavit in plena Congregatione Camerali, & auditis tùm Comitis Nicolai Defensoribus, tum illis Reverendæ Cameræ, cujus Jura (gerens tunc munus Commissarii Generalis) tuebatur Eminentissimus Cardinalis Nuptius, post maturum rei examen, censuit Congregatio istiusmodi concessioni Jurisdictionis in novi hujus Castri Incolas, licet nedùm in solo Comitis Nicolai, sed ejus sumptibus condendi, aperte obstare Bullam Sancti Pii Quinti, ut ex resolutione à dicta Congregatione edita die..., quod obstaculum superari minimè posse videns præfatus Comes Nicolaus, destitit ab incæptis, remque infectam reliquit. Hoc autem exemplo edocemur, multò minùs concedi cuipiam posse Jus cognoscendi Causas appellationum, quod, utpote longè præstantius, & nobilius simplici Jurisdictione,
53 adeò præcipuè in qualibet Investitura Supremo Principi reservatum dicitur, ut, nisi nominatim expressum sit, nunquam concessum intelligatur, tametsi Investituræ datæ legantur *cum omnimoda Jurisdictione, mero, & mixto Imperio*, aliisque quibusvis amplissimis clausulis, ex deductis in pluries *citato §. Noverat inquam*.

Ex his igitur omnibus planè constabilitum videri potest, concessionem istiusmodi Jurisdictionis esse de genere prohibitorum in dictis Pontificiis Constitutionibus, prout reverà id nunquam à Sancta Sede concessum reperitur, imò verò tot præclarissimi, ac de illa optimè
54 meriti Barones, tàm grande Privilegium efflagitare nunquam ausi; quamobrem cum ex non facto, non secus, ac ex facto resultare dicatur observantia interpretativa, ut ex *Rota decis. 647. num. 3. part. 4. diversor., in Recent. decis. 291. nu. 11. part. 9., coram Bichio dec. 449. num. 12., & decis. 660. num. 17., ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de Jurisdict. dec. 22. n. 15., in Mantissa. ad eumdem de Fideicomm. decis. 15. numer. 17., in Nullius, seu Forolivien. Castri Vallis Oppii 12. Junii 1711. §. Ponderando coram R.P.D. Lancetta, confirmata 18. Aprilis sequentis Anni §. Ceterum coram Reverendissimo Ansaldo Decano*, ex eo quod nunquam à Sancta Sede factum est, justa capitur interpretatio, quod sinè dicta Constitutionum læsione id fieri minimè posse censuerit.

Proferat enim Pars Adversa, quæ hoc eximio Privilegio donari contendit, proferat, inquam, exempla, quorum sanè nullum nove- 55
re *Spada, R.P.D. de Rubeis, & clar. me. Cardinalis de Luca*, qui si novissent, à Summis Pontificibus tales Jurisdictiones, ampliationes, atque extensiones concessas unquam fuisse, aut concedi potuisse, frustrà disputassent, an proventus, & bursalia emolumenta, ceteraque particularia Bona alienari possent, resolvendo, citra læsionem dictarum Pontificiarum Constitutionum, ideò tantum fieri posse, quia talia Bona sub Jurisdictionalium, ac Regalium genere non continentur, ut etiam, juxta superiùs relata exempla, frustra san. mem. Paulus V., & Gregorius XV. Juris Consultorum, ac Sacræ Rotæ sententiam efflagitando, quæsivissent, an ipsis alienare liceret Bona quædam, quæ procul dubio de Principis demanio non erant, & ad ejus Jurisdictionem, & Regalia minimè pertinebant, quoties Jurisperiti, & Tribunalia ab ipsis consulta credere potuissent, eximium 56
istud Regale sub prohibitione de non infeudando sancita in dictis Constitutionibus non comprehendi; Igitur *minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerant*, ut loquitur *Paulus Juris Consultus in leg. minimè 22. ff. de legibus, sed mos retinendus est fidelissimæ vetustatis, leg. Testamenta 18. Cod. de Testament.*, & concinunt alia Juris Loca *in leg. rebus notis 2. ff. de Constitut. Princip., leg. sed, & ea 34. ff. de legibus, & cap. quod Dilecti de Consanguinitate, & Affinitate*; Certòque certius in casu nostro, in quo præter obicem Pontificii Brevis, à san. mem. Alexandro VIII. editi post solemne Decretum Sacræ Congregationis, ab eo deputatæ, nemo non videt, quàm exemplo pernicioso futurum esset, si similia Privilegia cognoscendi Causas etiam appellationum Baronibus concedi aliquando inciperent.

Ex quibus promanant aliæ rationes, ob quas juxta alteram assumpti partem, de qua in *§. Jure igitur meritòque* dixi, hujus Gratiæ concessioni locum esse non posse. Etsi enim Causa hæc versari videretur extra terminos Pontificiæ Constitutionis Sancti Pii V., & res redigenda esset ad terminos Juris communis, non idcircò tamen concedendum esset Privilegium, quo Populo, & Hominibus Principatus Messerani, & Marchionatus Crepacorii adimeretur, seu quoquo modo minueretur plena, & absoluta libertas rectâ viâ, & omisso penitùs quocumque medio, appellationes deferendi 57
ad Sanctam Sedem, illis namque præsidio hoc exarmatis, eversum dici posset fundamentum Popularis libertatis; Cives namque, ac Populi appellationum ope defenduntur ab oppressione in-

inferiorum Dominorum, *Marta de Jurisdict. part.1. cap.43. num.1.*, *del Bene de Immunitat. part.1. cap.8. dubitat.47. sect.2. in fine*, ubi ait, quod remota appellatione Princeps nequit Subditos ab oppressione vindicare, nec proprium munus Principis exercere; quamobrem, tametsi Supremus Princeps tàm in Investitura, quàm etiam speciali Privilegio Jus istud inferio-
58 ribus Dominis communicare queat; Nihilominùs laudandæ minimè sunt similes concessiones, quippe viam aperiunt inferioribus ad Supremum Principatum usurpandum, sesque paulatim subtrahendum Supremi Principis potestati, ut seriò admonent *Roland. à Valle consil.1. nu.169. lib.2.*, *Marta de Jurisdict. part.1. cap.43. num.11.*, quem sequitur *Fontanell. decis.389. num.3.*, *Capiblanc. de Baron. Pragm.8. part.1. num.151.*, id pertinere dicens ad incolumitatem tum Jurisdictionis Supremi Principis, tum etiam libertatis Vassallorum.

Dum igitur sequendo veriores, ac tutiores Juris nostri regulas, Jus cognoscendi Causas appellationum D. Principi concedendum minimè videretur, tametsi nulla peculiaris ratio urgeret pro istiusmodi privilegio denegando, quanto minùs illius concessioni locus erit in nostro casu, in quo urgent gravissima rationum momenta, ob quæ non solùm illud absolutè
59 denegandum est; Verùm, tametsi Domini Principes Messerani eo doniti, atque ornati aliquando fuissent, ob istiusmodi exorbitantis Privilegii abusum eo spoliari potuissent, Subditos ab eorum Jurisdictione, ac potestate eximendo, *Spad. consil. 1. num. 24. lib. 1.*, *Antunez. de Donation. tom.1. part.2. lib.1. cap.8. numer.20.*, piget namque referre oppressiones, & calamitates, quas miseri Subditi longissimi temporis spatio tolerare coacti fuerunt ob abusum potestatis, & Jurisdictionis, quam in illos immediati Domini sibi arrogare tentarunt, satiusque ducam hæc omnia reticere, ne aut defunctæ jam penè memoriæ sopitos cineres suscitare, aut aliis contra injurius esse videar, infandum renovando dolorem, eaque commemorando, quæ Eminentissimis Patribus nota sunt, & disertè referuntur in dicto Memoriali Italico *art.3.*, quæ sanè talia, tantaque sunt,
60 ut loco hujus, modum omnem excedentis, plurimisque periculis expositi Privilegii, consulendum potiùs esset Subditorum quieti, libertati, atque incolumitati, modum ponendo abusui amplæ Jurisdictionis, immediatis Dominis competentis, ut in simili Causa factum fuisse refert *Spad. consil.11. num. 23. S. Quinto de Anno lib.1*, ibi = *Fuerunt postea in illa Causa facta multa acta hinc indè coram Gadicen. Judice à dicta Camera deputato, & examinati nonnulli Testes usque ad mensem Februarii 1569., quo tempore volens Camera restituere Jurisdictionem Dominis, & insimul consulere Vassallis, nè indebitè gravarentur, concessit quidem præfatis Dominis Mandatum de immittendo in possessionem dicti Castri, & ejus Territorii, ac eis restituit Jurisdictionem, & merum, ac mixtum imperium, sed cum multis pactis, & capitulis ad favorem Vassallorum, & ulterius pro eorum majori securitate volnit, ut iidem Domini caverent, & Fidejussorem darent de bene tractando illos, & de observandis pactis, & Capitulis sub pæna scutorum 20. mil. prout caverunt, & Fidejussores dederunt die 17. Martii 1569.* = Hoc itaque exemplo fidelissimi Romanæ Sedis Subditi supplices exorantes, ne conjiciantur in calamitates illas, quas ipsi, eorumque Majores tandiù tolerarunt, supplicant Sanctæ Sedi, nè saltem priventur præsidio illo, quo propriam libertatem tueri, & ab immediati Domini gravaminibus ope liberæ appellationis sublevari possunt, quas Subditis adimi nulla Juris, aut æqui, bonique ratio permittunt, quando ob abusum Domini, non quidem inani timore formidatum, sed longa malorum experientiâ, 61
atque tolerantiâ perpessum, illius concessioni sese opponunt, hoc enim casu ipsis invitis privilegium hoc immediato Domino concedendum minimè est, per ea, quæ traduntur apud *Murot. respons.45. & seqq.*

Nec est cur exadversò obtendatur, Rescripto Sacræ Congregationis satis consultum fuisse ipsorum indemnitati, dum in eo dicitur, Domino Principi concedendam quidem *esse per Breve tàm in Civili, quàm in Criminali secundum, & tertiam instantiam* = sed statim concessioni isti adijcitur modus, videlicèt = *dummodò tamen in qualibet instantia tàm in prima, quàm in ulterioribus licitum sit cuilibet Subdito in casibus, à Jure permissis, liberè re-* 62
currere ad Congregationem Messerani, & ad ejus Secretarium = præcipiendo ulteriùs, quod *omnes, & quæcumque Inhibitiones, seu Literæ ab eodem Secretario obtinendæ, attendantur, & illicò executioni demandentur ad effectum recognoscendi gravamina &c., & an sint Causæ de Jure permissæ &c.*; Enim verò, non omittendo, quod si istiusmodi Jurisdictionis concessio comprehenditur sub Pianâ, aliisque superiùs relatis Constitutionibus, nullius moderaminis, aut conditionis adjectione permittenda est, cum in eisdem prohibeatur quævis concessio eorum omnium, quæ sub Jurisdictionalium, aut Regalium genere comprehendi possunt, ut latissimè probatum fuit superioribus locis, respondetur, modis hisce ac conditionibus à Sacra Congregatione adjectis, miseris Subditis nihil peculiare concessum fuisse, quod ipsis de Jure non competeret: Imò verò, tametsi validiori aliquo præsidio adversùs immediati Domini potentiam Rescripto, ità concepto, muniti videri possent, facilè tamen illo nudarentur, vel potiùs in eorum gravamen converteretur.

Quod verò nihil peculiare dicto Rescripto concedatur Subditis, & Incolis Status Messerani, perspicuum fit ex eo, quod, licèt ageretur de Privilegio non concedendo, sed jam 63
competente Domino Principi, illique plenè quæsita aliunde jam esset Jurisdictio cognoscendi Causas appellationum, nihilominus

Sub-

Subditi, omisso medio Domini inferioris, appellare, & recursum habere possent ad mediatum, & Supremum Dominum, qui ex superioritate, quam semper retinuit, Jure suo potest de dictis Causis cognoscere, *Lagunez. de Fruct. cap.17. ex nu.70.*, præsertim vero inspecto Jure Canonico, quod præcipuè in Terris Ecclesiæ, & in concessionibus, atque infeudationibus, à Sancta Sede factis, servandum esse
64 tradit *Robuster. in secundo volum. decis. post Consil. Farinac. d. vot.27. ex num.17. usque ad fin.*, ubi solidissimis rationibus confutantur contraria.

Idque sanè confirmatur duplici prævalidà ratione, quarum prima est, quod Regalia in alium ceteroquin transmissibilia, ita in illum, ut alibi advertimus, conferuntur, ut suprema
65 potestas, & dominium eorumdem penes ipsum Principem concedentem, & transferentem remaneant, ac conserventur, ad egregium *Text. in cap. Dudum 14. §. Nos igitur de Præbend. in 6.*, = ibi *Nos igitur attendentes, quod etsi memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penes nos tamen nihilominùs remansit major, licet eadem potestas etiam in prædictis, propter quod nostra, qui eandem præoccupavimus potestatem, potior debet esse conditio* = Ideòque non privativè, sed cumulativè concessa dicenda sunt, ut argumento ducto à dicto *Textu*, quem pulchrum dicit *Afflict. in cap. 1. §. Ad hæc num 15. tit. de pac. jurament. firmat.* probat idem *Afflict. in cap. 1. §. Potestas num. 15. tit. quæ sint regalia, & in cap. 1. §. Item si quis tit. quib. mod. Feud. amittat.*, & prius docuerunt *Archidiacon. in eod. cap. Dudum §. Nos igitur, & Jo: Andr.*, ajentes, quod, si Jurisdictio omnis veluti ex originis fonte manat à Principe, idem de illa infeudando Vassallum, sibi non præripit liberam potestatem eam exercendi, quippè fons uberior semper est, & redundantior rivulo, qui ab ipso profluit, *Roland. à Vall. cons.1. nu.135. & seqq. lib.2.*, *Frasi. de Reg. Patronat. Indiar. part. 1. cap. 2.*, *Larrea allegat. Fiscal.70. num.20.*, *clar. mem. Cardin. Albit. de inconstant. in Judic. quæst.42. num.6. vers. tertio adauco & seqq.*, & consonant *Robuster.*, *& Lagunez. locis supra allegatis*; Altera vero desumitur ex summa illa æqui, bonique ratione, quæ ante Supremi Principis mentem, oculosque versari semper debet, videlicèt, quod liberæ Vassallorum voluntati relin-
66 quenda, permittendaque sit appellatio ad Tribunalia, & Curias Supremi Principis, nè, ut supra etiam indicavi, immediatorum Dominorum potentià opprimantur, *Lagunez. de Fruct. dicto cap.17. num.70.*, *Pegas. ad ordinat. Regn. Portugall. tom.12. ad lib.2. tit.45. §. 32. Glos. 34. numer. 8. fol. mihi 226.*, apud quos alii.

Quæ sanè æquissima ratio, ut admonemur à prælatis Authoribus, religiosè observata in Regnis, ac Ditionibus Principum Secularium,
67 quantò religiosius custodienda erit in nostra hypothesi, tum quia versamur in Terris Ecclesiæ, in quibus servatur æquitas Juris Canonici, ut mox dictum est, semper permittentis appellationes, omisso medio, ad Sedem Apostolicam, tum etiam quia non agitur de Jurisdictione, Domino inferiori concessa in Investitura feudali, quæ proinde ex contractu, aut
onerosо pacto jam quæsita dici possit, sed res 68
est de illa elargienda ex speciali Privilegio, cujus virtute adeò similis Jurisdictio cumulativè concessa reputatur, ut Supremus Dominus Causas appellationum ab illo avocare, & cum illo concurrere semper possit, *Spad. d. cons. 1. num.27. & 30. lib.1.*

Denique, ut mox innuebam *§. Nec est cur exadverso* in fine, EE.PP. reverenter supplico, ut pro eorum summa sapientia, ac Religione secum animo reputare velint, quod moderamina, ac conditiones adjectæ præfato Rescripto, auxilium, opemque fortè aliquam ferre possent Subditis, qui existerent intra Ditionem, & Statum Ecclesiasticum, his enim facilis, obvius, ac paratus esset recursus ad S. Sedem, & Congregationem ab ea deputatam: at non ità sanè accidet Hominibus Messerani, & Crepacorii, qui commorantes in Regione longè dissita, non ità facilè ad Sedem Apostolicam deferre poterunt querelas, & recursus adversùs gravamina ab immediato Domino ipsis illata, quodque gravius est, si id facere conentur, nedum gravissimarum expensarum incommoda, sed novæ etiam lites subeundæ illis erunt, assumendo primùm præliminarem quæstionem, an agatur de querela tangente casum de Jure permissum, deindèque devaniendo ad examen negotii principalis, haud tamen assumendum, nisi postquam præliminari hac lite fracti fuerint. Quæ propterea mala, ac pericula miseris Subditis impendentia, prævidens san: mem: Alexander VIII., illos ab eisdem liberavit, dum ut sub initium meminimus, non solùm eis reliquit plenam libertatem rectâ viâ deferendi primas, secundas, & ulteriores appellationes ad Sedem Apostolicam; Verùm prætereà illarum facili, ac parato usui opportunè providit, concedendo Nuntio Apostolico Taurinensi, uti Delegato Apostolico, facultatem cognoscendi tales Causas, tàm per se ipsum, quàm per alios ab ipso subdelegan-
dos, cumulativè tamen cum Auditore Came- 69
ræ; Quamobrem iidem Subditi humiliter supplicant, ne adempto ipsis hoc beneficio, quod *unicum innocentiæ præsidium est, illegitimæ potestati &c. hominum, potestate Regiâ, in se transmissâ, abutentium objiciantur*, ut utar verbis, quibus Senatum Parisiensem licèt in mala, imò [pro misera eorum tempore conditione] execrabili Causa Regem alloquutum fuisse, refert *Thuan. lib.16. ad Ann. 1555.*

AR-

ARGVMENTVM.

Aggregatio ad Locum consilii per viam derogationis Statuti, a Sancta Sede confirmati, facta ab Eminentissimo Cardinali Legato, supplente notabilem suffragiorum numerum, sustineri nequit, publicà non intercedente utilitatis causà; præsertim si inhibitio A.C. ante secutam aggregationem fuerit Parti præsentata.

DISSERTATIO XVIII.

1 *Aggregatio ad Consiliarii gradum facta contra Statuti formam, nulla prorsùs est, atque irrita*, & num. 3.

2 *Statuta, & in illis disposita, dicuntur de forma substantiali.*

4 *Statutum à Consiliariis editum ex facultate ipsis à Summo Pontifice tributa novas in futurum condendi Leges, & veteres corrigendi, & reformandi, servandum omninò est.*

Procedit, tametsi correctorium sit Juris communis, num. 6., & 8.

5 *Verbà* = Sed etiam de illis, quæ ordinarentur, & reformarentur = *ad futurum tempus referuntur.*

7 *Ex facultate, à Summo Pontifice concessa, nova condendi Statuta*, dummodò Ecclesiasticæ libertati non sint contraria, *adprobata censentur omnia alia Statuta, sive contraria forent, sive non dispositioni Juris communis.*

9 *Statutum, ex facultate, à Summo Pontifice concessa, editum, tametsi à Jure communi deviet, valet, quoties valdè honestum est, & rationi consonum.*

10 *Statuti valdè honesti, & rationabilis confirmatio in forma communi eundem operatur effectum, quem confirmatio in forma specifica.*

11 *Statuta exclusiva fœminarum, licèt Juri communi contraria, cum tamen honesta sint, atque favorabilia, ex simplici confirmatione in forma communi plena firmitatis robur obtinent.*

12 *Statutum si Pontifex nedum confirmavit, sed illud inviolabiliter observari præcepit, id non simplicem confirmationem, sed novæ Legis Papalis editionem præsefert.*

13 *Lex impugnari ab eo nequit, qui juxta illam proponi se permisit.*

14 *Legis præexistentiam, & validitatem præsupponit impetrata illius derogatio.*

15 *Statuti confirmatio facta à Sacra Consulta, habetur pro confirmatione Apostolica in forma specifica.*

16 *Sacra Consulta Summum Pontificem repræsentat.*

17 *Illiusque Decreta, Litteræ, & Mandata, absque etiam specifica Pontificis adprobatione, sive consensu, vim habent Decretorum, Literarum, & Mandatorum Summi Pontificis.*

18 *Concessio novæ audientiæ, absolutè suspensivæ, obstat executioni novi Statuti.*

Secùs, adjectà clausulà = non retardata =, num. 19.

19 *Clausula* = non retardata = *in novæ audientiæ concessione efficit, ut novum Statutum, jam confirmatum, perpetuò sit valiturum.*

20 *Lex non desinit esse perpetua, & inviolabiliter observanda, donec revocata non fuerit.*

21 *Judex ad quem, vigore commissionis Causæ in devolutivo, præcedens Judicatum revocare potest; hujus tamen executio interim retardari nequit.*

22 *Derogatio Statuti, Pontificià authoritate roborati, Eminentissimis Cardinalibus, tametsi præditis potestate Legati à Latere, permissa non est.*

23 *Nec etiam sub obtentu interpretationis, aut limitationis.*

24 *Aut reductionis ad terminos Juris.*

25 *Amplissima facultas derogandi Apostolicis Legibus, & Constitutionibus licet Eminentissimis Legatis concedi consueverit, iidem tamen eâ uti nequeunt, nisi pro publico bono, publicaque Civitatis, & Provinciæ causa.*

26 *In Statuti Pontificià authoritate confirmati, derogatione, Eminentissimi Legati procedere debent Motu proprio, & per viam universalis Legis.*

27 *Validaque non est derogatio per viam simplicis Rescripti.*

28 *Statuti à S. Sede adprobati dispensatio ex causa privata ab Inferiore Legato obtenta sinè justà, legitimaque causà, irrita est*, & numer. 30. & 31.

29 *Summo dumtaxat Pontifici reservata est potestas dispensandi Privatisque Legibus solvendi sinè causà.*

30 *Eminentissimis Legatis Summus Pontifex potestatem delegat in conservationem, non in destructionem Legum.*

31 *Dispensatio naturà suà nil aliud est, nisi provida Juris communis, aut Statuti relaxatio, publicà utilitate, seu necessitate pensata.*

32 *In dispensatione Statuti per viam simplicis Rescripti, ad preces Partis, concessa, privata dumtaxat considerari valet causa, & favor impetrantis.*

33 *Societas inter Fratres excluditur, quoties simul non vivant, & unusquisque propria Bona recognoscat.*

34 *Familiæ* nobilitas *ex quibus excludatur?*

35 *Familiæ* nobilitas *probari nequit diplomate, seu privilegio, vulgò* di Cavaliere dello Speron d'oro.

36 *Admissio, vel rejectio à* Consiliarii *munere quando pendet à resolutione capienda in Scrutinio, Rejectus non potest reclamare ab irrationabili exclusione, seu rejectione.* Re-

37 *Rejecto per Scrutinium non sufficit probare qualitates, pro ejus admissione requisitas.*

38 *Qualitates pro admissione ad Locu Consilii requisitæ ubi in aliquo concurrant, non inducunt necessitatem illum admittendi.*

39 *In Monasteriis ut ad professionem Puella admittatur, non attenditur solùm, an in ea concurrant qualitates requisitæ, sed vota secreta Monialium exquiruntur.*

40 *Religio Hierosolymitana generaliter non negat habitum justitiæ habentibus qualitates requisitas: Et exclusus, si illas habere probet, potest à Superiore ex officio admitti.*

41 *In Familiis consularibus filii, & Descendentes habentes qualitates a Statuto requisitas, nisi probetur eorum exclusionis causa, ad Loca vacantia Consilii in locum præmortuorum admittuntur.*

42 *Provisum a Papa, vel Ordinario si Capitulum ob defectum aliquem admittere recuset, probanda ab eo est exclusionis caussa.*

43 *Papa, & Sacra Consulta nunquam consuevit concedere Statuti dispensationem pro supplendo notabili suffragiorum numero. Nec majori arbitrio, quàm soleat ipse Papa, & Sacra Consulta, Eminentissimus Legatus uti debet*, num. 45.

44 Sacra Consulta *oggregationem in numerum Consiliariorum factam ab Eminentissimo Legato, supplente quatuor suffragia, irritam declaravit.*

Item aliam, pro qua duo tantùm suffragia suppleverat, ibid.

46 *Civitas Ravennæ debet, secundùm ejus Statuta, regi per Eminentissimos Legatos.*

47 *In Statuti confirmatione adpositis verbis* faccia che cosi siegua, *adempta Eminentissimis Legatis dicitur facultas omnis contrarium disponendi.*

48 *Etiamsi rem ad terminos Juris eadem verba redigere dicerentur.*

49 *Literæ* Sacræ Consultæ, *Statuti observationem præcipientes, Eminentissimos Legatos comprehendere non censentur.*

50 *Literæ* Sacræ Consultæ *pro Statuti observatione directæ ad Provinciæ Moderatorem cum facultate Legati à Latere, Eminentissimos etiam Legatos Successores comprehendunt.*

51 *Monitorium A.C. cum inhibitione super observantiâ Statuti, præsentatum Parti, Eminentissimum etiam Legatum Judicem afficit.*

52 *Inhibitio intimata Parti, afficit etiam Judicem.*

Et præsentata Judici, afficit etiam Partem, ibid.

53 *Auditori Cameræ ablata facultas cognoscendi Causas, jam decisas à Cardinali Emiliæ Legato.*

54 *Si tamen hic processerit cum clausula*=Omni & quacumque appellatione, recursu, & reclamatione remotis=.

55 *Nec eidem Cardinali Legato tributa fuit facultas apponendi manus in Causis, coram A.C. vertentibus*, ibid.

56 *Observantia probanda est in casu præciso, & individuo cum iisdem prorsùs qualitatibus, & circumstantiis.*

57 *Consiliariorum electio privativè spectat ad generale Consilium.*

58 *Observantia induci non potuit ex actibus, qui si adprobatio, & adquiescentia generalis Consilii non necessisset, irriti fuissent.*

59 *Consiliariorum electio, ab Eminentissimo Legato vigore derogationis Statutorum facta, referri potiùs debet ad adprobationem Consilii, valentis, in vim Indulti, Statuta ipsa reformare.*

60 *Ex actibus facultativis nulla statui potest observantia.*

61 *Præsertim, si contrarii concurrant actus.*

63 *Rescriptum cessat, cessante caussâ, ob quam impartitum fuerat.*

64 *Actus confirmans, subsistere nequit, corruente actu confirmato.*

65 *Confirmatio Rescripti dumtaxat, excludit omne id, quod in Rescripto confirmato non continetur.*

66 *Derogatio, seu dispensatio pro uno loco impertita, non potest, ob defectum voluntatis concedentis, suffragari pro alio.*

67 *Et concessa ad unum effectum, non suffragatur ad alium, concurrente etiam majoritate rationis.*

68 *Dispensatio, veluti stricti Juris, strictissimè etiam interpretanda est.*

69 *Posterius Rescriptum fuisse obtentum relativè ad primum ex quibus supplicationis verbis colligatur?*

70 *Rescripta restringuntur ad Partis supplicationem.*

Præsertim, si continent verba= auditis &c.=, ibid.

71 *Posterius Rescriptum sese referens ad primum, quamdam cum eo unitatem habere dicitur, illiusque qualitatem assumit.*

NE Reverendissimi Patres graventur onere reassumendi Informationes in præteritis Causæ Propositionibus distributas, repetere juvabit, quod Consiliarii antiquissimæ, atque prænobilis Civitatis Ravennæ probè pernoscentes, generosæ nobilitatis decorem, quo eorum cœtus effulget, diu retineri amplius non posse, nisi arctiore viâ ad supremos honorum gradus daretur ascensus, imò brevi obsoleturum, nisi Cives in illum imposterum cooptandi, familiaris quoque census præsidio, Ordinis Patritii dignitatem tueri possent; etsi idcircò præclaro Privilegio anno 1511. ipsis impartito à Summo illo, & nunquam interituri nominis Pontifice Julio Secundo, quo Ravennatensium Consilio potestas dabatur decernendi, atque statuendi ea, quæ faciliori regimini, publicæque tranquillitati adjumento esse possent, edicendo = *eadem Civitas* (sunt verba Privilegii) *regatur*, *gu-*

gubernetur, & manuteneatur per Superiores &c. secundùm Statuta sua, Ordinamenta, & Decreta disposita, & quæ ordinarentur, disponerentur, & reformarentur publicè in Consilio Civitatis ejusdem = Paris. cons. 20. per totum lib. 1., Rot. coram Pamphil. decis. 32. num. 6., etsi, ut dicebamus, facultate istâ in generali Consilio, habito die 27. Martii 1705., statuerunt, quod, cum priùs ad assequendum Consiliarii gradum sufficeret, vel unicum dumtaxat suffragium supra medietatem, deinceps pro valida receptione Consiliarii de Familia, quæ hunc gradum numquam obtinuisset, duæ ex tribus suffragiorum partibus requirerentur, & cum anteà novo Consiliario satis essent Bona valoris scutorum 400. auri, posthac possidere deberet Bona valoris scutorum decem millium; quod Statutum confirmatum deindè fuit à Sacra Consulta, quæ die 12. Januarii 1712. recedendo à primo loco decisis, illud approbavit, & exequi mandavit.

Ad formam itaque hujusmodi Statuti, absque Populi, Civiumque offensione consulentis decori Patritio, die 4. mensis Aprilis anni 1714. congregatis in Consilio octoginta Decurionibus, ut novi Consiliarii subrogarentur loco Camilli Aldobrandini, Jo: Pauli Beninsæ, & Capitanei Pauli Bonfilj, institit inter alios, admitti Dominus Jacobus Baldratus; Verùm suffragiis re præmissâ, cum ex octoginta Decurionibus quadraginta dumtaxat illi suffragati fuerint, & sic duobus tantùm suffragiis ultra medietatem superaverit, non autem habuerit duas ex tribus eorumdem Partibus, proût dicto Decreto præscribebatur, præterea ipsius facultates longè sint infrà censum scutorum decem millium, & denique careat ceteris aliis qualitatibus, nedùm d. novo, sed veteri etiam Statuto requisitis, ut infra ostendemus, rejectus propterea fuit à Consilio, non attento quodam gratioso Rescripto, statim post exclusionem, illius nomine, exhibito, & præcedenter, die scilicet 8. Maii 1711. à bon: mem: R. P. D. Marabottino, per id tempus Æmiliæ Præside, impetrato, ac postmodum die 6. Aprilis 1714. nulliter, ac subreptitiè ab Emiuentissimo D. Cardinali Legato confirmato, quo derogabatur dicto Statuto Consilii Generalis quoad duas suffragiorum partes pro obtinendo loco vacante per obitum Jo: Baptistæ Baldini, penitùs diverso à supradictis, ad quæ idem Baldratus proponi postulaverat; Imò veró non solùm generale Consilium suspensâ dicti Rescripti executione, renuit Baldratum in Consiliariorum album referre, sed Nuntios cùm Literis Magistratus illius temporis nuncupat. *delli Savj* misit ad dictum Eminentissimum Legatum, Imolæ commorantem, eidem enixis votis supplicando, ut generalis Consilii libertatem in istiusmodi aggregationibus incolumem conservare dignaretur.

Humaniter his ille respondit, videlicet cum se Ravennæ reddidisset, hac in re id acturum, quod omnes concorditer justum, & rationabile putassent; At intereà cùm conatus Baldrati in dies magisque augerentur ad occurrendum cuicumque prævisæ innovationi, die 15. mensis Octobris dicti anni 1714. præsentatum illi fuit monitorium, à R. P. D. Ansideo A.C. Locumtenente impetratum super observatione, & executione dicti Statuti generalis Consilii, & resolutionis Sacræ Consultæ cum expressa inhibitione, nè quidquam novi ab aliquo in Partibus attentaretur. Cumque die 5. Februarii anni 1715. convocata fuisset quædam particularis Congregatio nonnullorum paucorum Consiliariorum, qui favore D. Adversarii res novas moliebantur, ceteri Consiliarii, detestis hisce machinationibus, quamvis vocati uon fuissent, personaliter in dicta Congregatione comparuerunt, protestatique fuerunt de nullitate cujuscumque resolutionis faciendæ tùm contrà legem illam generalis Consilii, quâ præcipiebatur, quod ea, quæ ab uno Magistratu gesta, ac constituta fuerunt, everti nequeant ab altero sinè expresso dicti generalis Consilii consensu in scripturam redigendo, tùm etiam in spretum Monitorii A.C., ac litis pendentis in Curia.

Sed frustrà; nam, nullo numero habitis reiteratis plurium aliorum Consiliariorum protestationibus de pendentia litis in Curia pro observatione dicti Statuti, & exclusione Baldrati à Consilio, idem Eminentissimus Dominus Cardinalis Legatus ad petitionem duorum Consiliariorum, quorum studia in dictum Baldratum nimis aperta sunt, die 23. Februarii 1715., eundem Baldratum inter nobiles Consiliarios referri, mandavit loco Capitanei Pauli Bonfilj. Hac novitate bonorum Civium animis commotis, iisdemque summoperè urgentibus, adivimus A.C Ansideum pro purgatione attentatorum, & loco illius pro circumscriptione, annullatione, & deletione dictæ aggregationis; obtentoque favorabili Decreto, Causam coram eo feliciter prosequebamur etiam super nullitate, & injustitiâ talis aggregationis, sed cum intereà contigisset ejusdem promotio ad munus Secretarii Sacræ Congregationis Concilii, & in ipsius locum deputatus fuerit R. P. D. Philippus Columna, huic placuit suâ definitivâ Sententiâ dictam aggregationem confirmare, & quasi possessio prævenisset ipsius aggregationem, decernere, D. Baldratum manutenendum esse in possessione, seù quasi exercendi munus Consiliaratus, quod nunquam exercuerat, adversus quod proindè tàm injustum judicatum, non solum Signatura Justitiæ omnibus suffragiis rescripsit = *de appellatione, & amplius*, = sed Sacrum etiam Auditorium die 7. Junii 1717. respondit = *aggregationem dicti Baldrati minimè sustineri, & constare de legitimo mandato Procuræ Civitatis, & Consiliariorum*, ab eodem Baldrato tunc controverso, & die 2. Julii 1717. = *constare etiam de attentatis*, = à D. Baldrati per viam tamen nullitatis emendandis, ut constat ex tribus decisionibus à RmoAnsaldo Decano

no Ponente editis, quæ hic dantur adnexæ.

Repropositâ verò Causâ, licet quoad mandatum Procuræ Civitatis, & Consiliariorum Sacra Rota die 6. Maii 1718. rescripserit = *In decisis*, = attamen quoad alia Dubia respicientia dictam aggregationem, & attentata, in geminis repropositionibus nulla capta fuit resolutio ob insubsistentia supposita exadverso cumulata, quibus clariori facti enucleatione sublatis, in hodierna audientia, quâ ad novum examen Causa revocatur, suffragantibus quinto, & sexto ex Dominis post consuetum Turnum sedentibus, enixè supplicamus, ut pro *jam decisis* respondere dignentur.

Immotum enim manet fundamentum illud nostræ *decisionis*, quod nempè Baldratus ex octoginta suffragiis, nonnisi duo supra medietatem retulerit; Ideoque, cum novum
1 Statutum pro valida admissione novi Consiliarii de familia, quæ nunquam fuit Consiliaris, qualis est illa Baldrati, necessariò requirat duas ex tribus suffragiorum partibus, omni procul dubio ipsius aggregatio nulla, & irrita prorsus dicenda est, *ad Text. in Authent. quæ supplicatio Cod. de precib. Imperator offeren.*, *Alexand. cons. 119. n. 17. lib. 6.*, *Rot. in Avenionen. admissionis ad Magisterium Artis 22. Junii 1711. §. Vigente & seqq. coram Reve-*
2 *rendissimo Ponente*; Statuta quippe, & in illo disposita, dicuntur de forma substantiali, *Becc. cons. 12. num 23. & seqq.*, *Capon. controv. 20. n. 29.*, *Gobb. consult. 51. sub n. 99. vers. quando enim*, quâ ideò ad unguem non adimpletâ,
3 actus vitiatur, & corruit, *Lancellott. Gall. cons. 31. à num. 34. & seqq.*, *Cyriac. contr. 278. num. 11.*, *Altograd. Jun. contr. 7. num. 52.*, *Adden. ad decis. 542. num. 59. & seqq. par. 4. tom. 3.*, *Rot. in recen. decis. 156. num. 4. par. 9.*, *& decis. 265. num. 15. par. 16.*

Nec in dubium revocari valet validitas dicti Statuti; præsertim illius adprobatio facta à Sacra Consulta, illud observari mandante, quod exuberare videtur in præsenti Judicio,
4 vertente super executione, & observatione Statuti, & Decreti Sacræ Consultæ, quia tale Statutum cum publico Consilio conditum fuerit à Consiliariis, à san: me: Julio II. donatis facultate promulgandi similia Statuta, & condendi novas Leges *in futurum*, & veteres *corrigendi*, & *reformandi*, servandum omninò est, ut in puncto alterius Statuti editi à Consilio Ravennæ vigore dicti Juliani Indulti, decidit *Paris. cons. 20. lib. 2. per tot.*, *& præsertim n. 6.* ibi = *Nec obstat si dicatur, quod Statuentes non habebant potestatem condendi dictum Statutum, nec reformandi illud, nam contrarium ostenditur ex potestate, & facultate Statuentibus, & Reformantibus concessa per Summum Pontificem* (idest Julium II.) *& num: 7.*, *quæ declaratio, & reformatio valida est, & firma ex quo facta apparet ab habentibus potestatem, & sic à Concilio Civitatis Ravennæ, quæ Summo Pontifici supplicavit, quod dicta Civitas regeretur, & gubernaretur secundùm Statuta sua, ordinamenta, & Decreta, & disposita, & quæ ordinarentur, disponerentur, & reformarentur publicè in Consilio dictæ Civitatis, cui supplicationi Summus Pontifex signaturam simpliciter apposuit = concedimus, & ita mandamus servari = & num. 9.*, ibi = *In qua supplicatione nedùm fit mentio de Statutis, ordinamentis, & Decretis dispositis in præteritum, sed etiam de illis, quæ ordinarentur, & reformarentur,* 5
quæ verba futurum tempus significant, & ideò ad futurum referuntur, = & firmavit *Rota coram Pamphil. decis. 32. num. 6.*, ibi = *Nec placuerunt Dominis deducta contra validitatem Statuti, quia Civitas Ravennæ habet potestatem condendi Statuta ex facultate sibi concessa à Julio Papa II., quæ respicit non solùm Statuta tunc condita, sed etiam in futurum condenda* = Idque procedit, tametsi Statutum sit correctorium dispositionis Juris communis, cum ad hæc etiam Statuta referatur potestas, eidem Civitati à Summo Pontifice concessa, ut 6
loquendo de dicto alio Statuto contra Jus commune, tradit idem *Paris. cons. 20. num. 2. & 5. lib. 2.*, ubi quod validum, & firmum est, & observari debet, licèt videatur odiosum, & *Rot. coram Pamphil. dicta decis. 32. num. 6.*; Et rectè quidem, quia dictus Summus Pontifex solùm 7
excepit Statuta, Ecclesiasticæ libertati contraria, ibi = *dummodo Ecclesiasticæ libertati non sint contraria*, unde approbasse censetur omnia alia Statuta in futurum facienda sivè contraria forent, sive non dispositioni Juris communis, ex traditis in proposito per *Constantin. ad Statut. Urb. in Prælud. art. 1. num. 37.*, *Bunden. collect. legal. 2. num. 112.*, *Rot. coram Merlin. decis. 349. num. 14.*, *& decis. 828. num. 2.*, *& in recent. decis. 42. num. 32. par. 12.*

Minus vero urget, quod hæc nova Lex subsistere nequeat eo sub obtentu, quod confirmata non reperiatur in forma specifica, quodque 8
non sufficiat confirmatio in forma communi. Etenim, si virtute *Juliani* Indulti valet Statutum contrà Jus commune à Civitate nostra confectum, *licèt videatur odiosum*, ut probat *Paris. loc. mox. citat.*, *& Rot. coram Pamphil. decis. 32.*, potiori Jure valebit hæc nova Lex, quæ tametsi aliqua ex parte deviaret à Jure, 9
attamen valdè honesta est, & rationi consona. Fulcitur enim illo justæ causæ adminiculo, coercendi videlicet ambitum illorum, qui nullis ornati meritis, ad supremos honores conscendere audacter præsumunt, *quæ res*, ut inquit *Romanus Orator oration. 3. in Verrem*, *evertendæ Reipublicæ causa esse solent*; Quamobrem hæc ratio exuberat, ut confirmatio in forma communi, ex relato *Juliano* Indulto desumpta, eundem operetur effectum, quem 10
pareret confirmatio in forma specifica, ex notatis à *Constantin. ad Statut. Urb. in prælud. num. 75.*, *Rot. coram Peutinger. decis. 16. n. 16.*, *in recen. decis. 42. num. 28. & seqq. part. 12.*, & probatur haud absimili exemplo Statutorum, fœminas excludentium, quæ cum licita sint, ac honesta, & ob rationem conservandæ agna-

11 agnationis favorabilia reputentur, vel saltem
non sint odiosa odio irrationabili, idcircò, licet contraria Juri, nihilominus ex simplici confirmatione in forma communi, plenè firmitatis robur obtinent, *Rota in recent. decis.438. num. 67. & seqq. part. 9., decis.169. num.12. par.11., in Romana, seù Nullius Immissionis 9. Martii 1711. §. Quo denique coram Rmo D. Ansaldo Ponente*, & egregie probat *Decisio*, quæ revidetur *§. Neque obesse potest*; Certius quia idem Summus Pontifex *Julius II.* nedùm generalitèr confirmavit omnia, & quæcumque Statuta, a nostra Civitate edenda, sed
12 ea inviolabilitèr observari mandavit, quod non
inducit simplicitèr confirmationem, sed novæ Legis Papalis editionem præsefert, ut in proposito observat *Rota coram Bich. decis.381. num.23., & duobus seqq.*, non omittendo denique, quod integrum non est D. Baldrato,
13 colore hoc impugnare Legem, juxtà cujus for-
mam, & quidem lectam ante scrutinium, se proponi permisit ad tria Loca vacantia, & quod
14 magis est, cujus ipse studio omni, obtinere
curavit derogationem, quæ Legis præexistentiam, & validitatem suâpte naturâ præsupponit, *Rot. coram Bich. decis.360. num.18., & in recen. decis.43. num.4. part.16.*

Quamquam verò satis his demonstratum videri possit, in nostra hypothesi specificam hanc
15 confirmationem non efflagitari, nihilominus
si ea requireretur, ut benè inquit nostra *Decisio*, reverà non deest hujus novæ Legis confirmatio Apostolica in forma specifica, dùm post iteratum illius examen à Sacra Consulta, prævio recessu à decisis, eadem Lex confirmata fuit die 12. Januarii 1712., ex deductis ab *Urceol. de Transact. quæst.25. num.11. & seqq., Jov. de Contractib. minor. Gloss.8 §.3. num.6. & seqq., Rot. coram Bich. decis.291. num.7. & seqq., & in recent. decis.222. num.12. par.7., & decis.262. num.3. & 4. par.19.*; Quippe in Sacro illo, supremoque Consistorio adeò resi-
16 det principalis potestas, atque majestas, ut ipsa
Sacra Consulta adeo Summum Pontificem repræsentet, teste *Pellegr. in prax. Vicar. part.4. sect.18. n.7., clar: me: Card. de Luc. in relat. Rom. Cur. disc.25. num.1. 11., & 15., sect. de offic. Locumtenent. cap.4. num.10., Ursaya Instit. crim. lib.4. tit.6. num.68., Raynald. Vot. decis.11. num.3. & 4., Rot. in Asculana Nobilitatis Ordinis Consularis 27. Junii 1708. §. Posito igitur ad fin.*, ibi = *Stante interposita auctoritate Sac. Consultæ, Principem repræsentantis = coram Reverendissimo Molines*, Ut Decreta, Literæ, atque Mandata ipsius habeant
17 vim Decretorum, Literarum, Mandatorum-
que Summi Pontificis, etiam absque tali expressione, & specifica ipsius adprobatione, sivè consensu, ut concorditèr advertunt *Gratian. discept. forens. cap.839. num.20., clar: me: Card. de Luc. de Benefic. disc.73. num.4.*, ibi = *Primò quod Judex processisset ex delegatione Sac: Consultæ cum oraculo Papæ, cujus Tribunalis Literæ vim habent Literarum ipsius Pontificis = Raynald. Vot.75. num.24., Bonfin. ad Banniment. general. cap.80. num.125., Rot. in recent. decis.236. num.6., & 7. par.15.*, ibi = *Et tamen absque tali expressione, & specifico consensu Papæ, Literæ Sac. Consultæ habent vim Literarum ipsius Pontificis*.

Nec ex eo, quod adversus dictam Resolutionem concessa fuerit Civibus nova audientia,
inferri potest, quod confirmatio Sacræ Con- 18
sultæ perpetuam, & nullo tempore inviolabilem firmitatem non attribuat dicto novo Statuto. Nàm objectum urgeret, si Sacra Consulta absolutè concessisset novam audientiam suspensivam executionis novi Statuti usque ad exitum litis; At non etiam quando, prout hic, novam audientiam non aliter indulsit,
quàm cum clausula = *Non retardatà*, = quæ 19
eum effectum præstat, quod illud Statutum, jam veluti confirmatum, perpetuò valiturum sit, firmiterque observandum, non curatà concessione novæ audientiæ, *Rota coram Coccin. decis.144. num.7., & coram Bichio decis.201. num.9.*, quæ proindè dum fuit tali pacto concessa, veluti dans Civibus solam facultatem impugnandi in eadem Sacra Consulta præcedentem confirmationem dicti Statuti, haud operatur, quod illud naturam veræ Legis municipalis non sortiatur. Et rectè quidem, quia adversus quamcumque Legem, quamvis ab
ipso Summo Principe sancitam, reclamari po- 20
test, ipso annuente, imò etiam ab eodem revocari valet, & tamèn non desinit esse Lex perpetua, & inviolabiliter observanda donec non fuerit revocata, & apprimè confert non absimile exemplum desumptum ex commissio-
ne Causarum in devolutivo, cujus vigore Ju- 21
dex ad quem revocare potest præcedens Judicatum, & tamèn nemo unquam dixit, quod dictum Judicatum interim firmum, & validum non sit, nec sit exequendum, *Rot. coram Seraphin. decis.54. n.6., & in recen. decis.160. num.7.*

Jam verò constabilità validitate dicti novi Statuti, nedùm à Civibus, sed etiam à Superioribus, qui præsunt Regimini Civitatis Ravennæ, observandi, tàm ex Rescripto Juliani Indulti, superiùs relati, ibi = *Quod eadem Civitas regatur, gubernetur, & manuteneatur per Superiores secundùm Statuta &c., quæ ordinarentur, disponerentur, & reformarentur publicè in Consilio Civitatis ejusdem*, = quàm ex oraculo Sacræ Consultæ, non: me: R.P.D. Marabottino rescribentis = *faccia, che così segua*, = non est, cur pro sustinenda aggregatione, contra formam dicti Statuti facta, objiciatur, quod Eminentissimus Dominus Cardinalis Gozzadinus, tunc temporis Legatus, D. Baldratum, Consiliarii gradum conscendere ambientem, illo per dispensationem solverit; Id enim non subsistit in facto, eo quod in casu nostro proces-
sum non fuit per viam dispensationis, sed per 22
viam derogationis, ut evidens, & apertum redditur nedum ex postremo dicti Eminentissimi Legati Decreto, in quo non jam dispensa-

tionis, ſed derogationis expreſſa mentio facta
fuit, ibi = *Derogando &c.*, = verum etiam
ex ſupplici libello, ab ipſomet Baldrato prius
porrecto R.P.D. Marabottino, ut proponi ipſe
poſſet ad vacantem Conſilii locum Baldini,
ibi = *Con derogare all'ultima parte*, = & de-
nique ex confirmatione, & Reſcripto Eminen-
tiſſimi Legati, non quidem facto per viam
diſpenſationis, ſed derogationis, *confirmamus
derogando quibuſcumque &c.*; Quamobrem,
ſive ſpectemus animum Supplicantis, ſive inſpi-
ciamus voluntatem Concedentis, io dubium ve-
nire nequit, quin electa fuerit via non diſpenſa-
tionis, ſed derogationis, quæ Eminentiſſimis
Cardinalibus, tametſi præditis poteſtate Lega-
ti de Latere permiſſa noo eſt, quoties agitur de
Statuto, Pontificiâ authoritate roborato, ut com-
muniter tradunt *Felin. in cap. Quæ in Eccle-
ſiarum num.17. verſ. quia de Conſtit.*, *Roman.
conſ.17. num.1. verſ. quoad ſecundum*, *Ruin.
conſ.166. num.3. lib.4.*, *Gambar. de offic. Legat.
lib.8. num.133.*, *Poſth. reſol.148. num.2. & 3.*,
Vrceol. conſult. forenſ.62. num.21., *Campell.
ad Conſtit. Urbin. in præfation. num.339.*, at-
que hanc ſententiam ſequitur Sacræ Rotæ Tri-
bunal, ut videre eſt apud *Poſth. de ſubbaſt. de-
ciſ.207. num.4.*, *coram Dunoz. Jun. deciſ.527.
num.12.*, *coram Bich. deciſ.181. ex num.27.*,
in Recentior. deciſ.67. num.16. part.4. tom.2.,
23 *deciſ.298. num.18. & 20. part.10.*, ità quidem
ut nec etiam ſub obtentu interpretationis, aut
limitationis, *Caſtald. conſult.225. num.11. in
fine*, *Jov. de ſolemnit. in contract. minor.*, *&
mulier. Gloſ.2. §.2. num.17.*, aut reductio-
24 nis ad terminos Juris, illud illidere, ab eoque
recedere fas ſit, *Jaſon. in leg. omniam num.7.
verſ. limita tamen Cod. de Teſtam.*, *Villaleg. de
legat. quæſt.10. n.13.*, *Pegaſ. de compet. part.2.
cap.89 num.2.*, ibi = *Neque etiam per viam
interpretationis, aut limitationis etiamſi reducas
rem ad terminos Juris communis.*

Et quamvis Eminentiſſimis Legatis per Bre-
ve Legationis concedi conſueverit ampliſſima
facultas derogandi Legibus, & Conſtitutioni-
25 bus Apoſtolicis; Attamen iidem illà uti ne-
queunt, niſi pro publico bono, publicaque
cauſa Civitatis, & Provinciæ, ipſis commenda-
tæ, prout declarant *Advocat. Conſtantin. ad
Statut. Urb in prælud. num.17. & ſeqq.*, ibi =
*Fallit ſi Card. Legatus ſtatuat contra Jus, juſta
ſubſiſtente cauſa, & pro publico bono &c. præ-
ciſis caſibus prædictis ſtat firma concluſio, quod
Cardinalis Legatus à Latere non poſſit diſponere
contra Statutum confirmatum à Sede Apoſtoli-
ca* = & præciſè de Legato Æmiliæ dictum fuit
*in Ravennaten. Donationis 20. Junii 1678.
impreſſ. in Recen. deciſ. 490. num. 8. par.18.*
confirmata *deciſ.528. num.11. part.19.*, nemò
quippè non videt, perabſurdum eſſe, quod
Leges prò recto uniuſcujuſque Loci regimine
magna cum maturitate conditæ, & ab ipſo
Summo Pontifice confirmatæ, prò ipſorum
voluntate evertantur, ut his verbis loquitur
Rota in Recent. deciſ.298. num.19., *& 20.
part.10.* Quæ porrò juſta cauſa, dùm agitur
de derogatione Statuti conditi ob publicum
bonum, cum debeat eſſe æquè publica, & Emi-
nentiſſimi Legati ob ſimilem publicam cauſam
dictæ Legi derogando, procedere teneantur 26
Motu proprio, & per viam Legis univerſalis,
ut expoſcit ratio publicæ cauſæ, teſte *Bim.
conſil.403. num.54. lib.4.*, *Bero conſil.146. n.47.
lib.3.*, *Roman. conſil.436. ſub n.16.*, *Vaſquez
illuſtr. quæſt. lib. primo cap.1. num.13.*, *Amaya
obſervat. Jur. lib.1. cap.1. num.1.*, benè *Ton-
dut. reſolut.16. num.14.*, *& reſolut.46. num.4.*,
Vrceol. conſultat. forenſ.92. num.65., & pro-
bant aliæ authoritates mox relatæ; Inde ſequi-
tur, quod cum Dominus Cardinalis Legatus
derogaverit dicto noſtro Statuto per viam ſim-
plicis Reſcripti, & ad Partis inſtantiam, vali-
da propterea cenſeri nequit derogatio, in qua 27
nonniſi cauſa privata conſiderari poteſt, ut,
aliis omiſſis, firmat *Rota in Mantiſſ. ad Card.
de Luca de Juriſdict. deciſ.4. num.13.*, ibi =
*Utique talis facultas adeò effrenata competere
non poteſt Card. Legato, multòque minùs Vice-
Legato per viam ſimplicis Reſcripti, & ad Par-
tis inſtantiam.*

Verùm enim verò quamvis, ut inſinuare co-
nabantur D. Baldrati Defenſores, verſaremur
in ſimplici dicti Statuti diſpenſatione, non
idcircò tamen idem illà juvari poſſet; nàm,
cum diſpenſatio à Privato obtenta contra Sta-
tutum à Sancta Sede adprobatum, licèt illud
abſolutè non abroget, ſed præſervet quoad ce-
teros caſus; nihilominus eum re ipſa ſit ejuſ-
dem derogatio facta in caſu particulari, irrita
propterea cenſeatur, quoties ſinè juſtà, & le- 28
gitima cauſà fit ab inferiore utente Supremi
Principis, Papæ ſcilicèt, auctoritate, *Fagnan.
in cap. Super eo num. 40. verſic. Cæterum de Bi-
gam*, *Guttierez quæſt. Canonic. libr. primo cap.9.
numer.*, *5. Bonaccin. de legib. quæſt.2.*, *punct.3.
n.12.*, & de diſpenſatione factà à Card. Legato
Apoſtolico, ac Nuntio cum poteſtate Legati
à Latere, tradit *Innocent. in capit. Dudum n.16.
de elect.*, *Navar. in manual. Prælat. prælud. 9.
num.15.*, *Salas de legib. diſput.3. ſect.4. num.32.*,
*Bonaccin. de leg quæſt.2. punct.3. num. 1. §. Sed
hoc exemplum*, *Azor. part. prima libr. 5. capit.15.
in fine*, *Baldel. Theolog. moral. lib.5. diſput.52.
num.2.*, *Pegas de competent. part. prima cap.41.
n.9.*, *Maſſer. de legat. Æmil. lib. primo cap.35.
num.3.*, ob eam rationem, quod Summo Pon-
tifici dumtaxat reſervata eſt poteſtas diſpenſan-
di, Privatoſque Legibus ſolvendi ſinè cauſà, ut
tradunt *Card. Cajet. 1. 2. quæſt.96. art.5.*, *Sot. lib.* 29
primo de juſt., *& Jur. quæſt.7. art.3.*, *& lib.7.
quæſt.4. art.2. ad fin.* Et ſanè, ſi Eminentiſſimis
quoque Cardinalibus Legatis id liceret, facilè
inde ſequeretur, quod eorum arbitratu modò
favore unius, modò favore alterius diſpenſan- 30
do ſine cauſa juſta, & valida, eliderent Leges
ipſas, Conſtitutiones, & Decreta Pontificia,
quod nedùm adverſaretur menti Supremi Prin-
cipis poteſtatem ipſis delegantis in conſerva-
tionem, non in deſtructionem, ut admonet
Pe-

Pegas. de competent. part. prima cap.41.num.7. eis *à Supremo Principe Ecclesiastico non delegatur potestas denominativa, sed spiritualis, ac ministerialis, & in conservationem, non in destructionem, & num.8.* addit. *„ Non potest sinè causa legitima inferior Legatus dispensare &c. nec talis dispensatio sortiri potest effectum, cum non accidisset causa legitima ad dispensandum, quæ præcipuè induxit animum Superioris, & Pontificis ad concedendam expressam facultatem dispensandi* sed repugnaret etiam naturæ, & quidditati ipsius dispensationis, quæ nihil aliud est, nisi provida Juris communis, aut Statuti relaxatio, publicâ utilitate, seù necessitate pensata, ut definitur à *Speculator. lib. primo tit.2. de dispensat. §. primo in principio*, proptereaque, si eadem à Cardin. Legato concederetur sinè causâ publicæ necessitatis, & utilitatis Provinciæ, & Civitatis, ipsi commendatæ, non esset amplius dispensatio, sed potiùs dissipatio, & Legis destructio, ut prosequitur idem *Pegas loco citat., & num. 9.* & generaliter de dispensatione animadvertunt *Riccard. in 4. distinct. 38. quæstion.9. art. primo in fine, Fagnan. in Cap. Nimis num. 4., & seqq. de fil. Presbyteror. in Cap., Super eo num. 40. versic. Cæterum de Bigam., & in Capit. Quia tantum num. 14. de Præben., Baldell. Theolog. moral. libr. 5. disp. 52. num.1.*

Neque verò ambigi potest, quin dispensatio, de qua agitur, facta sit sinè ullâ justa causâ publicæ necessitatis, & utilitatis, in actu namque dictæ dispensationis nulla ex his causis expressa legitur; Nec eadem præsumi potest, nam cum Eminentissimus Dominus Cardinalis Legatus dispensaverit ad preces Partis, & per viam simplicis Rescripti, in eo privata dumtaxàt causa, & favor Domini Baldrati considerari valet, juxtà, *Text. expres. in leg. prima*
32 *Cod. de petit. Bonor. lib. 10., Felin. in cap. Qua in Ecclesiarum nu.65. de Constitut., Gozzadin. consil. 41. lib.1., Roman. consil. 436. num. 19., Urceol. consult. forens. 92. numer. 65., Rot. in Recent. decis. 520. num. 8. part. 19.*, & probat decisio, quæ revidetur *§. Nec denique*.

Frustraque obtenditur emendicatus ille color, quòd repletio loci vacantis in Consilio, publico etiam Bono valdè congruat, quia id verùm esset, si essemus in Civitate, in qua adeò pauci essent Consiliarii, ut, uno deficiente, ceteri publica munia subire, ac explere non possent: At longè aliter res se habet in casu nostro, nam, licèt Dominus Baldratus publicis muneribus manum nunquam admoverit, nihilominus tàm ante, quam post ejus attentatam aggregationem, cuncta publica negotia ritè, & rectè sinè ullo administrata fuerunt, & in futurum etiam administrabuntur. Prætereà, si quæ publica utilitas efflagitasset, quod locus iste repleretur, ea certè non expostulasset, quod dispensaretur Statuto, ad cujus formam electio novi Consiliarii fieri debebat; præsertim verò, quia in hoc negotio, in quo agebatur de supplendis, creandisque novis Consiliariis, urgebant Rescripta Sacræ Consultæ, præcipientis, servari patriam Legem; proptereaque, vel eadem consulenda erat, vel saltem juxtà veteres mores, oportebat, quod Eminentissimus Legatus mandaret, ut Decuriones iterùm ad hunc effectum convenirent in Consilio; hoc enim pacto consultum remansisset dictæ publicæ utilitati absque tàm gravi præjudicio libertatis generalis Consilii, ab ipsissimet Summis Pontificibus religiose semper custoditæ.

Certòque certiùs, quia ad publicam utilitatem ullo modo non spectabat, quod ille locus conferretur Domino Baldrato; Tum quia ille à generali Consilio aliàs rejectus, minùs idoneus hodiè etiam reputatus fuerat, & prætorea in eodem scrutinio propositi fuerant alii Candidati, majoribus ornati meritis, quorum intuitu suffragia numero plura reportaverant. Tum quia Dominus Baldratus caret necessario patrimonio scutorum decem millium, requisito pro Patritia dignitate sustinenda, super quo defectu nullam dispensationem obtinuit, quæ necessaria cæteroquin fuisset, cum asserta
dicti patrimonii possessio probata dumtaxàt 33
benevolis Testium fidibus, penitùs, penitusque excludatur ex partita Catastri singulorum Bonorum à Jo: Baptista Patre Baldrati possessorum, quæ non excedunt valorem scut. 4275.,

Immo ex his paternis Bonis in Catastro novissimè confecto de ordine Sacræ Congregationis Boni regiminis Dominus Baldratus descriptus legitur possessor triginta octo Tornaturarum dumtaxat, conficientium rubra septem Terreni, aliæ verò Tornaturæ 22., & quædam Domus locari solita prò annuis sc. 15. spectant ad Dominum Felicianum Bonvicini, & ad Dominum Bernardinum Baldratum fratrem, ex quo evincitur, male in præteritis Causæ propositionibus dictum fuisse, quod hæc, & plura alia Bona ad Dominum Baldratum pertinebant; Et Testes ab eo inducti minùs rectè, etiam ex propria credulitate calculabant mobilia Domini Baldrati in scutis 2000.; habitâ quippè ratione ad tenue capitale rubrorum septem Terreni, longè nimis curta necesse est, quod sit ejus supellex; Et æquè etiam insubsistens quoque est, quod Dominus Bernardinus Baldratus in communione vivat cum Domino Baldrato, in ipsius patrimonium referendo Tornaturas tres Bonorum, ac quosdam Census ab eodem Domino Bernardino acquisitos. Nam,
præterquamquod asserta communio, utporè 33
suaptè natura dissolubilis, augere non potest illius patrimonium, quippè eâ resolutâ, patrimonium quoque diminuendum esset; nihilominùs eadem excluditur ex eo, quod dicti Fratres, nèc etiam quando morantur in Civitate, simul vivunt, & unusquisque Bona propria recognoscit, ac onera super illis imposita persolvit, ex quibus excludi societatem inter Fratres, dixit *Rota in Recent. decis. 421. num.18. part.19.* Et demum paupertatem utriusque, & Familiæ probat illud factum Domini Bernardini,

dini, qui priusquam provisus fuisset Ruri de quadam Cura, *uti pauper* consecutu fuerat *una Mansionaria* ex illis à pio Fundato e Canonico Hieronymo de Rubeis institutis, & à Capitulo Patrono dandis, *so non à Persone povere native della Città di Ravenna &c.*, *ut ex hodierno Summario*.

At quod magis urget, D. Baldratus caret etiam aliis qualitatibus, pro gradu Consiliarij assequendo ellagitatis, duxit enim in Uxorem filiam, & respectivè neptem Dominici Sebastia-
34 ni, & Andreę de Matis, qui usque ad eorum obitum exercuerunt artem *di Calzolaro* & quidem cum tenui dote scutorum octocentum in pluribus etiam terminis solvenda, quod assertam Familiarum disparitatem excludit; Unam verò ex filiabus ex hoc Matrimonio susceptis desponsavit anno proximè preterito, & hac pendente cõtroversia super ejus admissione ad gradum Consularem, cum Petro Ghiberti, cujus Pater, & Avus usque pariter ad eorum obitum addicti fuerunt arti *di Calzolaro*, & ejus Pater Jo: Baptista Baldratus ultra quam quod inservivit in nobili Domo de Lovatellis uti Minister, vilissimam, quod gravius est, & mechanicam artem exercens, servitium præstitit Gabellariis Ravennæ *nel pesar le merci e riscuotere il denaro*, quod officium exercetur per Personas infimæ & vilis conditionis, prout testantur duo Sacerdotes Parochi nostrę Civitatis & tota ipsa Civitas de hoc testimonium perhibere posset, quando in claro, & notorio facto probationibus indigeremus; Unde Consilium, ad quod spectat in scrutinio perpendere requisita Concurrentis, justa ratione D. Baldratum excluiit, dum cognovit, ex supradictis, & aliis quæ omittuntur, eundem nequaquam decorari posse nobili Consiliarii prærogativa, quando ad hunc effectum exuberaret, quod ejus Pater artem mechanicam exercuerit, ut disponit tàm Statutum antiquum aliàs relatum, quàm modernum, à Sacra Consulta, ut dictum est, adprobatum.

Hec autem, quæ libenter prætermisimus coram Judicæ ab A. C. deputato, & in primis Causæ propositionibus, inuiti ab ipsamet Parte Adversa compellimus subjicere oculis Reverendissimorum Patrum, Genealogiam enim ipsa texens, stemmata, nobilesque jactans cognationes, se de antiquissima, & nobili Familia Ravennatensi progenitum, ac præstantissimis qualitatibus præditum esse dicit. Sed quantum id à veritate aberret, Reverendissimi Patres facilè perspicere poterunt, nàm ejus Familiæ nobilitas excluditur ex jam dictis, & demonstratur ex eo, quod descripta nunquam fuerit in Albo nobilium Familiarum Civitatis oost æ, sed solum relata reperitur in popularem ordinem Civium, ut testatur *P. Pasolinus* in suo Opere *Lustri Ravennati*, nec est inter gentilitia Stemmata Familiarum, quæ nobilitatis gradu potitæ fuerunt, & potiuntur in nostra Civitate, recensita à dicto *P. Pasolino*, & *à P. Coronello* in suo libro *Blasoni di Ravenna antica, e moderna* non refertur illud Familiæ Baldratæ, quod ignotum est, idque vel invitus fateri coactus fuit ipse D. Baldratus, qui probè noscens, se non alium locum in Civitate Ravennæ obtinere quam simplicis Civis, & Procuratoris, tamquam novus ad Consilium admitti postulavit, & totis viribus tùm a bon. mem. R. P. D. Marabottino, tunc Æmiliæ Præside, tum ab Eminentissimo Legato impetrare curavit derogationem Statuti nostri, qua tamen non indiguisset, si frueretur hujusmodi, nunquam antea audita, ejus Familiæ nobilitate, quippe, ut fit in similibus casibus, exposcere valens reintegrationem sivè restitutionem pristino statui, quasi ex justitia sibi debitam, subjectus non fuisset Satuto moderno, restrictò dumtaxat ad Familias, quæ Consiliariatus gradum nunquam obtinuerunt.

Parui proindè refert assertum Privilegium, vulgo *di Cavaliere dello Speron d'Oro*, anno 1571., à Card. Sfortia concessum quondam Dominico Baldrato, Avo Baldrati, illo siquidem satis probata dici nequit nobilitas, in eo enunciata à Scriptore Diplomatis, penitus iguaro qualitatis ipsius Dominici, qui cum in 35
libris illius temporis incipientibus ab anno 1512., in quibus descripta reperiuntur omnia nomina nobilium Consiliariorum, descriptus non legatur, sed accenseatur cœtui populari Civium, nobilitatem propterea suam probare nequit simili Diplomate; nemo enim non scit, hujusmodi Privilegiis, unà, eàdemque verborum formà, ac nobilitatis enunciativa conceptis, decorari Artifices, aliasque hujus generis Personas. Ut etiam nil confert ad nobilitatem probandam, quod susceptio Religiosi habitus facta ab altera ex ejus filiabus celebrata fuerit cum magna nobilium Matronarum frequentia; Hoc enim non ejus nobilitati, aut jactatis necessitudinibus cum Familiis nobilibus, sed tribuendum potiùs est moribus Civitatis, in qua nobiles Personæ interventu suo pias hasce Functiones decorare non dedignantur, tametsi peragantur ab infimæ conditionis Puellis, quando hæ ducuntur ab aliqua nobili Matrona, prout erat casus filiæ D. Baldrati.

Missum facimus sermonem de præclaris qualitatibus, quibus præditus dicitur D. Baldratus, quippè illæ aliundè non desumuntur, quam ex patrocinio plurium Causarum, quod in linea simplicis Procuratoris præstat, quibus Procuratoribus nostra Civitas abundat, nec nostrum hic est ostendere, cujus notæ ipse sit, quia hoc abunde percipere potuerunt Reverendissimi Patres ex datis in *hod. Sum.*; monitos tamen illos volumus, nullum inter Consiliarios numerari, qui munus hoc exerceat, atque a veritate etiam aberrare, quod idem Baldratus sit Doctor, cum Laureatus nunquam fuerit, non enim Ravennæ, nec alibi Lauream doctoralem suscepisse docet.

Consultò his, & similibus diutiùs immorari prætermittimus, quia, quando, prout hic,

hic, admissio, vel rejectio a Consilio pendet
a resolutione capienda in scrutinio, Rejectus
36 non potest reclamare, nec recurrere ab irra-
tionabili exclusione, seu rejectione, *Monacell.
formul. practic. tit. 11. formul. 11. exempl. 4.
num. 12., & 13. tomo primo, Rota coram bon.
mem. Emerix. Jun. dec. 296. num. 11., in Recent.
dec. 95. num. 7. parte 17., & dec. 695. num. 18.
& seq. parte 18.*, quamvis contendat habere
omnes qualitates requisitas, quia præter illas
requiritur etiam consensus duarum ex tribus
37 partibus Consiliariorum à cujus denegatione
non datur coactiva admissio per Superiorem,
ex plenè firmatis à *Rota in Bononien. aggre-
gationis ad Collegium in Recent. dec. 180. n. 15.,
& plurib. seqq. parte 9., & magistraliter in
Rhegien. Consortii dec. 388. num. 8. por. 16.* ibi =
*Quod etiamsi Mauritius probasset, vel probaret
qualitates requisitas, adhùc posset repelli ex li-
bero arbitrio, quod habent Consortiales admit-
tendi, & repellendi postulantes admitti, aliàs
non posset dici electio, si inviti cogerentur reci-
pere Consortes, nam de essentia electionis est li-
bertas, & decision. 95. num. 9. part. 17.* Et rectè
quidem, quia cum ad electionem novorum
Consiliariorum perveniatur prævio scrutinio, &
secretis suffragiis affirmativis, vel negativis
editis per globulos albos, & nigros; idcirco,
ut prosequitur *dicta decisio num. 10. Si petenti-
bus sufficeret pro admissione probatio qualita-
tum, frustra fieret scrutinium, & in vanum
vota secreta exquirerentur, nisi plena libertas
admittendi, & reijciendi fuisset reservata: itaut
unà cum qualitatibus requiratur etiam adproba-
tio Consortialium.*

Quamobrem non urget, quod Statuta Ra-
vennæ sint restrictiva facultatis Consilii non
recipiendi, nisi Cives habentes qualitates ibi
38 præscriptas; quia in hoc consistit prærogativa
Civium qualificatorum, ne Loca Consilii per
alios impleri possint, ex eaque propterea resul-
tat necessitas eorum receptionis in genere, non
autem in individuo recipiendi talem, vel talem
Personam admitti volentem, ut benè distinguit
*clar. mem. Card. de Luca de Canonic., & Capitul.
num. 14.* & docet praxis omnium ferè Colle-
giorum, & Congregationum; frequentius au-
tem illa Monasteriorum Monialium, quod sci-
licèt per Monasterium recipi non potest, nisi
Puella, quæ certas habeat qualitates, certam-
que solvat dotem, & tamen, licèt omnia hæc
concurrant; quinimmò admittatur etiam ad
39 habitum Monasticum; adhuc tamen priusquam
admittatur ad professionem, exquiruntur Vota
secreta Monialium, quæ si sint prò negati-
va, Puella dimittitur à Monasterio, ut no-
tum est.

Qamobrem causa exclusionis alleganda, &
probanda semper non est ab Æligentibus, sed
solummodò quando deduceretur ad effectum
excludendi vel à Jure, quod positis qualitati-
bus naturalibus, negari non potest, ut habemus
tùm in Religione Hierosolymitana, quæ cum
40 generalitèr non neget habitum justitiæ haben-
tibus qualitates naturales, à Stabilimentis præ-
scriptas, si Exclusus reverà illas habere probet,
potest per Superiorem ex officio admitti, juxta
deducta in *Assisien. Habitus 28. Junii 1717., &
28. Martii 1718. cor. R. P. D. Foscaro*; Vel si
res esset de Familia Consulari, quorum filiis, &
descendentibus Statuta reservant loca vacantia
Consilii in locum Patris, Avi, aut aliorum de
Familia præmortuorum, ut contigit in casu,
de quo Rota in Forolivien. Loci Consilii 5. Maii 41
*1704. coram Rm̃o Molines, & 7. Maii 1706.
coram Eminentissimo Domino Cardinali Priolo*;
Vel demum, si ageretur de excludendo à Jure
quæsito, puta si provideatur quis à Papa, vel Or-
dinario de Canonicatu in Cathedrali, vel Col-
legiata; Capitulum verò recuset illum admit-
tere propter aliquem defectum, in hisce namque 42
casibus causa exclusionis esset probanda, ut,
ceteris relatis, firmat *Rota in Recent. decis.
494. num. 2. parte prima, dec. 335. n. 1. part. 2.,
& dec. 319., & 333. parte 11.*

Clarissima profecto hæc sunt pro demon-
stranda nullitate, invaliditate, & injustitia
controversiæ aggregationis D. Baldrati; sed cla-
riora tamen reddentur, si animadvertatur,
Eminentissimum Dominum Legatum dero-
gasse, seù dispensasse novo Statuto non pro sup- 43
plendo uno, vel altero suffragio, sed ut sup-
pleret notabilem defectum quatuordecim suf-
fragiorum, in quibus circumstantiis si Papa, &
Sacra Consulta hujusmodi Gratias concedere
nunquam solent, eædemque si à Cardinali-
bus à Latere Legatis fieri contigerit, revocan-
tur, ut, cœteris omissis, evenit in Causa *Ra-
vennaten. Jo. Baptistæ Capræ*, prò quo cum
Eminentissimus Legatus supplevisset quatuor
suffragia, quæ illi deerant, eundemque in nu-
merum Consiliariorum describi mandasset, Sa-
cra Consulta die 29. Novembris 1669., utrà-
que Parte acriter contradicente, respectu Ca- 44
præ supplicantis prò substinenda dicta aggrega-
tione, respondit = *Lectum, & utatur Jure suo* =;
respectu verò Eminentissimi Legati rescripsit =
*Non esse locum arbitrio, & propterea Eminen-
tissimus Cardinalis non cogat* =, & in *Causa Cæ-
senaten. Jacobi de Bandis anno 1706.* responsum
pariter fuit a Sacra Consulta, aggregationem
ejusdem Bandi ad locum Consilii Civitatis Cæ-
senæ, factam ab Eminentissimo Legato, non su-
stineri, & tamen ille suppleverat duo tantùm
suffragia, quæ defecerant dicto Bando prò dua-
bus ex tribus partibus; Potiori itaque Jure ab
ea dispensatione favore Baldrati abstinere de-
bebat Eminentissimus Legatus, qui majori uti
non debet arbitrio quam soleat ipse Papa, &
Sacra Consulta, *Rota in Recent. dec. 351. nu. 11.* 45
*parte 5., & in Bononien. Fideicommissi de Gri-
fonibus super reservatis 11. Aprilis 1707. §. Fal-
su verò cor. bon. mem. Omanna.*

Eòque minus Eminentissimus Legatus laxio-
ri arbitrio uti poterat in nostra hypothesi, tum
quia san. mem. Julius II. in dicto suo Brevi sta-
tuit, quod nostra Civitas per Superiores, qui
sunt Cardinales Legati, regatur secundùm Sta- 46
tuta

tuta sua, tum etiam quia postquam Sacra Con-
sulta Legem hanc à generali Ravennæ Consi-
lio, in commune bonum sancitam, confirmave-
rat coactivis illis, atque imperativis verbis =
faccia, che così segua = ad Æmiliæ Præsidem
47 directis, injunxisse dicebatur absolutam, atque
præcisam exequendi necessitatem, sublata pror-
sus Eminentissimis Legatis facultate omni con-
trarium disponendi, ut in puncto advertit *Ro-*
ta penès Postb. de subhast. dec. 207. numer. 21.,
coram Bich. dec. 381. numer. 24., & 25., & post
Constantin. ad Statut. Urb. dec. 18. num. 7., ibi =
Tanto magis quia in eadem Constitutione praeci-
pitur Legatis illius observantia, & exequutio,
quo fit, ut censeatur adempta facultas contra-
rium disponendi = etiamsi rem redigere dice-
rentur ad terminos Juris communis, ut præci-
sè respondet, *Rota decis. 298. num. 21., & 22.*
48 *parte 10. Recentior.* verbis illis = *Minus p tuis-*
se id fieri dicendum est, quod Constitutio prohi-
bitiva appellationis reducat rem ad terminos
Juris communis &c., nam etiam hoc casu deficit
potestas quando in confirmatione Apostolica Sta-
tuti, Juri communi contrarii, adest praeceptum de
observando, quia tunc cessat favor reditus ad
Jus commune.

Perabsurda verò est interpretatio illa, qua
figuratur, quod dictum præceptum Sacræ Con-
sultæ complecti quidem possit Personas Ci-
49 vium, non verò illam Eminentissimi Legati,
cujus facultas præservata semper censetur, ex
Rota in Caesenaten. Taxae medicinalis 30. Ju-
nii 1703. §. Ceterum coram clar. mem. Card. Ca-
prara; Quia Literæ Sacræ Consultæ apparent
directæ ad R. P. D. Marabottinum uti Provin-
ciæ Æmiliæ moderatorem cum facultatibus
Legati à Latere; Idcircòque mandata in illis
contenta non restringuntur ad Cives, aut ad
50 R. P. D. Marabbottinum, sed comprehendunt
etiam Eminentissimum Legatum, ejus in mu-
nere Successorem, ut probat elegans *Textus in*
leg annua 20. §. Attia ff. de annuis legat., Rot.
cor. Pamphil. decis. 242. num. 11., & in Leodien.
Beneficii 29. Novem. 1706. §. Non attento cor.
bon. mem Omanno.

Denique his accedit, quod Eminentissimo
Domino Cardinali Legato sublata penitùs erat
facultas dispensandi ex Monitorio A. C. cum in-
hibitione, super observantià dicti Statuti, &
51 executionis Decreti Sacræ Consultæ, cujus vi-
gore prohibebatur, ne se se huic Causæ immi-
sceret, in eademque quidquam innovaret; Et
quamvis tale Monitorum, & inhibitio præsen-
tata fuerit Domino Baldrato dumtaxat, atta-
men afficit etiam Eminentissimum Legatum,
ut in puncto firmavit *Rota in Ariminen. At-*
tentatorum 11. Maii 1716. per tot. coram R. P.
52 *D. Foscaro*; Et generaliter, quod inhibitio in-
timata Parti, afficiat etiam Judicem, itaut si ad
Partis instantiam procedat, sinè dubio attentet,
Lancellot. de attentat post inhibit. par. 5. cap. 20.
ampliat. 6. num. primo, & seqq., & declarat. pri-
ma numer. 11., Ridolphin. in prax. part. 3. cap. 5.
num. 217., Rota coram Ludovis. dec. 360. num. 2.;

Prout viceversà præsentata Judici, afficit etiam
Partem non inhibitam, *Lancellott. loc. cit. am-*
pliat. 1. num. 14., Bisignet. decis. 4. num. 5. de
appellat.

Nec est cur in contrarium afferatur quædam
epistula *clar. mem. Card. Coisij*; dum erat Su-
perintendens generalis totius Status Ecclesiasti-
ci, *relat. à Castellin. part. 1. cap. 16. in suo tra-* 53
ctat. de Constit., & Edict. Legation. Æmil., qua
Auditori Cameræ adempta dicitur facultas co-
gnoscendi Causas jam decisas à Cardinali Le-
gato, illa enim loquitur de iis Causis, in qui-
bus Legatus utendo suis facultatibus processerit
cum clausula = *Omni, & quacumque appellatio-* 54
ne, recursu, & reclamatione remotis =, quæ
cum non adsit in Decreto derogatorio, de quo
agitur, ab Eminentissimo Legato facto pro
admissione Baldrati ad locum Consilii, pro-
pterea non applicatur casui nostro; Immò ve-
rò ob defectum dictæ clausulæ, eadem Epistola
mirificè confirmat Jurisdictionem A. C.; Præ-
terea Epistola prædicta procedit, quando Le-
gatus postquam judicavit, Pars, quæ succubuit,
recursum habet ad A.C., non tamen faculta-
tem ullam eidem Legato tribuit apponendi
manus in Causis, coram A. C. vertentibus; 55
Ideòque cum ab A. C. obtenta fuerit inhibitio
longè ante secutam aggregationem Baldrati;
Hinc est, quod Eminentissimus Legatus omni-
nò se abstinere, & inhibitionem A.C. attendere
debuerat, sive in actis fuerit Monitorium re-
productum ante controversam aggregationem,
sive non, ut benè probat nostra *Decisio §. Nec*
officit.

Pars adversa his obstricta argumentis, recur-
rere consuevit ad observantiam, cujus vigore
Legatos in subjecta materia admissionis Consi-
liariorum derogasse ait antiquis Legibus. Sed
frustrà, nam præterquam quod in casibus pro
statuenda d. observantia exadverso allegatis,
nulla intercesserat S. Consultæ, nulla Audito-
ris Cameræ Inhibitio; nulla denique contraria 56
generalis Consilii resolutio, & Consiliariorum
protestatio, sed potiùs expressa acceptatio, &
acquiescientia ipsius generalis Consilii, ut est
casus relatus per *Rot. in dec. 69. in princ. par. 13.*,
ex adverso allegari solitus, cui sane similes
sunt omnes alii a Parte adversa exagerati; Qui
cum sint omninò diversi à nostro, observantia
propterea, cui tantoperè exadverso insistitur,
nullo numero habenda est, ex certissimis illis,
atque omnium ore tritis juris nostri regulis,
quibus edocemur, quod observantia probanda
est in casu præciso, & individuo cum iisdem
prorsùs qualitatibus, & circumstantiis, *Rota*
in Mantiss. ad Card. de Luca tit. de Judic. de-
cis. 34 num. 47., cum aliis relatis in nostra decisio-
ne §. Quae cum ità sint; Certius, quia, si ser-
mo sit de illis derogationibus, quarum vigore
Legati novos crearunt Consiliarios, nemo non 57
videt, nullum hinc desumi posse argumen-
tum, quia electio Consiliariorum privativè de
Jure spectat ad generale Consilium, *leg. 1. §. So-*
lent ff. quando appelland. sit, leg. observare 2.,
ibi-

ibique Doctores Cod. de Decurionib. lib. 10., Joan. de Plat. in leg. si quis spontaneos in princip. vers. quod intellige Cod. eod. tit., Curia Pisana de Origin. Decurion. cap. 13. num. 1., Cobell. ad Bull. Bon. Regimin. cap. 31. nu. 287., Card. de Luca de Praemin. disc. 31. num. 5. disc. 38.
58 *num. 13., & disc. 39. num. 10.*, quamobrem ex
illis tamquam actibus, qui nulli, & irriti fuissent, si approbatio, & acquiescientia generalis Consilii non accessisset, induci non potuit legitima observantia, *Rot. coram Cavaler. decis. 589. num. 5., & in recen. dec. 16. numer. 16. part. 6.*; Cum enim Consilium vigore Indulti Juliani facultatem haberet condendi, reformandique omnes, & quascumque Leges; Poterat consensu suo dd. derogationibus, seu dispensationibus impertiri eam validitatem,
59 quam eisdem communicare nequibant Legati,
& per consequens ad approbationem potius Consilii, quam ad auctoritatem Legatorum, creationes Consiliariorum referendæ sunt, ad tradita per *Rotam in Romana fructuum Dotis 2. Decembris 1712. §. Comprobatur cor. Reverendissimo Aldrovando*; Aliæ verò derogationes, quarum virtute deficientia paucorum suffragiorum suppleta fuit, & ætate minores, vel in Civitate Ravennæ non nati, aut qui nullum Magistratum gesserant, habilitati noscuntur ad Consiliarii gradum assequendum, præterquamquod illæ quoque à Consilio approbatæ fuerunt, alia facilior occurrit responsio, quod nempè cum hoc casu ageretur de derogationibus longè minùs præjudicialibus, Consiliarii adversùs eas non reclamarunt, nè videlicèt nimis tenacitè Jus suum retinentes de mererentur animos Cardinalium Legatorum, vel etiam
60 conniventiùs egerunt, ut morem gererent Per-
sonis, alioquin dignis, quo circa ex hisce actibus facultativis nulla profectò statui potest observantia, ut concordantibus relatis firmat decisio, quæ revidetur *§. Sed urgere*.

Præsertim verò, quia ex aliis maximè solemnibus actibus compertum habemus, quod, si aliquando Consiliarii Jus suum retinentes adversùs similes derogationes reclamarunt, tantum abest, quod illæ effectum habuerint, ut immò rejectas fuisse doceamus, Præclarum,
61 & maximà notà dignum est exemplum relatum
in Causa *Ravennaten. d. Jo: Baptistæ Capræ*, pro quo Eminentissimus Legatus supplevit defectum quatuor suffragiorum, adversùs quam aggregationem reclamantibus statim nonnullis Nobilibus, Sacra Consulta die 20. Aprilis 1669., eamdem aggregationem revocavit, atque id ipsum contigit etiam in alia S. Consultæ resolutione in Causa *Cæsenaten.*; in ea enim infirmata fuit aggregatio facta auctoritate Eminentissimi, tunc temporis Legati, supplentis non quatuordecim, ut in casu nostro; sed duo tantum suffragia, deficientia pro duabus ex tribus partibus. Ex quibus sanè actibus in Contradictorio canonizatis magis magisque patet, quod Eminentissimi DD. Cardinales Legati Decurionum Ordini, eo invito, novum Consiliarium obtrudere non valeant, & elisa etiam remanet vis omnis contrariæ observantiæ, *Rota in Lucana fideicommissi 14. Decemb. 1708. §. Quo verò coram bon. mem. Kaunitz.*, & ponderat nostra decisio *§. Certiùs quia & seqq.*, quo loci etiam respondet derogationi concessæ à D. Card. Legato pro D. Lamberto Mazzino, qui ab eodem generali Consilio inter Consiliarios statim admissus fuit. Eidem enim Mazzino non deerant pro legitima aggregatione quatuordecim suffragia, ut est in casu Baldrati, sed unum, & tres partes alterius suffragii similis; & prætereà ut testatur Eminentissimus Legatus in Epistola scripta generali Consilio, ille quamvis forensis, Clariores Ravennæ Familias sanguinis conjunctione attingebat, opulentum habebat patrimonium, nobilitate Imolensi 62
jam diù fruebatur, & denique iis ornabatur meritis, quæ in novis Consiliariis cooptandis exigunt Imperatores in *leg. ad subeunda 49. lib. 10. Cod. de Decurionib.*, quibus cum careat D. Baldratus, ab uno ad alium non valet illatio, ut benè concludit laudata nostra decisio *§. Non obstat*.

Quamquam verò hæc omnia clarè ostendant, illius aggregationem sustineri nullo pacto posse ob defectum potestatis; Omittere tamen non possumus, eandem aggregationem irritam etiam esse ex defectu voluntatis d. Eminentissimi D. Card. Legati. Et primò quia derogatio in Consilio exhibita, nil aliud continet, quàm simplicem confirmationem alterius Rescripti R. P. D. Marabottini, ut patet ex verbis, quibus usus est Eminentissimus Legatus, ibi = *Attentis narratis, viso supradicto Rescripto D. Marabottini, & quoad derogationem Votorum, prout in eo, prædictum Rescriptum in hac parte dumtaxat confirmamus* =; Rescri- 63
ptum autem R.P.D. Marabottini nullam derogationem præsefert Decreto Sacræ Consultæ, adprobativo novi Statuti, sed simpliciter est relativum ad primum Decretum, ab ipsa Sacra Consulta factum anno 1705. pro observantia soliti, ibi = *servari in hac parte tantùm, & pro nunc Ordines S. Congregationis, datos sub die 28. Augusti 1705.* =; Imò vero, cum tale Decretum ab eadem Sacra Consulta revocatum postea fuerit, anno nempè 1712., & sic antequam prædictum Rescriptum R.P.D. Marabottini executioni manderetur; hinc sequitur, quod, si illud ex mente R. P. D. Marabottini concedentis fuerat jam resolutum, tamquam cessante causâ, ob quam fuerat impertitum, *Bero in cap. super literis in prima lectura nu. 49. de rescript.*, evanuisse pariter dicenda est gratia derogatoria Eminentissimi Legati, confirmatoria dumtaxat d. Rescripti, seu Gratiæ à R.P.D. 64
Marabottino concessæ; actus quippè confirmans subsistere nequit, corruente actu confirmato, *Rota ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de regular. disc. 14. num. ., & disc. 16. num. 5., & in Avenionen. Collegii 12 Maii 1713. §. Neque in his terminis cor. Eminentiss. D. Card. Scotto.* Quid plura? Si Rescriptum R.P.D. Marabotti-

in editum mense Majo anni 1711., nec derogat, uec derogare poterat Decreto, à Supremo Principis Consistorio, Sacra nempe Consulta promulgato anno 1712., dicendum procul dubio, est, quod eidem derogare nec etiam intellexerit Eminentissimus Card. Legatus, qui prædictum Rescriptum dumtaxat confirmavit;
65 hæc enim taxativa excludit omne id, quod in
subjecto, sive in Rescripto, & Gratia confirmata non continetur, ad *Text. in leg. qui aliena §. Libertas ff. de negot. gest.*, *Surd. decis. 291. num. 18.*, *Rota in Forosempronien. Legatorum super fideicommissis Ludovici, & Antonii 22. Januarii 1714. §. Manifestius coram Reverendissimo Ansaldo Ponente.*

Accedit his, quod Eminentissimus Legatus confirmando Rescriptum R.P.D. Marabottini, nunquam eà mente, animoque fuit, ut Dominus Baldratus subrogaretur in locum Capitanei Bonfilj, quem assecutus fuit. Etenim, cum Rescriptum R. P. D. Marabottini procul dubio restringatur ad locum, ob mortem Jo:Baptistæ Baldini vacantem, ad quem idem Baldratus proponi sinè Competitore postulaverat R.P.D. Marabottino, consequens est, ut etiam Eminentissimi Legati Rescriptum, illius confirmatorium, ad Baldini locum sit restrictum; Ideoque porrigi nequeat ad alia penitus diversa loca aliorum Consiliariorum prædefunctorum, ad quæ tantùm in generali Consilio, & in concursu aliorum Competitorum propositus fuit Bal-
66 dratus, absque eo quod amplius cogitaverit de
loco Baldini, pro quo dumtaxat derogationem impetraverat, quique adhuc vacat, cum ad illum nemo proponi institerit; Ut enim Consilium ministerio sui Magistratus rectè dixit in sua Epistola, hac de re ad Emiuentissimum Legatum data, derogatio, sive dispensatio pro uno loco impertita, non potest, ob defectum voluntatis concedentis, suffragari pro alio, ut optimè tradunt *Just. de dispensat. lib. 1. cap. 2. num. 18. & 19.*, *Rota cor. san. mem. Gregor. XV. decis. 353. num. 15.*, *& cor. Celso decis. 69. n. 27. & seq.*, & concessa ad unum effectum, nun
67 suffragatur ad alium, etiam concurrente non
solum identitate, sed & majoritate rationis, *Felin. in cap. postulasti nu. 8. de rescript.*, *Rota in rec. decis. 497. num. 2. part. 1.*, *& decis. 94. num. 5. part. 6.*, ob eam rationem, quod dispensatio veluti stricti Juris, strictissimè etiam est
68 interpretanda, ad *Text. in cap. Pastoralis de*
Privileg., *Rebuff. de dispensat. super defect. natal. num. 47.*, *clar. me. Card. de Luca de Benefic. disc. 68. num. 12.*; Ex quibus occurritur Epistolæ, quæ ab Eminentissimo Legato scripta dicitur ad mentis suæ declarationem, quod nempè ipse favore Baldrati derogare intellexerit pro quocumque loco, id namque directè pugnat cum Rescripto confirmato, quod literalitèr restringitur ad locum Baldini.

Ex quibus profectò omnibus justâ ratione affirmare possumus, Eminentissimum Legatum in administranda Provincia vehementer occupatum, assiduisque detentum gravissimis negotiis, ut per sæpè contingit, fuisse circumventum, ab eoque importunis precibus, atque suggestionibus extortam fuisse talem Epistolam. Id quod confirmatur ex nova circumventione, quæ manifeste adhibita apparet in obtinendo postremo Rescripto, cujus vigore Dominus Baldratus ad Bonfilj locum, penitus diversum, aggregatus fuit. Ut enim Partis adversæ Fautores Eminentissimum Legatum ad Gratiam hanc concedendam facilius allicerent, retulerunt, adesse jam ipsius Rescriptum derogatorium tertiæ partis suffragiorum, quasi Card. Legatus nil aliud facere debuisset, quàm confirmare, & adprobare præcedens Rescriptum, & tamen, ex supra firmatis, præcedens Rescriptum nullam derogationem continebat posteriori Decreto Sacræ Consultæ, requirenti duas ex tribus partibus suffragiorum pro valida electione novi Consiliarii, prætereaque illud restrictum erat ad locum Baldini.

Nec obijci valet, quod postremum hoc Rescriptum habeat vim novæ derogationis; Nam factum est relativè ad dictum primum Rescriptum, ad quod contraria instantia restricta erat, dum Fautores Baldrati institerunt *pro ipsius admissione ex eo quod obtinuit in sui Ballotatione Vota 42. favorabilia, & sic duo ultra* 69
medietatem omnium Consiliariorum in Consilio votantium, cum Rescripto Eminentiæ suæ derogatorio tertiæ partis Votorum, quæ verba, & signanter illa *ex eo quod &c.* evincunt, eosdem, veluti ex causa finali, motos fuisse ex dicto priori Rescripto ad hanc instantiam promovendam, prout similia verba expendendo observant *Cephal. cons. 330. numer. 41. & seqq.*, *Menoch. cons. 482. num. 1.*, *clar. mem. Cad. de Luca de fideicommiss. disc. 33. num. 6.*, Proindèque, si postremum Rescriptum ad istud sese refert, ex certa illa Juris regula, quod Rescripta re- 70
stringuntur ad Partis supplicationem, *Rota in Recent. decis. 266. num. 22. part. 18.*, præsertim quia Eminentissimus Legatus sese retulit ad audita, ibi = *Auditis &c.* =, ut benè notant *Alexand. cons. 75. num. 12. lib. 5.*, *Saminiat. controvers. 173. num. 30. & 31.*; Utique vigore istiusmodi relationis postremum Rescriptum unitatem quamdam habere dicitur cum altero 71
relato, illiusque qualitates assumit, *Fattinell. respons. 19. num. 53. tom. 1.*, *Rota coram Dunoz. Jun. decis. 526. num. 5.*

Neque hisce finibus se continuit circumventio; nam dicti duo Partis adversæ Fautores supposuerunt sese nomine Magistratus instare pro admissione Baldrati, quando idem Magistratus, aliique Consiliarii reclamaverant, protestatique fuerant de attentatis, & pendentia litis in Curia; Et, quod magis est, non ad Magistratum, qui componitur ex quinque, vel sex, sed ad generale dumtaxat Consilium, ejusque Decuriones pertinet electio, & adprobatio novi Consiliarii, ut tradit decisio, quæ revidetur *§. Frustrà autem*. Quibus denique additur pro excludenda voluntate Derogantis, quod ipsi expositum non fuit, Baldratum non ha-

habere sufficiens patrimonium, nec ceteras alias qualitates, pro gradu Consulari assequendo necessarias, ut superius diximus.

ARGUMENTUM.

Datariatus dignitati inseparabiliter cohæret criminalis jurisdictio. Datarius in crimine falsationis Literarum Apostolicarum, utpotè ipsius Datarii, ejusque Curiæ, & Magistratus dignitatem lædente, criminaliter procedere potest, imò, & Judex necessarius efficitur; Quomodo autem similibus in Caussis sese gerere debeat?

DISSERTATIO XIX.

1 *Datariatus dignitati connaturaliter, & intrinsecè adnexa est criminalis jurisdictio.*

2 *Datariatus munus exercenti, Summi Pontifices contulerunt non simplex officium, sed cum jurisdictione potestatem.*

3 *Datariatus munus fuisse etiam cum jurisdictione à Summo Pontifice demandatum, optimè arguitur ex Brevis verbis* = Te Datariæ nostræ Præfectum, & Prodatarium &c. =

Præsertim verò ex his aliis = Cum omnibus, & singulis facultatibus, jurisdictionibus &c., tàm de jure, quàm de consuetudine =, num.6.

4 *Præfectura necessariò adnexa est jurisdictio.*

5 *Præfectura non est meri officii nomen, sed Magistratus, & potestas, sinè jurisdictione subsistere non valens.*

7 *Datariatus munus Summi Pontifices, velutì præcipuum, semper retinuerunt.*

8 *Qui præest aliis, eorum onus, & solicitudinem portare tenetur.*

Coercendo excessus, ab Officialibus, sibi Subditis, commissos, ibid.

9 *Datarius sustinere debet onus, & solicitam curam omnium Datariæ Officialium, & Ministrorum.*

10 *Datarius in ejus Officii, ac Præfecturæ exercitio Summum Pontificem repræsentat, &* nu.24.

11 *Nostrum facimus, cui nostram authoritatem impartimur.*

12 *Conscientia, & scientia Magistratus una est cum illa Papæ, & Principis.*

13 *Datarius dicendus est cum suo munere jurisdictionem, & potestatem omnem, intrinsecè illi insitam, accepisse.*

14 *Datarii officium expositum periculis, & insidiis Ministrorum, atque Officialium.*

15 *Datario publicæ expetendæ vindictæ potestas esse debet.*

Eòque plenior & major, quò sublimius est ipsius munus, & gravius delictum, numer.17.

16 *Jurisdictio, & potestas coercitionis instituta ad malorum vindictam.*

18 *Adversus Datarii sententias, & judicata ad solam Summum Pontificem reclamare permittitur.*

19 *Quilibet pedaneus Judex; commissâ sibi Caussâ, super iis omnibus, quæ ad Caussam ipsam pertinent, plenariam potestatem recipit*, & n.20.

20 *Magistratus jurisdictio par esse debet amplitudini officii, & gravitati negotiorum, circa quæ versatur*, & n.21.

22 *Magistratui concessa censenda sunt ea omnia, sine quibus ejus jurisdictio exerceri nequit*, & n.60., & 79.

23 *Supremorum Magistratuum prudentiæ plura permittuntur, quæ minoribus aliis Magistratibus denegantur.*

25 *Magistratus vindex est cujuscumque actionis, & criminis, quo ejus officii fides violatur.*

Id autem absque criminali jurisdictione assequi nequit, nu.26.

26 *Criminalis jurisdictio instituta ad Reipublicæ commodum.*

27 *Datario criminalis jurisdictio omninò competit.*

28 *Episcopi, aliique Ecclesiastici Judices criminali jurisdictione utuntur*, & n.78.

29 *Datarius subrogatus loco Præfecti; sive Comitis Sacrarum largitionum.*

Comes Sacrarum largitionum antiquitùs quæstor Ærarii publici nuncupabatur, numer.29.

Comes Sacrarum largitionum criminali jurisdictione utebatur, ibid.

30 *Magistratus, cui nihil denegatur, nominatim omnia habet*, & n.53.

Datario superfluum esset concedere criminalem jurisdictionem, quæ jam ei competit, tamquam repræsentanti Summum Pontificem, d. n.30.

31 *Jurisdictionem ab allegante probandam, eamque in criminalibus expressim concedendam esse, quibus in casibus procedat?*

32 *Criminalis Jurisdictio tacito Jure Magistratui competit.*

Nec est necesse, eam nominatim delegari, n.33.

34 *Magistratui, aut cuipiam alii quoties generaliter, & indefinitis verbis jurisdictio conceditur, merum quoque imperium concessum censendum est*, & numer. 35. & seq.

Contrarium ex peculiaribus Hispaniæ Legibus, num.36.

35 *Mixtum imperium concessum semper conferri, quoties jurisdictio conceditur, dubium non est.*

37 *Vocabuli* Jurisdictio *propria significatio merum, ac mixtum imperium comprehendit.*

Licet non ad publicam utilitatem jurisdictio concedatur, & n.39.

Quod eò magis procedit in concessione facta ple-

plurali numero Jurisdictionibus, n.48.
Maximè, si præcedant illa alia verba, = omnibus, & singulis = , n.49.
38 In dubio præsumendum est Jurisdictionis nomine merum etiam imperium contineri.
40 Beneficia Principis largissimè interpretanda.
41 Merum imperium definitur ut sit jurisdictio, quæ exercetur nobili Judicis officio, publicam utilitatem respiciens.
42 Sub concessione jurisdictionis, tamquam favorabili, merum etiam imperium venit.
43 Jurisdictionis nomen tum ad civilem tum ad criminalem jurisdictionem referendum esse, suadet qualitas Personæ, cui jurisdictia concessa est.
44 Puta, si illustris sit, atque in dignitate constituta.
Fortiùs, si id suadeat etiam qualitas Personæ concedentis, num.47.
Et concessionis verba, num.48.
45 Donatio Castri quandoque, ob qualitatem Personæ, merum etiam imperium secumfert.
46 In generali concessione veniunt etiam regalia, quando fiat Personæ in magna dignitate constitutæ.
49 Verba = omnibus, & singulis = [nempè jurisdictionibus] omnes comprehendunt jurisdictionis species.
50 Verba = omnibus, & singulis = universaliter operantur, comprehenduntque etiam ea, quæ aliàs non comprehenderentur.
51 Verba = Facultatibus, jurisdictionibus &c., quibus alii &c. (nempè Antecessores) tàm de jure, quàm de consuetudine gavisi fuerunt = omnes important jurisdictiones, ab Antecessoribus exercitas.
52 Nec intelligenda sunt conditionaliter, sed causaliter.
54 Criminalis Jurisdictionis à Datariis exercitæ exempla adferuntur.
55 Jurisdictionis competentia nedùm probatur ex reiteratis actibus, sed imò unicus tantùm actus sufficit, & num.61.
56 Præsertim, præcedente titulo, qui ex amplitudine Magistratus, vel Pontificio Brevi desumatur.
57 Procedit ad effectum tum adquirendi, tum retinendi jurisdictionem.
58 Competentia criminalis jurisdictionis denegari nequit Magistratui illi, qui pro eadem exercenda suum retinet Tribunal cum Judice, & Notario.
59 Quique pœnalia publicat Edicta, qualis est Datarius.
61 Ad Jurisdictionis criminalis competentiam probandam præcipuè in delictis gravissimis unus, vel alter actus sufficit.
62 Datario criminalem jurisdictionem competere indicat deficiens probatio, quod alii Judices delictorum cognitionem assumpserint, illo etiam invito.
63 Observantia interpretativa paucioribus actibus inducitur, quàm præscriptiva.
64 Sub imperii nomine venit jus gladii.
65 Datarius, in Causa delicti lædentis ejus Magistratus dignitatem, efficitur Judex necessarius pro illo vindicando.
66 Et Judex competens redditur, licèt alioquin talis non esset.
Idem de aliis Judicibus, ac Magistratibus, ibid. & num.81.
67 Testis, falsum committens coram Judice licèt non suo; ratione talis delicti illi subjicitur.
68 Extenditur conclusio etiam ad Delegatum.
69 Media ad faciliùs exercendam jurisdictionem non subministrasset, Pontifex, nisi illius competentiam agnovisset.
70 Jurisdictio, Jure publico introducta, data dicitur cum necessitate illam exercendi
71 Judex Ecclesiasticus in Causis criminalibus quà circumspectione debeat procedere?
72 Judex Ecclesiasticus tradens Curiæ sæculari Clericum, ejus degradationem debet præmittere.
73 Judex Ecclesiasticus tradens seculari Curiæ Clericum, vel Laicum, illam orat, ne mortis, aut mutilationis pœnà Reum puniat.
Nec talis commendatio simulata est, aut verbalis, sed vera, enixa, & efficax, n.76.
Formula autem Sententiæ traditionis refertur num. 75.
75 Reus sanguinis defendit Ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat.
77 Quod licet ei, cui minor est, multò magis majori licere debet.
78 Episcopis permissum est Falsarios Curiæ seculari tradere; Idque non minùs Datario permissum censeri debet; ratio ibid.
80 Jurisdictionem criminalem exercent Sacri Palatii Apostolici Præfectus, Eminentissimus Card. Vicecancellarius, Sacra Congregatio Propagandæ Fidei, & Congregatio Boni Regiminis.
82 Secretarius Brevium criminali jurisdictione caret.
83 Ex hoc tamen argui nequit, quod etiam Datarius.
84 Ratio, quia in Brevi Secretariatus Brevium merum officium confertur, at non etiam jurisdictio.
Contra verò hæc Datario demandatur, ibid.
85 Dispositiva Summi Pontificis plurimùm valet pro ejus Rescriptis, Literisque interpretandis.
86 Dataris munus si criminalem jurisdictionem adnexam non haberet, quæ inde incommoda sequerentur?
87 Spes impunitatis maxima est illecebra ad peccandum.
88 Antiquæ Præfecturæ, & Officia, quibus in certis Causis, & quoad certas Personas plenitudo jurisdictionis concessa erat, referantur.

Per

PER Sententiam contumacialem editam die 24. mensis Augusti anni 1722. declaratum, pronunciatumque fuit, Joannem Antonium Marini Expeditorem, & Scriptorem Literarum Apostolicarum, injunctâ pœnâ confiscationis, tradendum esse potestati seculari, *secundùm Constitutiones legitimos puniendum*, juxta formam à sapientissimo, & summo illo sacrarum sanctionum Conditore *Innocentio III.* præscriptam *in cap. ad falsariorum 7. de crimin. fals.*, atque à fel. rec. Innocentio X. innovatam, ampliatamque in sua Constitutione *28. Bullar. nov. tom. 4.*; Probatum enim, compertumque fuit, falsarium esse Literarum Apostolicarum, ob confictas quatuor dispensationes matrimoniales, earumque transumpta, falsando caracterem Eminentissimorum Cardinalium Sacripantis, & Corradini Prodatariorum, nec non Domini Joannis Baptistæ Riganti, Officialis deputati dd. Transumptorum collationi faciendæ cum suis Originalibus: At, quum actum fuit de executione d. Sententiæ, traditione videlicet Rei potestati seculari, pro illa impedienda cum opposita fuerit ejusdem nullitas desumpta ex defectu jurisdictionis criminalis in Datario; demandatum propterea mihi fuit, ut ratione mei muneris Advocati fiscalis, de hoc articulo agerem. Pro cujus resolutione duo mihi examinanda præcipuè videntur.

Primò videlicet, an sublimi, atque eximio isti muneri Datariatus, non veluti dativâ, & extrinsecâ dumtaxat concessione, tributa, sed tamquam connaturaliter, & intrinsecè ingenita, adnexa sit, atque inseparabiliter cohæreat jurisdictio criminalis: & qualem eam esse oporteat?

Secundò, an illa exerceri queat in Causa, de qua agitur?

Rem autem ordiendo à prima assumpti par-
1 te, operæ pretium me facturum esse reor, si amplissimi hujus muneris ideam, formam videlicet, speciemque describendo, illam sapientissimis Judicantibus proposuero: eâ namque cognitâ, animoque retentâ, non mente tantùm, sed oculis, pænè dixerim, illicò perspicient, illud admiuistrari minimè posse sine Jurisdictione criminali, veluti eidem muneri necessariò adnexa, atque suâpte naturâ indita, quæque semper exerceri possit à Datariis pro tempore, quoties ipsos illâ uti expedit, & necesse est; ut sanè, ex Sacrorum *Canonum*, & Pontificiarum Constitutionum censura, Episcopi, & Ecclesiastici Judices, ac Tribunalia, illâ utuntur, animadvertendo in Literarum Apostolicarum falsarios, aliosque atrocium criminum Reos.

Summi Pontifices dum tale munus institue-
2 runt, illud exercenti, non simplex Officium, sed cum Jurisdictione potestatem quoque, sine qua omnium maximè sublimis Magistratus esse non poterat, contulerunt, quæ duo distinguenda omninò esse, benè admonet *Gonzal. in Commentar. ad cap. 1. de Offic., & potest. Judic. delegat. num. 12.*; Utrumque verò apertis verbis distinctum, & explicatum legimus 3
in Brevi etiam, quo Sanctissimus Dominus Noster, munus hoc Eminentiss. D. Card. Corradino demandavit; in illo enim recensentur ea omnia, quæ Datarii pro tempore ratione sui Officii peragere consueverunt, quæque hic non referam, utpote in d. Brevi plenè explicata; Ut etiam in eodem Brevi expressis verbis delata eidem reperitur potestas cum Jurisdictione; constituitur enim Præfectus, & Prodatarius, ibi = *Te Datariæ nostræ Præfectum, & Prodatarium nostrum auctoritate Apostolicâ &c. constituimus, & deputamus*, & quamvis solâ *Præfecturæ* delatione satis explicata videri posset jurisdictio, eidem necessariò adnexa. Præ- 4
fectura namque eum non sit meri Officii nomen, à quo in mox recitatis verbis Brevis contradistinguitur, sed sit Magistratus, & potestas, 5
sine Jurisdictione subsistere minimè valens, per *Text. in leg. 1. Cod. de offic. Vicar.*, *ibique Glos. in verb. reverentiam*, aliaque Jura alibi allleganda, nihilominùs tamen, nè ambigi unquam posset, an d. Præfecturæ Jurisdictio intrinsecè inesset, nec nè? dubietas omnis sublata legitur 6
immediatè subjunctis verbis, quibus declaratur, eam deferri cum Jurisdictione omni, quæ tàm de jure, quàm de consuetudine illi competeret, ambiguitas nulla est in illis verbis *cum omnibus, & singulis honoribus &c. nec non privilegiis &c., facultatibus, Jurisdictionibus, superioritate &c., quibus alii Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Datarii &c. tàm de jure, quàm de consuetudine &c. uti, potiri &c. potuerunt* =.

Et jure quidem meritoque istiusmodi Præfecturæ connaturaliter, atque inseparabiliter adnexa esse debet Jurisdictio, quia illam exercens, præest officio, & muneri, quod omnes 7
Summi Pontifices, veluti *præcipuum*, semper respexerunt: quippè eidem credita est administratio supremæ Jurisdictionis Papatus, ideòque Summus Pontifex illud deferens Eminentissimo Cardinali Corradino, usus legitur eis verbis = *Spectata circumspectionis tuæ prudentia, doctrina, integritas, & alia egregiarum virtutum dona &c. Nos inducunt, ut muneri, quod præcipuum, & maximè nobis cordi est, præficiamus* =, his namque omnibus eximiis prærogativis, ac meritis excellere debebat is, quem Summus Pontifex Datariæ suæ Præfectum, & Prodatarium renunciabat, ibi = *itaque Motu proprio, ac ex certa scientia, & maturâ deliberatione Te Datariæ nostræ Præfectum, & Prodatarium nostrum auctoritate Apostolica constituimus, & deputamus* =.

Datarius itaque, non solo officio, sed titulo etiam Præfecti Datariæ condecoratus, ob talem Præfecturam, quæ certè nonnisi ad regimen, & rectoriam referri potest, donatus dicitur summæ administrationis potestate, ut nempe implendo Præfecturæ munus regat Datariæ Curiam, eâ fide, vigilantiâ, ac solicitudine, quæ respondeat fiduciæ, quam de eo Summus

Pon-

Pontifex habet, & summæ curæ, quæ illi est
8 de munere, quod *præcipuum*, & maxime *Nobis*
cordi est. At vero, si is, qui præest aliis, eo-
rum onus, & solicitudinem portare tenetur,
ut præcipitur in *Canone Clemens 13. caus. 8.*
quæst. 1., *Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 1.*
num. 20. & 25., *& Antunez. de Donat. lib. 1.*
part. 2. cap. 8. num. 4., coercendo, ac puniendo
excessus ab Officialibus sibi subditis, contra ejus
officium commissis, *Zang. Ugolin. de haret. cap.*
31. num. 4. tract. mag. tom. 11. part. 2. fol. 262.,
indè sequitur, quod Datarius, qui cum offi-
9 cio, Præfecturam quoque gerit Dataria, susti-
nere debeat onus, & solicitam curam Officia-
lium omnium, & Ministrorum ejusdem Da-
tariæ, ut cuncta summâ fide perficiant, nihil-
que unquam attentare præsumant, quod sit
contra veritatem, & voluntatem Summi Pon-
tificis; ad quam proptereà fidelem tanti mune-
ris, ac Præfecturæ administrationem conse-
quendam, veluti necessarium medium, ordi-
natum est universum illius Ministerium, com-
positum tot Revisoribus, Scriptoribus, aliisque
Officialibus destinatis pro custodienda, atque
authenticanda veritate, ac legalitate Scriptura-
rum Apostolicarum, & pro corrigendis errori-
bus, si quos forte in illas irrepsisse contingeret,
nè videlicèt in re tot spectata oculis, tot insi-
nuata sensibus, tot insuper in tuto locata mani-
bus, locus ullus relinquatur insidiis, ut in simili
loquitur *Justinianus in leg. hac consultissima 8.*
Cod. de Testament.

Præsidens his omnibus Datarius, deputat
Judicem criminalem cum Notario, cujus ope-
rà, & curà antevertat pericula, ac insidias,
quæ ipsi in suo sacro Ministerio parari possent
10 in perniciem auctoritatis Summi Pontificis, cu-
jus Personam in Officii, ac Præfecturæ hujus
exercitio repræsentat, ut notat *Amayden. de*
styl. Datar. libr. primo cap. 3. num. 1., quæ pro-
fectò Summi Pontificis repræsentatio, quam
suàpte natura secum fert ipsum Datariatus of-
ficium, & Præfectura, clarè etiam explicatur
illis nostri Brevis verbis, quibus Sanctissimus
Dominus Noster prò exercendo eo munere,
quod dicit *præcipuum*, *& maximè nobis cordi*
est, Eminentissimum Cardinalem Corradinum
constituit *Præfectum*, *& Prodatarium nostrum*,
hac namque loquendi forma designatur subli-
11 mis potestas, quæ ab illo repræsentatur; no-
strum namque facimus, cui nostram auctori-
tatem impartimur, ut de se ipso loquitur *Boni-*
facius VIII. in cap. Si Apostolica 22. in fin. de
Prabend. in 6. Glos. fin. in cap. Ut Officium
§ statuimus verb. approbatus de Hæretic. in 6.,
Glos. final. in verb. nostra cap. 1. de oblig. ad ra-
tiocin. Glos. fin. verb. auctoritate in Cap. 1. de
Transact. leg. 1. §. Sed neque Cod. de veter. Jur.
enucl. cum aliis apud *Thabor. axiom. Jur. lib. 1.*
cap. 87. axiom. 1., ideoque conscientiam, &
12 scientiam Magistratus unam esse cum illa Pa-
pæ & Principis, ex *Innocentio* aliisque dicit
Mastrill. de Magistrat. tom. 1. lib. 3. cap. 1. n. 18.
& seqq.; Datarius itaque ob repræsentationem
istam, *sacræ cognitionis potestatem, & Judica-*
tionis nostræ repræsentat reverentiam, ut utar
verbis *Textus in leg. 1. Cod. de offic. Vicar.*, ubi
Gloss. verb. *reverentiam* inquit « *cum Præfe-*
ctus repræsentet reverentiam Principis » Implet
munus ipsum Summi Pontificis, ejusque loco,
illi exercendo præpositus, cum eodem accepis-
se dicendus est jurisdictionem & potestatem 13
omnem, illi intrinsecè insitam, & adnexam,
quæ tamquam a suo fonte, à Papa in illum de-
rivata est, per ea, quæ notant *Casanat. cons. 43.*,
num. 1., *& seq.*, *Giurb. cons. 52. n. 24.*, *cons. 59.*
nu. 3., *Lancellott. Conrad. in Templ. omn. Judic.*
lib. 1. cap. 1. §. 4. tit. Jurisdictiones concedit nu. 1.
& seqq. fol. 71., *Carol. Tapia in rubric. de Con-*
stit. Princip., *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præ-*
sum. 14., *Magon. decis. florent. 87. num. 1. & fre-*
quenter apud alios.

At quo sublimius est Datarii munus, & of-
ficium, eò magis expositum est periculis, & 14
insidiis tot Ministrorum, atque Officialium,
per quot totius Christiani Orbis negotia, &
quidem gravissima, auctoritate, & ministerio
ipsius, repræsentantis summum Pontificem, ex-
plicantur; quapropter necesse est, eum muni-
tum esse mediis omnibus necessariis, quibus 15
antevertere possit pericula, & insidias perver-
sorum hominum, si qui patrare attentent enor-
missimum *illud crimen corrumpendi*, *adulte-*
randi, *confingendi*, *atque falsificandi Literas*
Apostolicas prò corradendis pecuniis ab iis, *qui*
ad supremum illius Tribunal repræsentans, ut
pluries dictum est, Pontificiam potestatem, at-
que majestatem, recurrunt prò impetrandis
Apostolicis Gratiis, Beneficiis, atque Dispen- 16
sationibus: Hæc autem media aliunde Data-
riæ Præfecto suppetere non possunt, quam ex
Jurisdictione, & potestate coercitionis, quâ
tamquàm instituta ad vindictam Malorum,
juxta Text. in Cap. solitæ 6. sub initium de ma-
jorat., *& obed.*, *aliaque notissima Jura*, metu
pænarum retrahere valeat homines, nè laban-
tur in malum, & lapsos plectere, & pu-
nire.

Quæ publicæ vindictæ expetendæ potestas
eò plenior, & major esse debet, quantò su-
blimius est ipsius munus, & gravius delictum, 17
quod per hujusmodi Falsarios patratur, illo
enim nedum ingens vulnus infligitur Datarij
Officio, sed summopere læditur Pontificia
auctoritas, quippè si à nequissimis hominibus
per falsas Literas confingantur Gratiæ, aut Dis-
pensationes Apostolicæ, Sacrorum Canonum,
& justitiæ, aut æquitatis regulis contrariæ,
quam grave scandalum gignitur, quantaque
cum offensione Pontificiæ potestatis, Literarum
Apostolicarum religio, & fides in discrimen
adducitur? At licet Datarius suprà se nec
Tribunal, nec Judicem agnoscat ullum, nisi
Summum Pontificem, ad quem solum adver-
sus ejus Sententias, & Judicata reclamare per- 18
mittitur, nihilominùs tamen si deprehenderet
ab aliquo suo Officiali, sivè Expeditore admis-
sum fuisse crimen falsitatis, seù confictionis
Li-

Literarum Apostolicarum, directè atque im-
mediatè vulnerans Jurisdictionem, & munus
suum, idem, utpotè carens potestate coerciti-
va & Jurisdictione criminali, testis dumtaxat es-
set tanti facinoris, Reumque remittere coge-
retur ad extraneum prorsus Tribunal, in quo
de patrato crimine cognitio assumeretur, Pro-
cessus instrueretur, & in Delinquentem ani-
madverteretur.

Nemo autem non videt, quod, si istiusmodi
Jurisdictionis, & coercitionis præsidio nuda-
retur, Datarii munus, & auctoritas, infirma
prorsus redderetur, illudque eidem adimendo,
denegaretur id, quod cuilibet pedaneo Judici
19 conceditur, *quia ex eo quod Causa sibi committi-*
tur super omnibus, quæ ad causam ipsam spe-
ctare noscuntur, plenariam recipit potestatem, ,
ut rescripsit *Alexander III. Archiepiscopo Se-*
nonensi in cap. Præterea 5. de Offic., & *potest. Ju-*
dic. delegat., & disponitur *in leg. 2. Cod. de Ju-*
risdict. omn. Judic. Gloss. fin. in cap. 1. de Offic. &
potest. Judic. delegat., *& ibi Gonzal. in cap. 1.*
num. 15., *Bellamer. in cap. Romana nu. 13. de for.*
compet. repetit. canonic. tom. 5. fol. 114., *Faguan.*
in cap. Cum ex injuncto n. 32. de nov. oper. nunc.
Covaruv. practic. quæstion. cap. 1., *& in regul.*
peccatum part. 2. §. 9. num. 6., *Farinacc. de cri-*
min. les. Majestat. quæst. 114. inspect. 10 num. 67.,
Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 18. nu. 5., *Lar-*
rea allegat. Fiscal. 64. n. 18., *Cortiad. decis. 27.*
num. 13., *Rot. coram Merlin. decis. 610. num. 1. &*
plurib. seqq. Jura namque nostra, tum Cæsa-
20 rea, tum Pontificia noluerunt, Jurisdictionem,
à coercendi potestate sejunctam, adeò infir-
mam reddi, ut nullius prorsus momenti, &
elusoria prorsus reddatur, ex præclara senten-
tia *Innocentii III. in cap. Pastoralis 28. & ibi*
Gloss. verb. si coercitionem, & *cap. seq. Ex Lite-*
ris de offic. & potest. Judic. delegat., *Gloss. in*
cap. 1. de Offic. Archidiac., *Andreas ab Exea*
in cap. Canonum statuta n. 190. de Constit. tom. 2.
repetit. Jur. Canonic. fol. 86., *Gonzal in d. cap. 1.*
num. 18. & n. 21. de Offic., *& potest. Judic. dele-*
gat., *Claud. Cantiuncula de Offic. Judic. cap. 9.*
num. 9. tract. magn. tom. 3. part. 1. fol. 83. à terg.,
Zang. Ugolin. de Hæretic. cap. 31. num. 4. tract.
magn. tom. 11. part. 2. fol. 262.

Quapropter, si istiusmodi coercendi jus, at-
que potestas in quolibet Magistratu requiritur
21 tamquam medium necessarium prò illo admi-
nistrando, indè fit, quod, juxta qualitatem
officii, & negotiorum versari debeat circà
gravia, & levia, prout dignitas Magistratus,
& officij ratio efflagitat. Si enim res sit de in-
feriori Magistratu, aut persona privata, cui
credita sit sola solicitudo, & ad certos effe-
ctus limitata auctoritas in alios, illi levis dum-
taxat coercitio permissa censenda erit. At con-
tra, si agatur de persona illustri, cui publi-
cum, & sublime munus, sivè Magistratus de-
latum sit, ejusque Jurisdictio versetur circa
gravia, hoc casu quia media apta esse debent
fini, ad quem ordinantur, Jurisdictionem ta-
lem esse oportebit, ut par sit amplitudini
officii, & gravitati negotiorum circa quæ 22
versatur: quippe illi concessa censenda est tan-
ta coercitio, quæ Jurisdictioni explicandæ suf-
ficiat, *Claud. Cantiuncula loc. citat.*, *Hierony-*
mus Muscorn. de Jurisdict., *& imper. sub n. 25.*
inter tract. magn. tom. 3. par. 2. fol. mihi 17. à terg.;
rationem quippe illam, ob quam Magistrati-
bus concessa censenda sunt ea omnia, sinè qui-
bus Jurisdictio exerceri nequit, non à jure po-
sitivo didicimus, sed ex naturalis rationis di-
ctamine hausimus & accepimus, eademque
generalis, est, & plus certè valet respectu Su-
premorum Magistratuum, quorum religioni, 23
ac solicitudini graviora demaudantur; quâ
ratione fit, ut eorum prudentiæ multa etiam
permittantur, quæ aliis minoribus Magistrati-
bus denegantur, *Bellon. de mandat. Jurisdict.*
cap. 8. num. 102., proptereaque hoc ipso, quod
quis creatus est Magistratus, potestas ista coer-
cendi tacito jure competit, & veluti eidem
connaturaliter insita, Magistratum ultrò se-
quitur, *Cujac. in lib. 1. quæstion.*, *Papin. ad leg. 1.*
ff. de Offic. ejus cui mandata est Jurisdictio
tom. 1. oper. posthum. fol. mihi 17. lit. E., *&*
fol. seq.

Satis profectò his constabilitum videri po-
test, Jurisdictionem criminalem cum coercitio- 24
nis potestate, veluti connaturalem, ingenitam
esse Dignitati, repræsentanti ipsum Supremum
Principem, à quò talis Jurisdictio, veluti è suo
fonte, derivatur in eum, qui nedum custos est
fidei, qua talis officii negotia administrari de- 25
bent, sed vindex etiam existit cujuscumque
actionis, & criminis, quo illa violetur, quod
assequi certè nequit absque Jurisdictione crimi-
nali instituta ad commodum Reipublicæ, per 26
ea, quæ tradit *Bellon. de mandat. Jurisdict.*
cap. 8. quæst. 2. num. 20., *& plurib. seqq.*, quæ-
que necessaria omnino est prò reprimenda te-
meritate Delinquentium, & vindicandis falsi-
tatibus, quæ sunt delicta illa, quibus non sinè 27
maxima Pontificiæ auctoritatis offensione ex-
positum est Datarii munus: quo itaque colo-
re, aut qua justâ ratione affirmari poterit, ipsi
competere auctoritatem minorem illâ, quibus
in d. famigerato *cap. Ad falsariorum de crimin.* 28
fals. impartiti reperiuntur Episcopi?

Hæc autem omnia confirmare possemus ra-
tione illâ, quod nimirum Datarius, cui com-
missa est Præfectura Datariæ, subrogatus fue- 29
rit loco Præfecti, sivè Comitis Sacrarum Largi-
tionum, juxta notata *per Amayden. de Styla*
Datariæ lib. 1. cap. 3. n. 9., Ille Antiquitus Quæ-
stor Ærarii nuncupatus, ut *in leg. 2. ff de origin.*
Jur., ab Imperatoribus deinde decoratus fuit
titulo Comitis Sacrarum Largitionum, ut no-
tat *Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 9. num. 89.*
& seqq. & de eo *in Cod. lib. 12.* habetur *tit. 24.*
de Palatinis sacrorum largitionum. De isto
autem sacrarum Largitionum Comite agens
Brunneman. cit. Tit. Cod. n. 18. pag. 1331. agno-
scit, *quod habebat Jurisdictionem criminalem*
supra Palatinos sacrarum largitionum, qui sub-
jecti non erant Præfecto Urbis, sed competens
co-

eorum Judex erat illius Comes., In Provinciis autem ordinarium Judicem habebant Præsidem, nisi publica solicitudo, vel commissio ipsis injuncta esset: Sed in criminalibus Præses etiam cognoscebat, nonnisi tamen consulto, & consentiente Comite, cui Palatinus subjectus erat, sententiam ferre poterat = *Lucas de Penna*, de eo pariter agens *eodem tit. leg. 2. in princip.*, ait, Palatinos sacrarum Remunerationum, deprehensos malè se gessisse, sub Comite Sacrarum Largitionum officio submotos fuisse. Justâ igitur ratione dicere possumus, quod quemadmodum Sacrarum Largitionum Comes, ut Præfecturæ suæ præesse posset, donatus fuerat plenâ potestate animadvertendi in suos Officiales, sic etiam Datarius Apostolicus, quod attinet res sui ministerii, similis Comiti Sacrarum Largitionum si deprehenderit, suos Officiales in illo deliquisse, publicâ vindictâ illos coercere, & punire poterit; cum enim hæc potestas necessaria illi sit, ut suo muneri præesse, suumque officium administrare queat, 30 eademque illi denegata nominatim non sit, ut benè inquit *Cuiac. ad d. leg. 1. ff. de offic. ejus cui mandata est Jurisdictio fol. mihi 13. lit. D.* = *Magistratus, cui nihil denegatur, nominatim omnia habet*, quæ nempe necessaria sunt pro Magistratu, suoque munere exercendo.

Quæ cum ità sint, satisque his omnibus demonstratum videri possit, quod, si Jurisdictio criminalis innata est, atque inseparabiliter cohæret Præfecturæ, & Officio Datariatus, sinè quà esse nequit, ideoque, cùm illius collatione, ipsam quoque delatam censendam esse, licèt eadem nominatim concessa non legatur, superflua enim est expressio ejus, quod secerni nequit ab ipsa repræsentatione Summi Pontificis, cujus loco, & nomine tantum munus exercetur; Indè patet, nostræ hypothesi applicari 31 minimè posse generales regulas, & conclusiones, videlicet, quod de Jurisdictione, quæ in facto consistit, doceri debeat ab allegante, quodque in criminalibus sit expressè concedenda, & quotquot alia his similibus, quæ in contrarium allegari poterunt: similes namque quæstiones promoveri rectè possunt, quoties fortè agitur de mero imperio supremo, inseparabili a persona Principis, quod impertinens prorsus est ad rem nostram; aut quæstio est de Magistratibus non supremis, vel de Jurisdictione dativa, ea nempè, quæ extrinsecè confertur per donationes, Investiturarum contractus, aliasque ejuscemodi concessiones. At aliter res se habet, quum res est de suprema Præfectura, sive Magistratu, qualis est ille Datariatus, à quo nonnisi ad Summum Pontificem reclamare licet; cui propterea jure meritoque ingenita esse debet Jurisdictio, quæ exercetur ab eo, qui loco Papæ præpositus est summæ supremi Officii administrationi, talis 32 enim Jurisdictio sequi dicitur ultrò Magistratum, cui cohæret, ut verbis utar *Cujacii qui ad d. leg. 1. fol. mihi 17. lit. E* sic loquitur = *hodie nullum est imperium merum, quia Jurisdictioni cohæret Jus gladii, & gravior coercitio omnis, hoc est jure Magistratus competit. Et hoc ipso, quod quis creatus est Magistratus, jus gladii habet, etiamsi ei non sit datum lege nominatim. Merum, quod olim fuit, hodiè est mixtum imperium, quia competit tacito jure & sequitur ultrò Magistratum, nec est necesse nominatim* 33 *delegari*.

Improperari fortè mihi poterit, quod prolixiori sermone explicare curaverim rem notam omnibus, quotquot in Romana Curia versantur, utpotè qui plenè noscentes amplitudinem sublimis hujus officii Datariatus, novisse etiam debent, quod Datarius, & Datariæ Præfectus, utpotè administrans gravissima, ac Orbis Christiani præcipua negotia, atque præpositus tot Officialibus, & Ministris, pro illorum explicatione, atque expeditione necessariis, tantum munus exercere certè non valet sinè potestate coercendi illos, qui in officio delinquerent. At, licèt fusius, non tamen absre de his me egisse reor; nam, si officium Datariatus pro criminali Jurisdictione, & coercitionis potestate sibi asserenda [ut inferiores Magistratus] egeret præsidio extrinsecæ Jurisdictionis, quæ videlicet tamquam sejuncta ab officio, nonnisi ex speciali concessione eidem tributa censenda esset; nihilominùs tamen, perpensâ magnitudine, ac sublimitate tanti muneris, hæc non solùm denegata, sed ad majorem explicationem, atque confirmationem nativæ, ipsique muneri, & Præfecturæ Datariatus ingenitæ Jurisdictionis, amplissimè, & in tota sua latitudine concessa dici deberet.

En verba Brevis = *Te Datariæ nostræ Præfectum, & Prodatarium nostrum &c. constituimus. & deputamus, Tibique quod omnibus, & singulis juribus, prærogativis, nec non &c. facultatibus, Jurisdictionibus, superioritate &c., quibus alii Datarii, qui pro tempore fuerunt, tam de Jure, quàm de consuetudine, ac vigore quarumcumque literarum, & Privilegiorum eis concessorum uti, potiri, & gaudere &c., nec non alia omnia ad Officium Datariatus de Jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet pertinentia facere, dicere, & exequi liberè, & licitè valeas* =.

Censent Doctores, quod, quoties Magistratui, aut cuipiam alii generaliter, & indefinitis 34 verbis conceditur Jurisdictio, tunc merum quoque imperium concessum dicendum sit, & hanc opinionem communem appellando secuti fuerunt *Sebastian. Tapia in leg. 1. de offic. ejus cui mandata est jurisdictio sub numer. 44. vers. sed adverte fol. 342. terg. repetit. Jur. Civil. tom. 1.*, ibi = *Sed adverte, quod imò communis opinio est quod si Princeps concedat Jurisdictionem simpliciter censetur concedere merum, & mixtum imperium* =.

Caccialup. in leg. Imperium num. 6. de Jurisdict. omn. Judic. tom. 1. repetit. fol. 300. à tergo, quo loci sic loquitur = *Tertiò quæro, utrum merum, & mixtum Imperium comprehendatur*

sub

sub hoc genere Jurisdictio, & dicendum, quod sic, secundùm Gloss. hic, & Doctores omnes, ut leg. 1. vers. & ideò supra tit. 2, ibi = *Jurisdictionem suam mandant idest merum imperium, & ita oportet de necessitate ibi intelligere, benè facit quod notatur in Auth. de Defensorib. Civitat. §. Jusjurandum in fin., & etiam hic, & adde Text. notabil. in extravag. de Pace Constantiæ*, ibi = *Jurisdictionem tàm in criminalibus, quàm in civilibus, quem Textum notat* ibi *Bald. ad hoc.*

Joannes pariter *Longavallius in leg. Imperium numer. 188. ff. de Jurisdict. omn. Judic. tom. 1. repetit. fol. 346. terg.* profitetur, quod crebrior, & ab omnibus ferè recepta sententia
35 est, quod concessâ alicui jurisdictione à Principe, concessum censetur & merum imperium, cum de mixto nullam dubitationem esse affirmet, cum mixtum imperium ita appelletur, quia immixtum, & ingenitum est ipsi jurisdictioni, à qua divelli nequit.

Paulus Orianus in leg. 1. num. 67. de Offic. ejus cui mandata est jurisdictio tom. 1. repetit. fol. 215. à terg., inquiens = *Ego teneo, quod concessâ Jurisdictione, ubi concessio fit in materia favorabili, & non tendente in præjudicium Tertii, veniat merum, & mixtum imperium, & sic intelligitur, in genere jurisdictio concessa, ut contineat omnes species, & non in specie.*

Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 97. numer. 40. = ibi *quintus est casus, quando Princeps non donavit, sed solùm concessit Judici, & Magistratui exercitium Jurisdictionis &c., hoc casu dubitatio magna est, an præsumatur voluisse concedere merum ipsum Imperium, receptior tamen opinio Doctorum est, quod etiam merum imperium concessisse præsumatur.*

Rosenthal de Feud cap. 5. conclus. 8. in princ., ità loquens = *quartus casus erit ubi Jurisdictio conceditur sive Castra, Oppido, seu Territorio, & tunc quoque magis communis videtur doctrina, merum & mixtum imperium contineri.*

Avendan. de exequen. mandat. Reg. Hispan. part. 1. cap. 5. num. 1., ubi, licèt agnoscat, sententiam hanc, inspectâ Juris dispositione, crebriorem esse, atque communiorem, ibi = *Et licèt attentâ dispositione Juris communis, crebrior, atque communis sententia sit, quod, concessa sponte, & motu proprio Jurisdictione, veniat merum imperium* =, attamen contrarium
36 peculiaribus Hispaniæ Legibus constitutum esse refert.

Alexand. cons. 35. numer. 1. lib. 4., Covarruv. practic. quæst. cap. 1. num. 10.

Afflict. ad Constit. Neapol. in prælud. quæst. 6. numer. 7.

Practic. Papien. in form. libell. super act. confess., super verbis *plenam, & omnimodam n. 2.*, ibi = *Si Imperator contulerit alicui Jurisdictionem in Castro, an videatur contulisse merum, & mixtum imperium, & dicitur, quod sic, quia verbum Jurisdictionis simpliciter prolatum, debet intelligi, & interpretari in suo potentiori esse* =.

Moventur omnes, qui sequuntur hanc opinionem, veluti magis consonam menti Juris, magisque receptam, duplici ratione, desumpta nimirum tum ex propria significatione vocabuli hujus *Jurisdictio*, tum etiam ex quidditate, & natura Jurisdictionis, utrâque enim me- 37
rum, & mixtum imperium, & simplicem Jurisdictionem contineri docent. Quod attinet propriam vocabuli significationem, sub ea merum imperium comprehendi satis innuisse videtur *Gloss. in d. cap. Præterea 5. verb. simpliciter in fin.*, ibi = *& sic est argumento quod = verbum simpliciter positum, generaliter intelligitur* =, *de Offic., & potest. Judic. delegat.*, & disertè tradiderunt *Joan. Gellottus de Jurisdict. & imper. num. 1.*, dicens = *Itaque de Jurisdictione primum expediamus; & ea quidem generaliter continet merum, mixtumque imperium, & Jurisdictionem, quam vocant simplicem, quemadmodum Bartol., & ab eo reliqui rectè tradiderunt in hanc leg. Imperium &c. subditq. num. 4.* = *Sic Jurisdictio propriè, specialiterque ad ipsam cujuscumque Causæ, tum civilis, tum criminalis, principalis, sive accessoriæ notionem, decisionemque pertinet, nec minus de criminali, quàm civili dicitur* =, *tract. in gn. tom. 3. par. 1. fol. 6., Hieronym. Mascoru. de Jurisdict., & imper. num. 26.*, docens in dubio ita esse præsumendum, ibi = *Si verò non valeamus id assequi* 38
conjecturis, atque omninò dubii simus: non dubitarem quin merum quoque sub Jurisdictione veluti suo genere comprehendatur imperium, nullâ aliâ quidem ratione, nisi quia ex sermonis proprietate, procul dubiò sub eâ contineri mihi videtur =, *tract. magn. tom. 3. part. 2 fol. 16. à terg.*, *Jo: Franc. Fera de essentia infantis cap. 3. n. . . .* ubi ait = *Item verbum Jurisdictio generale est ad imperium, & Jurisdictionem simplicem, ut per Gloss. in leg. Imperium in verb. mixtum de Jurisdict. omn. Judic., & ibi latè Doctores &c. tract. magn. tom. 10. part. 2. fol. 389. &c.* = *Muger. de Advocat. Armat. cap. 2. num. 208.*, ibi = *similiter ut jurisdictio genericè accepta, ità & Dogthen merum mixtum imperium complectitur* =, *Practic. Papien. in form. libell. super act. confess. verb. plenam, & omnimodam num. 1., Rosenth. de Feud. cap. 5. conclus. 7. in Gloss. lit. E*, cum aliis pluribus relatis à *Bellon. de mandat. Jurisd. cap. 8. quæst. 2. num. 3., Raynald. Vot. 151. num. 10.*, inquiens = *& in oltre la generalità della concessione essendo senza limitazione espressa, comprende anco il Jus necis, & fatuus est Judex, qui dubitat de sua Jurisdictione.*

Imo verò non desunt Doctores, qui etiam in
casu, quo non ad publicam utilitatem, sed 39
ad privatum alicujus commodum à Supremo Principe alicui concedatur Jurisdictio, sub generico isto nomine merum quoque imperium concessum censeri, tradunt, ita sensit *Jason. in leg. Imperium 10. de Jurisdict. omn. Judic. num. 10.*, ibi = *Ex hoc ultrà alios infero pulchram conclusionem, quæ est maximæ importantiæ, quod si Papa, vel Imperator concederet alicui Loco, vel alicui Nobili in illo Territorio*

Jurisdictionem simpliciter intelligeretur con-
cessiss. merum, & mixtum imperium, & simpli-
40 cem Jurisdictionem cum beneficium Principis
sit largissimè interpretandum, = Dec. ibidem
num.25., ibi = conclusio glos. commun. appro-
batur, quod Jurisdictio in genere comprehendat
etiam merum imperium, ut notat Bartol. hic in
tertia quæst., & ideò si à Principe alicui conce-
datur simpliciter Jurisdictio in loco, & merum
imperium concessum videtur, quia beneficia Prin-
cipis latè debent interpretari, Oldrad. consf.252.
num.2. & 6., & conferunt Text. in leg. cogni-
tio 4. in princ. ff. de offic. ejus, & in leg. ultim.
Cod. ubi & quidquam, quos expendit Bellon.
de mandat. Jurisdict. cap.5. quæst. 5. num. 7.
vers. tertio deduci à num.8. vers. nam ideo.

Altera ratio, ob quam sub generica Jurisdi-
ctionis concessione nedum mixtum, sed me-
41 rum quoque imperium contineri, tradunt Do-
ctores, desumpta videri potest ex definitione
meri imperii, sic definiti, nimirum quod sit
Jurisdictio, quæ exercetur Judicis officio nobi-
li, publicam utilitatem respiciens, ut per Ab-
bat. in cap. Quod sedem sub num.5. post initium
de offic. ordinar., Jason. in leg. Imperium n.16.
ff. de Jurisdict. omn. Judic., Dec. ibidem n.31.,
ubi dicit hanc esse definitionem Bartol., & eam
à contrariis tuetur Tepat. variar. Jur. lib.1.
tit. de Jurisdict. & for. compet. pag. mihi 164.
col.2. vers. merum imperium est; ob publicam
idcircò utilitatem, ad quam illud ordinatur,
42 concessâ Jurisdictione, venit etiam merum im-
perium, eâ ratione, quod talis concessio favo-
rabilis sit, ut notavit Paul. Orian. loc. superiùs
citat., & tradit Pegas ad ordinat. Regn. Portu-
gall. tom.12., Commentar. ad ordinat. lib.12.
tit.45. num.24., ibi = Item notandum est, quod
concessâ Jurisdictione, venit merum, & mix-
tum imperium, ea ratione, quod concessio Juris-
dictionis favorabilis est, = Covarru. practic.
quæst. cap.2. sub num.10. ergo fin. vers. 4. & re-
gulariter.

Etsi autem non desint Doctores, sub istius-
modi genericà Jurisdictionis concessione ne-
gantes comprehendi criminalem, quasi requi-
rat expressam mentionem; nihilominùs tamèn,
præterquamquod, ex superiùs notatis, illos
minùs verè locutos fuisse, constat, quæstio
omnis in nostro casu sublata penitus videre-
tur, quia sivè spectemus dignitatem Magistra-
tus, & Personæ, in quam collata est Jurisdictio,
sivè expendamus amplissima verba, quibus ea-
43 dem tributa est, ad omnimodam certè, tùm
criminalem, tum civilem Jurisdictionem, ta-
le nomen referendum est; hanc denique in-
terpretationem coadjuvante subsecutâ obser-
vantiâ, quâ compertum fit, Datarios prò tem-
pore, quando sese obtulit occasio, Judicium
criminale instruxisse, & ad normam Sacro-
rum Canonum, & Pontificiarum Constitutio-
num in Literarum Apostolicarum Falsatios
animadvertisse.

Si spectemus dignitatem, atque amplitudi-
nem Magistratus, & Personæ, cui Jurisdictio
mandata est, hæc magis, quàm nos dicendo
verbis, superioribus locis, explicare valuerimus
per se ipsam sese ostentat. Quo fit, ut illa in-
spectâ merum quoque imperium sub genericà
Jurisdictionis concessione in dubio comprehen-
sum censendum esset, Hieronym. Muscorn. de
Jurisdict. & imper. num.25. dicens, quod quo-
ties mens Concedentis obscura sit = puturem 44
personam ejus, cui concessa videtur Jurisdictio,
inspiciendam esse, si eàm illustris sit, atque in
dignitate reperiatur, Principem illud quoque
(merum nempè imperium) concedere voluis-
se = tract. magn. tom.3. part.2. fol.17. ter..
quâ ratione in simili utitur Oldrad. consf.252.
num.1., ubi quærens, an in generali donatione
alicujus Castri in Donatarium merum impe- 45
rium transferatur, dicit, quod = propter per-
sonam, cui conceditur, quandoque extenditur
concessio, = Mastrill. de Magistr. tom.1. lib.1.
cap.16. num.16., ubi regulam illam, quod in 46
generali concessione non veniant Regalia, li-
mitat, quando concessio fieret personæ in magna
dignitate posita, & allegat Rot. part.1. diver-
sor. decis.16. sub num.2. §. Istam tamèn regu-
lam in fine, ubi ex Paulo de Castro inquit, con-
siderandam esse qualitatem Personæ, cui fit si-
milis concessio.

Verùm, si ratio Personæ, cui confertur Ju-
risdictio, plurimùm valet ad illam benigniori 47
interpretatione ampliandam, quantò magis
urgebit, quando id suadetur ex persona etiam
Concedentis, ut rectè considerant Doctores
mox citati, & submoto prorsus illius præjudi-
cio, quod prò extendendà concessione valdè
notandum concludit Vasquez quæst. illustr.
lib.1. cap.2. in fin., eadem concessa reperitur
ad tuendam ipsius Concedentis dignitatem,
atque auctoritatem, prout contingit in casu no-
stro; tota enim cura, solicitudo, & vigilan-
tia Datarii, omnesque facultates illi concessæ,
veluti ad ultimum suum finem, ordinantur ad
compescendam temeritatem eorum, qui Lite-
ras Apostolicas vitiare, adulterare, aut con-
fingere præsumerent.

Eximiæ dignitati officii, & Personæ conso-
nant verba, quibus Jurisdictio collata illi fuit; 48
Summus namque Pontifex usus minimè est ge-
nerico tantùm nomine Jurisdictionis, sed Emi-
nentissimum Prodatarium constituit Datariæ
Præfectum, & Prodatarium cum Jurisdictio-
nibus, in plurali numero prolatis. At verò si ut
probatum est §. Moventur omnes, Jurisdictio-
nis nomen simpliciter prolatum, tàm civi-
lem, quam criminalem suâ proprià significa-
tione comprehendit, dicendum certè erit,
quod potiori jure ità interpretandum sit nomen
Jurisdictionibus, quod utpote in plurali nu-
mero prolatum, necessariò ad utramque, civi-
lem videlicet, & criminalem refertur, opti-
mè Cassan. in Consuetud. Burgund. rubric.1.
num.24. & seqq. pag.45., ibi = Secundò proba-
tur, nàm rubrica nostra loquitur pluraliter.
Non ergo potest intelligi solùm de basse Jurisdi-
ctione, cùm in uno pluralitas verificari non pos-
sit =

sit = Certiùs autem in casu nostro, quia ad
49 verbum istud *Jurisdictionibus* referuntur illa
alia præcedentia verba *omnibus*, *& singulis*,
quæ restringi minime possunt ad unicam dum-
taxat, sed comprehendunt species omnes Juris-
dictionis, sub generico nomine comprehensas,
Jason. in leg. 1. num. 24. ff. de legat. 1., *& in*
leg. Titia §. final. num. 3. ff. de verbor. obligat.,
Mandos. ad regul. 31. quæst. 2. num. 2., *Barbos.*
tract. var. claus. 96. num. 4., *Cavalcan. in tract.*
de Usufruct. mulier. relict. impress. in fin. tra-
ctat. var. Statut. num. 55., ubi testatur, dicta
50 verba universaliter operari, & per eadem com-
prehendi etiam ea, quæ aliàs non comprehen-
derentur, *Osasch. decis. 90. num. 6.*

Quamquam verò ambiguitas nulla sit in su-
pra relatis verbis, nihilominus, si quæ adhùc
requireretur magis clara illorum explicatio,
eam nobis præberet subsecuta observantia:
51 Summus enim Pontifex Eminentissimum mo-
dernum Prodatarium impartitus fuit *faculta-*
tibus, *Jurisdictionibus*, *superioritate &c.*, *qui-*
bus alii Datarii, *qui prò tempore fuerunt*, *tùm*
de jure, *quàm de consuetudine gavisi fuerunt*;
& rursus eum gerere, & exequi liberè posse
voluit alia omnia ad officium Datariatus *de ju-*
re, vel *Consuetudine &c.* pertinentia, quæ ver-
ba utpotè expresse præseferentia concessionem
Jurisdictionis, referri certè nequeunt ad præ-
eminentias, aut jura honorifica: quapropter,
ut jàm jam dicturi sumus, dùm Antecessores
Eminentissimi hodierni Prodatarii, dictâ Ju-
risdictione usi fuerunt, nullâ justâ ratione illa
hodie in dubium revocatur.

Frustrà verò objicietur verbis illis *de consue-*
tudine restringi concessionem Jurisdictionis,
quasi eadem concessa dicenda sit, quatenùs
52 nempè Datarii prò tempore eâ usi probentur.
Talia namque verba intelligenda sunt non con-
ditionaliter, sed causaliter, juxtà præclaram
Innocentii III. declarationem in *Cap. Abbate*
S. Silvani 25. de verbor. signific., adeout eo-
rum sensus sit, quod Jurisdictio de consuetudi-
ne competens, concessa intelligatur, quia sic
secundum præteriti temporis morem obtinuit.
Et sanè, dum Summus Pontifex loquens de Ju-
risdictione, *de jure* competente Eminentissimo
Prodatario, conditionaliter loqui nequivit, quia
eum latere non poterat dispositio *Cap. Ad fal-*
sariorum, & aliarum Constitutionum Aposto-
licarum, illam tribuentium Magistratibus Ec-
clesiasticis, sic etiam conditionaliter locutus
non fuit de Jurisdictione, ex consuetudine
competente, sed ampliativè usus fuit verbo il-
lo *consuetudine*, ut nempè explicaret, eam
quoque Pontificiâ auctoritate approbari Juris-
dictionem, quæ more Majorum illi compete-
ret, etiamsi nominatim eidem à Jure vel con-
cessione, vel Jure magistratus data non esset,
53 modò tamen ipsi negata minimè reperiretur,
Cujac. ad sæpius citat. leg. primam fol. mihi 12.
lit. C.

At cùr in re non dubia argumentis utimur
non necessariis, quando Consuetudo hæc pro-
batur subsecutâ observantiâ, & actibus, nàm
tempore, quo Pro Datarii munus exercebat
clar: me: Card. Panciaticus, ex ejus commis-
sione processum fuit contra quendam Petrum
accusatum Reum falsitatis patratæ in supplica- 54
tione signata manu Papæ: Plures verò Proces-
sus contrà alios similes Reos efformati fuerunt
ex commissione Eminentissimi Card. Sacripan-
tis, ministerio Judicis criminalis ab ipso jam-
dudum deputati, inter quos præcipuâ notâ di-
gnus videtur ille, qui anno 1714. constructus
fuit à præfato Judice Datariæ super falso tran-
sumpto Dispensationis cujusdam Matrimonia-
lis Diæcesis Cartagenen., in qua Causa fa: me:
Clemens XI. Eminentissimo Card. Prodatario
concessit facultatem examinandi Testes Eccle-
siasticos cum dispensatione ab irregularitate:
quâ sane dispensatione Summus Pontifex ple-
nè informatus de re, quæ gerebatur, procul du-
bio uti legitimè competentem agnovit Jurisdi-
ctionem, quâ Eminentissimus Prodatarius in
ea Causa procedebat.

Cum itaque Jurisdictionis competentia ne-
dum probetur ex reiteratis actibus, *Bertazzol.* 55
cons. civil. 5. num. 4. 42. & 45., *Spad. cons. 11.*
num. 10. tom. 1., sed imo unicus tantum actus
sufficiat, *Abb. cons. 61. part. 1.*, *Caball. mille-*
loq. 505., *Tepat. var. part. 1. de Jurisdict. pa-*
gin. 160. vers. possessio Jurisdictionis, *Mager. de*
advocat. armat. cap. 9. num. 9., *Mascard. con-*
clus. 946. num. 6.; præsertim verò præcedente
titulo, qui in casu nostro desumitur, tùm ex 56
qualitate, & amplitudine Magistratus, tum
etiam ex Pontificio Brevi, tunc enim non so-
lùm altero non possidente, sed etiam altero
possidente, ac non reclamante, unico actu
jurisdictionali jurisdictionem acquiri, tradit
Vant. de nullit. in rubric., *seù titul. qualiter*
sentent. n. 40. fol. mihi 251. à terg., *Hieronym.*
de Mont. de finib. cap. 78. num. 1., *& 10.*, di-
cens, id procedere ad effectum tum acquiren-
di, tùm retinendi Jurisdictionem, ambigi cer- 57
tè nequibit, quin illa competat Eminentissimo
Prodatario.

Etsi autem argumentum competentiæ Juris-
dictionis criminalis elicitum ex illius exerci-
tio desumpto ex mox recensitis actibus, vali- 58
dissimum sit, longè tamen efficacius redditur,
si spectemus, Datarios prò tempore, nedum
totâ Curiâ, sed Summo ipso Pontifice spectan-
te, retinuisse Judicem criminalem cum Nota-
rio; quâ autem ratione, aut quo colore
competentia istiusmodi jurisdictionis crimina-
lis denegari poterit Magistratui illi, qui prò
eadem exercenda retinet suum Tribunal cum
Judice, & Notario? ad tradita per *Ramon.*
cons. 24. num. 37., *Ruin. cons. 2. num. 4. lib. 4.*,
Posth. de manut. observ. 31. num 21. & seqq.,
Mascard. de probation. conclus. 946. num. 2.,
Larrea allegat. fiscal. 33. n. 1825., *& n. 1936.*
part. 2.; Et, quod magis est, ut Agentes,
Expeditores, negotiorum Actores, & quicum-
que alii sivè Seculares, sivè Ecclesiastici etiam
Regulares, fide illâ, & integritate, quâ opor- 59
tet,

tet, impetrent, & expediant Gratias pro absen-
tibus, aliisque, ad normam Constitutionis edi-
tæ à san: me: Innocentio XII., publicat Edicta
pœnalia, quibus = *honori, ac decori Romanæ
Ecclesiæ, ejusque Ministrorum, nec non indem-
nitati Correspondalium, & Principalium, in
Partibus commorantium* = consulatur, ut legi-
tur in §. *Hinc considerans* solemnis Edicti ab
Eminentissimo Prodatario, auctoritate Summi
Pontificis feliciter regnantis, promulgati cum
primum Datarii Officium, & Præfecturam
inivit: præscriptâque formâ à prædictis Expe-
ditoribus, & negotiorum Actoribus quibuscum-
que, in Gratiarum expeditionibus servandâ,
declaratur = *præsenti Edicto, & formæ in eo-
dem præscriptæ contravenientes incidere in pœ-
nas quascumque in dicta Constitutione san: mem:
Innocentii XII. inflictas* = quas pœnas injun-
git etiam Officiali, ad ea, quæ in dicta Consti-
tutione præscribebantur explicanda deputato,
ibi = *eique injungimus sub pœnis in præfata
Constitutione expressis, ut officium suum fideli-
ter exerceat.* = Istiusmodi autem Edicti, quod
pœnale est, promulgatio, rei, quasi dicam, evi-
dentiâ demonstrat, Præfecturam Datarii, ut-
pote institutam ad regimen, & gubernium
Datariæ, sejungi minimè posse a Jurisdictione
criminali, quâ necessariò potiri debet Magi-
stratus ille, qui similia pœnalia Edicta promul-
gat, *Innocent. in Cap. Dilectus num.5. de Cap-
pell. Monach., Ramon. cons.24. num.39. tom.1.,*
apud quem alii, *Mascard. de probat. conclus.
946. num.2., Pax. Jordan. de re benef. lib.14.
tit.17. de probat. num.513. tom.3.,* alioquin
60 enim eadem publico contèmptui exponeren-
tur, si Magistratus, illa promulgans, Contrave-
nientes sancitis pœnis plectere non posset; illæ
enim sunt necessaria media, quibus inobedien-
tes coerceantur, ceterique ad paritionem co-
gantur, juxta ea, quæ notata sunt §. *Nemo au-
tem & seqq.*, quæ profecto media eò certius
competere dicenda sunt in casu nostro, quia
agitur de Edicto ab Eminentissimo Pro-Data-
rio edito auctoritate Sanctissimi Domini No-
stri, qui certè, ut Juris ratio postulat, eidem
parendum, obsequendumque esse voluit.

Redeundo autem, ad actus, quibus istiusmo-
di jurisdictionis competentiam, & exercitium
probavimus, frustrà opponeretur, perpaucos
61 illos esse: pluribus namque responsionibus
istiusmodi objectio submovetur. Et primò
quidem, ut mox probatum est, cùm ad effe-
ctum, de quo agitur, unus aut alter actus suf-
ficiat, potiori sanè jure id locum sibi vindicat
in delictis gravissimis, quæ non ità frequenter
committuntur ob gravissimas pœnas, quarum
formidine oderunt peccare mali. Cumque
non semper illa detegantur, quia plerumque
istiusmodi falsitates patrantur in Literis, & di-
spensationibus Apostolicis, quæ trans Maria,
& Alpes per universum Terrarum Orbem ca-
tholicum diffunduntur, satis est, quod, quo-
ties Datarii prò tempore deprehenderunt,
Reum aliquem deliquisse in rebus pertinenti-
bus ad ejus Jurisdictionem, cognitionem deli-
cti assumpserint coram Papa, eoque informa-
to, imò adprobante, & facultates speciales prò
faciliore criminum probatione concedente.

Magis verò, magisque hæc urgent, quia
exadverso non docetur, quod similibus patra- 62
tis delictis, alii Judices eorum cognitionem
assumpserint, illaque puniverint vigore suæ
ordinariæ facultatis, & quidem invito Data-
rio, qui non prohibetur quin in aliquo casu
particulari, ex peculiaribus rationibus permit-
tere queat, quod alius Judex procedat, idque
sanè absque ullo suæ Jurisdictionis detrimento,
aut diminutione quemadmodum eidem nihil
detractum dici posset, si forte afferretur sin-
gulare aliquod exemplum, in quo alius Judex
quàm Datarius in aliqua simili Causa processe-
rit vigore specialis facultatis sibi à Papa dele-
gatæ. Nèc denique omittendum, observan-
tiam hanc à nobis minime adserri, ut vigore
præscriptionis Jurisdictio quæsita dicatur Per- 63
sonæ, cui nullo titulo sivè a Lege, sive ab Ho-
mine promanante illa competat, sed tali ob-
servantiâ utimur, tamquam benignâ interpre-
te Jurisdictionis illius, quæ tum ex natura mu-
neris, sivè Magistratus competit Datario, tùm
etiam Pontificio Brevi confirmatur; Quæ sa-
nè observantia interpretativa, juxtà notas re-
gulas, tamquàm favorabilior, inducitur actibus
paucioribus illis, qui requiruntur ad inducen-
dam observantiam præscriptivam, Legibus no-
stris odiosam.

Prima pars Causæ confecta est, videlicet ex
intrinseca ratione muneris, ex Pontificia con-
cessione, ex subsecuto denique usu plenè con-
stabilita dici potest jurisdictio criminalis Emi- 64
nentissimi Card. Prodatarii, non quidem sim-
plex aut mixta, sed cum mero imperio inclu-
dente potestatem, & jus gladii, veniens sub
nomine imperii, *Glos. in leg. illicitas §. Sicuti
Medico verb. Jus gladii ff. de Offic. Præsidis,
Bald. ibidem num.1. in prima lectura, & in
leg. Imperium num.1. de Jurisdict. omn. Judic.,
Cujac. ad dictam leg.1. de Offic. ejus cui mandata
est Jurisdictio fol. mihi 16. lit.C., Bellon. de
mandat. Jurisdict. lib.8. quæst.6. n.11.* Qua-
propter progrediendo ad examinandam alte-
ram nostri assumpti partem, an nimirum Emi-
nentissimus Datarius in hac Causa jure suo,
& ratione suæ jurisdictionis procedere possit?
Planum id, & apertum esse videtur, quippè,
ut sub initium innuimus, agitur de falsatione
Literarum Apostolicarum, & earum tran-
sumpti patrata ab illarum Expeditore, imitan- 65
do characterem ipsius Eminentissimi Pro-Data-
rii, ejusque Officialis D. Abbatis Riganti, præ-
positi collationi Transumptorum cum origina-
li. Agitur itaque de delicto, directo contra of-
ficium ipsum Datarii, ejusque Curiæ, & Ma-
gistratus dignitatem lædente, quoquè Delin-
quens quodammodo usurpavit supremam au-
ctoritatem, & potestatem Apostolatus; qua-
propter Datarius sub cujus oculis tantum fa-
cinus admissum est, & qui præest officio, &
admi-

administrationi muneris, quod Summus Pon-
tifex appellat præcipuam, & maximè nobis cor-
di est, efficitur Judex necessarius prò perse-
66 quendo ultricibus pœnis atroci hoc scelere;
adeo quidem ut, licet alioquin non esset Judex
competens, talis tamen redderetur ratione
ipsius delicti, Gonzal. in Comment. ad cap. primum
num. 17. post med. de Offic., & potest Judic. de-
legat., eo prorsus modo, quo, si Testis falsum
67 committat coram Judice, licèt non suo, ratio-
ne talis delicti, illi subjicitur tamquàm suo Ju-
dici competenti, ad Text. in leg. nullum Cod. de
Testib., ubi Bald. sub num. 10., Salycet. num. 2.
vers. dicendum est ergò, Caball. resol. crimin.
cap. 117. num. 10., Farinacc. quæst. 80. num. 26.,
& pluribus cumulatis Raynald. observ. crimin.
cap. 18. §. 7. ad 15. num. 12., & duob. seqq.,
Cartar. decis. 75. num. 15. & seqq., Merlin. Pe-
gnatell. cent. 2. cap. 71. num. 2. cum plurib. seqq.,
num. 17. dicens, quod = ejusmodi decisio nen-
tiquam fundatur in aliqua tacita, vel expressa
prorogationis specie, de qua nullibi mentio fit in
eo Textu, competit tamèn hujusmodi vindicta
Judici offensa ratione suæ propriæ Jurisdictio-
nis ad eam tuendam, ut propriæ injuriæ vindex
68 sit, = & num. 22. conclusionem ampliat etiam
ad Delegatum ad certam causam Ciarlin. con-
trov. forens. cap. 38. num. 2., Galeot. respons.
fiscal. primo, num. 1. & seqq.
Quæ profecto Eminentissimi Datarii Juris-
dictio, eò firmiùs in hac Causa constabilita vi-
deri potest, quia ipse in ea egit, de omnibus
plene certiorato Sanctissimo Domino Nostro,
à quo insuper, exemplo Eminentissimi Cardin.
Sacripantis, cujus meminimus §. At cur in re,
69 obtinuit similem facultatem perquirendi in lo-
co immuni, prò inveniendis, & extrahendis
falsis Literis Apostolicis, inserendis deinde
Processui criminali. Si igitur Summus Pontifex
Eminentissimum Prodatarium impertitus fuit
specialibus facultatibus, quæ requiri poterant
pro efformando in hac Causa valido, & legi-
timo Processu, præsumi certè debet, agnovis-
se tamquam certam Jurisdictionem isti suo su-
premo Ministro competentem, dum alioquin
frustra media ad eam facilius exercendam sub-
ministrasset, nisi ipsa principalis causa consi-
steret, ad Text. in leg. nihil dolo 172. ff. de regul.
Jur. ibiq. Petr. Faber. de regul. Jur. pag. 642.
lit. A.
Nullo itaque jure in dubium revocatur juris-
dictio criminalis, tum generaliter, tum specia-
liter in hac Causa competens Eminentissimo
Prodatario, qui ulcisci omninò debebat inju-
riam à Falsario sibi, suoque officio, magis ve-
rò Pontificiæ Dignitati, atque auctoritati irro-
gatam, cujus cum ipse sit custos, & vindex,
proprio muneri, & illi justitiæ zelo, quo tan-
70 topere effulget, defuisset, si omisisset animad-
vertere in Delinquentem, ob necessitatem il-
li impositam ratione Præfecturæ Datariæ, &
Jurisdictionis, eidem demandatæ, quæ jure pu-
blico introducta, data dicitur cum necessitate
illam exercendi, juxta Gloss. in leg. 1. verb. po-
test de Jurisdict. omn. Judic., Mont. de finib.
cap. 11. num. 1.
Eam verò exercuit religione & circumspe-
ctione illa, qua Judex Ecclesiasticus in simili-
bus Causis procedere debet; servavit enim so- 71
lemnem formam ex Decreto Innocentii III.
præscriptam in d. Cap. Ad falsariorum 7. de cri-
min. falsi., & ab eodem Summo Pontifice expli-
catam in cap. novissimus 27. de verbor. signific.
In sententia namque, de cujus executione hodie
agitur, declaratum fuit, constare de delicto
falsificationis Literarum Apostolicarum, à Reò
patrato, ideoque, tradendum sæculari Potesta-
ti secundum Constitutiones legitimas puniendum,
ut præscribitur in d. cap. Ad falsarior. At Ec-
clesiastica lenitate in eadem Sententia implo-
ratur clementia Judicis sæcularis, & pro Reo
efficaciter interceditur, ut citra mortis pericu-
lum, circà eum Sententiam moderetur, ut ex-
plicando suum Decretum constituit idem In-
nocentius III., ad Episcopum Parisiensem hæc
habens = Novimus expedire, at verbum illud,
quod in antiquis Canonibus, & in nostro Decre-
to contra Falsarios edito continetur, videlicet ut
Clericus per Ecclesiasticum Judicem degrada-
tus, sæculari tradatur Curiæ puniendus, apertiùs 72
exponamus = expositio autem subditur illis pau-
lo post subjunctis verbis = Cum ab Ecclesiastico
Foro fuerit projectus, ejus est degradatio cele-
branda sæculari Potestate præsente, ac pronun-
ciandum eidem, cum fuerit celebrata, ut in suum
Forum recipiat degradatum, & sic intelligitur
tradi Curiæ sæculari, pro quo tamen debet Ec-
clesia efficaciter intercedere, ut citra mortis
periculum circa eum Sententiam moderetur.
In nostro casu cum non agatur de Clerico,
ideoque non requiratur degradatio, Sententia 73
traditionis Brachio sæculari significat solum-
modò projectionem Rei a Foro Ecclesiastico,
& traditionem Judici laico, ut in suum Fo-
rum recipiat; Sed pro eo quoque, Judex Ec-
clesiasticus efficaciter intercedit, oratque lai-
cam Potestatem, nè mortis pœnâ, aut mu-
tilationis membri Reus in Forum secularem
projectus puniatur; cum Reos sanguinis defen- 74
dat Ecclesia, nè effusione sanguinis particeps
fiat = Can. Reos. 7. caus. 23. quæst. 5., & notant
communiter Canonistæ in d. cap. Novimus, alii-
que plenâ manu allegati à Farinac. de Hæres.
quæst. 189. num. 9. Idque probatur etiam ex for-
mula similis Sententiæ relata à Peregrin. in
prax. Vicarior. part. 4. sect. 16. num. 17. & 73.
vers. ex tunc, quæ ita se habet = Pronuncia- 75
mus, & sententiamus N. N. fore, & esse Curiæ
secularè tradendum, servata forma sacrorum
Canonum, & Constitutionum Apostolicarum,
prout nos illum tradimus, & tradi mandamus,
præsertim D. Judici N. N., cui eundem multùm
in Domino commendamus, nè illum mortis, vel
mutilationis membri periculum inferat, quia
imago Dei est, quapropter enixè eum charitati
illius commendamus =: En igitur, quod, ut præ-
cipitur in d. cap. Novimus: talis commenda- 76
tio simulata non est, aut verbalis, sed vera,
enixa

enixa, & efficax, ut notavit *Innocent ad d. cap. Novimus nu. 2., Hostiens. numer. 3., Joan. Andr n. 3. & 5., Ariton. de Butr. num. 5. in fin.*, Abb. *n. 3. verf. nota*, ibi = *& folet communiter dici, quod ista intercessio est potius vocalis, & colorata, quàm effectualis, sed certè isti non benè dicunt, & videntur dicere contrà istum Textum, dicentem, efficaciter intercedendum esse, & sic non ficlè*; respexerunt enim sapientissimi hi Sacrorum Canonum Interpretes præclarum exemplum misericordiæ, à Sanctissimo illo Pontifice, & Ecclesiasticæ mansuetudinis observantissimo impartitæ cuidam scelerato Falsario, de quo in *§. finali d. cap. Nolumus* præfato Episcopo Parisiensi rescripsit his verbis = *prò illo vero Falsario scelerato quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem, ad agendam pænitentiam ipsum includas, pane doloris, & aqua angustiæ sustentandum: ut commissa defleat, & flenda ulteriùs non committat*.

Verum enim verò, si quod licet ei, qui Mi-
77 nor est, multò magis licere debet Majori, *Bellon. de mandat. Jurisdict. cap. 8. quæst. 8. quæst. 2. num. 157. vers. ad quartum*, ubi allegat *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 54. num. 28., Facchin. controv. lib. 1. cap. 47., Minav. in Bas. Pontific. Jurisdict. tom. 2. fundam. 1. quæst. 6. §. 4. sect. 3. num. 77. pag.* 101. Profectò si denegaretur executio hujusmodi Sententiæ, in Tribunali Ecclesiastico Datariæ ad normam Decretorum Innocentii III. prolatæ; perabsurdum sanè videretur, quod ipsi minus permissum es-
78 set adversus Falsarios Literarum Apostolicarum, quàm Episcopo, qui si deprehenderit aliquem apud ipsum usum esse similibus falsis Literis, illum tamquam Falsarium seculari Potestati tradit, secundum Constitutiones legitimas puniendum; quâ autem justâ ratione, id quod concessum est Episcopis, permissum censeri non debebit Datario, cujus præcipua cura est intemeratam custodire Literarum Apostolicarum fidem, quæ per eum, veluti per organum, per universum Christianorum Orbem propagantur?

Hac ratione munus, & officium istud, quod à Summo Pontifice dicitur *præcipuum & maximè cordi est*, quia in illo, ejusdem summi Pontificis, quem repræsentat, solicitudo omnis conquiescit tamquam in Custode, &
79 & vindice veritatis Literarum Apostolicarum, si Falsariorum temeritatem publicam vindictâ coercere non posset; planè infirmum, imò omnium ferè Magistratuum minimum redderetur; quippè Magistratus nullus est repræsentans Supremum Principem, qui careat potestate vindicativa in iis, quæ suum regimen respiciunt, & quidem tanta, quæ suo officio, & Jurisdictioni explicandæ sufficiat, ut notavimus *§. Quapropter si istius*.

Quapropter jure meritòque Sacri Palatii
80 Apostolici Præfectus, ut cuique notum est, omnimodam Jurisdictionem exercet adversus Papæ Familiares, tum ob peculiaria delicta commissa in Patrimonii administratione, tum etiam ob alia communia crimina, ab eisdem in Sacro Palatio suisque pertinentiis patrata.

Eminentissimus Cardinalis Vice Cancellarius deputat Judicem criminalem, qui procedit contra delinquentes contrà munus, & officium Vicecancellarii: Sacra quoque Congregatio Propagandæ fidei habet suum Judicem criminalem, qui animadvertit in eos, & punit delicta illa, quæ committuntur ab iis, qui perturbant officium sacrarum Missionum.

Congregatio Boni Regiminis criminalem Jurisdictionem exercet circa ea, quæ pertinent ad regimen æconomicum totius status Ecclesiastici, illius Curæ, & solicitudini creditum.

Denique, ut magis, magisque demonstre-
tur, quod, quoties contingit, dignitatem ali- 81
cujus Magistratus offensam esse falsitate aliqua, contra ipsius auctoritatem & officium commissâ, eundem potiri potestate procedendi, ac puniendi Delinquentem, maxima notâ dignum videtur exemplum, quod nobis præbuit Signatura Justitiæ: Die namque 27. mensis Maii anni 1691. eum comperisset, Advocatum Joannem Mariam Sentenam in quadam Causa d. die proposita attulisse Instrumentum alteratum in mense, dictum Tribunal ad vindicandam injuriam sibi illatam, mandavit, quod de hoc falsitatis crimine fabricaretur Processus, Causamque delegavit bo: me: Jacobo Magliabechi, tunc exercenti munus Locumtenentis Auditoris Cameræ: in quorum executionem Carceribus mancipatus d. Advocatus Sentena, condemnatus deinde fuit ad pænam relegationis per quinquennium: fortè cum eo mitius agendo, quia sacerdos erat. Hi autem supremi Magistratus, licèt plerique illorum nullo Pontificio Diplomate, aut Brevi, Jurisdictione criminali donati legantur, illam tamen exercent, quia eadem, veluti illis ingenita, inseparabiliter adnexa est, ut & dignitatem suam tueri, & ea veluti necessario medio uti possint prò exequendis iis, quæ ad eorum munus pertinent.

At inquiet Pars adversa, non deesse exempla, quibus probari posit, summæ etiam dignitatis Personas præpositas reperiri amplissimis officiis, nullo tamen Jurisdictionis criminalis præsidio munitas. Et iam sentio fortè, in medium afferendum officium Secretarij Bre-
vium, quod eximium certè est, & ut hodie, 82
aliàs etiam emeritissimis Cardinalibus demandatum pluries fuit, satisque esset, san. mem. Clementi XI. ex eo gradum factum ad summi Apostolatus apicem conscendendum: hoc autem adeò insigne officium, licet expositum sit temeritati Falsariorum, attamen eum careat Jurisdictione criminali, tale Delinquentium de-
lictum ad aliud Tribunal ultrici pænâ punien- 83
dum remittit: Verùm facili responsione demonstrari potest, hujusmodi exemplum casui nostro minimè applicari. Omissis enim rationibus, ob quas dici potest, Secretarium Brevium

non

non fuisse donatum jurisdictione criminali, sa-
tis est ad rem nostram factum ipsum, videli-
cet, quod in Brevi d. Secretariatus, Secretario
nonnisi merum officium confertur, nullâ pror-
sus collatâ, aut communicatâ Jurisdictione.
At Datario præter Datariatus officium confer-
84 tur etiam munus, & Datariæ Præfectura, quæ
nomen est Magistratus cum jurisdictione ei-
dem ingenita, ut superioribus locis probatum
est, & dicetur §. final., quæ præterea jurisdictio
expressè etiam, & amplis quidem verbis de-
mandatur atque confertur in Brevi Eminentis-
simi Prodatarii, quapropter tantum abest,
quod ex d. exemplo Secretarii Brevium elici
possit argumentum ullum prò Datario exar-
mando ultrici illâ jurisdictione, quæ necessa-
ria est pro explicandis iis, quæ ad tantum per-
tinent munus, & Præfecturam, ut potiùs hæc
tali exemplo confirmetur; Nam si summi Pon-
tifices Ministro alicui officium aliquod sinè
jurisdictione demandarunt, quia illam vel non
necessariam agnoverunt, vel conferre nolue-
85 runt, dicendum sanè est, quod viceversa quan-
do de hac jurisdictione in suo Brevi meminе-
runt, illam necessariam agnoscentes prò tali
munere exercendo concedere, ac confirmare
voluerint illi, qui tali muneri præponebatur,
juxtà illud familiare, ac omnium ore tritum
argumentum ductum à discretiva, quod ne-
dùm in Privatorum dispositionibus, sed in Le-
gibus ipsis & supremorum Principum Rescri-
ptis, & Literis interpretandis plurimùm valere
nostri tradunt.
Quæ cùm ità sint, ambigi amplius minimè
posse videtur de jurisdictione criminali Data-
rio competenti, veluti ingenita ipsius officio,
agnita in Pontificiis Brevibus, & demùm con-
firmata subsecutâ observantiâ, ità quidem exi-
gente intrinseca natura tanti muneris, quæ non
sinit, ut Datarius absque potestate coercitionis
esse debeat simplex, & imbecillis penè testis
gravissimorum delictorum, quæ contra Pon-
tificiam auctoritatem, ejusque officii dignita-
tem patrantur, quæque persæpe contingerent,
si non ipse sed aliud Tribunal illorum cogni-
tionem assumere deberet, ut evidens, & aper-
tû reddi videtur, si practicè rem consideremus.
In quantas enim difficultates incurreret qui-
libet alius Judex prò adquirendis indiciis con-
86 trà Delinquentes? Expeditores enim, aliique
Officiales illa non eadem facilitate, quâ Da-
tario, ipsorum Superiori, subministrarent alii
cuipiam Judici. Quantam perturbationem Da-
tarii officio, & universæ Datariæ afferret aliud
quodcumque Tribunal, quod se immisceret
similium Causarum, & delictorum cognitio-
ni? Nam cum prò illis probandis necessa-
rium sit examen Ministrorum & Officialium
Datariæ, & perquisitio, & recognitio Scriptu-
rarum, & Librorum, duo inde sequerentur,
quæ nullo pacto ferri possent incommoda. Pri-
mum est, quod istiusmodi Officiales subjecti
examini, persæpè diù retinendi essent, & sic
retardaretur explicatio, & ut dicunt, cursus
tot, tantorumque negotiorum, quæ celeri
plerumque indigent expeditione. Alterum est,
quod secretiora arcana Datariæ cum Libris, &
Scripturis pandenda essent Ministris, & Nota-
riis alterius Tribunalis, in cujus officio pluri-
bus paterent Processus super dd. Causis fabri-
cati; Quisque autem recto sensu præditus fa-
cilè secum reputare poterit an Datariæ regi-
mini hæc arcanorum publicatio conveniat.
At absurdum longe gravius esset, quod eve-
niente casu simile illi, de quo agitur, Data-
rius recognoscere, aut declare deberet falsita-
tem sui suppositi caracteris (quemadmodum
in hac Causa fecit Eminentissimus Prodatarius)
indecorum autem esset, quod id agere deberet
coram alio Tribunali.
Ob quę porro incommoda fortè quandò-
que magis expediret dissimulare simile deli-
ctum, quàm adhibere remedium, quod affer-
ret detrimentum ipso malo gravius: atque ità
Delinquentes consequerentur impunitatem;
quam sanè faciliùs sibi pollicebuntur si consta-
biliatur in Datario defectus jurisdictionis cri-
minalis, qua tot Ministros, Officiales, Ex-
peditores, & negotiorum Actores, quot quot
ex omnibus gentibus in Dataria & Romana
Curia versantur in officio continere potest;
cum autem aliùs nemo Judex adeò promptè,
& expeditè adversus eos procedere posset, fa-
cilè pænam elabi sperarent, ideoque pronio-
res ad delinquendum efficerentur; enim verò
*quis ignorat, maximam illecebram esse peccandi
impunitatis spem?* ex præclara sententia Romani
Oratoris *prò Milone*: Indeque officium, quod 87
præcipuum dicitur, & ob fidelitatem, quâ il-
lud administrari debet, summo Pontifici *ma-
xime cordi est*, in summum discrimen adduce-
retur, atque exponeretur insidiis perversorum
hominum, qui non nisi formidine pænæ à de-
linquendo retrahi possunt.
Ne igitur cum tanto publicæ fidei detri-
mento, & offensione Pontificiæ auctoritatis
per totum Christianum Orbem Gratiæ, sub no-
mine Summi Pontificis conficlæ, à Falsariis dif-
fundantur, oportet, quod Datariæ Præfectus
veluti innatâ, atque ingenitâ polleat Jurisdi-
ctione illâ criminali, quæ pro recto Datariæ
regimine tautique officij administratione;
quod, ut toties, totiesque diximus, præci-
puum, & maximè cordi est Summo Pontifici,
efflagitatur; exemplo tot antiquarum Præfe-
cturarum, & officiorum, quibus in certis Cau- 88
sis, & adversus certas Personas concessa erat
plenitudo Jurisdictionis ut perspici potest ex
tot titulis Codicis *de officio Comitis Orientis,
de officio Comitis Sacrarum largitionum, de of-
ficio Comitis sacri Palatij, de officio Magistr.
offic., de officio Quæstoris, de officio Præfecti
Augustalis*, & tot aliis titulis, in quibus adeò
sublimes Magistratus veluti eorum officio in-
trinsecè innatam obtinebant plenam jurisdi-
ctionem cum mero imperio, non ex alia ra-
tione, nisi quia sinè illa officium suum exer-
cere nequivissent.

AR-

ARGUMENTUM.

Sub concessione fiscalium proventuum, licèt amplis his explicata verbis = *Proventus ordinarios, & extraordinarios, certos, & incertos, ex criminibus, & delictis provenientes, qualescumque sint, & quocumque nomine nuncupentur* =, comprehensa dici nequeunt pœnalia emolumenta, quæ ex nova, extraordinariaque confiscatione, multò post indictâ adversus Interfectores Ministrorum Curiæ, proveniant.

DISSERTATIO XX.

1 *Ærarii ratio militibus, & privatis, ipsisque Templis, & cunctæ Reipublicæ utilis, & necessaria.*

2 Sixtus V. in ejus Constit. la 6. *pœnam capitis, & confiscationis Bonorum sancivit in eos, qui Curiæ Ministros interficerent.*

3 *Verbum* = Proventus = *genericum est, & prædicabile de reditibus omnibus undecumque obvenientibus.*

4 *Sub concessione reali Loci, aut rei universalis comprehensa censeri debent jura omnia, rei annexa, quæ concessionis tempore si non actu, saltem potentiâ ad Disponentem spectarent.*

5 *Vassallo investito de Castro, cum translatione omnium Regalium, ac meri, & mixti imperii, pœnæ applicantur.*

Pœnæ enim ab imperio, veluti illius fructus, nascuntur, ibid.

6 *Sub concessione universalis confiscationum Juris veniunt confiscationes omnes, quandocumque, & quomodocumque supervenientes.*

7 *Universale confiscationum jus est de Regalibus majoribus, pertinentibus ad solum Supremum Principem.*

8 *Nec ab ejus Persona, ejusque corona divelli potest.*

9 *Adeò ut, nisi speciatim datum, cessumve reperiatur, numquam comprehensum dici valent sub quacumque concessione, tametsi amplissima.*

10 *In Regalium concessione comprehensa non censentur, nisi ea, quæ expressè declarantur.*

11 *Confiscationum pœnæ, seu proventus, à Jure confiscandi diversi, ac separati sunt, & nomine fructuum jurisdictionis continentur.*

12 *Ac in Tertium alienari, & transferri possunt.*

13 *Exactio proventuum fiscalium concessa verbis his* = Proventus &c. ordinarii, & extraordinarii, certi, & incerti, ex criminibus & delictis provenientes, qualescunque sint, & quocumque nomine nuncupentur, *nequit censeri extensa ad extraordinariam Bonorum confiscationem speciali edicto à Supremo Principe mandatam, &* nn. seqq.; *ac præsertim* num. 19.

14 *Duplex est confiscationis species, alia ordinaria, quæ vel a Jure communi, vel à Lege municipali proficiscitur, & hæc fieri potest à quocumque Judice, etiam inconsulto Principe, alia verò extraordinaria, quæ fit in casu, à Jure non expresso, sed contra vel præter illud vigore specialis Constitutionis, vel Edicti à Supremo Principe promulgati, & hæc ipsi solum permissa est.*

15 *Confiscatio vigore specialis Edicti à Supremo Principe demandato, in alium transferri nequit.*

16 *Pœna confiscationis ordinario Jure, nonnisi pro delictis læsæ majestatis, Divinæ, vel humanæ sancita reperitur.*

17 *Pœna confiscationis ordinario jure sancita, non includit delictum mandati ad occidendum Justitiæ Ministros.*

Et nec etiam parricidii crimen comprehendit, ibid.

18 *Pœna confiscationis contra eos, qui Justitiæ Ministros offendunt, vel interficiunt, non Jure communi statuta, sed speciali Constitutione Sixti V. indicta fuit.*

19 *Confiscatio speciali Edicto à Supremo Principe decreta, nunquam sub generali quavis concessione comprehenditur.*

Sed Fisco est adjudicanda, ibid.

20 *Jus novâ, & extraordinariâ Lege imponendi novas pœnas, novasque confiscationes spectat ad Supremum Principem.*

21 *Supremus Princeps in quacumque fiscalium proventuum concessione reservasse sibi censetur jus novas pœnas, novasque confiscationes imponendi.*

22 *Emolumenta confiscationum, novâ, & extraordinariâ Lege à Supremo Principe impositarum, sunt tamquam fructus supremæ ejus jurisdictionis, & meri, ac mixti imperii.*

Qui in quacumque concessione eidem semper reservati censentur, ibid., & nu. 40.

23 *Quæcumque fiscalium proventuum concessio intelligenda est de iis, quæ non ex jure extraordinario, sed ordinario descendunt, &* num. 40.

24 *Confiscationis pœna quoties ordinario jure indicta est, Bona fideicommissi, ordinati cum pœna privationis in casu delicti, dato Delinquentibus Substituto, non ad Fiscum in casu delicti, sed ad Substitutum deferuntur.*

25 *Secus quoties extraordinario Jure est imposita.*

26 *Sixtus V. adversùs eos, qui Curiæ Ministros offenderent, vel occiderent, nedum pœnam confiscationis constituit, sed derogando cuicumque fideicommisso, decrevit, quod, durante vitâ naturali Delinquentis, tametsi in contumaciam damnati; fructus Bonorum, hujusmodi, fideicommissis subjectorum, Fisco applicentur.*

Con-

27 Concessione fiscalium proventuum alicui factà, nequit is sibi adserere pœnam, specialiter Fisco applicatam, sed eam cum talis applicationis qualitate agnoscere debet.

28 Innocentius IV. adversus criminis assassinii Reos, præter pœnam mortis, etiam illam constituit proscriptionis Bonorum.

29 Ut assassinii facinus patratum dici possit, tria requiruntur, mandatum videlicet ad accidendum, pecuniæ aut alterius rei datio, vel promissio, nec non acceptatia Mandatorii cum ejusdem mandati executione.

30 Assassinium patratum non dicitur, quoties inter Mandantem, & Mandatarium non intervenerit conventio de danda, & respectivè recipienda pecunia.

31 Confiscatia sancita adversus assassinii Reos, nequit dici ordinaria, atque ex Juris communis dispositione facta.

32 Assassinii Reus quod sit perpetuò diffidatus, sancitur in cap. 1. de homicid.

33 Hæc tamen diffidatio efficit, ut Delinquens, impunè à quocumque interfici, ejusque Bona occupari possint, at non, quod occupatio ista censeri valeat jure veræ, ac propriæ confiscationis.

34 Confiscatio est applicatio Bonorum Delinquentis Fisco facta.

35 Ob assassinii crimen factâ Bonorum Delinquentis occupatiane ab iis præsertim, ad quos temporalis successio spectat, silent Jura Fisci.

Qui nonnisi per præoccupationem illos excludere posset, ibid.

36 Concessio fiscalium proventuum ordinariorum, & extraordinariorum minimè est extendenda ad ea, quæ regulariter Tertia communicari non consaeverunt.

37 Concessi fiscales proventus, ordinarii, & extraordinarii, congruè intelligi possunt de emolumentis pœnarum, quæ ordinaria, non quæ extraordinario confiscationis Jure percipiuntur.

38 Immò juxta eorumdem verborum legalem sensum concessio intelligi solùm potest de mulctis pecuniariis, & compositionibus.

39 Quæ sunt proventus maleficiorum, à confiscatione penitus separati.

41 Sub generalibus alicujus concessionis verbis, numquam comprehensa censentur ea, quæ speciali sunt natâ digna.

42 Concessio quælis regulariter referri nequit, nisi ad ea, quæ tempore illius celebrationis erant de Jure permissa.

43 Rejectâ quavis extensione ad futura, & quæ de nova supervenerunt post concessionem, vel dispositionem.

Confirmatur id deductione exemplorum, præsertim n. 47. & seq.

44 Vendens fundum si excepesit lapidicinas, ubicumque essent, talis exceptio intelligitur de illis, quæ tunc erant in actu, & de præsenti, non de illis, quæ erant in habitu, & de futuro.

45 Paria sunt non esse, & non apparere.

46 Concessiones Principum etiamsi recipiant latam interpretationem, non extendantur, nisi ad Jura, quæ competebant concessionis tempore, & n. 82.

47 Officiorum concessio, quamvis indefinita, vel generalis, non comprehendit officia, de novo creata, sed illa tantùm quæ fuerant tempore concessionis.

48 Concessio facta Regibus Galliæ vigore concordatorum cum Sede Apostolica præsentandi ad Prælaturas suorum Regnorum, non extenditur ad Ecclesias de novo erectas.

49 Concessis Decimis in aliquo loco, concessio intelligitur de Decimis præsentibus, & quæ tunc percipiebantur, non autem de novalibus, illisque, quæ in futurum imponerentur.

50 Immunitas alicui Loco concessa, regulariter non extenditur ad Gabellas, post immunitatis concessionem impositas.

51 Regalia non extenduntur, sed restringuntur, nec trahuntur in consequentiam.

52 Privilegium concessum intelligitur in iis, quæ aderant tempore privilegii concessi.

53 Humanarum dispositionum amplitudo non porrigitur, nisi ad ea jura futura, quæ à causa de præsenti, non verò ad ea, quæ pendent à causa omninò incerta, & de futuro, nisi hæc quoque jura in concessione sint expressa, & n. 59.

54 Præcipuè in contractibus onerosis, & correspectivis.

Et quando dispositio concepta est per verba præsentis temporis, n. 59. 65. & 70.

55 Sub concessione pœnarum, & mulctarum numquam comprehensæ censentur eæ, quæ extraordinario quodam Jure pro aliquibus delictis constituuntur.

56 In concessione Feudi facta Vassallo, solùm includuntur ea, quæ ex ipsa re, & Feudo proveniunt, non autem quæ extra rem.

57 Habenti usumfructum Feudi, & Castri debentur illæ pœnæ, & mulctæ, quæ operà, & industrià adquiruntur ex Castro, & Feudo, non autem quæ operà, & industrià Domini directi.

58 Concessio Feudi cum pœnis, bannis, mulctis, & condemnationibus intelligi debet de his, quæ provenirent ex delictis existentibus concessionis tempore, non autem de delictis, quæ tunc non erant delicta.

59 Lex civilis prohibens, appellari à Sententia lata in quocumque possessorio, non includit possessorium Canonis reintegranda, quod non erat eo tempore à Lege civili cognitum.

60 Supremus Princeps pœnam pro aliquo delicto imponere, vel aggravare constituens, Cessionario, Donatario, aut Investito præjudicium nullum irrogare censetur.

61 Extraordinariis, ac novis etiam confiscationum pœnis Vassallo concessis, Dominus præveni-

venire illum valet.

62 *In verbis quum nulla est ambiguitas, nulla debet admitti voluntatis quæstio.*

63 *Aliud est universalis concessio rerum, & jurium, aliud fructuum, seu proventuum concessio.*

64 *Sub concessione fructuum quantumvis amplâ, & generali comprehenduntur ii solùm fructus, qui concessionis tempore percipiebantur, non qui in futurum percipi consueverunt.*

Secus in concessione Juris percipiendi fructus, ibid., & n.65.

66 *Dictio* = hactenùs= *taxativè designat tempus præteritum*, & n.70.

67 *Concessio facta de proventibus*, = qui hactenùs percipi consueverunt =, *intelligitur de proventibus hactenùs debitis, non etiam de futuris illorum accessionibus.*

68 *Verba illa* = qui (*idest proventus*) hactenus percipi consueverunt = *si referantur ad proventus, tempore concessionis percipi non consuetos, nonnisi conditionaliter accipi possunt, hoc est* quatenùs sit consuetum, *non autem causativè*, quia *scilicet* consuetum est.

71 *In contractibus nil aliud in stipulationem deductum censetur, quàm quod præsenti die debetur.*

72 *Contractus utporè strictè interpretandi, nonnisi de præsentibus intelligi possunt.*

73 *Contractus à privilegiis, & concessionibus distinguuntur, quod hæ largiùs interpretandæ sunt*, & n.83.

74 *Accessiones ejus qualitatis esse oportet, cujus est caussa.*

75 *Fiscalium proventuum alienatio præjudicialis.*

76 *Ærarii publici incolumitati Jura nostra præcipuè consuluerunt.*

77 *Imò illud magis, quàm Pupillum privilegiatum dixerunt.*

78 *Ærarium publicum multiplicibus locupletatum privilegiis.*

79 *Supremus Princeps Juris rationi semper se conformasse censetur.*

80 *Ratio in proemio concessionis à Summo Pontifice exposita, præseferre dicitur caussam finalem.*

Ex qua colligitur mens Disponentis, totam dispositionem, ac omnes ejus partes declarans, ibid.

83 *Quæ ad augmentum inducta sunt, diminutionem operari non debent.*

84 *Testimonium Secretarii Civitatis nullam ejus favore probationem facit.*

85 *De enormi læsione, irritum reddente contractum, docendum est.*

86 *Læsio æstimanda non est ex futuro eventu.*

87 *Læsio, quantacumque illa sit, tribuere potest actionem pro rescindendo contractu, vel illud ad æquitatem redigendo, at non etiam efficere potest, ut sub illo comprehensa censeantur ea, de quibus à Contrahentibus cogitatum non fuit, nec cogitari potuit.*

88 *De observantia constare debet in præciso casu, de quo agitur.*

89 *Observantia præscriptiva non inducitur ex unico dumtaxat actu.*

Sed requiritur, bis ita fuisse judicatum, atque ita deindè observatum, ibid.

90 *Ex unico actu nequit desumi observantia interpretativa ejus, quod à Contrahentibus ignorabatur, & de qua cogitari ab eis non poterat.*

TIPHERNI Civitas, quæ nunc Civitas Castelli dicitur, exponens Summo Pontifici Sixto IV., Thesaurarium proventibus fiscalibus colligendis in ea constitutum, præter quantitatem 825. florenorum auri de Camera in Pontificium Ærarium inferendam, ex illis non percipere, quod satis esset oneribus, quæ Rev: Camera inibi sustinebat; quò suorum Civium commodis, & Ærarii etiam Apostolici utilitati satius consuleret, obtulit se suscepturam omnia prædicta onera, prætereaque singulis annis publico Ærario soluturam mille florenos auri de Camera, si submoto Thesaurario, Civitati ipsi demandaretur exactio hujusmodi proventuum. Propitiis idcircò auribus Summus Pontifex excipiens Civitatis vota, adprobansque propositam ab ea rationem, quà Civium commodis providebatur, a
& augebantur reditus Ærarii, cujus *ratio, & Militibus, & Privatis, ipsisque Templis, & cuncta Reipublicæ utilis, & necessaria est*, ut edixit Imperator *Justinianus in Authentica de mandatis Principum*, speciali Brevi edito Kalend. Aprilis anni 1477. annuit æquis Supplicantium precibus, ordinando, quod *de cetero perpetuis futuris temporibus nullus inibi* (in dicta nempè Civitate Tipherni) *deputetur Thesaurarius, ac tàm Salariæ, quam omnes, & singuli alii proventus Civitatis prædictæ, & illius Communitatis ordinarii, & extraordinarii, certi, & incerti ex criminibus, & delictis provenientes pro tempore, qualescumque sint, & quacumque nomine nuncupentur, qui hactenùs nomine Cameræ præfatæ, aut per habentes titulum, & curam, ac causam ab eadem percipi consueverunt ad Communitatem prædictam integraliter pertineant, liceatque Communitati præfatæ illos vendere, & de eis pro eorum nutu, & voluntate disponere.*

Cum autem nuper contigisset, quod D. Monaldus Borbonius ex Marchionibus Montis Sanctæ Mariæ, ob mandatum ab eodem datum ad interficiendum Baroncellum Terræ Citernæ, quod cum miseri hominis cæde, re ipsà, confectum fuit, obnoxius remanserit pænis omnibus
in Constitutione san. mem. Sixti V. inter ejus 2
impressas *la sexta* sancitis contra atrocia hæc delicta patrantes in Ministros Curiæ, propterea-que præter capitalem sententiam adversùs illum promulgatam, omnia ejusdem Bona publicata, & Fisco addicta reperiantur; Tipherni Civitas freta titulo, vigore dicti Brevis ipsi quæ-

quæsito, contendit, illa sibi adjudicanda esse, sed frustra, nam inter *proventus ordinarios, & extraordinarios, certos, & incertos, & ex criminibus, & delictis provenientes &c., qualescumque sint, & quocumque nomine nuncupentur*, quorum exactio ex dicto Brevi illi concessa fuit, comprehendi nequit species pænalium emolumentorum, de quibus agitur, quippè in publicum Ærarium relata fuerunt ex confiscatione, non quidem ordinario, sed extraordinario, & speciali Jure inducta, ac constituta contra Delinquentem longè post dictam concessionem à Sixto IV. eidem Civitati factam, ut probatur in egregia allegatione Illustrissimi Domini mei Procuratoris Generalis Fisci, qui licèt laborem hunc præoccupaverit, prævalidis rationibus probando, actionem, quæ hodiè exadverso promovetur, nullo jure suffultam esse; nihilo tamen minùs, ut & ego meo muneri non desim, eà, quà potero, brevitate Jura Pontificii Ærarii tueri aggrediar.

Et quamvis reverà Pontificia concessio explicata superiùs relatis verbis, ampla sit, &
3 utatur nomine illo *Proventus*, quod, ut ex *Laguuez. de fructib. part.2. cap.3. numer.16. & seq.*, aliisque, benè observatur in contrario Restrictu, nedum est genericum, & prædicabile de omnibus reditibus, & obventionibus undecumque ratione etiam Iurisdictionis provenientibus, verùm prætereà ampliatur ex universalibus illis adjectis verbis = *omnes, & singuli &c. ordinarii, & extraordinarii, certi, & incerti &c. qualescumque sint, & quocumque nomine nuncupentur &c.*, universalitate sua efficientibus, quod d. nomen *Proventus* intelligendum sit in latissima significatione complectente species omnes, nullà prorsùs earum exceptà; Agnoscentes tamen DD. exadverso Scribentes, nos non versari in concessione aliqua reali, loci
4 nempè, aut rei universalis, sub quà comprehensa censeri debeant Jura omnia rei annexa, quæ concessionis tempore essent de dominio Disponentis, quæque si non actu, potentià saltem ad illum pertinerent, ad tradita per *Baldum in cap.1. de Capitaneo, qui Curiam vendit. col.3.*, idemque *in leg. Cum multa Cod. de Bon. quæ liber.*, *Decian. resp. 2. numer.6. & 8. lib. 1., & respons.123. ex num 25. lib. 3*, hæc enim instar ceterorum Jurium universalium in futurum recipere possent augmentum, & diminutionem; ut etiam rem non esse de Vassallo investito de Castro cum translatione om-
5 nium Regalium, aut meri, & mixti Imperii, à quo, cum, veluti illius fructus, nascantur pænæ, eædem propterea Investito applicari possent, *Bosi. tract. var. tit. de pænis num.25.*; Nec denique agi de speciali, & expressa con-
6 cessione regalis Juris confiscationum, illarumque pænas imponendi, quo concesso, veluti consectariæ, venirent confiscationes omnes quandocumque, & quomodocumque supervenientes, quippè hæ, tamquam in sua causa, comprehensæ dicerentur in concessione istiusmodi universalis Juris, quod in contrario etiam

Restrictu agnoscitur esse de Regalibus majori-
bus pertinentibus ad solum Supremum Princi- 7
pem, Superiorem non recognoscentem, *cap.1. quæ sint regalia, Glossa, Bartolus, & Joan. de Plat. in rubric. Cod. de Jur. Fisc., Bald. in leg.1., & in rubric. Cod. de privileg. Fisc., Jason. in leg. Imperium num.24. ff. de Jurisdict. omn. Judic., Natta cons. 594. num. 21., Surd. cons.152. num.20. & seqq., Menoch. cons. 604. num.31. & seqq., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.1. tit.2. num.8., & num.90., Mastrill. de Magistrat. lib.3. cap.10. num.393., & numer.398. & seqq., Antunez. de Donation. tom. 2. part. 3. cap.22. num. 2., Petra de potestat. Princip. capit.10. numer.8., Rosenth. de Feud. cap.5. conclus.14. in annot. litt. A., Giurb. observat. 90. à num.7. ad plures seqq., Sixtin. de Regal. lib.2. cap.8. num.42., Bosi. tit. de Regal. num.18. tit. de pæn. num.25., Montan. de Regalib. verb. Bona Contrahentium num.18., Boer. decis.280. n.4.*
ab ejusque Persona, Regiaque Corona divelli 8
minime posse, ducto argumento à *Textu in leg. Mulctarum Cod. de mod. mulctar.*, & apud *Antunez. loc. mox. cit., Giurb. observ.90. n. 8. & seqq., Cabedo decis.57. num.2. part.2., Cancer. variar. resol. cap.2. num.124. & 125., Covaruv. in regula malæ fidei possessor. part.2. §. 2. num.8., & alii*, adeò quidem, ut, nisi specia-
tim datum, cessumve reperiatur, nunquam
comprehendi valeat sub quacumque concessio- 9
ne, tametsi amplissimâ, ad *Text. in cap. Quod translationem 4. de Offic. legat., & cap. cum in generali 3. de Offic. Vicar. in 6., Bald. in leg. final. de Offic. Præfect. Vigil., Angel. in leg.1. Cod. ne sine jussu Princip., Alexand. cons.31. numer.3. lib.1., Natta cons.580. num.25., Augustin. ad Angel. de Malefic. vers. & ejus Bona publicamus nu.11., Bosi. in tit. de Regal n.25., Paris. de syndicat. tit de excessib. Baronum. n.12., Mastrill. de Magistrat. lib.1. cap.14. num. 3. & seqq., Peregrin. de Jur. Fisc. lib.1. tit.2. n.75., Antunez. de Donation. d. cap.22. num.6. in fin., de Marin. ad Reverter. in observ. ad decis. 344. num.1., & numer. 5., Rosenth. de Feud. tom. 1. cap.5. conclus. 14. num.1., & seq., Cancer. variar. resolut. lib.2. cap.2. num.125., Fontanell. de pact. nuptial. claus.4. Gloss.14. numer. 11., Cresp. de Valdaur. observat. 1. nu. 212., Boer. decis.50. num.12. & seq., Vincent. de Franch. decis.275. numer.5., & num.8., Rovit. decis.6. num.6.*, & generaliter quod quoties agitur de
Regalium concessione, in illa comprehensa non 10
censeantur, nisi ea, quæ expressè declarantur, *Pegas ad ordinat. Regn. Portugall. tom.9. ad rubric. tit.28. num.2. lib.2. fol. mihi 272., & numer.53. fol. mihi 291., & tom.10. eodem lib. 2. tit.35. ad rubric. cap.13. num.4. fol. mihi 71.*

Eò propterea, præsentis quæstionis momenta perducentes, quod nempè hic solùm agatur de pertinentia pænarum confiscationum, ad
quas per Judices condemnantur Delinquentes, 11
& sic de proventibus percipiendis ex ipso Jure confiscandi; eoque sub obtentu, quod iidem tamquam à dicto Jure diversi, ac separati, no-

minæ fructuum Jurisdictionis continentur,
*Lagunez. de fruct. b. part. 1. cap. 20. num. 17. &
seq.*, *Pegas ad ordinat. Regn. Portugall. tom. 9.
lib. 2. ad rubric. tit. 28. Glos. 1. nu. 55. & seqq.
fol. mihi 292.*, *bon. mem. Canonic. Raynald. vot.
83. num. 15.*, ac in Tertium alienari, & trans-
12 ferri valeant, ut cum *Isern. in tit. de prohibit.
Feud. alienat. per Frideric. numer. 3.*, tradunt
Venturin. consf. 21. num. 40., aliisque relatis,
Antunez. de Donation. d. cap. 22. sub numer. 3.,
*Alphons. de Aquila ad Roxas de incompatibilit.
part. 7. cap. 2. nu. 27.*, arguendo idcirco, exinde
deducunt, quod, cum Civitati Tipherni con-
cessi fuerint cuncti *Proventus &c.*, *ordinarii*,
& extraordinarii, *certi*, *& incerti*, *ex crimi-
nibus*, *& delictis provenientes qualescumque
sint*, *& quocumque nomine nuncupentur*, quem-
admodum illi percipi possunt à Thesaurario,
seu quocumque Conductore, qui nomine Ca-
meræ caperet proventus, commoditates, &
fructus Jurisdictionis, sic etiam in nostra hy-
pothesi pertinere queant ad Civitatem, loco
Cameræ in Pontificio Brevi subrogatam.

At hujusce modi contrarii discursus vim eli-
dere facile nobis erit, si explicata prius natura,
13 & qualitate confiscationis, de qua agitur, eà
inspectâ, demonstremus, eandem nullo jure
applicari posse Civitati, deindeque id confir-
memus intuendo tum Juris, & Summi Ponti-
ficis mentem, tum etiam exponendo literam,
& tenorem Pontificii Brevis, tum denique in-
spiciendo qualitatem d. concessionis, ac rerum,
14 quæ sub illà continentur. Profectò, si primum
quæratur, rem aperit obvia distinctio duplicis
speciei confiscationis, quam agnoverunt *Docto-
res* apud *Guazzinum de confiscat. conclus. 2.*, ut
videlicet alia sit confiscatio ordinaria, quæ vel
à Jure communi ad normam *Authentica Bona
damnatorum Cod. de Bon. proscriptor.*, vel à
Lege municipali statuta est, & hæc fieri potest
à quocumque Judice, etiam inconsulto Princi-
pe, alia verò extraordinaria est, qualis dicitur
illa, quæ fit in casu à Jure non expresso, sed
contra, vel præter illud demandatur vigore
specialis alicujus Constitutionis, vel Edicti, à
Supremo Principe, Superiorem non recognoscente, promulgati, & hæc, nonnisi ipsi per-
missa est, *Guazzin. de confiscat. conclus. 12. nu-
mer. 29.*, *Massin. eodem pariter tractat. quæst. 33.
num. 34. & seqq.*, *Antunez. de Donation. dict.
cap. 22. num. 7. & seqq.*, pertinere quippe dici-
tur ad maximam illam Jurisdictionem, & Im-
15 perium, quod tam quàm Supremo Principi re-
servatum, in alium transferri nequit, ut egre-
giè monuerunt *Surd. dicto consf. 152. ex num. 20.*,
Menoch. d. consf. 604. ex num. 31.

Qua retenta distinctione, si ordinario jure
pœna confiscationis, nonnisi pro delictis læsæ
16 Majestatis Divinæ, vel humanæ sancita repe-
ritur in *d. Authentica Bona damnatorum Cod.
de Bon. proscriptor.*, & ibi *Angel. circa fin.*,
*Bartol. in leg. final. num. 4. ff. de Bon. eorum,
qui ant. sentent.*, *Clar. in §. final. quæst. 78. n. 1.*,
Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 5. tit. 1. n. 4., *Guaz-
zin. de confiscat. conclus. 13.*, *Massin. eodem tra-
ctat. quæst. 3. uterque num. 1.*, *Sabell. in summ.
tom. 1. §. Confiscatio num. 6.*, ssque ea non inclu-
dit delictum mandati ad occidendum Justitiæ
Ministrus dati, quamquam gravissimum, pro- 17
ut nec etiam horrendum parricidii crimen com-
prehendit, ad *Text. in leg. Parricidii ff. ad le-
gem Pompejam de Parricid.*, *Farinacc. consf. 186.
num. 31. lib. 3. & quæst. 120. nu. 16. & n. 18.*,
*Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 13. num. 3. &
cap. 15. num. 17.*, cum aliis, quos congerit *Bon-
fin. in Bannimen. general. tom. 1. cap. 24. n. 39.
& num. 56. & num. 109.* referens præclaram
illam *Justiniani* Imperatoris sententiam, quâ
temperando antiqui Juris rigorem, Triboniano
Quæstori Sacri Palatii *in Authent. de mandat.
Princip. cap. 17.* rescripsit = *oportet autem te,
& in hoc omnem ponere providentiam cum aliquis
dignus apparuerit pœna, illum quidem punire,
res autem ejus non contingere, sed sinere eas ge-
neri, & legi secundùm illum ordinem. Non
enim res sunt, quæ delinquunt, sed qui res pos-
sident, at illi reciprocant ordinem, eos quidem,
qui digni sunt pœnâ, dimittunt, illorum autem
auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex
fortè ad illorum vocavit successionem* =, & con-
sonat *Text. in §. Quoniam verò contingit, & §.
final. Authent. ut nulli Judicum*; Clarè idcir-
cò indè insurgere videtur, quod, cum confi-
scatio, de qua agitur, non jure quidem ordina-
rio statuta, sed indicta reperiatur ex alibi me- 18
morata Constitutione Sixti V., qui extra pœ-
nas à Jure communi impositas, confiscationem
Bonorum adversus eos promulgavit, qui Mini-
stros Justitiæ offenderent, & occiderent, nullo
propterea pacto emolumenta dictæ confiscatio-
nis applicari poterunt Civitati Tipherni, illa
enim, utpotè provenientia ex pœna, ipsius Su-
premi Principis speciali Edicto constituta, nun-
quam sub quavis generali concessione compre- 19
hensa, sed illius Fisco adjudicanda esse dixe-
runt *Antunez. de Donation. d. cap. 22. numer. 7.
& seq.*, *Massin. de confiscat. quæst. 43. num. 45.*,
ubi loquens de pœna confiscationis, præter Ju-
ris communis censuram imposita vigore Ponti-
ficiarum Constitutionum, relatis concordanti- 20
bus Doctoribus, & Sacræ Rotæ Decisionibus,
probat, illam Supremi Principis Fisco appli-
candam esse, Nec longè quærenda est optima
hujus rei ratio, quia ut dictum est in *§. Et
quamvis* Jus novâ, & extraordinariâ Lege impo-
nendi novas pœnas, novasque confiscationes 21
spectat ad Supremum Principem, qui illud ve-
luti supremam Jurisdictionem, merumque
Imperium maximum sibi reservasse censetur,
inde sequitur, quod fructus etiam istiusmodi
Jurisdictionis ad eundem pertinere debeant 22
tamquam reservati in quacumque concessione,
semper intelligenda de pœnis iis, quæ non ex
jure extraordinario, sed communi descendunt,
ut egregiè argumentatur *Surd. consf. 152. n. 28.
& seqq. & num. 32. & seqq.*, ubi *num. 33.* ait,
hoc casu Cessionarium in perceptione similium
emolumentorum subrogatum censeri minimè 23
posse

posse loco Fisci Supremi Principis, quia subro-
gatio intelligenda est respectu eorum dunta-
xat, quæ jure ordinario percipiuntur, at non
etiam respectu eorum, quæ ex speciali, & ex-
cellentiori Jure, ipsi Supremo Principi reserva-
to, proficiscuntur, reprobatque dictis locis *Bos-
sium*, & priùs dixerat *cons.53. num.13. & seq.*,
& Surdum sequitur *Menoch. dicto consil. 604.
num.31. & seqq.*, *& num. 40. & plurib. seqq.*

Crescitque vis, ac efficacia nostri discursus,
eâ sub animadversione, quod si versaremur in
terminis ordinariæ confiscationis, nullo certè
24 jure D. Marchionis Monaldi Bona Fisco appli-
cari poterant, quia subjecta reperiebantur ar-
ctissimo fideicommisso ordinato cum pæna
privationis in casu delicti, dato Delinquentibus
Substituto, quo sanè casu illius Bona non ad Fi-
scum, sed ad Substitutum deferebantur mini-
sterio Legis exequentis voluntatem Testatoris,
Vermigliol. cons.51. num.1. & seq., *& cons.53.
num. pariter 1. & seq. cons.57. ex num.1.*, *con-
sil.86. num.3. cum duob. seqq.*, *Molin. de Pri-
mogen. Hispan. lib.2. cap.12. num.56.*, *& lib.4.
cap.11. numer.16.*, *Fusar. de substit. quæst.129.
nu.4.*, *Lagunez. de fructib. part.2. cap.4. n.122.
& seq.*, *Farinacc. quæst.25. num.22. cum pluri-
bus seqq.*, *Carena de Inquisit. part.2. tit.1. n.155.
& seq.*, *Guazzin. de Confiscat. conclus. 13. li-
mitat.17. n.2.*, *Card. de Luca de regal. disc.160.
num.8.*, *Bonfin. ad Bannimeut. General. tom.1.
cap.45. num. 150. & seq.*, *Mastrill. decis. 181.
num.1.*, *Rota decis.627. numer.7. part.4. tom.3.
rec.*, cum aliis congestis apud *Sabell. in Summ.
tom.1. §. Confiscatio numer.16.*, *& tom.2. §. Fi-
deicommissum num.19.*, quod cum aliter conti-
gerit, en ergò, quod natura ipsa præsentis con-
25 fiscationis præsefert, illam extraordinario cer-
tè jure indictam dicendam esse à Sixto V., qui
adversus eos, qui justitiæ Ministros offenderent,
& occiderent, nedùm constituit pænam con-
fiscationis, à Jure communi minimè imposi-
tam, sed derogando cuicumque fideicommis-
26 so, decrevit, quod durante vita naturali Delin-
quentis, tametsi in contumaciam damnati,
fructus Bonorum hujusmodi fideicommissis
subjectorum Fisco applicentur, & in dictæ Ca-
meræ usum convertantur, ut in §.8. dictæ Bul-
læ sancitum reperitur verbis illis = *ut fructus
Bonorum hujusmodi fideicommissis subjectorum
durante vita naturali Delinquentis, etiam in con-
tumaciam in prædictis causis condemnati, Fisco
applicentur, & in d. Cameræ usum convertantur,
proprietatesque dd. Bonorum quandiù ipse Delin-
quens naturaliter vixerit, per Fiscum, & Came-
ram hujusmodi possideantur, & detineantur* =,
quibus ex verbis aliud elicitur validissimum
argumentum, quo, ut dictum est in *§. præce-
denti*, evincitur pænam confiscationis, de qua
agitur, spectare omninò debere ad Rev: Came-
ram, ejusque Fiscum, nam dum illa indicta est
extraordinario jure, imò eadem jure illo, quo
constituta reperitur, applicatur Fisco, nullo
27 sanè colore Tipherni Civitas pænam hanc, vi-
gore d. Constitutionis à Delinquente incursam
fuisse dicens, illam sibi asserere, ac applicare
poterit, quippe eam agnoscere debet cum sua
qualitate, applicationis videlicet nominatim
factæ Fisco Supremi Principis, *Surd. d. con-
sil.152. num.18. & seq.*, *& num.34. vers. tertiò
respondetur*.

Hujusque inter ordinariam, & extraordina-
riam confiscationem distinctionis ope, occurri
etiam posse videtur illi Partis adversæ objectio-
ni, quà dicitur, quod vel non agatur de con-
fiscatione extraordinaria, sed ordinaria, eò
quod D. Marchio Monaldus ob mandatum Si-
cariis ab ipso datum ad occidendum Baroncel-
lum Citernæ, immane assassinii facinus com-
misisse censendus sit, proptereàque præter mor- 28
tis naturalis pænam, incurrerit etiam illam
proscriptionis Bonorum ab *Innocentio IV.* in
Concilio Generali Lugdunensi constitutam ad-
versus horrendi hujus criminis Reos, ut in *ca-
pit.1. de homicid. in 6.*, vel quod tametsi versa-
remur in pœna confiscationis, extraordinario Ju-
re imposita; nihilominùs cum in sæpe recitatis
verbis Brevis Sixti IV. Civitati Tipherni cessi
reperiantur omnes pænarum *Proventus ordina-
rii, & extraordinarii*, hoc idcircò sub nomine
comprehensæ æquè censeantur pænæ tum or-
dinariæ tum extraordinariæ confiscationis.
Neutra enim istiusmodi objectionis pars sub-
sistit.

Si enim de prima res sit, nullo certè jure as-
seri potest, D. Marchionem assassinii facinus
patrasse, quoniam, ut tantum crimen commis-
sum dici queat, tria requiruntur; primò vide-
licet mandatum ad occidendum Christianum; 29
secundò datio, vel promissio pecuniæ, aût al-
teriùs rei facta à Mandante; tertiò acceptatio
Mandatarij cum ejusdem mandati executione,
ut latè apud *Conciol. resol. crimin. in verb. As-
sassinium resol. 1. per tot.*, *& resol. 4. utrobique
num. 2.*, *Bonfin. ad Bannimen. General. tom. 2.
cap. 77. num. 12.*, *& num. 56.*, ubi aliis relatis,
tradit, ad essentiam istius delicti adeò requiri,
quod interveniat pactio, & conventio inter
Mandantem, & Mandatarium de danda, & re-
spectivè accipienda pecunia, ut in hac qualita-
te tota istius criminis malitia consistat, quæ si
deest, veluti deficiente requisito substantiali, de- 30
lictum resolvitur in simplex mandatum; Quam-
obrem cum ex Sententia contumaciali edita
contra D. Marchionem Monaldum, & relata
in *Sum.* contrarii Restrictus, de hac substantia-
li qualitate non constet, sed idem condemna-
tus reperiatur ob solum, & simplex mandatum
datum ad occidendum, assassinii reatum con-
traxisse dici nequit, etiamsi alioquin probaretur,
Mandatarium spe lucri, & præmii delictum
commisisse, *Conciol. d. resol. 1. numer. 3.*,
& seqq.

Verùm prætereà, quando etiam ageretur de 31
assassinij scelere, non proptereà confiscatio, de
qua agitur, ordinaria, & ex dispositione Juris
communis facta dici posset, nam, licèt in *dicto
cap. 1. de homicid.* sancitum fuerit, quod tanti
delicti Reus *sit etiam cum suis Bonis mundanis
omni-*

32 *omnibus tamquàm Christianæ Religionis Æmu-*
lus à toto Christiano Populo perpetuò diffidatus ;
talis tamen diffidatio efficit quidem,quod De-
linquentes , tamquàm effecti publici hostes,
veluti jure Belli , impunè à quocumque inter-
fici , eorumque Bona occupari possint , ex *Ci-*
cerone enim *3.Officiorum* benè ait *Hug. Grot.de*
33 *Jur.Bell., & Pac.lib.3.cap.5. §.1., non esse con-*
tra naturam spoliare eum , quem honestum est
necare ; at nunquam certè efficiet , quod occu-
patio ista Bonorum censeri valeat jure veræ, ac
propriæ confiscationis , quoniam, si illa, ex de-
34 scriptione *Guazzini de confiscat. conclus. 1.*, est
applicatio Bonorum Delinquentis Fisco facta ,
ideoque nedum prohibet Bona jure legitimæ
confiscationis Fisco applicata, seu applicanda
irrevocabiliter ab alijs occupari , sed excludit
etiam legitimos Successores , quo ergò colore ,
aut qua justa ratione sustineri poterit, diffida-
tionem Bonorum sancitam in *dicto cap.1.*, cen-
sendam esse jure veræ , ac ordinariæ confisca-
tionis , quando ut adnotat *Farinac. quæst.123.*
inspect. 1. num. 9., ob occupationem Bonorum
illius vigore permissam omnibus , & præsertim
iis , ad quos temporalis successio spectat, silent
35 prorsùs Jura Fisci , qui non nisi per talium Bo-
norum præoccupationem illos excludere pos-
set . Pro sustinenda itaque confiscatione , de
qua agitur , recurrendum est ad dictam Consti-
tutionem san. mem.Sixti V. , extraordinario ,
ac speciali Jure illam sancientis etiam in casu ,
quo Bona obnoxia reperiantur fideicommissis ,
ad quæ , deficiente tali Constitutione , exten-
di certe non posset dispositio *dicti cap.1.* quan-
do etiam per illud indicta dici posset vera , ac
propria pœna confiscationis Bonorum , quia, ut
prænotavimus ex *Farinaccio* loco mox citato ,
talia Bona præoccupari præsertim possent ab
illis ; ad quos temporalis successio spectat .

Nec idcircò , juxtà alteram contrariæ obje-
ctionis partem , dictæ extraordinariæ confisca-
tionis emolumenta à Summo Pontifice cessa
36 dici poterunt Civitati Tipherni , eo sub obten-
tu , quod eidem concessi fuerint Proventus *or-*
dinarii , & extraordinarii , quia verba hæc ut-
pote minime extendenda ad ea , quæ regulari-
ter Tertio communicari minimè consueverunt,
Butr.cons. 19.numer.9. , Rot. coram Coccino de-
cis. 269. n.3.,in rec.decis.8.part.8.,& decis.100.
sub.num.14.part.11. , congruè intelligi possunt
de emolumentis pœnarum , quæ ordinario ju-
37 re imponuntur , at non etiam de proventibus,
qui percipiuntur ex confiscatione extraordina-
ria , cujus emolumenta,ut ex *Surdo Menochio,*
aliisque probatum est in *§. Quà retentà*, reser-
vata semper censentur Supremo Principi, cu-
jus sola suprema potestate talis pœna imponi
potest . Quæ interpretatio eò libentiùs reci-
pienda videtur in casu nostro , quia non adver-
satur literali sensui verborum præfati Brevis
Sixti IV., in quo Summus Pontifex generali-
bus verbis locutus , nullibi tamen unquam no-
minavit *confiscationem*,neque de ea mentionem
fecit,sed Communitati cessit *proventus* solum-
modò *ordinarios , & extraordinarios* , quo sub
nomine si necessariò non veniunt emolumenta 38
confiscationis etiam ordinariæ , sed juxtà eo-
rumdem verborum legalem sensum sub illis
comprehensæ censeri possunt mulctæ dumtaxat
pecuniariæ , & compositiones , quæ sunt pro-
ventus maleficiorum , à confiscatione pœnitus
separati , ùt ex *Baldo in leg.fin. ff.de Offic.Præ-* 39
fect.Vigil.,Boss.tract. crimin.tit. quomodo proce-
datur per præceptum sub.num.11., & tit. de pu-
blicatione Bonorum sub num. 53. quem refert ,
& sequitur *Scacc.de Judic.lib.1.cap.58.nu.19.*,
benè probatur in allegatione D. Mei Procura-
toris Fiscalis , id confirmantis observantiâ ,
duorum seculorum metam excedente ; Ut eti-
am , si commode accipi possunt de pœnis illis,
quæ temperato Juris rigore , pœnàque ordina-
riâ mollitâ , prudenti Judicis arbitrio extraor-
dinariè imponuntur, evidens indè , & apertum
sit , quod sub similium verborum involucro
comprehensa censeri nequibunt emolumenta 40
illarum pœnarum , quæ tamquam Supremo
Principi expresse reservata , specialem procul
dubio mentionem requirebant , ut Communi-
tati concessæ intelligi possent ex certa illa Juris
regula , quà admonemur, sub ambiguitate ver-
borum generalium alicujus concessionis nun-
quam comprehensa censeri illa , quæ speciali
notâ digna sunt, & ex peculiari aliquo, & emi-
nentiori Jure,ac titulo pertinent ad Conceden- 41
tem , & regulariter Tertio communicari non
consueverunt , ut in nostra specie argumentan-
tur *Surdus , & Menochius* locis superius alle-
gatis , & generaliter inducitur ex *Textu in*
leg.Scio §. Medico , ubi , *Bartol. in princ. ff.de*
annu. legat.,Rimináld.Jun.cons.481.numer.81.,
Cravet. cons. 387.sub.numer.13. , Tamburin. de
Jur.Abbat.tit.1.disput.15.quæst.18. num. 34. ,
& seqq., Cyriac. contr. 219.à num. 16.ad plures
seqq. , & contr. 310. num.76., Rot.coram Cava-
ler. decis.247.num.10.in rec.decis. 214. num.5.
part. 2., decis. 40.numer.9.part.4.tom.2., & de-
cis.100.n.14.part.11.

At cur his utimur argumentis, quasi res du-
bia sit , & obscura,quando proventus similium
confiscationum in cessione facta Communita-
ti , comprehensos minimè fuisse, evidens ex eo
redditur , quod nempè ut probatum est in *d.*
§. Quà retentà & seq., tempore d.cessionis pro
similibus delictis de jure communi constituta
minime reperiretur pœna confiscationis Bono-
rum & præsertim illorum , quæ obnoxia repe-
riebantur arctissimo fideicommisso cum pri-
vatione à Testatore contra Delinquentem in-
dicta favore ulteriorum Substitutorum , in hoc
casu vocatorum , dictaque pœna , nonnisi post
lapsum unius seculi, & ultra extraordinario ju- 42
re imposita fuit à Sixto V.,proindeque, si quæ-
vis concessio regulariter referri nequit , nisi ad
ea , quæ tempore , quo illa celebrata fuit,erant
de jure permissa; potiori sanè jure id locum si-
bi vindicabit in casu nostro , in quo ut propo-
sui *§. At hujusmodi* , intelligentia isthæc sua-
detur ex mente Juris , confirmatur ex litera ,
ac

ac tenore Pontificij Brevis, & denique coadiu-
vatur ex teoore concessionis, & rerum, quæ
sub illa continentur.

Et sanè, si spectemus mentem Juris, ambi-
43 gi oequit, quin similes concessiones restrin-
gendæ semper sint ad res, & Jura, quæ tempo-
re dispositionis vigebant, rejectà quavis ex-
tensione ad futura, & quæ de novo superveoe-
ruut post concessionem, vel dispositionem, ut
probatur argumento ducto ex optimo *Textu*
44 *in leg. 77. ff. de contraben. empt.*, quo dis-
ponitur, quod Vendens fundum si excepe-
rit lapidicioas, ubicumque essent, talis exceptio
intelligitur de illis, quæ tùnc erant in actu, &
de præsenti, non de illis, quæ erant in habitu,
& de futuro, ut enim ex dicto *Textu* inferunt
45 *Bartol., Baldus, aliique* communitèr, paria
sunt non esse, & non apparere, & tradunt *Co-
varuv. practicar. quæstion. cap. 1. num. 10., Lar-
rea allegat. fiscal. 30. per tot. num. 6.* hæc habens
*nàm in quacumque concessione, vel dispositione
Jurium solùm comprehenduntur quæ erant tem-
pore dispositionis, non futura, nec quæ superve-
nerunt post concessionem, vel dispositionem, ex
dictis Juribus &c. =, allegat. 50. nu. 29. in fin.*, &
melius *alleg. 89. ex num. 4. & per tot*, ubi *n. 6.*
ducto argumento à *Textu in leg. Rutilia Polla
69., & leg. 77. ff. de contraben. empt.* ità ait = *Se-
cundo quia generaliter idem obtinet in quibus-
cumque concessionibus, & dispositionibus, nam
nis regulariter solùm continentur Jura, quæ fue-
rant tempore dispositionis, non futura, & quæ
de novo superveniunt post concessionem, vel dis-
positionem d. leg. Rutilia &c.*, & refert *Jaso-
nem in leg. Si ex toto à num. 7. ff. de legat. 1.*, qui
num. 12. in fin. statuit *banc opinionem pro veri-
tate tenere, & magis communem videri*, & *n. 8.*
postquàm ex firmatis superioribus locis ait, con-
cessiones Principum, etiamsi recipiant latam in-
46 rerpretationem, non extendi, nisi ad jura, quæ
competebant tempore concessionis, subdit, quod
id *multò fortiùs locum obtinebit in concessione
Regalium, nam quamvis Princeps generaliter,
& verbis universalibus concedat alicui omnia Re-
galia, sibi cohærentia, solùm continentur quæ
solita erant exerceri tempore concessionis, & non
comprehenduntur de novo inventa*; certius, ut
idem prosequitur *numer. 9., quando futurum est
ejus qualitatis, quod à Concedente prævideri non
potuit* = prout certè à Sixto IV. prævideri oequi-
bat oova hæc confiscationis pœna, post lapsum
unius sæculi à Sixto V. extraordinario jure im-
ponenda, & *Larream* sequitur *Faiard. allegat.
fiscal. part. 1. allegat. 13. num. 32.*, ubi in fine
de dicta *allegatione 89.* hæc habet = *Augmen-
tum rei datæ non videri à Principe concessum
eò quod in concessionibus solùm quæ ejus tempore
erant, veniant; qui omninò*, Larrea nempè, *est
videndus cùm omnia congerat, & transcribendi
necessitas excusetur* =.

Nec desunt argumenta, & exempla, quibus
assumptum confirmetur, atque exornetur, il-
lorumque primum petitur ex concessione offi-
47 ciorum, quæ quamvis indefinita sit, vel gene-
ralis, non comprehendit officia de novo crea-
ta, sed illa tantum, quæ fuerant tempore con-
cessionis, *Cabedo part. 2. decis. 22. per tot.* dicens
*num. 4. quod verba generalia posita in donationi-
bus, non comprehendunt nisi officia quædam iam
creata tempore donationis, & non de novo crea-
ta, leg. Rutilia Polla &c.* quæ verba refert *Lar-
rea allegat. 89. num. 4.*, idemque *num. 8.* ex *Re-
buffo in tractatu de Regia ad Prælaturas nomi-
natione §. 1. vers. quod si aliqua*, utitur argu-
mento ducto ex concessione facta Regibus Gal-
liæ vigore Concordatorum eum Sede Aposto-
lica præsentandi ad Prælaturas Suorum Regno-
rum, quam concessionem præfatus Author ait
non extendi ad Ecclesias de novo erectas; 48
Quamobrem cum in Blesensi Civitate regnan-
te Ludovico XIV. instituta fuisset nova Cathe-
dra Episcopalis, ope novi Indulti Regiam ad
illam oominationem adeptus fuit. Absimile
non est exemplum concessionis Decimarum,
nàm illis concessis in aliquo loco, concessio in-
telligitur de Decimis præsentibus, & quæ tùnc 49
percipiebantur, non autèm de novalibus, il-
lisque, quæ in futurum imponerentur, *De-
cian. respons. 2. nu. 25. & seqq. lib. 1., Riminald.
Jun. cons. 504. num. 19.* Alterum exemplum pe-
ti potest ex Immunitate alicui loco concessa,
quæ regularitèr non extenditur ad Gabellas, 50
post d. Immunitatis concessionem impositas,
*Fajard. allegat. fiscal. part. 1. allegat. 13. num. 32.
& num. 37.*, ubi notat, potiori Jure id proce-
dere respectu Regalium, quæ non extendun-
tur, sed restringuntur, nec trahuntur in conse- 51
quentiam, ut pariter docuit *Larrea allegat. 89.
numer. 8.* superiori §. allegat. Confert etiam
exemplum Privilegiorum, sub quibus regula-
riter non veniunt nisi ea, quæ tempore conces-
sionis, seu dati Privilegij vigebant, *Covaruv.
practicar. quæst. cap. 1. num. 10.*, optime *Camill.* 52
*de Curte in diversor. Jur. feud part. 1. cap. 19.
incipient Licet autem n. 35.*, rem confirmans
pluribus argumentis, & respondens contrariis,
*Roderic. quæst. regular. quæst. 51. art. 2. per tot.,
Barbos. in repertor. practic. conclus. Jur. Ca-
non., & Civil. lit. P. §. Privilegium concessum*,
ibi = *Privilegium concessum intelligitur in ijs,
quæ aderant tempore Privilegii concessi*, & pas-
sim apud alios. Et denique georaliter omnes
humanæ dispositiones, tametsi amplitudine
suà futura etiàm comprehendere posse videan-
tur; nihilo tamèn minus isthæc illarum ampli-
tudo non porrigetur, nisi ad ea jura futura, 53
quæ pendent à causa de præsenti, & jam præ-
existente, at non etiam ad illa, quæ oboriun-
tur ex causa omninò incerta, & prorsus de fu-
turo, videlicet ex nova, ac libera hominis
dispositione postmodùm superventura, nisi
apertis, & expressis verbis hæc quoque jura in
concessione nomioatim comprehensa reperian-
tur, *Passerin. in cap. Quamvis pactum num. 34.
de pact., Castrens. cons. 448. num. 5. lib. 1., Pa-
cian. cons. 132. num 82., Mans. cons. 247. num. 23.
& seqq., Rocca disput. Jur. select. cap. 55. nu. 20.,
Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 14. nu. 27.*,
clar.

clar.mem.,Card.de Luc. de Renunc.disc.1.n.26.,
de Legitim.disc.40.num.19.,Rota ad ornat.ejus-
dem Card.de Luc.de Legat. decis.20. num. 6., in
Romana Successionis 4. Februarii 1711. §.Mul-
toque minus in fin., & §.seq. coram bon. mem.
Molines ; præcipue quando versamur in con-
54 tractibus onerosis, atque correspectivis, ad
Text.in leg.non figura 38.ff.de obligat.& action.,
leg. Si ita stipulatus 26. ff. de verbor. obligat.,
Tiraquell.de retract.lignag.§.30.gloss.1.num.7.,
Rota decis. 415. num.4.part.1.

Et propius ad rem nostram accedendo, ea-
dem quoque Juris ratio locum obtinet in sub-
jecta materia concessionis pœnarum, & mul-
55 ctarum, sub quà nunquam comprehensæ cen-
sentur pœnæ illæ, quæ tempore concessionis
minimè vigentes, ex suprema potestate à Prin-
cipe sibi reservata, veluti quodam extraordina-
rio, Jure pro aliquibus delictis constituuntur,
præclare tradiderunt Surd. cons. 152., & Me-
noch. cons.604., quos solos allegare, & remis-
sive ad illos se habere satis esset, quia quæstio-
nem hanc ab altioribus Juris principiis repeten-
tes, ac solidissimis rationibus confirmantes,
enodant argumenta omnia, quæ in contrarium
afferri possent; verumtamen non pigebit pauca
quædam ex illis delibare, ut enim post Albe-
ric. in rubr. Codic. de usufruct. col. 2. egregiè
docuit Menoch. ex num.28., & præsertim n.34.
vers. quarto confirmantur & seq., In concessione
56 Feudi facta Vassallo, solùm includuntur ea, quæ
ex ipsa re, & Feudo proveniunt, non autem quæ
extra rem, sicuti post Innocent. in cap. Cum ad
Sedem &c. atque hæc pœna publicationis Bono-
rum non provenit ex ipsa re, & Feudo, sed ex
suprema potestate a Serenissimo Duce sibi reser-
vata cum ipse mandaverit, mandareque, (ut di-
ximus) potuerit ne sub hac pœna extraheretur
frumentum, ergò ad Cameram Ducalem non au-
tem ad Vassallos pertinet hæc pœna, & compro-
batur hæc argumentatio traditione egregia Al-
berici in rubrica Codic. de usufruct. col.1., cum
dixit, quod habenti usumfructum Feudi, & Ca-
stri debentur illæ pœnæ, & mulctæ, quæ operà,
& industriâ acquiruntur ex Castro, & Feudo,
57 sicque ex re, non autem quæ operà, & industriâ
Domini directi, ibique allegat Thesaurum de-
cis. 150., in qua cum ageretur de quadam
emenda, præter dispositionem Juris communis
vigore Decretorum Ducalium constituta contra
temerè appellantes, & quæreretur, an illa de-
beretur Vassallo, ad quem de jure spectant
emolumenta suæ Jurisdictionis, vel Supremo
Domino, qui hanc emendam novo jure insti-
tuerat, rem favore Domini concludit, plures
num. 5. afferens rationes, inter quas secundo
loco eam adducit, quod videlicet Vassallo illæ
pœnæ, & mulctæ debentur, quæ operâ, & indu-
striâ universali acquiruntur, non autem illæ,
quæ ex opera Domini directi, undè cum hæc emen-
da à Duce instituta sit, illi debebitur, & ita ar-
guit idem Alberic. = ; Menoch., ac Thesaur. re-
fert, & sequitur Pegas ad ordinat. Regn. Por-
tugall. tom. 9. lib. 2. ad rubric. tit. 28. Gloss.1.
fol. mihi 294. num.58. in fin., inquiens = & in
effectu ita docent Alberic. &c., Menoch. con-
sil.604. num.35., ubi latè probat à num.28., quod
licèt aliàs pœnæ sint Donatarii, tamen si ob spe-
ciale Principis mandatum incurratur, ad ipsum
Principem ob inobedientiam spectat =, latissimè
Surd. cons.152. ex num.15. per tot. rem exami-
nans, num. 24. ait = Quintò concessio feudi cum
pœnis, bannis, mulctis, & condemnationibus in-
telligi debet de his, quæ provenirent ex delictis 58
existentibus concessionis tempore: non autem de
delictis, quæ tunc non erant delicta, quia de his
Princeps concedens non censetur cogitasse, ut in
simili dicit Bald. consil.321. vol.3. ubi ait, quod
lex civilis prohibens, appellari à Sententia lata
in quocumque possessorio non includit possessorium
Cenonis reintegranda, quod non erat eo tempore 59
cognitum à lege civili, quia de eo non potuit co-
gitasse, & regulariter dispositio non includit fu-
tura, sed restringitur ad præsentia, præcipuè
quando est concepta per verba præsentis temporis,
& profertur ab homine, idemque n. 27. subdit =
Septimò in concessione Jurisdictionis meri, &
mixti Imperii, quæ fit Vassallis, includuntur ea
sola, quæ proveniunt ex ipsa re, non autem quæ
extra rem sunt, ut post Innocent &c. hujusmodi
autem pœnæ impositæ in nova lege Principis non
proveniunt ex Castro concesso, neque Jurisdi-
ctione concessa, sed descendunt ex suprema pote-
state Principis, & à superioritate reservata =,
& latissimè rem prosequendo numeris seqq. pro-
bat, quod hæc suprema potestas in concessio-
ne qualibet Supremo Principi semper reserva-
ta, tanti valet, ut efficiat, quod, si idem utens
jure suo, novam pœnam pro aliquo delicto im- 60
ponere, vel aggravare, & de non delicto ali-
quid facere delictum constituerit, Cessionario,
sive Donatario, aut Investito præjudicium
nullum irrogasse censeatur num.36. reprobando
Bossium, aliosque, quippè illi similes conces-
siones adeò semper cumulativè factæ intelli-
guntur, Alphons. dell'Aquila ad Roxas de in-
compatibilit. majorat. part.7. cap.2. num.10. &
seqq. fol. mihi 483., ut etiamsi extraordinariæ
istæ, ac novæ confiscationum pœnæ Vassallo
concessæ censeri possent, Dominus illum præ- 61
venire valeret, idem Surd. cons.152. num.17.,
Menoch. cons.604. num.36., non omittendo hic
obitèr adnotare, mox allegatos Doctores loqui
non de mero Cessionario, cui emolumento-
rum, & fructuum Jurisdictionis simplex usus
concessus fuerit, qualis ad sensum DD. exad-
verso Scribentium reputanda est Tipherni Ci-
vitas, sed quæstionem hanc agunt in longè
difficiliori casu, Vassalli nempè, ac Feudatarii,
in quem cum universitate rerum, ac Jurium lo-
rium loco inhærentium, Jurisdictio, ac me-
rum, mixtumque imperium translatum repe-
ritur.

Profectò inspectâ solâ Juris dispositione, sa-
tis demonstratum dici posse videretur, in con-
cessione, de qua agitur, comprehensam nullo
pacto dici posse præsentem confiscationem,
non solùm extraordinario Jure inductam, at-
quæ

que extensam ad Bona etiam fideicommissaria,
62 illi de Jure communi minimè subjecta, sed,
sancitam Constitutione, centum, & ultra post
annos editam; Verùm enim verò, si quum in
verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti
voluntatis quæstio, ex omnium ore trita sen-
tentia *Pauli in Leg. Ille, aut ille ff. de legat.3.*,
præfatus Summus Pontifex, nè ullus dubitatio-
nibus, aut subtilioribus verborum interpreta-
tionibus locus relinqueretur sub colore ampli-
tudinis verborum, quibus dicta concessio ex-
tendi attentaretur ad Jura etiam, & proventus
futuros, non quidem ex ulla jam præexistente,
sed nova prorsùs, & futura causa proficiscentes,
illis alibi relatis, & hìc non abs re repetendis
verbis statuit, atque ordinavit, quod *de cete-
ro perpetuis futuris temporibus nullus inibi de-
putetur Thesaurarius, ac tàm salariæ, quàm
omnes, & singuli alii proventus Civitatis prædi-
ctæ, & illius Communitatis ordinarii, & extra-
ordinarii certi, & incerti, ex criminibus, &
delictis provenientes pro tempore, qualescumque
sint, & quocunque nomine nuncupentur, qui
hactenùs nomine Cameræ præfatæ, aut per haben-
tes titulum, curam, & causam, ab eodem percipi
consueverunt, ad Communitatem prædictam inte-
graliter pertineant*. Cum itaque, ut admo-
nent *Decian. d. respons. 22. num. 34.*, & *Hyp-
polit. Riminal. cons. 504. num. 13. §. 4.*, diligen-
63 ter inspicienda sint verba concessionis, & ut in-
nuebamus *§. Et quamvis reverà*, Summus Pon-
tifex Civitati Tipherni non concesserit univer-
salitatem aliquam rerum, & Jurium, suàpte
naturà augmentum, & diminutionem recipe-
re valentem, sed, ut prænotavimus *§. Nec
idcircò*, illi solummodò cesserit proventus,
qui inibi à Rev. Camera exigebantur, dicen-
dum sanè est, quod sub dicta concessione,
quantumvis amplà, minimè comprehendantur
64 illi, qui tunc à Rev: Camera cedente non per-
cipiebantur, sed post longissimi temporis cur-
ricula ex nova penitùs causa, & Iure percipi
consueverunt, ut distinguendo tradunt *Decian.
d. respons. 22. num. 36. & seqq. lib. 1.*, eumque
sequitur *Hyppolit. Riminald. d. cons. 504. nu-
mer. 19.*, loquens his verbis = *Sextò ne desit in
terminis decisio de decima novalium, adduco
eundem Decian. in allegat. respons. 22. num. 36.
volum. 1. eo loco non animadversum, ubi casum
nostrum decidit, dicit enim distinguendo, quod
non conceditur decima in tali Villa, debet intel-
ligi de præsenti decima, tunc scilicet jam impo-
sita, sed cum dictum est, & Jus decimandi,
tunc respicit non tantum Jus quoad decimas,
quæ de præsenti percipiuntur, sed etiam quoad
alias, quæ in futurum imponuntur, sicut aliud
est concedere fructus alicujus fundi, aliud con-
cedere Jus fruendi. Cum enim conceduntur fru-
ctus, intelliguntur, qui de præsenti percipi pos-
sunt, tamquam corporale quoddam, sed dum con-
ceditur Jus fruendi, intelliguntur non modò de
fructibus, qui eo tempore percipi solent, sed
etiam de quibuscumque fructibus, qui in futurum
quoquo modo percipi poterunt, & sic censetur
concessum quoddam Jus incorporale, & univer-
sale, quod potest in futurum recipere augmen-
tum, & diminutionem, sicut omnia alia Jura
universalia, leg. necessaria &c.*, proptereà *De-
cianus infert, quod cum concessa fuisset tota De-
cima Terrarum Villa Figaroli, intelligi debebat
tota illa decima concessa, quæ tunc temporis,
quando facta fuit concessio, exigebatur, sed quan-
do postea concessum fuit Jus decimandi: tunc in-
telligitur concessa facultas, potestas etiam alias
Decimas percipiendi, quam eas, quæ tunc perci-
piebantur si aliquæ Terræ apparebant deciman-
dæ* = *Camill. de Curte in suo diversor. Jur. feu-
dal. part. 1. cap. 19. incipiens licet autem nu. 35.
fol. 87. à terg.*, *Reverter. decis. 342.*, ubi loquens
de concessione functionum fiscalium facta Ba-
roni ait, quod quando illa absque verbis de
futuro facta est eis verbis = *Concedo N. N. fun-
ctiones fiscales in tali Terra*, tamquam concepta
per verba, præsens tempus denotantia, efficere
videatur, *quod sit certa, & specialis, ac si quan- 65
titas esset expressa*, proptereaque porrigi non
possit ad futurum illarum augmentum prove-
niens ex nova causa; Idque etiam docuit *Ro-
vit. super pragmatic. 1. de Jurib., & exactionib.
fiscal. fol. mihi 385.*, ubi sub *numer. 58.*, licèt
acriùs impugnet *Reverterii decisionem*, nihilo-
minùs sequendo *Decianum*, illi assentitur in ca-
su ab eodem figurato dicens = *Sed ut ejus au-
ctoritati, quantò minùs fieri potest detrahatur,
dico, quod dictum Regentis Reverterii potest es-
se verum in casu suo juxta exemplum ab ipso po-
situm, ut puta si concessio esset facta per hæc ver-
ba= concedo Titio functiones fiscales, quas Regia
Curia habet in talibus Terris = secus autem
quando concessio est facta=concedo Titio Jus fun-
ctionum fiscalium, seu Focalariorum, & salis in
talibus Terris= prout in casu nostro, magna enim
differentia inter unam formam concessionis, &
aliam, prout pulchrè advertit Decian. cons. 22.
num. 34. volum. 1., qui ait esse consideranda ver-
ba Investituræ, quæ in casu suo talia erant =
Item tota decima, & Jus decimandi fructus Ter-
rarum Villæ Figaroli &c. =, & ponderat ipse,
quod non simpliciter dictum est, concedi totam
decimam, sed additum fuit etiam Jus decimandi*,
subditque verba *Deciani* allegando etiam *Ri-
minald. Jun. d. consil. 504.* dictamque *Deciani*
distinctionem sequitur etiam *Faber. de Anna
cons. 61. num. 56.*, qui summoperè laudatus à
Rovito sub num. 62., latè scripserat, sub con-
cessione Juris functionum fiscalium tamquam
capacis augmenti, & diminutionis, venire
etiam futura illarum augmenta.

Quæ sanè augmenta, novæque accessiones
si in istiusmodi concessionibus comprehensæ
nunquam censentur, tametsi nulla in figura
verborum taxativa adposita reperiatur: quan-
to potiori jure id locum obtinebit in nostro ca-
su, in quo Summus Pontifex Jus nullum cor-
porale, & universale concedens, elargitur so-
lummodò proventus, *qui hactenùs nostræ Ca-
meræ præfatæ, aut per habentes titulum, curam,
& causam ab eadem percipi consueverunt*, hoc

66 namque caſu, tamquam corporale quoddam,
conceſſi cenſentur proventus ſolummodo illi,
qui de præſenti percipiebantur, & ad quos re-
ſtringitur tota oratio, præſertim quia qualinca-
ta legitur dictione illa *hactenùs*, taxative deſi-
gnante tempus præteritum, *Barboſ. de diction.*
uſufreq. dict. 131., & bene ad rem noſtram,
*Rovit. loco ſuperiùs citat. num.*58., ubi æquipa-
67 rat conceſſionem, reſtrictam ad certam deter-
minatam ſummam, illi, quæ facta eſt cum ſi-
mili dictione taxativa *hactenùs*, ibi = *Decipitur*
in facto, quia ut notatum eſt in nota facti, Re-
gia Camera nunquam fecit declarationes in bene-
ficium Regiæ Curiæ, niſi in conceſſionibus re-
ſtrictis ad certam ſummam, vel cum dictione ta-
xativa hactenùs =, idemque repetit ſub *num.*61.
verſ. è contra, ibi = *E' contra verò in illis con-*
ceſſionibus factis ſub limitatâ, & taxatâ formâ,
aut quia adeſt dictio = *hactenùs* =, *videlicet cum*
functionibus hactenùs impoſitis, & debitis, aut
quia erat taxata certa ſumma annui reditus ſu-
per functionibus fiſcalibus, videlicet annui du-
cati mille ſuper functionibus fiſcalibus illius
Terræ, ſemper fuit judicatum, augmentum ſpe-
ctare ad Regiam Curiam =, ſubditque concor-
68 dantia Judicata Regiæ Cameræ; Et recte qui-
dem quia verba illa, *qui hactenùs &c. percipi*
conſueverunt in noſtra hypotheſi nonniſi con-
ditionaliter, hoc eſt *quatenùs ſit conſuetum*,
non autem cauſative, ſcilicet *quia conſuetum*
eſt, accipi poſſunt, tempore enim promulga-
tionis dicti Brevis cum nondum introducta
eſſet ſpecies iſta extraordinariæ confiſcationis,
de ea [ut ſenſui patet] dici non poterat, quod
Reverenda Camera, aut ejuſdem nomine
Theſaurarius localis illam percipere conſue-
viſſet, propterea que talia verba porrigi ne-
queunt ad futura, ſed utpotè conditionaliter
adpoſita, intelligenda ſunt de illis dumtaxat
proventibus, qui tempore conceſſionis à Reve-
renda Camera ejuſque Theſaurario percipi con-
ſueviſſe probarentur, *Fagnan. in cap. cum ad*
*Eccleſiarum num.*28. *de offic. ordin.*, *Rota coram*
*Coccin. dec.*448. *num.*11., *coram bon. me. Eme-*
*rix. Junior. dec.*528. *num.*12., ubi dicitur, quod
conſtito de contrario, actus reſolvitur, *in Rec.*
dec. 69. *num.*23. *& ſeq. part.*19.
Quæ cum ità ſint, fruſtrà Defenſores Civi-
tatis comprehenſionem hanc inducere cona-
bantur ex generalitate verborum, quibus con-
69 cepta eſt ceſſio proventuum, à Summo Ponti-
fice illi facta, quia, ſi ex authoritatibus allega-
tis in *§. Profectò inſpectâ*, dictio illa *tota* licèt po-
tentior, comprehenſionem iſtam inducere non
valet, multò minùs illam efficient verba ge-
neralia, quamobrem, ut benè loquitur *Lar-*
*rea dicta allegat.*89. *num.*7., *& ſi verbis univer-*
ſalibus diſpoſitio, vel conceſſio fiat, ſi non adjici-
tur de tempore futuro, conceſſio ſolùm compre-
hendit res exiſtentes tempore diſpoſitionis, non
extenditur, vel porrigitur ad futura, ſubdens,
ut notavimus *§. Et ſanè ſi ſpectemus*, idem Juris
eſſe in conceſſionibus Principum; idque potio-
ri Jure procedet, quando, ut in caſu noſtro,
generalitas verborum non ſolùm reſtringitur
ratione ſubjectæ materiæ, ut ſcilicet compre-
hendant illa ſolummodò, quæ proveniunt ex
Juriſdictione, & Imperio, quod exercetur ab
ipſo Vaſſallo, non autem ex facto, & perſona
Principis concedentis, *Menoch. conſ.*604. *n.*49., 70
& prius dixerat *num.*39. *verſ. ſecundus eſt caſus*
& ſeqq. verùm prætereà quando concurrunt
verba, & clauſulæ taxativæ, ſive relativæ ad
jura ſolummodò de præſenti competentia, illæ
enim veluti ſpeciales reſtringunt ſignificatum
verborum præcedentium univerſalium, *Hippo-*
*lit. Riminald. d. conſ.*504. *num.*7., *& ſub n.*13.
verſ. quartò ponderanda, & probant *Doctores in*
præcedenti §. allegati.
Eo autem firmiùs veriſſimis hiſce regulis,
ac Doctorum traditionibus inhærendum erit,
ſi, juxta poſtremam aſſumpti noſtri partem
propoſitam in *§. At hujuſcemodi*, inſpiciamus
naturam dictæ conceſſionis, ac qualitatem ju-
rium, rerumque ſub illâ comprehenſarum,
Summus namque Pontifex dd. proventuum
ceſſionem fecit Civitati Tipherni non per viam
alicujus liberalis, aut privilegiariæ conceſſio-
nis, quæ juſto aliquo colore latam adverſus
Concedentem admittere poſſet interpretatio-
nem, ſed ad illam devenit per viam contra-
ctus correſpectivi, in quo æſtimato tum valo-
re, ac quantitate proventuum qui hactenùs
per Rev: Cam: percipi conſueverant, tum etiam
oneribus, quæ ſuſcipere, ac annuâ præſtatio- 71
ne, quam Civitas ſeſe ſoluturam pollicebatur,
eiſdemque invicem collatis, juſtâque æſtima-
tione æquiparatis, celebrata fuit talis ceſſio,
ſub qua proindè comprehenſa cenſeri nequibant
Jura futura, quippè in contractibus nihil aliud
in ſtipulationem deductum cenſetur, quàm
quod præſenti die debetur, ut reſpondit *Paul.*
in leg. cum ſtipulamur 125. *ff. de verbor. obligat.*,
& tamquam ſtrictè interpretandi, nonniſi de 72
præſentibus intelligi poſſunt, *Hippolit. Rimi-*
*nald. conſil*504. *num.* 9. *& ſeqq.*, *Fab. de Ann.*
conſ. 61. *num.* 55., ubi diſtinguit contractus à
privilegiis, & conceſſionibus, largiùs inter-
pretandis; præſertim verò quando, ut ex *Sur-*
do, & Menochio notatum eſt *§.*6. *in fine*, non
agitur de fructibus, & acceſſionibus provenien-
tibus ex ordinaria Juriſdictione, ſed eædem no-
vo, & extraordinario jure inductæ fuerunt, 73
tunc enim veluti acceſſiones imperii, & domi-
nii, ſoli Supremo Principi reſervati, eſſe opor-
tet ejus qualitatis, cujus eſt cauſa, id enim quod
includit principale, includit etiam acceſſorium,
& præterea non verſamur in materia favorabi-
li, ſed valdè præjudiciali, qualis eſt alienatio 74
proventuum fiſcalium, qui conſtituere dicun-
tur Supremi Principis patrimonium, quibus pu-
blica Principatus onera ſuſtinentur, & ſi alie-
nentur, Subditi gravantur, ex quo neceſſita-
tibus ſupervenientibus nova imponuntur onera, 75
ut loquitur *Reverter. d. dec.*342. *col.*2. *ad med.*,
inquiens, quod id multum *conſiderant Bartol.*,
& alii in leg. ſi ita, dum dixerunt futura nun-
quam venire, dum in præjudicialibus verſamur;
Et

Et fanè, si stricta hæc interpretatio in quocum-
que Privatorum contractu facienda præcipitur,
potiori certè jure admittenda erit in contracti-
bus, ex quibus publicum Ærarium detrimen-
76 tum aliquod capere possit, cujus incolumitati
Jura nostra tanto studio consuluerunt, ut illud
minorum jure uti sanxerint Imperatores Dio-
cletianus, & Maximianus *in leg. Respublicu* 4.
Cod. quib. ex cauf. major., *ut pupillum extru
ordinem juvari* rescripserit Imperator Alexand.
in leg.3.Cod.de Jur. Reipublic., *Gloss. in leg.1.
verb.flagitare Cod.de offic.ejus qui vicem alicujus*
77 *Judic.*, imò verò magis, quàm Pupillum, pri-
vilegiatum dixerunt *Bartol. in leg. 1. §. Sed
ad illos ff. de fals.*, *Franc. Lucan. de Fisco, &
ejus Privileg. part.1. princip. cas.81. inter tract.
magn. tom.12. fol.8. à tergo*, *Peregrin. de Jur.
Fisc. lib.6. tit. 2. num. 8.*, & Ecclesiæ æquipa-
randum esse sancitur in *leg. Rempublicum Cod.
de Jur. Fisci*, *Gloss. in capit. 3. verb. Ecclesia
fungatur de restit. in integr.*, *Cels. Hug. con-
sil. 48. num. 5.*, *Cassan. super consuetud. Bur-
gund. rubr.6. §. 4. vers. sed quia num.14.*, *Ro-
dhoan. de reb. Eccles. non alienand. tit. 21. sub
num. fin.*, & quod denique locupletatum repe-
rimus gratiis, favoribus, privilegiisque univer-
78 sis, à Jure nostro impartitis ceteris omnibus
Personis privilegiariis, *leg. final. Cod. de Sacros.
Eccles.*, *leg. Rempublicum Cod. de Jur. Reipu-
blic. lib. 11.*, *Gloss.*, *& Bartol. in leg. Procu-
rator §. final. ff. de Jur. Fisc.*, *Peregrin. eodem
tract. lib.6. tit.2. nu.8.*, *Alfar. de offic. Fiscal.
Gloss.9. num.10.*, *& Gloss.20. num. 31.*, *Carle-
val. de Judic. tit.3. disput.1., & numer.10.*, *&
disput.6. num.20.*, *Reverendissimus D. Ansald.
Decan. in suo tract. de commerc., & mercat. di-
scurs.18. num.16.*, undè rectè colligimus nullo
colore, nullàque justâ ratione dici posse, quod
in præjudicium Fisci, & publici Ærarii, tot
præsidiis à jure nostro communiti, contractus
ad futura porrigantur, quando Juris nostri re-
gulis præcipitur, nihil aliud in stipulationibus
deductum censeri, quàm quod de præsenti de-
betur, ut in superiùs citata *leg. cum stipula-
mur*.

Quæ porrò rationes vehementiùs urgebunt
in casu nostro inspectâ mente Summi Pontifi-
cis Sixti IV., quam non elicimus ex sola illa le-
gali præsumptione, quâ Supremus Princeps Ju-
79 ris rationi semper se conformasse censetur, *Al-
dobrandin. consf.1.n.13.*, *Menoc. de præsumpt. lib.2.
præsumpt.10 nu.8. & seq.*, *Surd. decis. 2. n.20.*,
Sanfelic. decis.397. num. 24., *Rota coram Sera-
phin. decis. 965. numer. 11.*, *& in Recentior.
decis.647. num.32. part. 19.*, sed eam nobis pa-
tefacit causa, quà ipse ad talem concessionem
faciendam se motum fuisse profitetur; nam
post expositam in suo Brevi Tiphernatum pe-
titionem, eorum precibus se annuisse decla-
rat, quia nova ratio ab illis proposita quoad
exactionem proventuum fiscalium, plurimùm
conferebat ad illorum augmentum, quod ipse
summoperè optabat, ut expressit verbis illis.
*Nos cupientes ejusdem Cameræ proventus auge-
re, & faciliori exactioni &c. consulere ut te-
nemur &c.* cum autem ratio in proemio con-
cessionis à Summo Pontifice exposita præse- 80
ferre dicatur causam finalem, ex qua colligi-
tur mens Disponentis, totam dispositionem,
omnesque ejus subsequentes partes declarans,
*Thabor. axiom. Jur. lib.14. cap.118. axiom.1. &
seqq.*, *Rota coram Coccin. decis.2304. num.57. &
seqq.*, *in Perusina Matrimonii 15. Martii 1688.
§. Est ergo cum seq. coram bon. mem. d'Hervaule
Archiepiscopo Turonen.*, indè certè sequitur
quod concessio facta à Summo Pontifice, cu-
piente *ejusdem Cameræ Proventus augere*,
quamcumque reijciat interpretationem, quà 81
loco augmenti, illorum induceretur diminu-
tio, *Thabor axiom. Jur. lib. 1. cap. 85. in fine*,
prout certè nemo non videt, quod, contra hoc
Juris axioma, inducta ad augumentum, opera-
rentur diminutionem, si concessio, de qua
agitur, extenderetur ad emolumenta futura,
quæ concessionis tempore à Thesaurario Rev.
Cameræ percepta nunquam fuerant, nec per-
cipi potuerant, quia nullo jure permissa repe-
riebantur.

Hæc igitur cum ita se habeant, & pleuè his
omnibus demonstratum dici posse videatur,
cessionem proventuum fiscalium Civitati Ti-
phernii factam à Summo Pontifice Sixto IV.,
nullo pacto porrigi posse ad præsentem confi-
scationem longè post inductam, frustra exad-
verso obtenditur, quod illa cessionem hanc
obtinuerit titulo oneroso, quia titulus iste effi-
ciet quidem, quod eadem non subijciatur
Constitutionibus revocatoriis similium conces-
sionum titulo lucrativo factarum, at operari
nequibit, quod eadem, utpotè facta per viam
contractus correspectivi, verbis, ac clausulis
taxativis restricti ad ea, quæ tunc actu erant,
extendatur ad illa, quæ non solùm non erant,
sed tamquam de Jure minimè permissa, ex no-
va omninò causa supervenerunt, juxtà authori-
tates allegatas *in §. Nec desunt argumenta, &
seqq.*, immò verò tantum abest, quod Pars
adversa hujus tituli colore juvari queat, ut
potiùs contra ipsam retorqueatur à Doctoribus
illis, qui censent, benigniorem interpretatio-
nem comprehensivam etiam rei nondum ap-
parentis, atque futuræ, recipi posse quando agi-
tur de privilegio, beneficio, sivè gratiosa con-
cessione Principis, at non etiam quando agi-
tur de contractibus, strictè semper interpretan-
dis diligenter inspectis illius verbis, *ut ex De-
cian. d. resp.22. num.13. & seqq.*, *Riminald. Jun.
d. cons. 504. numer. 9. & seqq.*, *Fab. de Anna d.
cons. 61. num.55.*

Ut etiam minùs obesse potest, quod dicta
cessio damnosa fuerit Civitati eo sub obtentu,
quod ex proventibus à Sixto IV. ipsi cessis
nunquam perceperit emolumenta correspecti-
va oneribus, quæ assumpsit, nam omisso, quod 84
id minimè probatum dici potest testimonio Se-
cretarij ejusdem Civitatis, nullam ejus favore
probationem facientis, *Paris. consil.67. nu.85.
lib.3.*, *Gabriel. de Testib. conclus.10. num.4.*, *Fa-*

vinacc. eodem tractat. quæst. 55.num.135., Gratian. disceptat. forens. 909. num.7., respondemus, quod, quando etiam plenè probaretur, nihilominus Civitati minimè prodesset, quia nedùm docere deberet de gravi, atque enormi læsione, irritum reddente contractum, ad
85 *Text.in Leg.Ei incumbit ff. de probat.*, *& Leg. Actor. ff.eodem titul., Abb.consil.64.n 3.part.1., Rota coram Ludovis. decis. 120.num.14., coram Rembold. decis. 551. num.8., coram Vbald.decision. 279.num.2.*, Verùm etiam quia probandum ab ea esset, illam intervenisse tempore initi contractus, *Leg. Si voluntate Cod.de rescind. vendit., Mantica de tacit.libr. 4.tit.20.num.51., Rota apud Posth. de subbastat. decis.232.nu.6.*, quippe cadem pendere nequit, æstimandaque
86 non est ex futuro eventu, *Rota in Recent.decis. 459. numer.43.part.9., decis.374.numer.13. part. 13., decis.468.num.13.part.14., decis.179. num.1.part.17., coram bon.memor. Emerix Jun. decis.942.num.5., decision.1022.nu.5., & seqq.*, ob eam rationem, quod ex simili contractu Civitas futuro tempore sicuti poterat sentire damnum, sic etiam emolumentum consequi valebat, *Leg. Si jactam retis ff. de act. empt., Bartol. in Leg. Cotem ferro 12.§. Qui maximos nu.6.versic. Nunc ad quæstionem ff.de publican., & vectigal., Decian..consil.123.numer.9.libr.3., Altograd. consil. 65. numer. 81. libr. 2., Gratian.disceptat.forens.cap.435.num. 15., & 16., & cap. 756.num.8., & seqq., Reverendiss. Ansaldus de commerc., & mercat.disc.99. nu.15., Rota coram Pentinger.decis.49.per tot., in Recdec.374.n.15.p r.13., decis. 408.num.7.& seqq. par.16., & decis.660. num 2.part.18.tom.2.*, & denique læsio, quantacumque illa esset, tribuere sanè posset Parti adversæ actionem pro rescindendo contractu, vel illo ad æquitatem
87 redigendo, at non etiam efficere, quod sub illo comprehensa censenda essent ea, de quibus à Contrahentibus cogitatum numquam fuit, immò nec etiam cogitari poterat, quia nec de Jure, nec de facto ulli ex eisdem competebant, ut latè probatum est superioribus locis; Propterea que donec per tres conformes declaretur, cessionem hanc, tamquam læsivam, rescindendam esse, eadem plenam firmitatem obtinebit, & Civitas illius vigore consequi poterit ea dumtaxat, quæ sibi mente tùm Juris, tum Summi Pontificis concessa fuerunt.

Non immoror observantiæ exadverso oppositæ, quia de ea constare debet in præciso casu, de quo hodiè agitur, ad *Text.in Leg. Ei*
88 *incumbit ff. de probation., Peregrin. de fideicomm.art.44.n.1., Gratian.disceptat. 909.n.21., Rota in Recent. decis.228.num.11.par. 15., decis 60. per totum part.17., coram bon.mem.Emerix Jun., decis.256.nu.2., decis.1018.num.4.*, ita videlicet observatum semper fuisse post promulgatam Constitutionem Sixti V., quæ porrò observantia constabilita dici nequit unico dumtaxàt actu, exadverso allato, quia ex eo
89 induci nequit observantia præscriptiva; sivè inductiva consuetudinis ita judicandi, quippè ad hunc effectum requireretur, bis ita fuisse Judicatum, atque ita deinde fuisse observatum, *Fab.de Anna consil. 61. num. 70.*, immò nec etiam ex illo elici poterit observantia interpretativa præfati Brevis, in quo ex dispositione Juris, & ex mente Contrahentium comprehendi non poterant ea, quæ nedùm penitùs 90
ignorabantur, sed quod magis est, de eisdem cogitari non poterat, quia nondum ad esse deducta erant, juxta ea, quæ alibi pluries diximus.

ARGUMENTUM.

Cardinalium ea est exemptio à quibusvis generalibus Legibus, & Constitutionibus, præcipue vero ab iis editis super Gabellæ contractuum solutione, ut nisi expressa fiat illorum mentio, numquam sub earum dispositione comprehensi dici valeant. Res hic sedulò atque accuratè expenditur: Eximiæ Cardinalium prærogativæ, eminens dignitas, ac supra ceteros præstantia luculenter ob oculos ponuntur: Ejusmodique exemptio eorum Ordini nedum specialim attributa, verùm observantiâ etiam ipsâ, ac stylo plenius confirmata ostenditur.

DISSERTATIO XXI.

1 *In Sacro Cardinalium cœtu majestas totæ effulget Christianæ Reipublicæ.*

2 *Leges universales, tametsi conceptæ amplissimis verbis, aptis comprehendere quascumque sublimioris gradus personas, non extenduntur ad Cardinales, si eorum desit expressa mentio.*

3 *In Ecclesia Dei post Vicarium Christi, nulla major Cardinalatu dignitas.*

4 *Cardinales vocantur Filii primi gradus, & Fratres Papæ; Ejus membra, & pars corporis sunt.*

5 *Nuncupantur itidem Sacerdotes Levitici generis, Papæ Adjutores, & Consiliarii, Columnæ Ecclesiæ, & Orbis Terrarum cardines; Regibus betereà æquiparantur.*

Aliæ recensentur illorum prærogativæ numer.6.

7 *Exemptio Cardinalium à generalibus Legibus cum eis nata dici potest, atque ex titulo etiam oneroso quæsita, adeout vacua effectu reddi nequeat, nisi infirmetur expressè.*

8 *Bonifacius VIII. sua* Decretali relata in cap.1. de Schismat. in 6., *volens Cardinales comprehendere; post prolata verba, necessariò eorum comprehensionem præseferentia, expressam adhuc ipsorum mentionem inibi adjecit.*

Et Tridentina Synodus Sess.24. de reform. cap.18. *volens reservationes etiam omnes in concursu ad Parochiales, inductas favo*-
re

re Cardinalium, revocare, eos nominatim expressit.

Alia ejusmodi exempla referuntur à n.64. ad 67.

10 Generalis Lex respiciens Animæ utilitatem, vel periculum, Cardinales etiam comprehendit.

11 Doctores referuntur, qui censuerunt, Cardinales comprehendi sub generalibus Legibus, aut quibusvis aliis Constitutionibus; modò tamen hæc esse colligatur Legislatoris mens.

12 Distinctio traditur communiter recepta, qua conciliantur dissidentium Doctorum opiniones, scilicèt, quod aut generalis Lex est simpliciter odiosa, & Cardinales comprehendit, licèt nominatim non expressos, aut odiosa est odio irrationabili, & ad eos absque mentione expressa non porrigitur.

13 Refertur itidem Doctorum subdistinctio qua primum ejusmodi distinctionis membrum declaratur, ut nempe rectè procedat quoad res, in quibus speciali aliquo privilegio donati non sint, non tamen, ubi secus, & vid. num.41.

14 Explicantur istiusmodi Doctorum opiniones, ut rectè locum sibi vindicare potuerint ante editam à san: me: Alexandro VII. novam regulam la 70.

14 Sa: me: Alexander VII. ejus Regulâ la 70. statuit non comprehensionem Cardinalium sub quibuscumque Constitutionibus editis, seù edendis, nisi expressa fieret illorum mentio, vel de eorum consilio ederentur.

15 Regulâ verò 71. ipsorum non comprehensionem deinde confirmavit solùm quoad Constitutiones edendas, & quoad editas rem reliquit sub dispositione Juris, & nu.20.; & vid. à num.25. ad 31.

Explicantur num.18. Decisiones la 67. coram Duran., la 452., & 464. par.5. Recentior., & coram san: mem: Alexandro VIII. la 257.

16 Exceptio firmat regulam in non exceptis.

19 Cardinales sub dispositione qualibet non odiosa odio irrationabili, quæ generaliter loquatur, de Jure communi comprehensi dici possunt.

21 Cardinales Familiaribus Papæ adnumerari non posse declarans Decisio 3. Crescentii, attendi amplius non debet ob superventum Decretum Julii III. contrarium determinans.

22 Sacræ Rotæ Decisiones vim Legis obtinent.

23 Superfluitas omnis in Legibus vitanda; eæque nulla ex parte effectu vacuæ esse debent.

24 Maximæ si editæ ad alicujus Legis ampliationem, ejusve efficaciam augendam, aut ad illius extensionem ad casus, de quibus dubitabatur.

25 Regulis Cancellariæ solâ verborum generalitate derogatum dici nequit.

Secus, ubi nova præscribitur certa forma, omnino servanda, quâ iisdem Regulis derogatum appareat, num.26. ad 30.

26 Formam in Constitutionibus inducere dicitur clausula = Non aliter, nec alio modo =

Eaque forma est adimplenda, ubi præsertim adhibita fuerit alia etiam clausula = Nunquam = num.27. & 28.

27 Clausula = Nunquam = indefinitè prolata, nullam restrictionem recipit, & ita potentiam adimit, ut actum in contrarium, irritum reddat.

28 Forma à Lege præscripta, semper tradita censetur pro actus substantia.

30 In Constitutionibus, Legislatoris mens est inspicienda, de qua si constet, parùm curantur verba.

32. Constitutio mandans, Cardinales non censeri comprehensos, nisi expressa fiat illorum mentio, declarare etiam videtur, voluntatem eos comprehendendi tunc solùm adfuisse, quum expressè nominati fuerint.

33. Ad inclusionem, vel exclusionem specialis casus, sive privilegiatæ Personæ à Lege aliqua est inspicienda unicè voluntas Legislatoris tametsi ex verborum generalitate resultans.

34. Declara., ubi sub eadem Lege plures venire possunt casus, speciali notâ digni, vel plures Personæ, æqualiter privilegiatæ.

35 Secus ubi venire nequeant, quia nempe res sit de singulari casu, ac de Personis, omnium præstantissimis, quales sunt S. R. E. Cardinales; horum enim comprehensio ex sola verborum latitudine nequit elici, & num.43.

36. Nomen Constitutio continet quamcumque Legem scriptam.

Et nedum Leges immediatè à Supremo Principe sancitas, sed alias etiam ab ejus Ministris promulgatas, ibid.

37 Dictio quibuscumque tamquam effrenatissimo, dispositionem extendit etiam ad impropria, & diversa ab expressis, & quæ cæteroquin sub dispositione non venirent.

38. Cardinalis Pro-Datarius in iis, quæ ad suum munus pertinent, organum Papæ, & vivæ vocis oraculum habere dicitur.

39 Constitutionis declaratio, jussu Papæ, à Cardinali facta, ab ipsius Pontificis ore processisse censetur.

Et eamdem vim obtinet, ac Lex ipsa, quam declarat, ibid.

40 Constitutioni declaratæ inesse censentur verba eadem in declaratione adhibita.

41 Privilegium si majus quid indulgeat, absurdum esset asserere, quod quid minimum deneget.

42 Subsequuta observantia satis declarat, quid in Constitutione comprehensum fuerit.

44 Cardinales non tenentur Lege universè lata

de

de re, seù materia, in qua specialibus funguntur privilegiis.

45 *In quacumque dispositione non comprehenduntur casus, & Personæ privilegiatæ in ea specie, & casu, de quo dispositio loquitur.*

46 *Constitutia Pauli III. de solutione Gabellæ Contractuum, ab hac excipit S.R.E. Cardinales.*

47 *Relatia in novo Edicto, Gabellam aliquam confirmante, censetur habita ad Constitutiones., & Sententias, de eadem Gabella loquentes, non verò ad alias.*

48 *Constitutio Pauli III. generaliter exemptionem Cardinalibus concessit à solutione Gabellæ contractuum* pro singulis contractibus, & actibus gabellabilibus = & = tàm pro tempore præterito, quàm futuro, = num.50. & 51.

49 *Exemptionis causa, quoties generalis est, comprehendere dicitur species omnes, licèt tempore concessæ exemptionis nondum existentes.*

50 *Supremo Principi potestas est concedendi exemptionem à Gabellis tùm impositis, atque existentibus, tùm etiam futuris.*

51 *Ambiguitas quoties nulla est in verbis, cessat voluntatis quæstio.*

52 *Exemptia concessa tùm pro præterito, quàm pro futuro tempore, ad tempus dumtaxat concessionis restringi nequit.*

53 *Exemptia ob benemerita, & labores concessa, ex titulo aneroso quæsita dicitur.*

54 *Ideoque largiùs interpretanda*, ibid.
Ejusmodi autem est exemptio à Gabellis, qua Cardinales fruuntur, ibid.

55 *Cardinalium persona utilis non solùm Romanæ, sed universali etiam Ecclesiæ.*

56 *Constitutio exemptionem confirmans, eximit ab onere exhibendi concessionem ejusdem exemptionis.*

57 *Supremi Principis assertioni credendum.*

58 *Supremi Principis concessio valet, etiamsi non exhibeatur privilegium in concessione enunciatum.*

59 *Speciali Cardinalium privilegio ut derogatum censeatur, speciali derogatione opus est.*

60 *Cardinalium comprehensione admissâ sub generalitate verborum Edicti; Istud tamen intelligendum, non aliter eos afficere, quàm relate ad Personas, cum illis contrahentes; Et quomodo?* ibid. & num.61.

61 *Ubi præsertim interpretatio hæc consona esse videatur dispositioni alteri, Cardinales eximenti, firmo remanente onere quoad alium Contrahentem, non exemptum.*
Cujusmodi est Constitutio fa: me: Pauli III. relata num.46.

62 *Voluntatis Conditoris Legis ea semper conjectura capienda est, qua illa conformis rationi reddatur.*

63 *Cardinales à Gabellæ contractuum solutione specialiter exempti.*

68 *Observantia specialis, & individua in casu, de quo agitur, prævalere debet observantiæ generali, alios casus respicienti.*

69 *Libri Dohanæ regulariter non probant contra Tertium.*
Multò verò minùs, ubi eorum partitæ non fuerunt extractæ citatâ Parte; tunc enim sola, & simplex Officialis attestatio nil probat, ibid.

70 *Facto Particularium præjudicari nequit exemptioni, universo ordini concessæ.*

71 *In privilegio, & exemptione tempus futurum respiciente, actus contrarii nocent quoad præteritum, non quoad futurum.*

CElebrem illam quæstionem, inter
Canonistas, cæterosque Juris Interpretes
diù disceptatam, & sæpius
in Supremis Tribunalibus, præsertim
Romanæ Curiæ, agitatam, = *An scilicèt
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales comprehenderentur
Legibus, & Constitutionibus, eorum
expressam mentionem minimè facientibus*,
instaurare nos cogit Edictum vigore Chirographi
san: me: Innocentii XII. anno 1699. ab
Eminentissimo Card. Camerario promulgatum,
certam imponens Gabellam pro contractibus
animalium in Urbe celebrandis; Nàm
Ministri Camerales, cùm contenderent, ab eo
exemptos non esse S. R. E. Cardinales, ideòque
coram R. P. D. Auditore Eminentissimi
Camerarii convenissent Eminentissimum Cardinalem
Aquavivam pro solutione Gabellæ
quorumdam agnorum, ab illius Ministris venditorum:
Sacrum Collegium agnoscens, non
Collegæ, sed suam Causam agi, & Judicium
in ea ferendum, non jàm ad particularis hujus
controversiæ decisionem pertinere, sed constabilire
statum, quo perimerentur cuncta ferè
privilegia exemptionum, quibus, ob dignitatem
omnium maximam, ornatus, atque lo- 1
cupletatus fuit sacer ille cætus, in quo totam
majestatem Christianæ Reipublicæ effulgere,
ait *Fagnan. in cap. Quod nonnullis n.12. & 21.
de Privileg.*, idcircò, ne quid ex eventu hujus
Causæ, illius dignitas detrimenti caperet,
adiit Summum Pontificem, eique exposuit,
quod *ex decisione ejusdem Causæ, quatenùs contraria,
maximum irrogaretur præjudicium totì
Ordini, & Collegio S. R. E. Cardinalium, quibus
tùm per regul.70. Cancellariæ Apostolicæ,
tùm per alias Apostolicas Ordinationes reperitur
indultum, & concessum, nè in quibusvis
generalibus Dispositionibus prohibitivis, pœnalibus,
vel quomodocumque onerosis Cardinales
comprehensi censeantur, nisi ipsorum Cardinalium
expressa facta fuerit mentio* (sunt verba
Commissionis) quamobrem, ut imminens præjudicium
à se depelleret, & nè persæpè *emanantibus
Constitutionibus, Statutis, Regulis,
Taxarum, Gabellarum, Collectarumque impositionibus,
Edictis, Bannis, Prohibitionibus,
Reformationibus, aliisque Apostolicis Ordinationibus,
per diversa verba, variisque formulis*
con-

concipi solitis, in dies cogatur assumere discussionem = An Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in illis, vel eorum aliquo comprehensi censeantur sub generalitate, & involucro verborum, = prævià avocatione à Tribunali Eminentissimi Cardinalis Camerarii Causæ hujus, vertentis inter Eminentissimum Cardinalem Aquavivam, & Ministros Reverendæ Cameræ, supplicavit, ut deputare dignaretur Congregationem particularem, quà certa aliquando statueretur interpretatio privilegiorum, atque exemptionum, quibus fruitur idem Sacrum Collegium.

Annuit ejus votis Summus Pontifex, & speciali Commissione, ejus manu signata, dignatus fuit gravissimi hujus negotii cognitionem delegare Illustrissimæ, ac Reverendissimæ isti Congregationi, coram qua, juxta tenorem Commissionis, primo loco vindicare conabimur generalem Sac. Collegii, ac Eminentissimorum Cardinalium exemptionem, eorumque non comprehensionem sub quibuscumque Constitutionibus, atque Dispositionibus, de eisdem mentionem expressam non facientibus; Deindè verò illam asseremus in ea specie, de qua agitur, quoad Gabellam nempè Contractuum.

Rem igitur ordiendo à prima hujus Causæ parte, jamdudùm Summi Juris vertices, ac præclara Jurisprudentiæ lumina, ex solidissimis Juris principiis censuerunt, Leges univer-
2 sales, tametsi conceptas effrenata cum verborum, & clausularum amplitudine, apta comprehendendis quibuscumque sublimioris Dignitatis Personis, Cætibus, ac Collegiis, aliisve quibusvis politicis Corporibus, nunquam extendi ad Sacrum Collegium, & Eminentissimos Cardinales, si in eisdem desit expressa illorum mentio; id enim docuerunt *Roman. consf.498. n.1. & per tot., Ancharan. consf.295., & consf.297., Jason. consf.117. incipiens in Causa, & Lite n.2. vers. tertiò principalitèr lib.4., Ripa respons.2. col.2., & respons.6. n.6. lib.1., Paris. consf.141. num.8. lib.4., Barbat. consf.43. col.8. num.18. & seqq. lib.1. in tract. de Cardinalib. par.1. quæst.7. in fin., Card. Albanus eodem tract. fol.92. vers. tertium decimum est privilegium, Gigas de Pension. quæst.9. num.8. & quæst.59. num.11. & 13., Mandos. in regul. de Infirm. quæst.2. num.4. in fin., & per tot., Gonzal. in regul.8. Cancellar. glos.24. num.6. & 7. vers. ità tamen, Dian. coordin. part.9. tract.7. de potest., & privileg. Cardin. resol.53. & 54., Pax Jordan. variar. lucubr. lib.8. titul.2. num.22. & 23., Capon. discept. forens.10. num.12. tom.1., Rebuff. de collation. verb. Cardinalatus fol.566., Monet. de Decim. cap.9. ex num.110. ad plures seqq., Bellett. disquisit. Clerical. part.1. de disciplin. Clerical. §.2. n.41. & 42., & de Cleric. Debit. par.1. §.12. n.25., Cherubin. in compend. Bullar. ad Constitut.55. B. Pii V., & ad constit.2. Syxti V. utrobique schol.1., Rot. coram Cavaler. decis.614. n.8., & decis.142. num.2. par.3. divers.*

Et rectè quidem, nàm si in Ecclesia Dei, post Vicarium Christi, nulla reperitur Digni- 3
tas major Cardinalatu, *Card. Baron. ad annum Christi 881. vers. quod autèm, Fagnan. in cap. nè pro dilatione num.40. de pœnitent. & remiss., & cap. quod nonnullis num.12. & 16. de privil., Gonzal. in cap. bonæ memoriæ num.7. de Præbend., Mandos. ad regul. de Infirm. quæst.2. num.4., Fernandez. in examin. Theolog. moral. par.3. cap.11. §.4. num.6., Sanchez in opuscul. moral. tom.2. lib.7. cap.1. dub.10. num.8., Jacob. Simon. de Dignitat. Episcop. cap.5. & 6., Cobell. in notitia Cardinal. cap.8., & in Bull. Bon. Regim. cap.34. art.7. num.4., Barbos. de Jur. Ecclesf. universf. lib.1. cap.4. num.26.,*
ideoque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales 4
vocantur Filii primi gradus, & Fratres Papæ, ejus membra, & pars corporis sunt, *Præposit. in Canon. quamquam caus.2. quæst.7. num.13., Monach. in cap. ad succidendos n.4. de Schismatic., clar: mem: Cardin. de Luc. de Jurisdict. disc.116. num.7. vers. atque cum, & post eum Card. Albit. discept.2. quæst.2. num.20., Lauden. in tract. de Cardin. par.2. quæst.5., Gigas de Pension. quæst.59. n.12., Monet. de Decim. cap.9. quæst.3. num.114., Carol. de Grass. de effect. Clericat. in prælud. num.307., Barbos. de Jur. Ecclesf. universf. lib.1. cap.4. n.17. & 18.;*
Si Sacerdotes Levitici generis, Papæ Adjuto- 5
res, & Consiliarii, si columnæ Ecclesiæ, & Orbis Terrarum cardines, si Regibus æquiparantur, ut apud *Card. Papiensem Epistol.180. & 181., Duaren. de Sacr. Ecclesf. Ministr. lib.1. cap.13., Paris. de resignat. lib.7. quæst.12. num.18., Rodhoan. de spol. quæst.3. §. Et in hac materia num.11., Clar. in §. final. quæstion.98. num.5. in fin., Brunor. à Sole in loc. commun. verb. Cardinalis num.4., Barbos. de Jur. Ecclesf. universf. lib.1. cap.4. num.9., R.P.D. Petra in Commentar. ad constit. unic. Joannis XV. sect. unic. num.59. pag. mihi 155. tom.1.;* Si denique eorum officium versatur in frequenti assistentia Papæ, & Sedis Apostolicæ negotiis, ità
quidèm, ut in Pastoralis solicitudinis partem 6
adsciti, consilia, operam, curamque omnem in Christianæ Reipublicæ commoda, Religionisque amplificationem, una cum Summo Pontifice, conferre dicantur, ut supereminentes Sacri Collegii prærogativas celebrando, ait *Pius II. in oratione relata in Ceremoniali Romano lib.1. sect.4. cap.6.*, & apud *R. P. D. Petram tom.4. pag.483.*, quas confirmavit Eugenius IV. *Constit.15. §.3. usque ad fin.*, & Sixtus V. in speciali Constitutione *de præstantia, & qualitatibus S. R. E. Cardinalium*, quæ est *la 50.*, & tradiderunt *Turrecremat. lib.1. de Ecclesf. cap. cap.81., Fagnan. in cap. quod nonnullis num.12. & 21. de Privileg., in cap. ex gestis num.12. & seqq. de Cleric. non resident., in cap. accepimus num.52. de pact., Barbat. in tract. de Cardin. quæst.12. num.6., Manfred. eodem tract. cap.8., Laudens. par.2. quæst.5., Jacobat. de Conciliis lib.1. fol.89. col.1. lit. A., Clar. in §. Læsæ Majestatis num.4., Tusch. practic.*

Bic. conclus. tom.1. conclus.100. num.13., *Del Bene de Immunit. tit.2. cap.16. dub.23. sect.1. numer.39.*, *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. lib.15. cap.4. num.5.*, *Azor. Institut. moral. tom.2. lib.4. cap.1.*, *Zecch. de republ. Eccles. par.2. de Cardinal.*, *Gonzal. ad regul.8. Cancellar. glos.24. num.2. & seqq.*, late *Barbos. de Jur. Eccles. univ. lib.1. cap.4. num.17. & 18.*, *Cobel. in notit. Cardin. cap.8.*, *& in Bull. Bon. Regim. cap.16. glos.3. in fin. cap.34. art.7. num.4.*, *Card. de Luc. de Jurisdiction. disc.34. num.14.*, *& disc.176. num.7. vers. at-*
7 *que cum*; Profectò exemptio à generalibus Legibus, tametsi verborum, & clausularum amplitudine latiùs explicatis, quibus ceteri subjiciuntur, non scripta, sed cum eis nata, non precariò illis elargita, verùm ex natura ipsa arrepta, & toti Sacro Collegio, ejusque membris quæsita, ideòque irrevocabilis videri potest; quid enim magis æqui, bonique rationi convenit, quàm quod S. R. E. Cardinales, qui, tamquàm Filii, & membra Papæ, Patris, & Capitis sui majestate irradiantur, exempti sint à censura illarum Legum, atque Constitutionum, quibus ceteri subjiciuntur? quid magis omnibus Juris præceptis consentaneum est, quàm quod eorum privilegia, atque exemptiones non subsint Legum generalitati, eò quòd, tamquam ipsis impartita ob assiduos labores, quos subeunt, & ob assiduam assistentiam, quam Capiti suo præstant in administranda Christiana Republica, ex titulo oneroso quæsita dicantur, ideòque, nisi expressè infirmentur, viribus, & effectu vacua reddi nequeant? *Caccialup in repetit. leg. omnes populi ff. de Justit. & Jur. num.181. in 7. quæst. & num.182.*, *Decian. cons.51. num.24. & 25.*, *& præsertim num.27.*, *Natta cons.397. num.9. & 10. lib.2.*, egregiè *Rota coram Buratt. decis.391. num.8.*, *& coram Seraph. decis.1293. num.1. & seqq.*

Hæc denique omnia confirmare possumus observantiâ elicitâ tum ex Decretalium, & Pontificiarum Constitutionum, tùm ex Sacrorum Canonum Locis, quibus perspicuum fit, solam generalitatem verborum, & clausularum amplitudinem non sufficere pro comprehendendis Cardinalibus sub censurâ generaliũ Legum, sed quoties ad illos etiam porrectæ
8 fuerunt, præter istiusmodi clausulas, addita fuit specialis illorum mentio. Luculentum exemplum nobis præbet *Text. in cap. unic. de Schismatic. in 6.*, in quo, postquam Bonifacius VIII. Cardinalatus dignitate privaverat Jacobum de Columna, & Petrum ejus nepotem, prohibueratque eos in Cardinales deinceps agnosci, excommunicationis sententiam ferendo, aliasque pœnas contravenientibus infligendo, ut illas ad Cardinales quoquè perventuras fore, declararet, eosdem expresè nominavit, ut legitur *in §. penult.* verbis illis = *Omnem personam præsentem, & futuram cujuscumque fuerit præeminentiæ, conditionis, dignitatis, aut status, Ecclesiastici, vel Mundani (etiamsi foret Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis) quæ ipsos Jacobum, & Petrum, vel eorum alterum scienter, & deliberatè pro Cardinalibus habuerit, & tenuerit, aut ad Cardinalatum admiserit, seu votum eorum, vel alicujus ipsorum suffragium in electione Romani Pontificis admiserit, aut in Pontificem Romanum elegerit, nominaverit, assumpserit, vel receperit, seù dederit in his, vel ad hoc, auxilium, consilium, vel favorem, excommunicationis sententia duximus innodandum.* Concepta erat Decretalis ista amplissimis, & effrenatis clausulis, certè aptis ad comprehendendos etiam Cardinales, qui necessariò venire videbantur sub altera ex duplici illa specie Personarum Status Ecclesiastici, vel Mundani, *cujuscumque essent præeminentiæ, conditionis, aut dignitatis*; Prout etiam subjecta materia solis Cardinalibus proportionata, eandem comprehensionem necessitate quadam secumferebat; Nàm Jacobum, & Petrum ad Cardinalatum admittere, eorum votum, vel alicujus ipsorum suffragium in electione Romani Pontificis recipere, ipsos deuique in Pontificem eligere, nominare, vel assumere, nonnisi ad S. R. E. Cardinales pertinere poterat; & nihilominus Bonifacius VIII. addidit expressam illorum mentionem, *etiamsi foret S. R. E. Cardinalis*, non alia sanè ratione motus, nisi quia sapientissimus ille Canonici Juris amplificator noverat, quod pro subjiciendis S. R. E. Cardinalibus censuræ Legum generalium, non sufficiebat quæcumque generalis expressio, sed oportebat, ut fieret eorumdem specialis mentio, ut benè ad rem nostram argumentantur *Joannes Monachus, & Franchus in dicto cap. unic. num.2.*, *Passerin. n.36. de Schismatic. in 6.*

Egregius est locus ille Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi *Sess.24. de reform. cap.18.*, in quo, nè forma Concursus in Parochialium collatione, à Concilio præscripta, impediri, aut re- 9
stringi quoquo modo posset prætextu reservationum, ut omnes comprehenderet, etiam illas, quæ inductæ essent favore Cardinalium, easdem nominatim expressit, ibi = *Cum Parochialis Ecclesiæ vacatio, etiamsi Cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures administretur, etiam in Ecclesiis patrimonialibus, vel receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni, vel pluribus Curam Animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem, etiam in Curia, seù alitèr quomodocumque contigerit, etiamsi ipsa Parochialis reservata, vel affecta fuerit generalitèr, vel specialitèr etiam vigore Indulti, seù privilegii in favorem S. R. E. Cardinalium* = Profectò, si quo unquàm casu locus esse poterat comprehensioni Cardinalium sub generali aliqua Constitutione, tametsi in eadem nominati minimè legerentur, ea certè admittenda erat in specie casus, de quo agit Concilium, nedùm ob verborum amplitudinem, verùm etiam, quia Concursus in collatione Parochialium ab eo præscriptus, cùm ordinaretur ad 10
uti-

utilitatem Animarum, locus fieri dicebatur limitationi, quæ pro comprehensione Cardinalium à Canonistis traditur, ut videlicèt talis comprehensio admittenda sit, quotiès Dispositio respicit Animæ utilitatem, vel periculum, ut post antiquiores tradit *Fagnan. in cap. ne pro dilatione num.58. & seqq. de pænit. & remiss. peccator.*, & nihilominus Sacri Concilii Patres necessariam censuerunt illorum expressam mentionem, ut benè ad rem nostram notat *Van. Espen. in Jus Eccles. univers. part.2. tit.22. cap.2. n.18. & seqq.*; Sexcenta his addere possumus loca Pontificiarum Constitutionum, quibus demonstremus, rem jam in veterem stylum, & morem abiisse, quod illarum Conditores, quotiès revera sub eisdem comprehendere voluerunt Cardinales, non omiserunt expressam eorum mentionem: Verùm illa missa facimus, magis opportunè alibi, simili observantiâ Cardinalitiæ Dignitatis exemptionem, ac Jura propugnaturi.

Quamquam verò præclarissimorum Doctorum auctoritate, rationum momentis, veteri denique stylo, ac usu plenè constabilita videri posset non comprehensio Cardinalium sub censura Legum generalium, posthabita prorsùs figura generalium, & amplissimarum clau-
11 sularum, quibus explicatæ leguntur; non defuere tamen plures numero, nomine, ac auctoritate æquè clari Doctores, qui in contrariam iverunt Sententiam, censueruntque S. R. E. Cardinales comprehendi sub generalibus Legibus, aut quibusvis aliis Constitutionibus, modò tamen verba, & clausulæ, quibus conceptæ sunt, tales sint, ut ex earum amplitudine perspici, atque certò constare possit, ex mente Legislatoris ad eos etiam Legem universalem porrectam fuisse, ut tradideruut *Bartholom. Bellencin. de charitativ. subsid. quæstion.66. per tot. inter tractat. magn. tom.15. par.2. fol. mihi 159., Ruin. consil.4. num.19. lib.5., Ferrett. consil.314. n.11., & cons.358. n.9., Gambar. de offic., & potest. Legat. lib.4. num.145., Lotter. de re benef. lib.1. quæst.8. num.85., Paris. de resignat. Benefic. lib.11. quæst.4. num.6.*, aliique plures à DD. Defensoribus Rev. Cam. allegandi.

Prout etiam nos non latet, in harum opinionum conflictu, missis aliis, eam præcipuè, prò earumdem conciliatione, traditam fuisse di-
12 stinctionem, communitèr à Doctoribus, & Tribunalibus receptam, qua admonemur, secernendas esse Leges, seu quascumque alias generales Dispositiones simplicitèr odiosas, ab aliis Legibus, & Constitutionibus, odio irrationabili odiosis, ita quidem, ut nunquàm in hac secunda specie S.R.E. Cardinales comprehensi censerentur, quotiès deficeret expressa illorum mentio; ad Eosdem verò porrigeretur prima species, etiamsi deesset ista peculiaris nominatio, modò tamen Lex versaretur in materia Cardinalibus proportionata, & ex verbis Constitutionis, aut alterius cujusvis Dispositionis constaret de mente, ac voluntate Dispo-
nentis eosdem comprehendendi sub illarum censura, & in hac opinione resedisse visum est *Sac. Rotæ* Auditorium *coram Durano dec.67., in Recen. decis.452. & 464. par.5. tom.2., & coram san: me: Alexandro VIII. decis.257.*

Hæc autem distinctio declarata fuit aliâ subdistinctione, videlicet, quòd tametsi agatur de Dispositione universali, & minimè odiosa odio irrationabili, ideòque, juxtà alterum di- 13
ctæ distinctionis membrum, apta ad comprehendendos Cardinales, nihilominus distinguendæ sint res illæ, in quibus iidem speciali aliquo Indulto, ac privilegio donati sunt, ab aliis rebus, in quibus nullo peculiari Jure, sed communibus tantum privilegiis, sublimitati eorum Ordinis impartitis, uti possunt, ità quidèm, ut licèt, propter eorum præeminentiam, non comprehendantur in Dispositione generali, quandu quoad rem illam, in simili Dispositione contentam, speciali aliquo Privilegio aucti, ornatique reperiuntur; nihilominùs, si illud desit, subjiciantur generali Dispositioni conceptæ verbis, & clausulis præseferentibus voluntatem determinatam illos comprehendendi, tametsi expressìm non nominatos, & hanc subdistinctionem disertissime firmarunt Doctores recensendi in §. *Etenim si agatur*.

Verùm enim verò distinctio hæc, atque subdistinctio, quibus Doctores, & præ aliis Sacræ Rotæ Auditorium conciliare studuerunt contrarias opiniones mox relatas, justum locum sibi olim vindicare potuerunt, quum nempè Eminentissimorum Cardinalium non 14
comprehensio sub generalitate Legum, atque Constitutionum defendebatur solâ illâ nativâ, quasi dixerim, exemptione, ipsis comparata ex Ordinis sublimitate, & omnium in Ecclesia maxima dignitate, qua supra omnes Leges constituti videbantur. Pontificiæ namque Constitutiones, licèt ubique ergà illos honorificæ, expressè tamen non caverant, quod soluti censerentur à censura generalium Legum, si in his individua eorum mentio deficeret, & præterea justam dubitationem injecisse poterat Regula 70. Cancellariæ, in qua, juxtà veterem formulam, servatam usque ad Regularum renovationem, earumque publicationem factam à fel: rec: Innocentio X., licet declararetur, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pluribus gaudere prærogativis, atque privilegiis, ob assistentiam, quam præstant Summo Pontifici, ideòque ob hanc rationem in ea decretum legeretur = *quod in quibuscumque Constitutionibus, & Regulis per Sanctitatem Suam in posterum, post hanc primam editionem, & suarum Constitutionum, & Regularum publicationem faciendis non includantur ipsi Cardinales* = nihilominùs duplex in ea subjungebatur istius Decreti limitatio, videlicèt = *nisi illa eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel ipsæ Constitutiones edendæ de eorumdem Cardinalium, vel majoris partis eorum consilio editæ fuerint*, = cui sane duplici limitationi, justo aliquo colore, superaddi posse

videbatur tertia, ut nempè sicuti dicto generali Decreto derogatum censebatur, quoties agebatur de Constitutionibus, Cardinalium favorem concernentibus, vel de eorumdem consilio editis, ità etiam illud revocàtum diceretur, si Papa in nova Lege, Constitutione, Edicto, sivè alia quavis Dispositione, eà usus fuisset verborum, & clausularum amplitudine, ut ex eadem, utpotè apta Cardinalibus etiam includendis, non dubiè perspici posset, Summum Pontificem illos sub tali generalitate comprehendere omninò voluisse, ob eam rationem, quòd cum de potestate dubitari minimè posset, voluntatis quæstio sublata censeretur efficacià verborum, atque amplitudine clausularum, Cardinalium quoque comprehensiva, juxtà firmata in superius relatis Decisionibus *coram Durano decis. 67., in Recentior. decis. 452., & 464. par. 5., coram san: me: Alexandro VIII. decis. 257.*

At novum jus statuendum, & absque ullâ casuum distinctione, omnique penitus sublatâ restrictione, asserenda hodie est plenaria Eminentissimorum Cardinalium exemptio, eorumque absoluta non comprehensio sub gene-
15 ralibus Dispositionibus, quibusvis verbis, & clausulis conceptæ illæ fuerint; Ea namque plenè constabilita videtur modernâ Regulâ 70. edita à san: me: Alexandro VII. qui penitùs submovit Doctorum, & Tribunalium subtiliores interpretationes, quibus non leve vulnus Sac: Collegii dignitati, atque exemptioni inflictum fuerat; Etenim confirmavit Decretum, quo statutum fuerat, S. R. E. Cardinales nunquam comprehensos censeri in quibusvis Constitutionibus in posterum edendis, excipiendo duplicem casum, in veteri Regula contentum, & relatum in superiori paragrapho, & prætereà subjungendo tertiam limitationem, sive dicti Decreti restrictionem, nunquàm hactenus eidem Regulæ insertam, nempè *seù in eisdem Regulis, & Constitutionibus facta fuerit ipsorum Cardinalium expressa mentio*, qua porrò restrictione, nemo non videt, quàm longè amplificata fuerit Eminentissimorum Cardinalium exemptio, nam, ut inquit *Cicero* in oratione pro *Balbo*, *si exceptio facit ne liceat, ibi necesse est licere, ubi non est exceptio*, dicendum procul dubiò erit, quod si in novâ Regulâ à Decreto generalis exemptionis
16 excipitur casus, in quo facta legatur expressa mentio Cardinalium, sub eodem Decreto exemptivo comprehensi censendi erunt reliqui omnes casus, in quibus talis mentio desit, ut respondit *Jurisconsultus in leg. quæsitum 12. propè finem* dicens = *Nam qui hæc excepit, non potest non videri de ceteris rebus, quæ in ea essent, sensisse* =, *ff. de instruct., vel Instr. legat. leg. ex eo 18. ff. de Testib.*

Utque eisdem Regulis majoris firmitatis robur tribueretur, subjecit 71. Regulam, primum ab ipso inventam, quâ statuit, & declaravit, quòd præfatis, & aliis quibusvis Regulis ab ipso condendis, & publicandis *nunquàm censeatur derogatum in quibuscumque Constitutionibus, Literis, Brevibus, Indultis, & aliis Ordinationibus Apostolicis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia emanatis per quæcumque verbo, & Decreta derogatoria, irritantia, universalia, & amplissima, & clausulas quantumvis efficacissimas, etiam derogatoriarum derogatorias, atque speciales, & individuæ expressionis vim habentes, & habentia, nisi facta fuerit de illis expressa mentio, & non aliter, nec alio modo*, sunt verba Regulæ.

At quoniam post editionem dictæ Regu-
17 læ 70., animadversum fuerat, illam longius ab Extensore porrectam fuisse, dùm in ea declarabatur, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales comprehensos non censeri *in quibuscumque Constitutionibus, & Regulis per Sanctitatem Suam editis, & edendis*, Summus Pontifex, qui juxtà monitum Gregorii IX. *in cap. ultim. de Constitut.* novâ hac additione facta Regulæ præfatæ, Legislatorum more, futuris tantum negotiis formam dare volucrat, præteritis minimè irritatis, & priùs dictum fuerat *in cap. 2. eodem tit., & leg. final. in fin. Cod. mandati*, idcircò ne unico verbo abolitæ viderentur Leges omnes, Canones, atque Constitutiones, sub quibus, ex speciali etiam ratione, Cardinales comprehensi esse poterant, dictam additionem reformavit, declarando, quòd idem in futuris dumtaxàt Constitutionibus, post earumdem Regularum editionem faciendis, minimè comprehenderentur, quoad præteritas autèm rem reliquit sub dispositione Juris, illos nec includendo, nec excludendo, hæc sunt verba dictæ reformationis, *& locum habere in Constitutionibus, & aliis Ordinationibus per Sanctitatem Suam in posterum post eorumdem Regularum editionem tantùm faciendis, dempto verbo illo in ea adscripto = Editis =, quod pro non apposito haberi voluit.*

Tum autem Regula ista 70., tùm sequens novitèr condita, usque in hodiernam diem viguerunt, & vigent, & ab omnibus in Summo Pontificatu Successoribus Alexandri VII. cum eadem verborum figura renovatæ, atque publicatæ fuerunt, ut hic docemus; At verò si præfata Regula 70. disponit, quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nunquàm inclusi censeantur in quibusvis generalibus Constitutionibus, post dictam Regulam edendis, non 18
solùm nisi quando, prout disponebatur in antiqua Regula, illæ eorum favorem concernant, vel de eorum consilio editæ essent, verùm etiam, nisi expressè nominarentur, si in 71. Regula sancitur, quod Regulis Cancellariæ derogatum nunquàm censeatur, *nisi facta fuerit de illis expressa mentio, & non aliter, nec alio modo*, cessare prorsus videtur quæstio illa, qua sæpissimè inter Doctores, atque in supremis Tribunalibus disceptatum fuit, an sub involucro generalium verborum, atque amplitudine clausularum comprehensi censerentur S. R. E. Cardinales, licèt specialiter in eisdem nominati non legerentur, & *Rotales Decisiones* editæ *coram*

coram Duran., *in par.5. Recent.*, *& coram san: mem: Alexandro VIII.*, id firmantes, justum locum vindicare sibi possunt respectu Constitutionum editarum antè dictas Regulas, at non etiam respectu allarum, quæ post illam emanarunt; Nàm quoad primas rectè considerari potest, quod Papa non includendo, nec excludendo Cardinales, rem relinquere vo-
19 luerit sub dispositione Juris communis, juxtà quam, quoties non agitur de dispositione odiosa odio irrationabili, iidem sub illius amplitudine, & sub involucro generalium clausularum ex mente Legislatoris comprehensi censeri possunt, tametsi speciali nota digni. At alitèr res se habet respectu Constitutionum
20 deinceps edendarum; Siquidèm quoad has Summus Pontifex expressè intentionem suam declaravit, nè videlicèt S. R. E. Cardinales includerentur; Quamobrèm si in primis, ob generalitatem clausularum, includi possunt, quia eorum comprehensioni non resistit intentio, & voluntas Papæ relinquentis rem sub dispositione Juris communis, per argumentum ductum à contrario sensu dictæ comprehensioni quoad secundas resistet voluntas Papæ, & litera Legis, expressam S. R. E. Cardinalium mentionem requirentes, ut simill argumento utitur *Rota coram Puteo decis.*189. *num.*4. *& 7. lib.*1., & admittunt *Gigas de Pension. quæst.*9. *num.*8., *Lotter. de re Benefic. lib.*1. *quæst.*8. *sub num.*84. *&* 88., *Mohedan. decis.*23. *propè fin. de renunciat. fol.*44., ac per consequens ob expressam istam declarationem mentis Papæ, quæ deindè supervenit, procedi ampliùs nequibit cum dd. Decisionibus editis tempore, quo Summus Pontifex nondùm illam declaraverat quoad expressam mentionem Cardinalium faciendam in Legibus in posterum edendis, quemadmodùm *Sacra Rota in una Cordu-ben. Beneficiorum* 18. *Februarii* 1704. *§. Quibus stantibus coram Reverendissimo Molines*, *&* 12. *Decembris ejusdem anni §. Certa autem cum seqq. coram Reverendissimo Omanna Episcopo Giennen.* censuit, attendendam amplius non
21 esse *Decisionem* 3. *Crescentii*, declarantem, Cardinales Familiaribus Papæ adnumerari non posse, quia post dictam *Decisionem* supervenerat Decretum *Julii III.* contrarium determinans.

Et sanè quid magis à recta ratione aberrat, quàm quod, nullâ factâ distinctione inter Jus illud, quo juxtà veterem Regulam vivebatur, & illud aliud, quod novâ additione, eidem facta à Legislatore, inductum fuit, procedendum hodiè sit cum traditionibus, & opinionibus Doctorum, sentientium, generalem regulam sancitam pro non comprehensione Cardinalium sub generalibus Constitutionibus, limitationem recipere in casu, in quo ex amplitudine, & efficacia clausularum, ac verborum generalium comprehensi præsumi possent, quando, superveniente dicta novà additione san: me: Alexandri VII., constitutum fuit, quod illi in eisdem Regulis, & Constitutionibus comprehensi minimè censerentur, *Nisi facta fuerit ipsorum Cardinalium expressa mentio*? Profectò, si justa ratio non sinit, ut figurare possimus in sapientissimo Pontifice crassam, supinamque ignorantiam famigeratæ illius quæstionis, & contrariarum opinionum, quibus tot sæculis prima Juris prudentiæ lumina disputarunt super comprehensione Cardinalium sub generalibus Constitutionibus, si recens erat memoria *Rotalium Decisionum*, præsertìm verò illius editæ *coram san: mem: Alexandro VIII.*, unà cum ipso, ac Card. Corrado, cui Pro-Datarii munus delegavit, ad Sacram Purpuram promoto; Si denique eædem 22
latere non poterant Supremum Principem, quia, utpotè vim Legis obtinentes, *Urceol. de Transact. quæst.*44. *num* 4. *cum seqq.*, & passim apud alios, constituere dicebantur Jus, quo Romæ vivebatur, *Rota in una Romana, seù Firmana Successionis* 16. *Januarii* 1695. *§. Ità paritèr*, *coram R. P. D. Priolo*, dicendum procul dubio est, idcircò addidisse antiquæ Regulæ, quod in generalibus illis Constitutionibus, quæ non concernebant favorem Cardinalium, neque de ipsorum consilio edebantur, inclusi nunquàm censerentur, nisi expressa illorum mentio facta esset, ut prorsùs excluderet eorum comprehensionem, sub obtentu generalium clausularum, & verborum inducendam in iis casibus, in quibus ageretur de Constitutionibus minimè odiosis odio irrationabili, & minimè editis super re, in qua Cardinales specialitèr privilegiati reperirentur; Alioquin, si etiam post dictam additionem procedendum 23
esset cum antiquis *Doctorum*, & *Rotæ* opinionibus, illa superflua prorsus esset, omnique effectu careret, contrà omnes Juris nostri Regulas, quibus admonemur, superfluitatem omnem in Legibus esse evitandam, ut benè tradunt *Bartol. in leg. Omnes Populi in 6. quæstion. princip. ff. de Just. & Jur.*, *Soccin. Jun. consil.*10. *num.*2. *&* 6. *lib.*4., *Fortunc. quæst. Civil.*10. *n.*17., *Palm. Nep. allegat.*312. *n.*17., *Mans. consult.*630. *num.*12., *Rot. in Recent. decis.* 303. *num.* 9. *part.* 17., easque nulla ex parte effectu vacuas esse debere, juxtà *Text. in leg. penult. §. Doceri ff. nè quis cum in jus voc. est vi exim.*, *leg. prima §. Hæc autem verba ff. quod quisque Jur. in alium stat.*, *Bartol. in leg.*3. *§. Prætor ait num.*15. *vers. Quia si Statutum ff. de damn. infect.*, *Mans. consult.* 525. *num.*31., maxime in iis, quæ a Legislatore superaddita esse noscuntur, vel ad dictam Legis ampliationem, atque ad ejus efficaciam 24
augendam, proùt in durioribus terminis Legis pœnalis dixerunt *Abb. in cap.*1. *de Constitut. n.*14., *Felin. in cap. Translato num. paritèr* 14. *eodem tit.*, *Navar. in Summ. cap.*27. *num.*51., *Suarez de legib. lib.*6. *cap.*2. *num.*7., *Meroll. eodem tract. disput.*4. *cap.*9. *dub.*3. *n.*20. *vers. Secunda verò circà med.*, vel ad illam extendendam ad casus, de quibus dubitabatur, an sub earumdem censura comprehenderentur *Castropal. Oper. Moral. tom.*1. *tract.*3. *disputat.*1.

punct.3. §.1. n.8., *Bonaccin. de legib. disput.1. quæst 7. punct.8. num.9.*, *Salas eodem tractat. disput.21. sect.3.*, *Suarez pariter de legib. lib.6. cap.2. num.5.*, *Meroll. eodem tract. disputat.4. cap.9. dub.2. num.11.*, *& dub.3. num.20.*, *& Rot. decis.303. num.10. par.17. Recent.*; Certius hæ omnes Regulæ justum locum sibi vindicant in casu nostro, quia si in dubium revocaretur, expressam nominationem Cardinalium requisitam in dicta Regula 70., à Summo Pontifice superadditam fuisse pro tollendis disputationibus, quæ super illorum inclusione in generalibus Constitutionibus nimis frequentes erant, non ampliaretur, imò nec etiam declararetur prior Regula, sed utraque unam, eandemque interpretationem retineret, eosdemque Juris effectus operaretur.

Augescitque vis hujus discursus, si dictæ Regulæ 70. jungatur sequens, primum condita ab eodem Summo Pontifice, qua, ut alibi diximus, cautum fuit, quod Regulis Cancellariæ *nunquam censeatur derogatum in quibuscumque Constitutionibus &c. per quæcumque verba, & Decreta derogatoria, irritantia, universalia, & amplissima, & clausulas, quantumvis efficacissimas, etiam derogatoriarum derogatorias, atque specialis, & individuæ expressionis vim habentes, & habentia, nisi facta fuerit de illis expressa mentio, & non aliter, nec alio modo*; Mens enim fuit Summi Pontificis 25 hac novâ Regulâ submovere similes quæstiones, super derogatione Regularum Cancellariæ, assiduè vertentes in Tribunalibus; licèt enim illis sola generalitate verborum derogatum minimè censeri sensissent *Felin. in capitul. Nonnulli num.7. de rescript.*, *Gomez. in proem. Regul. Cancellar. quæst.5. num.2.*, *Rota decis.666. n.8. vers. Sicùt nec minùs part.1. Recent.*, nihilominus, quacumque submota dubitandi ratione, certam præscripsit formam, qua illis derogatum censeri voluit, eo nempe dumtaxat casu, quo earumdem Regularum expressa fieret derogatio, sublatâ penitùs tacitâ, desumpta ex quibusvis clausulis, *specialis, & individuæ expressionis vim habentibus*; Formam siquidem in Constitutionibus inducere 26 dicuntur tum clausula illa, *& non alitèr, nec alio modo*, tum etiam tot aliæ inculcatæ clausulæ, quibus dicta Regula 71. concepta est, ut ad rem tradit *Rota coram bo: me: Emerix Jun. decis.296. num.4.*, & generalitèr docuerunt *Roland. cons.61. num.17. lib.1.*, *Faber. in Cod. lib.5. tit.1. definit.2. num.3. & seqq.*, *Adden. ad Pamphil. decis.393. num.9.*, *in Asten. Prioratus super pertinentia 7. Novembris 1708. §. Sed in hoc coram R. P. D. Aldrovando*; Illa verò præcise est adimplenda, nedum virtute aliarum clausularum, sed etiam vigore Negativæ inductæ dictione illa *nunquàm*, quæ utpotè omnem casum comprehendens, atque indefinitè prolata, nullam recipit restrictionem, *Barbos. de dict. usufreq. dict. 231.*, sed 27 formam incommutabilem, & præcisam necessitatem inducere dicitur, ita adimendo potentiam, ut actum in contrarium factum irritum reddat, quemadmodum, ducto argumento à *Textu in leg. Non potest ff. de furt.*, *aliisque Juribus*, docuerunt *Bartol. in leg. final. num.8. ff. de feriis*, *& in leg. De his num.4. ff. de Transact.*, *Bald. in leg. final. col. ultim. Cod. de fideicom.*, *Jason. in leg.1. num.2. ff. de verbor. oblig.*, *Aldobrandin. cons.61. num.15. lib.1.*, *Malvasia cons.57. num.23.*, *Pedroch. cons.37. num.21. & seqq.*, *Becc. cons.62. num.43.*, *& cons.66. n.9. & seqq.*, *Castill. quotidian. controv. lib.1. cap.54. num.36. & seqq.*; Præsertim verò quando versamur in forma præscripta 28 à Lege, quæ si semper tradita censetur pro perficienda substantia actus, *Bald. in leg. Comparationes in tertia opposit. in fin. Cod. de fid. Instrum.*, *Alexand. cons.50. num.5. lib.5.*, *Dec. cons.434. num.2.*, *Cephal. cons.438. n.2. & 3.*, *Aldobrandin. cons.34. num.33. & seqq. lib.1.*, *Rimin. Jun. cons.355. num.58. lib.4.*, *Mancacchio de Successfion. creat. lib.2. §.13. requisit.9. num.68.*, *Castill. quotidian. controv. dicto cap.54. num.31.*, potiori Jure formam dare, & actum perficere dicetur, quando nova Lex providet modo diverso ab illo, quo ab antiqua Lege providebatur, *Felin. in cap. Dilecta col.8. vers. Nonum signum de rescript.*, *Alexand. in leg.4. §. Prætor ait num.2. ff. de damn. infect.*, *Roland. cons.72. num.61. lib.3.*, *Becc. cons.12. num.23.*, *Castill. dicto cap.54. num.32. & seqq.*; Quamobrèm cum Regula 70. Cancellariæ, ut S. R. E. Cardinales comprehensi dici possint sub Legibus, & Constitutionibus post eam edendis, requirat expressam eorum mentionem, sequens verò Regula tradat certam formam, omninò servandam, qua Regulis Cancellariæ derogatur, concludendum procul dubio est, quod expressa Cardinalium mentio, requisita pro eorum comprehensione sub ali- 29 qua Constitutione, suppleta dici nequeat amplitudine clausularum, & verborum generalium, Forma namque ex Legis præscripto servanda reiicit quodcumque implementum per æquipollens, eâque omissa, nihil actum censetur, ad *Text. in leg. Non dubium Cod. de legibus*, *Bald. in leg. 1. ff. de liber., & posth.*, ubi etiam *Jason. ex n.18.*, aliique Scribentes, *Malvasia cons.57. n.22. lib.1.*, *Honded. cons.27. num.2. lib.2.*, *Menoch. cons.388. num.20.*, *Laurent. de Pinu cons.18. num.12. & seqq.*, *Rimin. Jun. cons.377. num.9. & 13. lib.4.*, *Turrecr. cons.47. num.34.*, *Castill. dicto cap.54. num.34. & seqq.*

Nilque facit, quod, tametsi dicta regula 70. pro includendis S.R.E. Cardinalibus, in generalibus Constitutionibus, veluti pro forma, requisiverit expressam illorum nominationem, nihilominùs etiam post illam editam sequendo sententiam *Sacræ Rotæ coràm Durano decis.67.*, *& in rec. decis.452.464.part.5.*, *& coràm san. mem. Alexandro VII. decis. 257.* censuerint, quod, quoties agitur de dispositione, odiosa quidem, sed non odio irrationabili, Cardinales subiiciantur censuræ Legum genera-

neralium, licèt in eisdem speciatim non nominentur, ut legitur apud *clar. mem. Card. de Luc. de Regol. disc. 56. num. 3. & seqq., Pignattell. consult. Canon. tom. 6. consult. 66., Constantin. ad Stat. Urb. annot. 17. num. 34. & seqq., Fattinell. de translat. Pension. cap. 5. n. 3. & seqq.*, ob eam ra-
30 tionem, quod tàm pro includendis, quàm pro excludendis à generali Dispositione Personis, & casibus, tametsi speciali nota dignis, inspicienda sit sola voluntas, & intentio Legislatoris, de qua si constet, parui curetur, an illa expressis verbis, vel alio æquipollenti modo declarata fuerit.

Ab hac enim objectione facilè nos expedire possemus respondendo, Doctores in contrarium allegatos unicè inniti auctoritati *Sacræ Rotæ* in citatis *Decisionibus* quæ, utpotè emanatę antè additionem dictæ regulæ factam ab Alexandro VII., attendi minime mererentur, hinc fit, quod Doctores etiam, qui non animadvertentes ad eandem additionem, illas, simplicitèr sequuti fuerunt, allegari nequeant ad decisionem hujus Causæ, in qua procedi debet cum nuovo Jure constituto in dicta Regula 70., ab Alexandro VII. ampliata, ut benè in proposito ratiocinatur *Rota in dicta Corduben. Beneficiorum 18. Februarii 1704. §. Si ergo coràm Reverendiss. Molines Decano*, ibi = *Si ergò ex prædictis hodie procedi non potest cum confutata Decisione Crescentij, nullam promerentur animadversionem Doctores in objecto citati, cum omnes pertranseant cum illius fundamentis, & auctoritate*, & dictum etiam fuit in alia Decisione illius confirmatoria *eoràm Reverendiss. Omanna Episcopo Giennen. 12. Decembris ejusdem anni, §. Cùm itaque*; Verùm prætereà singillatìm expendendo Auctoritates omnes in contrarium allegatas, nulla ex eisdem casui nostro applicari potest; *Cardin. enim de Luc. in*
31 *dict. disc. nu. 2.*, referens distinctionem inter Dispositiones simplicitèr odiosas, & alias odiosas odio irrationabili, allegat solam *decisionem 257. eoràm san. mem. Alex. VIII.*, aitque, in suo casu opus non esse agere de qualitate Cardinalitia, quia res erat de privilegio exemptionis clauso in corpore Juris communis, Civilis, & Canonici, quo omnes Clerici, & Ecclesiastici efficiuntur exempti à Gabellis laicalibus, qualis originariè saltèm erat illa, de qua ibi agebatur, ideòque nemò non videt, frustrà illius auctoritatem adferri ad decisionem hodiernæ controversiæ, quando ipse in casu, in quo ejus quæstio versabatur, omittens ea, quæ specialitèr à Doctoribus traduntur de qualitate Cardinalitia, quæstionem decidendam esse censuit ex mera censura regularum, pro quolibet Clerico à Jure communi traditarum, *Pignatell.* longè diversam à nostra quæstionem instituit, nam *dicta consult. 66.* quærit, an in Constitutionibus Apostolicis pœnalibus comprehendantur Clerici, de quibus nulla in eis fit mentio specialis, & pro eorum comprehensione in casu, quo Clerici non fuerint specialitèr privilegiati, vel non agatur de Dispositione odiosa odio irrationabili, veluti à majori ad minus, utitur argumento ducto à comprehensione Cardinalium, allegando *decis. 46. & decis. 464. part. 5. rec.*, supponit itaque, non autem examinat, an subsistat Cardinalium comprehensio, de qua est quæstio. *Modernus Asculanus* multò minus ad rem nostram allegari meretur, quia disputat, an in Causis Mercenariorum Depositum mercedis menstruæ, vel diurnæ, faciendum ex reformatione san. mem. Pauli V., fieri etiam debeat à S.R.E. Cardinalibus, & allegando *dictas decisiones part. 5., & eoràm san. mem. Alexandro VIII.* concludit affirmativè, sed nihil hoc ad rem nostram, nam san. mem. Alexander VII. in additione facta Regulæ 70. Cancellariæ comprehendere noluit Constitutiones anteà editas, quas reliquit sub dispositione Juris communis, illamque restrinxit ad solas Constitutiones in posterùm edendas; Quamobrem omisso, an præfatus Auctor rectè concludat, Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ includi sub Reformatione san. mem. Pauli V., cujus hypothesi rectè applicari poterant Rotales Decisiones, quas ipse allegat, nihilominus allegari nequit ad decisionem quæstionis orientis super comprehensione S. R. E. Cardinalium in generalibus Constitutionibus editis post dictam additionem Regulæ 70. requirentem expressam illorum mentionem. Denique, quod attinet *ad R. P. D. Fattinelium*, tantùm abest, quod ille faveat contrariæ opinioni, ut potiùs pro nobis allegari mereatur, ait enim *dict. cap. 5. num. 3.* Pensiones reservatas super Beneficiis, & Ecclesijs Cardinalium olim transferri potuisse vigore Indulti transferendi quascumque Pensiones, eo quia Cardinales comprehenderentur in generali Dispositione etiam odiosa, dummodò odiosa non esset odio irrationabili, juxtà pluries citatas *Sacræ Rotæ Decisiones*; Verùm non obscurè innuit, aliter rem se habere, postquàm supervenit Constitutio 113. san. mem. Urbani VIII. qua sancitum fuit, illas transferri non posse sinè eorum consensu, vel nisi in Indulto, de transferendis Pensionibus super Beneficiis *etiam Cardinalium* nominatim dictum sit; Si igitur præfatus Auctor, tametsi agatur de materia minimè odiosa odio irrationabili, nihilominùs sentit, quod pro comprehendendis Cardinalibus, non sufficit generalitas Clausularum, & amplitudo verborum, ob Constitutionem san. mem. Urbani VIII., requirentem expressam illorum mentionem, pari ratione minimè comprehensi censendi erunt in quibusvis Constitutionibus, licèt universalibus, ob declarationem à san. mem. Alexandro VII. factam in Regula 70. requirentem, quod ijdem speciatìm nominari debeant in quibusvis Constitutionibus, atque Ordinationibus.

Cessatque in nostra hypothesi illa ratio, quod exclusio, & inclusio Cardinalium sub quavis generali Dispositione, tota pendeat à voluntate Summi Pontificis, illam condentis, ideòque satis sit, quomodocumque de ea apparere,

32 rere, Nàm si quæstio hæc dicatur voluntatis,
ea illico sublata videri poterit voluntate ipsius
Summi Pontificis, qui dum generali Lege de-
claravit, quod Cardinales nullo casu in qua-
vis Constitutione comprehensi unquàm cen-
seantur, nisi de illis expressa mentio fiat, de-
clarasse etiam videri poterit, quod hæc volun-
tas adesse censeatur eo dumtaxat casu, quo
Cardinales expresse nominentur, ex notatis
per *Gambar. de Offic. & potest. Legat. lib.* 10.
*num.66., Mans. consult.*32.*nu.*28.& magis præ-
cise in nostris terminis tradit *Rota decis.* 172.
*nu.*29.*part.*4.*tom.*2. & prius *decis.*402.*num.*7.*in*
*princip.& in fin.part.*3. *rec.* Cum itaque agatur
de Regula, quam omnes Alexandri VII. Suc-
cessores renovarunt cum ea additione, quod
Cardinales, ut subjiciantur censuræ Legis uni-
versalis, expresse nominari debeant, frustrà
de eorum voluntate quæritur, quando hac Re-
gula, veluti solemni Lege, quodammodo de-
clararunt, se tali voluntate carere, quoties
omitterent expressam eorum mentionem.

Fortius autem discursus iste urget in casu
nostro, animadvertendo, quod regula illa, qua
33 edocemur pro inclusione, vel exclusione à ge-
nerali Lege alicujus casus, sivè Personæ, quan-
tumvis, privilegiatæ, & speciali notà dignæ,
unicè inspiciendam esse voluntatem Legisla-
toris, tametsi resultantem ex generalitate ver-
borum, & latitudinem clausarum rectè pro-
cedere, quoties sub censura ejusdem Legis, ve-
nire possunt plures casus, speciali notà digni, vel
plures Personæ æqualitèr privilegiatæ; pro his
enim comprehendendis inventæ sunt generales
clausulæ, quia Supremi Principes, atque Le-
gislatores universalibus providentes, particu-
larium notitiam habere minimè censentur,
34 ideoque nè singulæ Personæ, & casus, quos
alioquin sub generalitate Legis comprehende-
re voluerunt, ab ea exempti dici possint, eo
quod desit expressa eorum mentio, satis est,
quod ista vel ex identitate rationis, vel ex simi-
lium comprehensione, vel ex generalitate clau-
sularum per æquipollens eliciatur, *Felin. in cap.*
*nulli nu.*4. *de rescript. & in cap. accedentes n.* 5.
de præscr pt., Cravett. cons. 126.*num.*4. & 5. &
plurib. seqq., Surd. cons. 143.*num.*20.*vers. & hoc*
procedit, Card Albit. discept. 2. *qu.* 9. *num.*5.
post clar. mem. Card. de Luc. de Jurisdict., Cas-
*sador. decis.*38. *num.*3. & 8. *super regul., Put. de-*
*cis.*87. & 103. *ante num.* 1. *lib.* 1., & *decis.*503.
*lib.*2., *Ludovis. decis.*109.*num.*10., ibique *Beltra-*
*min. num.*14., *Rot. in recent. decis.*666.*num.*2. &
3.*part.* 1. & *decis.* 630. *num.* 43.*par.*4.*tom.*3. At
alia Juris determinatio statuenda est in casu
nostro, in quo Sac. Collegium S. R. E. Cardi-
nalium est unicum, nullaque Persona, aut quod-
vis aliud politicum Corpus sublimitate par illi
esse potest, & quemadmodum eorum dignitas
summa est, ita etiam eximia, ac omnium
præstantissima sunt privilegia eisdem concessa;
hoc autem casu absurdum est asserere, quod
Summi Pontifices, qui in crastinum suæ assum-
35 ptionis edunt solemnem illam Legem, Regu-
las nempè Cancellariæ, in quarum 70. profitentur, quod eorum mens sit numquam in quibusvis generalibus Constitutionibus comprehendere S. R. E. Cardinales, nisi eorumdem expressa mentio fiat, absurdum, inquàm, est asserere, quod sub involucro verborum, & clausularum generalium comprehendere voluerint Collegium, & Corpus illud, quod in Christiana Republica singulare est, & Ordinis, ac Dignitatis celsitudine, atque privilegiorum sublimitate ceteros omnes longè antecellit, & sanè sicuti in Supremo Principe, qui Leges omnes præ mentis oculis habere semper censetur, præsumi nequit oblivio dictæ Regulæ 70., sic etiam multò minus præsumi poterit, quod in ferendis novis Legibus, aut Constitutionibus, mentem minimè intenderit in unicum illum Sacrum, & Eminentissimum Cæ·um, cujus Personæ quotidiè ob ejus oculos versantur, eidemque, ut inquit *Innocent. in cap. per Venerabilem. qui filii sint legit. = jure le.itico in exequutione Sacerdotalis Officii Coadjutores existunt*, & quos *Divus Bernardus lib.* 4. *ad Eugen.* vocat *Collaterales, & Adjutores sedulos, & intimos Summi Pontificis*. Qua de re casus, & Persona illa, quæ singularis est, obversatur menti, & oculis Summi Pontificis, & cujus respectu urget diversitas tum rationis, tum dissimilitudinis, qua cæteris longè eminentior est, comprehendi nequibit sub Dispositione ulla, tametsi amplissimis clausulis concepta, sed si in ea omissa legatur, consultò omissa censenda erit, illius generalitatem porrigendo ad ceteras Personas, in quibus concurrat rationis identitas, & similitudo conditionis, prout in terminis Cardinalium animadvertit, *Cephal. cons.*2.*num.*8 & 9. *lib.*1., *Bellet. disquisit. Clerical. par.* 1. *de disciplin. Clerical.* §. 2.*num.* 42. & in casu omninò simili firmavit celeberrimus Jurisconsultus *R. P. D. Petrus Franciscus de Rubeis in quodam suo Voto edito de anno* 1666.*impress. apud R.P.D. Zaul. ad Statut. Favent. tom.*2.*rubr.*4.*pag.*176.*num.*50.*cum duob. seqq.*

Agnoscentes igitur egregii Rev. Cameræ Defensores, præfata Regulà 70. Cancellariæ, ita amplificata, atque declarata à san. mem. Alexandro VII., constitutum fuisse novum Jus, quo, sublatis veteribus quæstionibus, plenè constabilita fuerat non comprehensio Cardinalium sub quavis generali Constitutione, ac Lege quocumque modo concepta, si in ea deesset expressa illorum mentio; in disputationibus Causæ habitis coram R.P.D. Auditore Eminentissimi Cardinalis Camerarii vim dictæ Regulæ, & novi Juris, per eam inducti, censuram eludere curarunt, ajendo, illam, utcumque ab Alexandro VII. amplificatam, tribuere quidem posse S.R.E. Cardinalibus exemptionem à Constitutionibus, & Regulis post eam edendis, in quibus speciatim nominati non legerentur, at non etiam eosdem eximere ab aliis particularibus Dispositionibus, Edictis nempe, Bannis, Chirographis, Brevibus, ceterisque cujusvis

geoe-

generis Sanctionibus, Pontificiâ auctoritate promulgandis, eò quod Regula de illis nominatim non loquatur; satis aperta dicebantur verba Regulæ = *Statuit, ordinavit, &c., quod in quibuscumque Constitutionibus, & Regulis per Sanctitatem Suam edendis non comprebendantur &c.*; Si autem juxtà mox relata verba, non comprehensio Cardinalium restringitur ad Regulas, ac Constitutiones, & limitatè quoad illas statuitur, quod in eisdem comprehensi minimè censeantur, nisi expressè nominentur, non idcircò idem Jus statuendum erit quoad alias dispositiones, si ex efficacia verborum, & clausularum, quibus conceptæ sunt, & ex qualitate materiæ, minimè odiosæ odio irrationabili, ac proportionatæ etiam Cardinalibus, colligi possit voluntas Disponentis illos comprehendendi. Quamobrem, juxta Causæ divisionem factam in §.2., progrediendo ad alteram illius partem, exadverso dicebatur, quod cum hodiernæ controversiæ causam dederit Edictum Eminentissimi Cardinalis Camerarii, certam imponens Gabellam pro contractibus Animalium in Urbe celebrandis, illudque amplissimis verbis, & clausulis conceptum fuerit, earum vigore comprehensum dici debeat etiam Sacrum Collegium, licèt desit expressa illius mentio requisita à dicta Regula 70., utpotè in litera minimè loquente de istiusmodi particularibus Dispositionibus, proindeque earum respectu immotam manere opinionem *Sacræ Rotæ*, sentientis, Cardinales comprehensos censeri amplitudine verborum Legis, seu Dispositionis generalis odiosæ, sed non odio irrationabili, & versantis in materia, Cardinalibus etiam proportionata.

Jure nostro ex istiusmodi Partis adversæ interpretatione nobis sumimus, quod explosâ jam *Sacræ Rotæ* opinione, confirmetur id, quod *§. Verùm enim verò & seqq.* ad probandum assumpsimus; videlicèt, Regulam nostram novum Jus statuisse, & Eminentissimorum Cardinalium exemptionem longè auxisse, dum Pars adversa, vel invita quodammodò fatetur, quod post illam editam, iidem, nisi expressè nominentur, non subijciuntur Constitutionibus, & Legibus generalibus deinceps edendis, tametsi odium irrationabile non contineant, materia proportionata sit S.R.E. Cardinalibus, & redundent verbis, & clausulis amplissimis. At verò, si juxta censuram dictæ Regulæ submotis subtilitatibus, & distinctionibus ante illam inventis, pro comprehensione Cardinalium in aliquo Dispositionum genere requiritur expressa illorum mentio, facilè erit ostendere, quod ejusdem restrictio ad Pontificias dumtaxat Constitutiones, & Regulas Cancellariæ, exadverso excogitata, vim faciat verbis Regulæ nostræ, & adversetur menti illius Conditoris.

Profectò si perpendamus verba, satis esset, Summum Pontificem declarasse Cardinales exemptos à censura *quarumcumque Constitutio-*
36 *num*, in quibus iidem expressè nominati non legerentur, ut eorum non comprehensio generaliter extenderetur ad quasvis Sanctiones in Populum editas, ità suadente propriâ significatione illius nominis *Constitutio*, quæ, tamquam genus, continet quamcumque Legem scriptam, per *Text. in leg. 1. §. Quodcumque ff. de Constit. Princip.*, *Brisson. de verb. signif. lib. 3. verb. Constitutiones pagin. mihi 142. num. 30.*, *Hotoman. Comment. verb. Jur. lit. C. verb. Constitutio*, *Anton. Nebrissen. in vocabular. utriusque Jur. lit. C. ante O. verb. Constitutio pag. mihi 85. col. 1.*, *Lancellott. Instit. Canonic. lib. 1. tit. 2. §. final.*, & intelligitur de omni Jure humano, ut notavit *Duiatius ad Lancellott. Instit. Canon. loco citato*; Quamobrem eo nomine intelligi nedum Leges à Supremo Principe immediatè sancitas, sed quævis Edicta, Banna, & Dispositiones, ejusdem auctoritate ab ipsius Ministris promulgatas, docuerunt *Abb. in rubric. de Constit. numer. 1.*, *Pirrhing. eodem tit. sect. 1. §. 1. num. 1. & seqq.*, *ceterique Scribentes ad d. rubric.* Certius in casu nostro, quia Conditor Regulæ, ut apertiùs declararet, speciem nullam Dispositionis excludere, generico illi nomini *Constitutionibus* addidit dictionem *qui-*
buscumque, quæ tamquam effrenatissima, Di- 37
spositionem extendit etiam ad impropria, & diversa ab expressis, & quæ ceteroquin sub dispositione non venirent, immutando naturam eorum, quibus adjungitur, *Gozzadin. consil. 1. num. 19.*, *Barbos. dict. 317.*, *Rot. decis. 368. numer. 5. part. 1. divers.*, *coram Verallo decis. 296. num. 6. part. 2.*, *coram Coccin. decis. 1680. nu. 9. & 52.*, *decis. 2170. num. 4. & seqq.*, *in rec. decis. 334. num. 1. part. 12.*, *decis. 335. n. 7. par. 13.*, *in Romana Cappellaniæ 16. Februarii 1682. §. Potissimum stante cor. bon: me: Ursino.*

At cur in re non dubia argumentis utimur non necessariis, atque subtiliùs observando verba, quibus Regula concepta est, probare con-
tendimus, illam generaliter comprehendere 38
quodcumque genus Legis, quam Supremus Princeps in Populum edixerit, quando, si quæ ambiguitas esset in illius verbis, ea penitus sublata fuisset declaratione ejusdem Regulæ relata *§. At quoniam*, qua statuitur, *illam locum habere in Constitutionibus, & aliis Ordinationibus per Sanctitatem suam in posterum post earumdem Regularum editionem tantum faciendis?* Hæc declaratio, utpote jussu Papæ facta a clar: me: Card. Corrado Pro-Datario, qui in iis, quæ ad suum munus pertinebant, organum Papæ, & vivæ vocis Oraculum habere dicebatur, *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloss. 63. num. 60.*, *Pyrr. Corrad. in prax. dispens. Apostol. lib. 2. cap. 1. num. 36.*, *& in prax. benefic. lib. 3. cap. 6. num. 21. & seqq.*, *& cap. 8. num. 30.*, *Amayden. de styl. Datar. cap. 1. num. 4.*, *& cap. 3. à nu. 1. usque ad 7.*, *Rosa de Exequut. Liter. Apostolic. cap. 1. num. 55. & seq.*, *Rota coram Merlin. decis. 281. num. 8. 9. & 16.*, *in rec. dec. 68. n. 17.*, *& in Lauden. Vicariæ 29. Martii 1694. coram clar. me. Card. Caprara impress. apud D. Piton. discept. Eccles. pag. mihi 443. n. 39.*, ab ipsius Sumi Pon-

39 Pontificis ore proceſſiſſe cenſetur, ob illam regulam *omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur*, quam in propoſito expendunt *Pyrr. Corrad. in prax. benefic. d. lib. 3. capit.6. num.22. & ſeq.*, *& cap.9. nu.31. & ſeq.*, *Amayden. de Styl. Datar. d. cap.1. nu.2.*, *Mandoſ. ad Regul. Cancellar. regul.33. quæſt. 2. n. 1. & ſeq.*, *Rot. coram Puteo decis.434. numer. 1. lib.2.*, *coram Buratto deciſ.883. num.10.*, ideòque eandem vim obtinet, quam habet Lex ipſa, quam declarat, per ea, quæ ad rem noſtram habentur apud *Roſ. de Exequut. Liter. Apoſtolic. cap.1. num.56.*, *Amayden. de Styl. Datar. cap.3. à num.3. uſque ad 7.*, & in terminis declarationis *Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap.185. num.29.*, *Rot. deciſ.1404. num.17.*, *& deciſ. 2283. n.31. coram Coccino*, *& deciſ.198. numer.24. coram Priol.*, *& decis 101. n.21. & ſeqq.*, *& dec.168. num.20. & 21. part.10. rec.*, *& in Forolivien. Commendæ 11. Januarii 1709. §. Ex quibus Epiſtolis & duob. ſeqq. cor. R.P.D. Scotto*. Quamobrem, cum in dubium venire nequeat, quin ſi in ipſa Regula legeretur, quod S.R.E. Cardinales comprehenſi minimè cenſeantur *in quibuſcumque Ordinationibus*, *Conſtitutionibus*, *& Regulis, per Sanctitatem Suam edendis*, penitus conticeſceret hodierna quæſtio, quia nemini dubium eſſet, Summum Pontificem exemptionem Cardinalium reſtringere minimè voluiſſe ad Pontificias dumtaxat Conſtitu-
40 tiones, & Regulas, quia, ut ſenſui patet, verbo illo *Ordinationibus*, quæcumque aliæ particulares Diſpoſitiones comprehenſæ fuiſſent, dicendum proculdubio eſt, quod cum verbum iſtud *Ordinationibus*, virtute declarationis, cenſeatur ineſſe ipſi Regulæ, quæ declaratur, *Pariſ. conſ.65. num.6. vol.1.*, *Decian. conſil. 8. n.211. vol.1.*, *Roland. conſ.46. n.38. vol.2.*, *Menoch. de arbitrar. quæſt.73. num.26.*, *Giurb. ad Conſuetud. Meſſanen. cap.2. Gloſ.1. ſub nu.6.*, *Gallin. de verbor. ſignific. lib.6. cap 2. num.10.*, *Carrar. deciſ.16. n.32.*, *Palm. Jun. conſult.48. num.58.*, *Surd. deciſ.29. num.4.*, *Gratian. diſcept.147. num.3.*, *Rota coram Buratt. dec. 10. num.17.*, *& deciſ.113. num.24.*, Summus Pontifex effrenatis illis verbis = *quibuſcumque Conſtitutionibus*, *& Regulis* = comprehendere voluerit quamcumque ſpeciem Legis, pro regimine Subditorum promulgandæ.

Clara ex his videri poſſent verba Regulæ, at clariora etiam redduntur, ſi inſpiciamus mentem Summi Pontificis, qui illam cum nova additione, de qua agitur, promulgavit; Etenim Domini Defenſores Rev: Cameræ, vel inviti, fatentes, dictam Regulam intelligendam
41 eſſe de Conſtitutionibus generalibus, quonam colore affirmare unquam potuerunt, quod ejuſdem Regulæ diſpoſitio locum ſibi minimè vindicet in aliis Legibus, & Diſpoſitionibus minus ſolemnibus? Abſurdum quippè eſſet aſſerere, quod privilegium indulgeat quod eſt majus, & deneget id, quod eſt minimum, quo argumento benè in terminis ſimilibus utitur *Sacra Rota in dicta Corduben. Beneficiorum 18. Februarii 1704. ſub §. Efficax coram Reverendiſſimo Molinet Decano*, *& 12. Decembris ejuſdem anni §. Huic rationi coram Reverendiſs. Omanna Epiſcopo Gennen.*. Præterea, ut alibi obſervavimus, Summum Pontificem latere non poterat, quæſtiones inter Doctores, & Tribunalia agitatas ſuper comprehenſione, vel non comprehenſione S.R.E. Cardinalium ſub generalibus Diſpoſitionibus, reſtrictas minimè eſſe ad Pontificias dumtaxat Conſtitutiones, & Regulas Cancellariæ, ſed generaliter loqui de quacumque Lege, aut diſpoſitione, auctoritate Papæ promulganda, & quidem de hac ſecunda ſpecie, Indultis videlicèt, aliiſque particularibus Diſpoſitionibus loquebantur ſuperiùs citatæ *Sacræ Rotæ deciſiones*; Dum igitur Summus Pontifex, ambiguitatibus, & controverſiis ſublatis, novis uberioribus privilegiis Sacrum Collegium ornare, atque augere voluit, dicendum eſt, indifferenter in quacumque Diſpoſitione pro eorum comprehenſione requiſiviſſe expreſſam illorum mentionem, alioquin nova illa additio, ab ipſo facta Regulæ 70., effectu penè vacua redderetur reſtrictione ad Regulas, & Conſtitutiones dumtaxat; rarò enim eveniret caſus, quo ad uſum redigi poſſet novum iſtud privilegium, cum vix, ac nè vix quidem unquam novæ Regulæ promulgentur, raræ verò ſint Conſtitutiones, quæ à Summis Pontificibus per modum Legis generalis eduntur; contra verò frequentes, ac familiares ſunt Sanctiones illæ, quæ pro regimine Status conduntur per ſimplicia Edicta, Banna, Brevia, Chirographa, aliaſque hujus generis Ordinationes, quibus ſi Cardinales obnoxii eſſent, quoties de eiſdem expreſſa mentio facta non reperiretur, eluderetur mens Summi Pontificis Alexandri VII., jubentis, nedum in dicta Regula 70., ſed in ejus declaratione, S. R. E. Cardinales exemptos eſſe *à quibuſcumque Ordinationibus*, *Conſtitutionibus*, *& Regulis in poſterum edendis*, quod denique confirmari
poſſet ſubſecutâ obſervantiâ inferiùs recenſen- 42
da, & qua melius, quam ipſa propria verborum ſignificatione, declaratur quid *quarumcumque Conſtitutionum*, *Regularum*, *& Ordinationum* nomine Summus Pontifex comprehendere voluerit, ad tradita per *Rot. coram Seraph. deciſ. 1025. numer. 6.*, *coram Bich. deciſ.459. num.19.*

At propius accedendo ad ipſum Edictum publicatum ſuper dicta Gabella contractuum animalium, ejuſque examen aſſumendo; Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ab illius cenſura exempti ſunt tum vi verborum, tum ex ſpeciali quodam Jure, quod illos vindicat à ſolutione Gabellæ, de qua res eſt; Idem enim Cap.21. ita ſe habet = *Comandiamo, che qualſivoglia Perſona Eccleſiaſtica, o Secolare di qualſivoglia grado, o condizione, benchè per comprenderla vi foſſe neceſſità di farne ſpecifica, & individua menzione, e che ſenza tal ſpecificazione per la Dignità del ſuo grado Eccleſiaſtico, o Secolare, non poteſſe reſtar compreſa, quando com-*

pre-

prerà, o venderà Bestiami &c., debba dare nel termine prefisso in detti Bandi l'assegna giusta in Dogana, e suoi Ministri della vendita, o compra seguita, e del suo giusto prezzo, con il quale è stata fatta = Subditurque in §. *finali* ejusdem Edicti = *Avverta per tanto ogn'uno a non contravvenire, perchè si procederà irremibssilmente contro qualsivoglia Persona, benchè Ecclesiastica, o Regolare etiam di qualsivoglia Ordine, di cui, e de' quali si dovesse fare speciale, & individua menzione &c.*

Neque his, neque aliis hujus Edicti locis mentio ulla fit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, imò verò idem nec etiam loquitur de Collegiis, prout legebantur comprehensa in Indulto, de quo agit *Decisio coram san. me. Alexandro VIII. num.2.*, ibi = *Ceterorumque Collegiorum Ecclesiasticorum, cujuscumque qualitatis sint, & quocumque nomine nuncupentur*, quamobrem nemo non videt, generalitatem verborum, & clausularum præfati Edicti in suo recto, & germano sensu, adhibitam fuisse pro comprehendendis Ecclesiasticis, & Regularibus Cœtibus, præsertim Societatis Jesu, aliarumque quamplurium Regularium, & Congregationum, sive per immediatam concessionem, sive per communicationem gaudentium privilegio exemptivo; cum enim Summus Pontifex eorum specialia privilegia præ mentis oculis habere minimè posset, justâ
43 ratione illa comprehendere voluisse censetur sub involucro generalium clausularum; at non etiam sub eisdem involvisse dici potest Sacrum Collegium, cui in universa Ecclesia nulla Persona, Cœtus nullus, nullumque Collegium, aut aliud quodvis politicum Corpus, Dignitatis præstantiâ, & Privilegiorum præeminentiâ, par esse potest, ideòque pro eodem subijciendo dicto Edicto, frustra allegatur generalitas verborum, quæ si effectum suum operari potest respectu ceterarum Personarum, atque Cœtuum Ecclesiasticorum, porrigi non debet ad Sacrum Collegium, ut rectè in simili ratiocinatur *R.P.D. de Rubeis in suo Voto apud Reverendissimum Episcopum Verulanum tom. 2. folio mihi 177. numer. 50. & seqq.*, quamobrem, si speciatim nominatum non fuit, consultò omissum censeri debet; Maximè verò quia Summus Pontifex, & Eminentissimus Camerarius, qui ejus jussu Edictum promulgavit, sciebant, quod si in eo expressam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium mentionem fecissent, inutilis prorsùs fuisset quævis generalitas verborum, & clausularum; Nulli quippe dubium esse poterat, quin Legi illi cui subijciebantur Cardinales, subijcerentur ceteri omnes, quovis privilegio locupletati, ut ex *Text. in Auth. multò magis Cod. de Sacrosanct. Eccles.*, arguit in simili *clar. mem. Card. de Luca de regal. disc.56. n. 7. versicul. Item quia, & Rota coram san. mem. Alexandr. VIII. d. dec.257. num.18.*

At fortiùs pro non comprehendendis Cardinalibus sub d. Edicto urget peculiaris ratio, & speciale Jus, in nostra specie illis assistens; Nam si, ut innuimus in §. *Hæc autem distinctio*, probetur, Cardinales vigore clausularum generalium nunquam comprehendi in Constitutione ulla universali, quoties in materia illa, de qua loquitur Constitutio, iidem specialibus privilegiis potiuntur, ad differentiam generalium Legum editarum super rebus, in quibus speciali carent privilegio; Si prætereà docea- 44
tur, in subjecta materia Edicti, Cardinales nominatim non exprimentis, eosdem specialiter privilegiatos reperiri, dicendum profectò erit, minimè subijci tali Edicto, tametsi generalibus clausulis, & verbis concepto. Utraque autem hujus Assumpti pars probatur.

Etenim, si agatur de prima, satis est referre verba, ac indicare loca præclarissimorum hujus sententiæ Auctorum; id enim docuerunt *Cardin. Albanus in suo opere de Cardinalibus inter tract. magn. tom.13. part.2. quæst.42. 13. privileg. pag. 128.*, ibi = *quintus casus est, quando Constitutio, generaliter loquens, non præsumptivè, sed dispositivè promulgata est, & tunc, si in eadem materia, de qua loquitur Constitutio, Cardinales specialibus privilegiis funguntur, proculdubio non comprehenduntur, argumento Text. notab. in leg. Decurionibus Cod. de silent. lib.12., per quem Textum, inquiunt Scriptores, nunquam Constitutionem generalem tollere privilegia, quæ in eadem materia aliquibus specialiter concessa fuere &c.; Specialia enim privilegia à generalibus Constitutionibus in eadem materia promulgatis non destruuntur, quod & rationi valdè consentaneum est, cum nihil tàm naturale sit, quàm id eo modo dissolvi, quo ligatum est, ergo generalia generalibus, & specialia specialibus sunt tollenda, & ita de Cardinalibus loquens tenet Gundisalv. in tract. de Cardinal. quæst.12.* = *Azor instit. moral. tom.1. lib.5. cap.11. quæst.5. pag.498. lit.D.*, ibi = *Prætereà, si Lex feratur de re, sive materia aliqua, in qua Cardinales specialibus gaudent privilegiis, non tenentur ea Lege universè lata, quoniam Lex generalis non adimit, & abrogat privilegia peculiariter alicui concessa. ut est communis opinio, Germon. de Indult. Cardin. in verb. alioquin ex numer. 33., Gambar. de Offic., & potestat. Legat. lib.4. numer.145., Lotter. de re benefic. lib.1. quæst. 8. num.90. & seq.*, quos sequitur *clar. mem. Card. Albit. in sua disceptat. de Jurisdictione, quam habent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinal. &c. disceptat.2. quæst.8. num.6., Pignatell. consult. Canon.66. num. 3. tom. 6.*, & hanc opinionem perpetuò secuta est *Sacra Rota, ut apud Mohedan. decis.10. de Privileg., Cassador. dec. prima num.3., Verall. dec.83. part.2., Simonets. decis.51. lib.1., Put. dec.137. lib.2. in correct., in Valentina Archidiaconatus, & in Caurien. Canonicatus apud Gomez ad Regul. Cancellar. Glos. 24. num.13., & in Recentior. decis. 46. nu. 11. cum seqq., decis.464. num.7. part. 5., coram san. mem. Alexandr. VIII. decis.257. nu.9. & seqq.*, & conferunt deducta in terminis fortioribus per *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de benefic. decis.21. num.2. & seqq., & decis.22. nu.9.*

rum pluribus seqq. tom. 1., neque id peculiari
45 aliquo favore indultum est solis Cardinalibus, sed generaliter in quacumque dispositione non comprehendi casus, & Personas privilegiatas in ea specie, & casu, de quo agitur, tradiderunt *Felin. in cap. 1. columm. 7. versicul. secunda dispositio de rescript.*, *Soccin. Jun. in leg. 1. sub num. 77. ff. solut. Matrim.*, *Paris. consil. 81. numer. 9. lib. 3.*, *Pedroch. cons. 25. num. 41. & seq.*, *Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. Glos. 14. num. 41. & seq.*, benè *Cyriac. controv. 555. numer. 89. & seq.*, *Castill. controvers. Jur. lib. 4. cap. 41. num. 14.*, *Sard. dec. 174. num. 1. & seqq.*, *& dec. 323. ex num. 5.*, *Palm. allegat. 137. numer. 38.*, inquiens, hoc casu requiri expressam, & individualem mentionem, nec sufficere universalitatem verborum.

Prout etiam, quod nos versemur in specie, in qua Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales præ-
46 cipuo fruuntur privilegio exemptivo à solutione Gabellæ Contractuum, perspicuum reddi videtur ex à nobis relata Constitutione san. me. Pauli III., in qua Summus Pontifex statuit, omnes esse subjectos Gabellæ Contractuum, sed inter ceteros, quos excipit, excipit S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ibi = *Exemptiones quoque, Gratiæ, Indulta, & Privilegia omnia, & singula contra ipsius Gabellæ exactionem per prædictos, seu per Nos, Sedemque Apostolicam quomodocumque quibusvis Personis generaliter facta, concessa, & indulta, non intelligi in præjudicium exactionis ipsius Gabellæ, nec illam quomodlibet comprehendere, ac nemini de præterito, seu futuro suffragari posse declarantes, nullis prorsus Personis exceptis, præterquam hujus Sanctæ Sedis Cardinalibus, nec non Camerario, Cameræ Apostolicæ Thesaurariis, & Clericis &c., & aliis, quibus per nos specialiter, & particulariter indultum fuerit, & Gabella prædicta gratiosè remissa, quos omnes, & singulos prædictos pro se ipsis solummodò volumus ad illius solutionem non teneri, essequè omninò exemptos, quam tamen exemptionem non possint, nec valeant ad illorum Personas, qui cum illis contraxerunt, vel contrahent in futurum, aliquo modo traducere, seu transferre, tenore præsentium constituimus* =. Si itaque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in nostra specie peculiari donati reperiuntur privilegio exemptivo, si illi derogatum censeri nequit vi dumtaxat generalium clausularum, contentarum in Lege, super tali specie lata, ex his, veluti ex necessario antecedenti, sequitur, quod iidem exempti censendi sint à censura Edicti, de quo agitur, juxta firmata superioribus locis.

Frustraque Defensores Reverendæ Cameræ excipiebant, præfatam Constitutionem Pauli III. loqui de Gabella generali à Sixto IV., & Julio II. in Urbe, & Districtu imposita super Locationibus, Affictibus, Impositionibus Censuum, Venditionibus, Emptionibus, Dationibus in solutum, ceterisque Contractibus, qua jamdudum abrogatâ, privilegium, quod ab ea eximebat, suffragari nequeat respectu Gabellæ, quæ de novo imposita fuit. Objectio namque ista non subsistit in Facto, & in Jure non officit.

Non quidem subsistit in facto, quia ex lectura ipsius moderni Edicti ab Eminentissimo Cardin. Camerario promulgati, perspicua fit identitas, & perduratio antiquæ Gabellæ contractus animalium; In *citato* enim *cap. 21.* nominatim loquendo de Gabella *de Contratti de Bestiami*, habentur hæc verba = *approvando in oltre tutte le sentenze in diversi tempi publicate in favore de Doganieri Generali di Roma sopra il pagamento di simil Gabella de' Contratti de Bestiami fatti tanto in Roma, quanto nel suo Distretto, e particolarmente quella pubblicata li 5. Marzo 1539. da Monsignor Gaddi allora Chierico di Camera, e l'altra pubblicata li 16. Luglio 1629. &c. di nuovo comandiamo, che qualsivoglia Persona Ecclesiastica, o Secolare &c.* Summus Pontifex Paulus III. electus fuit anno 1534., vixit annis quindecim, & diebus octodecim, Sententia itaque a R. P. D. Gaddo promulgata anno 1539., emanavit sub Pontificatu Pauli Tertii, ideoque si in Edicto Card. Camerarii, pro constabilienda Gabella contractus animalium, adprobantur, & confirmantur tum aliæ,
tum etiam prædicta sententia tam quam specia- 47
tim loquens = *de Contratti de' Bestiami, fatti tanto in Roma, quanto nel suo Distretto* = In dubium revocari nequit, Gabellam, de qua hodie agitur, dici non posse de novo impositam, sed esse illam, eandemque quæ viguit, & Sententiis confirmata dicitur tempore Pauli III.; Nec enim præsumi potest, Eminentissimum Cardin. Camerarium, pro recta forma, modoque imponendo Gabellæ contractuum animalium, relationem habere voluisse ad Constitutionem, & Sententias, quæ de ea non loquebantur, sed formam, & regulam præscribebant Gabellæ impositæ super Locationibus, Affictibus, Impositionibus Censuum, Venditionibus, ceterisque similibus Contractibus, ad quorum normam conformari, & exigi certe nequivisset Gabella contractus animalium.

Minùs verò officit in Jure, quia exemptio, qua fruebantur Cardinales, & confirmata legitur à san. mem. Paulo III., erat generalis,
& amplissima, ut desumitur ex verbis a Nobis 48
relatis = *Cupientes Gabellæ Contractuum Almæ Urbis, ac ejus Districtus exactionem facilitari, ac dubietatum semitas amputari, Motu proprio, & ex certa scientia per præsentes volumus, statuimus, & ordinamus, quod exemptiones Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, Thesaurarii nostri Generalis, & Cameræ Apostolicæ Clericorum, nec non quarumvis aliarum Personarum, cujuscumque qualitatis existentium, necnon Universitatum, Collegiorum, & Piorum Locorum, quantumcumque tàm de Jure, quàm de consuetudine, privilegio, vel aliàs quomodolibet exemptorum pro singulis contractibus, & Actibus gabellabilibus tàm pro tempore præterito, quàm futuro intelligi, & observari de-*

debeant hoc modo = Porrò si exemptio confirmata à Paulo III. nedum generalis erat, & amplissima, sed eadem concedebatur *pro singulis contractibus, & actibus gabellabilibus*, parvi referret, quod illa in individuo Gabella, de qua hodiè agitur, non vigeret tempore Pauli III., sed ex post fuerit imposita; species namque omnes *singulorum Contractuum, & Actuum gabellabilium* comprehendebantur sub genere illius generalissimæ, & amplissimæ exemptionis; atque Gabella, de qua hodiè agitur, est una ex speciebus *Contractuum, & actuum gabellabilium*; Consequens ergo est, quod eadem comprehensa censeatur sub generali exemptione concessa pro omnibus speciebus *Contractuum, & Actuum gabellabilium*; quoties enim causa exemptionis generalis est, causativè, habitu, atque potentia comprehen-
49 dere dicitur species omnes sub dicto genere comprehensas, licèt tempore concessæ exemptionis nondum existentes, ex *Text. in leg. Placet ff. de liber., & posthum., Dyn., Bartol., cæterique DD. in leg. Si mihi, & tibi 3. fin. de legat. 1., Regens Tapia in repetit. leg. final. ff. de Constit. Princip. part. 1. cap. 4. num. 5. cum seq., Jason. cons. 25. num. 1. lib. 2., Ruin. consil. 217. num. 17. vol. 1., Alexand. cons. 193. nu. 4. lib. 2., Paris. cons. 68. n. 21. lib. 1., Sanchez. in Summ. tom. 1. lib. 4. cap. 53. nu. 26., Dian part 8. tract. 3. resolut. 46. in fin., del Bene de Immunit. to. 1. cap. 14. dub. 18. sect. 9. nu 4., & tom. 2. cap. 19. dub. 22. num. 5., Antonell. de Jurib., & Oner. Cleric. lib. 1. part. 4. cap. 44. numer. 28., Franc. Marc decis. 425. num. 8. lib. 2., Cacheran. decis. Pedemont. 136. num. 1. & seq., Rot. in Rec. decis. 325. n. 12. part. 5. tom. 1.*

Idque sanè humanius est, & consonum rationi desumptæ ex optimo *Textu in leg. Si servitus 22. ff. de servitut. Urban. Prædior.*, qua sancitur = *quod si ita sit cautum, ne luminibus officiatur, quia ambigua est scriptura, utrum ne his luminibus officiatur, quæ nunc sunt, an etiam iis, quæ postea quoque fuerint, & humanius est, verbo generali omne lumen significari, sive quod in præsenti, sive quod post tempus conventionis contigerit*, & confert alius *Textus in cap. Quia circa 22. de Privileg.*, ibi = *qui intellexisse videtur non solum de decimis Possessionum illius temporis, sed futuri*, ex qua humaniori interpretatione profecta videtur regula communiter à Doctoribus tradita, qua edocemur, immunitates, exemptiones, aliaque hujus generis privilegia generalibus verbis concepta, non solum comprehendere Gabellas, tempore concessionis impositas, atque existentes, sed porrigi etiam ad futuras, ut docuerunt *Bartol. in leg. Damni §. Si is num. 6. ff. de damn. infect., & cons. 59. numer. 4. & 8., Bald. cons. 112. num. 8. lib. 2., Alexand cons. 178. numer. 18. lib. 2., Natt. consil. 160. numer. 23. & sequen., & cons. 340. numer. 12. & 15., Paris. consil. 68. num. 7. lib. 1., Franc. Rocco respons. primo nu. 20. lib. 1., Anna singul. 698., Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 50. num. 165., Borell. de præstant. Reg. Catholic. cap. 33. nu. 21., Altograd. controv. 51. num. 1., de Marin. ad Reverter. decis. 130. sub num. 1., Ageta in annot. ad decis. Moles part. 1. fol. 231. num. 4., & n. 42., Peregrin. decis. Patavin. 143. nu. 19., Berlich. decis. 104. per tot., Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 167. numer. 4. fol. 410., Gobb. consult. decis. 18. numer. 71. & seqq., Rota in Rec. dec. 265. nu. 42. part. 5.*

Quæ regula, si, ut justum locum sibi vindicet, sufficit, quod exemptio concepta sit verbis generalibus, suapte naturâ efficientibus, ut eadem, minimè restricta ad solas Gabellas tempore concessionis impositas, porrigatur etiam ad futuras, quanto potiori Jure recipienda erit in casu nostro, in quo exemptio, qua S.R.E. Cardinales fruebantur, non solùm confirmabatur *pro singulis Contractibus, & Actibus gabellabilibus*, sed præterea apertis verbis,
tàm pro tempore præterito, quàm futuro intelli- 50
gi, & observari jubebatur. In dubium quippè revocari nequit potestas Supremi Principis exemptionem extendendi ad futuras etiam Gabellas, ex juribus, & auctoritatibus allegatis per *Paris. cons. 68., & cons. 69. utrobique nu. 1. & 2., & cons. 70. numer. 1. & 14. lib. 1., Alexand. cons. 30. num. 9. & 24. lib. 5.*, prout etiam,
quoties ambiguitas nulla est in verbis, cessat 51
omnis voluntatis quæstio, juxta famigeratum *Text. in leg. Ille, aut ille ff. de legat. 3.*, hinc est, quod, si Papa potuit, si etiam voluit S. R. E. Cardinales eximere à Gabella pro omnibus Contractibus, & actibus gabellabilibus, eamque intelligi, & observari jussit *tàm pro tempore præterito, quàm futuro*, colore nullo restringi possit ad illas, quæ tempore concessionis exemptionis existebant, sed porrigetur etiam
ad futuras, non quidem solà virtute generali- 52
tatis exemptionis, sed vi expressorum verborum, connotantium futurum tempus, & futuras Gabellas in exemptionis concessione comprehensas, ut per *Text. in cap. Porrò 7., & capit. Recepimus 8. de Privileg., & Repetentes omnes in leg. Placet erga fin. Cod. de Sacros. Eccles.* tradentes cautelam ad tollendam dubitationem, ut ponatur etiam *pro futuris*, notat *Paris. cons. 68. num. 12., & cons. 69. num. 4. & sequen. lib. 1., Alexand. cons. 193. sub num. 10. vers. Præterea verba concessionis*, & paulò inferius *vers. Præterea ut dixi lib. 2., Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 50. n. 165.*

Fortius autem hæ justissimæ rationes urgent
in nostra hypothesi, quia Papa non solùm po- 53
tuit, & voluit, sed decuit etiam, quod exemptionem S. R. E. Cardinalium extenderet ad tempora, & actus futuros, nam quoties non agitur de exemptione ex mera liberalitate, & causa lucrativa elargita, sed eadem conceditur Exemptio ob benemerita, & labores in exercitio officiorum, & munerum, in quorum administratione totius Reipublicæ regimen vertitur, quæsita dicitur ex titulo oneroso, ideo-
que benigniori interpretatione extendenda est 54
ad quascumque futuras Gabellas, atque impo-

ſitiones, *Bold. conſ.112.col.1.lib.2.*, *Alex. con-
ſil.193. col.4. lib. 2.*, *Cephal. conſ. 58. num. 38.
lib.1.*, *Cupyc. Galeot. controv. lib.1. controv.55.
num. 52. cum ſequen.*, *Franc. Rocc. d. reſp. 1.
num.12. & ſequen.*, *& num.17. lib.1.*, *Rota co-
ram Buratt. deciſ.391. num.8.*, hujus verò ſpe-
ciei eſt exemptio elargita Cardinalibus, nam
præter latiſſimè deducta in *§. Et rectè quidem*,
de illis *Divus Bernardus* relatus in *§. Fortiùs
autem* ad Eugenium *lib.4.* ait = *Veniamus autem
ad Collaterales, & Adiutores tuos, hi ſeduli
tui, hi intimi tui eligendi de toto Orbe, Orbem
judicaturi* =, eorum perſonam, & operam per-
utilem eſſe univerſali Eccleſiæ declaravit Inno-
centius III. *in cap. bonæ memoriæ Tertio* verbis
illis = *quod Cardinalium perſona utilior ſit, non*
55 *ſolùm Romanæ, ſed etiam Eccleſiæ Romanæ,
univerſali*, & de eiſdem loquens *in capit. Per
venerabilem qui filii ſint legit.*, inquit = *ſunt au-
tem Sacerdotes Levitici generis Fratres noſtri,
qui nobis Jure Levitico in executione Sarcedota-
lis Officii Coadiutores exiſtunt*, eoſdemque to-
tius Chriſtianæ Reipublicæ gubernacula mode-
rari agnoſcens Concilium Baſilienſe *Seſſ. 23.*
hæc habet = *ſicut nomine, ita re ipſa Cardina-
les ſunt, ſuper quos Oſtia univerſalis Eccleſiæ
verſantur, & ſubſtentantur*, & denique ex
aſſidua aſſiſtentia, quam in adminiſtranda Ec-
cleſia Summo Pontifici præſtant, cauſam ha-
buiſſe privilegia omnia, exemptiones, & ſpe-
ciales prærogativas, quibus Sacrum Collegium
decoratum reperitur, profeſſi fuerunt omnes
Summi Pontifices, qui illas conceſſerunt, id
præclaris verbis declarando tum in aliis Conſti-
tutionibus, tum pręcipuè in Regula 70., ideo-
que in dubium venire nequit, quin, utpotè
eiidem quæſita ex titulo oneroſo, juxta ea, quæ
deduximus *dicto §. Et rectè quidem in fin.*, ex-
tendenda ſit ad futura.

Nec eſt cur objiciatur, quod verba Conſti-
tutionis ſan. mem. Pauli III. ſint præſuppoſiti-
væ exemptionis Cardinalium, ideoque illam
non tribuant, niſi quatenùs antea competiiſ-
ſet, eam vero competiiſſe, nullo pacto pro-
betur in caſu noſtro, quia non exhibetur illius
conceſſio; Nam pro ſubmovenda objectione
iſta ſatis eſt exhibere dictam Conſtitutionem,
56 quæ, utpote non ſolum præſupponens, ſed
exprimens exemptionem, præcedenter com-
petentem Sacro Collegio Cardinalium, eam-
que confirmans, eximit ab onere exhibendi
privilegium conceſſionis exemptionis, juxta
egregiam *Gloſſ. in Canon. 1. diſtinct. 19. verb.
deſunt*, inquiens: *Eſt hic argumentum, quod
ſi Papa in aliquo privilegio, vel Reſcripto con-
firmat alicui Eccleſiæ privilegia exemptionis,
vel alterius rei, quam habet in privilegiis ſuis,
quod eo ipſo robur habeant illa privilegia, licèt
non poſſint exhiberi; dicitur enim hic, quod
Decretales ſint recipiendæ cum capitulum Leonis,
quod eſt in corpore Canonum, de hoc dicat, quam-
vis illæ non ſint in corpore Canonum*, = optimè
*Felinus in cap. Inter dilectos num. 7. de fid. In-
ſtrum.*, ibi = *& juxta hæc ſubdit hic magiſtra-
litèr Innocentius, quem alii ſequuntur latè, quod
ubi privilegium confirmatorium non narrat ſim-
pliciter primam conceſſionem, dicendo = habita,
& habenda confirmamus, = ſed continet, tenorem
confirmati ita ſe habuiſſe, non tenetur Privile-
giatus ipſum producere* =, *Pariſ conſ.33. num.9.
lib.1.*, *Bellamer. conſ. 35. num. 5.*, *Grat. con-
ſil. 41. num. 21.*, *Grammatic. conſil. civil. 122.
num.2.*, *Surd. conſ.540. num.7.*, late *Parexa
de edit. Inſtrum. tit.7. reſol.9. num. 33. & ſeq.*,
de Angel. de confeſs. lib.2. quæſt.5. num.1., *Pa-
ſchal. de virib. patr. poteſt. part.1. cap.1. nu.59.
& ſequen.*, *Mancin. de Jurament. part. 4. ef-
fect.1. quæſt.4. num.20.*, *Graſſ. de effect. Cleri-
cat. effect.2. num.158.*, *Staiban. reſol. 183. nu-
mer.168. & ſeqq.*, *& in obſervat. nu.20.*, *Boer.
deciſ.247. num.3.*, *Rot. deciſ.36. num.1. part.2.
diverſ.*, *in Rec. deciſ. 399. num. 4. part. 2.*, *de-
ciſ.182. num.10. part.9.*, *dec.213. n.7. par.10.*,
coram Merlin. deciſ.652. num.6. & ſeq., *coram
Dunoz. Jun. deciſ.729. numer.9.*, *coram Bichia
deciſ.55. num.15.*, *& ad arnat. clar. mem. Card.
de Luca tit. de benefic. deciſ. 31. numer. 6.*, &
rectè quidem, quia ſi aſſertioni Papæ, & cujuſ- 57
libet alterius Supremi Principis omninò creden-
dum eſt, *Clementin. unic. de probat.*, ibi = *ſuper
ſic narratis fidem plenarium adhibendam eſſe*, &
benè ex dicto *Textu* ad rem noſtram infert *Pa-
rexa loco citat.*, ſi privilegia pendent à libera,
& mera Principis voluntate, quoties Supremus
Princeps tribuens privilegium, aliquid certum
concedit, conceſſio valebit, etiamſi non exhi-
beatur aliud privilegium, quod refertur, ſive
enunciatur, eo quod illius relatio, ſive enun- 58
ciatio, non immutatà naturà puræ diſpoſitio-
nis, importatur à conceſſione, cauſativè, &
demonſtrativè, non autem conditionaliter ſta-
re dicatur, juxta *Textum apertum in cap. Ab-
bati S. Silvani 25. §. Contra quod de verbor. ſi-
gnific.*, *Bulgnet. in leg. Edicto num. 141. Cod.
de Edict.*, *Cancer. variar. reſolut. part.3. cap.3.
num.219.*, *Rota in Rec. deciſ.262. num. 32. &
ſeq. part.19.*, *in Salisburgen. Juris Metropoli-
tici 13. Februarii 1693. §. Deſendendo coram
R. P. D. meo Priolo*, *in Dertbuſen. Juriſdi-
ctionis 28. Januarii 1693. §. Abſque eo quod co-
ram bon. mem. Pio*, *in Nullius, ſeu Fulden. Ju-
riſdictionis 28. Junii 1700. §. Pari quoque faci-
litate coram Eminentiſſimo Cardinali de la Tre-
moille.*

Jam verò ſi quando agitur de materia, in
qua S. R. E. Cardinales ſpecialiter privilegiati
reperiuntur, ut eorum privilegium ſublatum
cenſeatur, oportet, quod ſpecialiter illi dero- 59
getur, eo quod nil tàm naturale ſit, quàm id
eo modo diſſolvi, quo ligatum eſt, ideòque
generalia generalibus, & ſpecialia ſpecialibus
tollenda ſunt, ut inquit *Card. Albanus, ubique
relati in §. Etenim ſi ugatur*, fruſtra objicitur
amplitudo clauſularum, quibus conceptum
legitur Edictum Eminentiſſimi Cardinalis Ca-
merarii, ibi = *Comandiamo, che qualſivoglia
Perſona Eccleſiaſtica, o Secolare di qualſivoglia
grado, o condizione, benchè per comprenderla*

vi

vi fosse necessità di farne specifica , & individua menzione , e che senza tal specificazione per la dignità del suo grado Ecclesiastico , o Secolare , non potesse restar compresa , quando comprerà , a venderà Bestiami , debba dare nel termine prefisso in dd. Bandi l'assegna giusta in Dogana , e suoi Ministri della vendita , o compra seguita , e del suo giusto prezzo , con il quale è stata fatta , quia , omissa quæstione de potestate, ex amplitudine dd. clausularum inferri necessariò nequit voluntas comprehendendi Cardinales.

Non , inquam , ex illis infertur hæc voluntas, quia licèt colore aliquo affirmari posset ,
60 Eminentissimum Camerarium sub dicta generalitate , quoquo modo cogitasse de Personis Eminentissimorum Cardinalium , dicendum esset , illos in mente habuisse , non ad effectum abrogandi eorum exemptionem , sed eosdem obligandi ad denuntiandum contractum , ab ipsis initum, & quantitatem pretii , quo celebratus fuit , ut Ministri Dohanæ medietatem Gabellæ exigere possint ab alio Contrahente , non exempto , ut præseferre videntur in suo naturali sensu verba illa Edicti = *Debba dare nel termine prefisso in dd. Bandi l'assegna giusta in Dogana , e suoi Ministri della vendita , o compra seguita , e del suo giusto prezzo , con il qua-*
61 *le è stata fatta ;* Quæ interpretatio eò certius recipienda est , quia consonat dispositioni san. mem. Pauli III. *relatæ in §. Prout etiam* , in qua Eminentissimi Cardinales eximuntur dumtaxat à medietate Gabellæ , firmo remanente onere , quoad alium Contrahentem , minime exemptum , solvendi reliquam medietatem ; Si itaque indaganda sit voluntas Eminentissimi Camerarii , auctoritate Summi Pontificis , promulgantis Edictum , hæc proculdubio certò liquere nequit ex sola generalitate verborum , utpotè verificabili de denuntiatione contractuum facienda pro interesse Reverendæ Cameræ respectu aliorum non exemptorum , ut benè in casu simili nostro ratiocinatur *bon. mem. R.P.D. de Rubeis in Voto alias citato , & relato apud R.P.D. Zaul. tom.2. observ. ad Statut. Favent. lib.6. rubr.4. num.50. & seqq.*

Imò verò , si in investiganda voluntate Conditoris alicujus Legis , seu Constitutionis , ea
62 semper capienda est conjectura , quà illa reddatur conformis rationi , ut nempè id solùm voluisse censeatur , quod ipsa ratio dictat , ut benè in proposito notavit *idem Auctor num.48. & sequent.* , de amplitudine ista verborum , & clausularum , quibus tale Edictum refertum reperitur , agi deberet , si Causa hæc dijudicanda esset ex mera Juris communis censura , & mero Jure aliorum Privilegiatorum ; At aliter res se habet in casu nostro , quo Cardinales specialiter privilegiati reperiuntur , ideòque eorum privilegium immotum manere censetur , quoties eidem specialiter derogatum non
63 fuit , alioquin Edicti Conditor deviasset à justa Juris Regula , & communi Doctorum traditione firmata *in d. §. Etenim si agatur* ; Cardinales enim eodem Jure censendi essent , tam in casu , quo specialiter privilegiati non sint , quàm in alio casu , in quo speciali privilegio donati reperiantur , quod nemo non videt , quàm absurdum sit , si enim vix in materia indifferenti admitti potest , quod sub generalitate verborum Legis generalis Cardinales comprehensi censeantur , ob eorum supereminentem dignitatem , quæ resistit tali comprehensioni , quantò minus illa locum habere poterit, quoties præterea concurrit specialitas privilegii , hoc enim casu d. generalitas verborum , & clausularum superare deberet duplicem resistentiam , quod si regulariter non admittitur , *Bald. in leg.1. num.22. vers. Unum etiam scias Cod. de furt.* , *Felin. in cap. Nonnulli numer. 2. vers. Quinta conclusio de Rescript.* , *Alexand. cons.195. num.10. lib.2.* , *Barbos. de Claus. usufreq. claus.62. num.13.* , *Gratian. discept. forens. cap.827. num.20. , & cap.982. nu.17.* , *Menoch. de arbitrar. cas.203. num.13.* , & in simili notatur in *Voto Camerali bon. mem. R.P.D. de Rubeis apud Reverendissimum Zaul. nu.57.*, multò minus admitti poterit , post additionem factam Regulæ 70. Cancellariæ , & expressam mentionem Cardinalium ab ea requisitam .

In Causa minimè dubia plus dictum videri posset , quàm res postularet , sed alia adhuc supersunt , quæ proferamus , non ut rem perspicuam , dicendo , probemus , sed ut pleniùs contrarios discursus confundamus . Nam si inspecta merà Juris censurà , & regulis hactenùs constabilitis, nondum plenè probatum dici posset , Eminentiss. Cardinales comprehensos non censeri in iis Sanctionibus , in quibus expressè nominati non leguntur ; planum id faceret observantia , & stylus , quo edocemur , Conditores Constitutionum , & aliarum quarumcumque Sanctionum semper nominasse Cardinales, quoties eosdem illis subiicere voluerunt . *In §. Hac denique cum seq.* attulimus egregium Juris Canonici locum *in cap. unic. de Schismatic. in 6.* , & Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Decretum , in quibus , nullo numero habita effrenata clausularum amplitudine , ut S.R.E. Cardinales comprehensi dici possent, facta fuit expressa illorum mentio : missa fecimus , prout etiàm modò omittimus , innumera Pontificiarum Constitutionum loca, quibus eundem stylum confirmare possemus; sed ad rem nostram satis erit adferre exempla Pontificiorum Chirographorum , ac aliorum similium Edictorum ab Eminentissimis Camerariis prò tempore editorum , in quibus parvipensà effrenatà clausularum amplitudine , necessaria reputata fuit expressa Cardinalium nominatio , pro eisdem comprehendendis .

Regula 70. ampliator san: mem: Alexander VII. , cum auxisset vectigal vini Castrorum , quod in Urbem introducitur , in Chirographo expressam fecit Cardinalium mentionem ; meminerat enim additionis ab ipso fa- 64
ctæ dictæ *Regulæ* , quinimò , ut clariùs ex dicto Chirographo perspiceretur , generalitatem clausularum,quoties ad alia referri potest, compre-

prehensivam non esse casuum indigentium speciali mentione, cum exorta esset controversia, an Fratres Minores de Observantia, & Capuccini comprehensi dici possent sub illis verbis *Mendicanti d'ogni sorte*, Congregatio Cameralis censuit, dictam generalitatem verborum illos non comprehendere, utpote verificabilem de aliis Mendicantibus, quibus illa convenìebant, *ut in dicto Voto Camerali R. P. D. de Rubeis*.

Clar: mem: Card. Palutius de Alteriis in
65 Edicto super Re frumentaria publicato, quia mens fuerat Summi Pontificis, cujus speciali Chirographo, & vivæ vocis oraculo publicabatur, comprehendere etiam Cardinales, usus minimè fuit sola clausularum, & verborum generalitate, sed parendo Regulæ 70. Cancellariæ, expressè illos nominavit, ut legitur in dicto Edicto relato apud *D. Advoc. Constantin. ad Statut. Urb. tom.2: annot.60. num.421.*

Et denique plura alia his similia Edicta, & Chirographa omittendo, idem Eminentissimus Cardinalis Camerarius, qui edidit Edictum, quod hodiernæ controversiæ causam dedit, in aliis casibus clausulas generales, & effrenatas sufficientes non reputavit prò Cardinalium comprehensione, ut patet ex Chirographo Sanctissimi Domini Nostri dato die 24. mensis Januarii anni 1709., & directo Emi-
66 nentissimo Card. Grimaldo, qui Legati Bononiæ munere fungebatur. Supplicaverat Regimen Bononiæ prò impositione cujusdam vectigalis, pro supplendis expensis factis occasione Transitus Exercitus Germanici; remissa fuit instantia Eminentissimo Cardin. Camerario = *Rimettemmo l'istanza al Reverendissimo Cardinal Camerlengo, quale sapendo benissimo mancare alla Città di Bologna in somma notabile il modo di supplire alle spese ordinarie, non che alle presenti estraordinarie, ed impensate, dopo avere in ciò avuta anche la vostra Informazione, avendoci communicato il suo parere, secondo quello siamo condescesi, come appresso, alla grazia.*

Prævio itaque consilio Cardin. Camerarii, emanavit Chirographum, in quo sublata fuit exceptio, quod Personæ interesse habentes non fuissent vocatæ = *quantunque non vi siano state chiamate, citate, ne sentite le Persone, Luoghi Pii, & altri, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse*. In eodem derogatum quoque fuit tum Regulæ Cancellariæ *de Jure quæsito non tollendo*, & quibuscumque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, quamvis prodiissent in Concilio generali, & omnibus, & quibuscumque privilegiis = *Non ostante la Regola della nostra Cancellaria = de Jure quæsito non tollendo, = e quali si siano altre Costituzioni, Decreti, & Ordinazioni Apostoliche nostre, e de nostri Predecessori, benche Concistoriali, Concilij Generali, e Provinciali, privileggi, Indulti, libertà, & esenzioni* = In hoc eodem Chirographo derogatur exemptionibus habitis titulo oneroso, ibi = *per qualsivoglia causa, e titolo, anche oneroso, e sotto qualsivoglia clausule insolite, & irritanti, e derogatorie delle derogatorie, Leggi, usi, stili, consuetudini &c.* = Uno verbo: difficile est reperire Chirographum adeo effrenatum, & amplum, quale est illud, de quo nunc loquimur; Et nihilominus idem Cardinalis Camerarius, cujus consilio, & directione emanavit, censuit, prò comprehensione Cardinalium requiri expressam eorundem mentionem, ut desumitur ex sequentibus verbis = *Siano tenuti, & obbligati tutti li Compratori, siano Laici, o Ecclesiastici, Secolari, Regolari, anche delle uniche Congregazioni, della Compagnia di Gesù, Monache, Frati di qualunque Ordine, & Instituto, benche effettivamente Mendicanti, Cavalieri di Malta, Spedali, Congregazioni, Confraternite, Case, Colleggj, anche di Montalto, e qualsivoglia altro Luogo Pio, gl'Arcivescovi, e Cardinali, Capitoli, Canonici, e Prelati, & ogni altro, quantunque avesse, ò pretendesse d'avere esenzione, ò privilegio* = Patet itaque ex facto Eminentissimi Camerarii, quod in illis Chirographis, in quibus non fit mentio expressa Cardinalium, non sunt iidem ullo modo comprehensi, & quod ad effectum comprehensionis quælibet generalissima, & effrenatissima clausularum congeries non est sufficiens, ducto
argumento ex iis, quæ egit Eminentissimus Ca- 67
merarius Auctor Edicti, de quo res est, quod argumentandi genus in Jure nostro validissimum reputatur, ut in simili ad effectum non comprehensionis Cardinalium sub Constitutione non faciente ipsorum expressam mentionem, argumentatur *Cobell. in notit. Cardin. cap.16. privileg.76. per tot.*, & generalitèr *Rota decis.251. num.22. par.19.*

Pro elienda vero hanc observantia confirmante veram intelligentiam similium Edictorum, Chirographorum, aliarumque hujus
generis Sanctionum, frustra opponitur specia- 68
lis observantia, qua dicebatur, Cardinales Gabellam persolvisse pro simili contractu venditionis agnorum, quæ porrò observantia, utpotè specialis, & individua in casu, de quo agitur, prævalere debeat observantiæ generali, respicienti alios casus; nam præter exce-
ptionem, quam afferre possemus adversus pro- 69
bationem desumptam ex Dohanæ Libris, quod nempè hi regulariter non probent contra Tertium, *Joseph Ludovic. comm. conclus. tit. de Libr. Mercat. ampliat.7., Ferret de Publican. & Gabell. num.258., Genua de scriptur. privat. lib.4. tit. de libr. ration. à public. deputat. num. 35., Peregr. cons. 92. num. 1. & 3. lib. 2.* Multòque minus quando, prout hic, eorum partitæ non fuerunt extractæ, citata Parte, tali enim casu attestatio publici Officialis, absque legitima, & formali partitarum extractione, nullo modo venit attendenda, ex firmatis per *Rotam coram Gregor. decis. 359. num. 5., & Adden. num.9., coram Pamphil. decis.179. num.7. cum ibi notatis num.11., Add. ad Burat. decis.11. num.5., coram Dunoz. Jun. decis.350. num.5., & in Recent. decis.410.*

cis.419.num.7.par.14.& decis.669.nu.8.par.19. tom.2., dicimus, statum nullum ex eisdem firmari posse contra Sacrum Collegium, quia non probant continuatam dictæ Gabellæ solutionem ab omnibus Cardinalibus factam pro similibus Contractibus, sed quatuor dumtaxat Ministri Eminentissimorum Cardinalium (plures enim non sunt illi, qui in prædictis Libris reperiuntur descripti) d. Gabellam solverunt;

70 Hi autem, minus verò eorum Ministri, præjudicare potuerunt toti Sacro Collegio, tum quia, cum agatur de exemptione, eorum sublimi Dignitati, ac eminenti Ordini concessa, nequivit facto Particularium interverti, exemplo similium privilegiorum, Clericorum Ordini, sivè Ecclesiæ competentium, quibus facto Particularium renunciari nequit, ad tradita per *Sperell.decis.37.num.64.& seqq, & passim apud alios*, tum etiam quia, cum agatur de privi-

71 legio, & exemptione respiciente tempus futurum, actus contrarii nocent quoad præteritum, non quoad futurum, juxtà doctrinam *Glos. in l.1.§.Interdum in verb. quotidiè constituitur ff. de usufruct. accrescend.* & late prosequuntur *Andreas de Barulo in leg. 2. num. 10. C. de his qui spontè*, ibi = *Ex his, quæ dixi, patet solutio talis quæstionis, quam vidi de facto: Jannenses, sivè Pisani habent privilegium Immunitatis Vectigalium, solverunt per unum, vel duos annos, vel etiam per decem contra privilegium fecerunt, an tali casu privilegium sit amissum, ut teneantur solvere in futurum, dico, quod non, quia recipit reiterationem* = *Camil. Medic. cons. 63.num. 3.& seqq.*, ibi = *Si verò habet effectum successivum, quia recipit reiterationem, ut in privilegio Immunitatis, quod non solvantur datia, seù quodquis non habeat munera, & tunc, si spontè unum acceptavit, in aliis sibi non præjudicat, l. voluntariè C. de excusat.Tutor.&c. indè tradunt ibi Cynus, & Salycetus, quod immunis à Datiis, si semel, & pluries solvit, in illo actu tantum solutionis sibi præjudicavit, sed non in futuris solutionibus* =, *Gregor. Lopez l.42.tit.12.part.3.*, ibi = *Neque obstat id, quod habetur in d.cap.cum accessissent de Constit.quod per unum actum contrarium privilegio quis perdat privilegium, quia illud procedit, quando privilegium continebat actum momentaneum, & non iterabilem effectum, secus verò quando habet tractum successivum* = *Barbos. in cap.cum accessissent num. 6. de Constit. & in tract. de offic. & potest. Episcop. allegat. 26. num. 15. in fine*, ibi = *Si enim patitur se scribi in Libro Gabellarum, vel similium gravaminum, non impeditur in futurum suo uti privilegio* = *Fontanell de pact.nuptial claus.4.glos.10.part.1. num. 131.*, ibi = *Idem dicimus de eo, qui licet immunitatem haberet, passus tamen fuit se describi in Æstimo, & Catastro, vel Libro solutionum, non præjudicat sibi in futurum, sed pro illa tantum vice* = *& sub num.132.* sic prosequitur = *generaliter, ut regulam habeamus generalem, quæ omnes in materia casus contingentes comprehendat, advertendum est, quod quando privilegium continet effectum successivum, non tollitur per unicum actum, secus quando continet effectum momentaneum*, & hæc est communis opinio Doctorum, *Suarez de legib. lib. 8. cap. 35.num.14., Cyriac.contr.57.num.49.& 62. Acacius de privileg.lib.3.cap.15.à nu. 1.ad 22., Castil.de Tertiis cap.59.num.22., Reverter decis. 38. & 39. per totam, Alexand. cons. 33. col.2. lib.5., Ramon.cons.59.nu.3., Valenzuol. cons. 79. num.134., Bardellon.cons.22.nu.39., Menoch.de præsumpt. lib. 6.præsumpt. 41. num.6., R.P.D. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. in observat. ad Proem.nu. 48.tom.1., Magon.decis. Florent.143. num. 9.*

Hæc igitur cum ità se habeant, & exemptiones, ac privilegia, quibus fruuntur S. R. E. Cardinales, eis non data, sed cum ipsis nata, & originaria quadam libertate, veluti à Natura eorum Ordini quæsita, non liberaliter donata, sed ob benemerita, uti præmium, sive correspectiva merces ipsis repensa videantur, ideoque, tamquam suàpte naturà irrevocabilia, immota semper maneant, nisi expressè infirmentur, præsertim verò quando versamur in re, in qua Cardinales specialiter privilegiati reperiuntur, itaque senserint, atque docuerint præclarissimi Juris Interpretes, suadeat justa ratio, confirmet stylus, ususque Romanæ Curiæ, & denique solemni Lege id declaraverit Summus Pontifex Alexander VII. in toties memorata Regula 70, qua veterum opinionum ambages omnes evolutæ fuerunt, non solùm Eminentissimi D.Cardinalis de Aquaviva Causam in tuto locatam, sed totius Sacri Collegii Jura vindicata dici posse speramus.

Etsi hæc Allegatio fuerit ab Auctore scripta antequam Advocati fiscalis munere fungeretur, tamen opera pretium existimavimus eam quoque inter alias ad rem Fisci Apostolici pertinentes hoc loco typis edere cum latissimè, doctissiméque agat de famigerata quæstione An, & quando S. R. E. Cardinales comprehendantur Legibus, & Constitutionibus, eorum expressam mentionem minime facientibus. Ceterum Cardinalium Collegium Causâ cecidit coram Congregatione particulari à Clem. XI. Pont. Max. deputata, ut patet ex ejusdem Pontificis Chirografo quod subnectimus.

Rm̃o Cardinale Camerlengo.

Avendoci rappresentato il Commissario della nostra Camera, che pretendendosi dal Rm̃o Cardinale Acquaviva non dover esser soggetto al pagamento della Gabella della Grascia, detta del Contratto per la vendita dell'Agnelli del suo Gregge, ò Massaria, solita pagarsi alle nostre Dogane generali di Roma, nè fosse introdotto Giudizio ad istanza della detta nostra Camera avanti Monsign. Crispolti nostro Uditore, e che esaminatasi la Causa per molto tempo avanti il medesimo, finalmente li 9. *Aprile* 1710. rilasciasse mandato contro il medesimo Rm̃o Cardinale Acquaviva, dal quale Decreto tralasciata la solita appellazione alla plena Camera, alla quale si devolveva secondo lo stile, e disposizione delle Costituzioni Apostoliche, ebbe à Noi ricorso anche à nome di tutto il Sacro Collegio de' Rm̃i Cardinali, affinchè avessimo deputato una Congregazione particolare di Prelati, siccome con special Commissione segnata di nostra Mano furono deputati li Monsignori Patrizj nostro Tesoriere Generale, Muzzi Seg. della Cong. de Vescovi, e Regolari, Coradini Nostro Uditore, Lancetta, e Falconieri Uditori di Rota, Vincentini, e Ghezzi Chierici di Camera, e il detto Commissario della medesima, avanti del quale, benchè si sij preteso dal detto Sacro Collegio de Rm̃i Cardinali non essere obbligati al pagamento di detta Gabella, atteso che non si sij ritrovata l'originale imposizione della medesima, e per non essere stati respettivamente nominati li detti Rm̃i Cardinali nell' Editto pubblicato da Voi li 22. *Agosto* 1699., ed approvato con special Chirografo della San: M: d'Innocenzo XII. nostro Predecessore, segnato sotto detto giorno, come detti Rm̃i Cardinali pretendevano esser necessario, perchè fossero compresi, niente di meno si è preteso per parte di detta nostra Camera, che sia stata fatta menzione d'essi Rm̃i Cardinali in un motu proprio di Giulio III. dell' anno 1549., o altro più vero tempo, e nella Costituzione d' Innocenzo XI., nostri Predecessori in data delli 14. *Agosto* 1677., e che tutto ciò lo dimostri la quasi centesima osservanza d'esiggere detta Gabella anche dà Rm̃i Cardinali, conforme ci hà rappresentato detto Commissario della nostra Camera essersi giustificato per una lunga serie d'anni nelle Scritture prodotte, e distribuite a dd. Prelati, nel quale stato di cose dovendosi coadunare la detta Congregazione per decidere, e terminare detta Controversia, abbiamo Noi deliberato, che attesa questa lunga osservanza, e possesso, in cui si trova detta nostra Camera d'esigere detta Gabella anche dalli Reverendissimi Cardinali, sia conveniente, che debba continuare nella medesima esazione, e che però sia giusto, e ragionevole di por fine alla medesima controversia col dichiarare espressamente esser li medesimi Rm̃i Cardinali obbligati al pagamento di detta Gabella nel modo, e forma si è fin'ora pagata da medesimi: Pertanto avendo qui per espresso il tenore di detto decreto di Monsig. Crispolti per gl'atti fatti, e Scritture prodotte, e respettivamente esibite dà una parte, e l'altra avanti detta Congregazione, ed il possesso così antico, in cui si trova detta nostra Camera, e sue Dogane Generali d'esigere detta Gabella, anche da detti Reverendissimi Cardinali, & ogn' altra cosa quanto si voglia necessaria da esprimersi, di nostro Moto proprio, certa scienza, è pienezza della nostra Potestà assoluta dichiariamo, ed ordiniamo, che i detti Reverendissimi Cardinali siino soggetti al pagamento di detta Gabella della Grascia, detta del contratto, de' loro Bestiami nella vendita, e contrettazione, che saranno per fare de medesimi, nel modo, e forma, che si è pratticato con tutti gl' altri Ecclesiastici, quando hanno comprato, ò venduto li Bestiami per loro servizio, e nella conformità medesima, che da detti Rm̃i Cardinali si è pratticato per il passato, togliendo di mezzo, sopprimendo, & estinguendo la Lite, e controversia sudetta or pendente in detta Congregazione, come se non fosse stata introdotta nella medema, dando a Voi ogni facoltà necessaria, & opportuna di far quelle ordinazioni, e publicare quelli, editti, che stimerete opportuni, affinchè la nostra Camera, e sue Dogane generali della nostra Città di Roma possino continuare ad esigere la detta Gabella anche da detti Rm̃i Cardinali, e di prendere ogn' altra provisione, che giudicherete più propria, ad effetto, che questa nostra dichiarazione resti pienamente adempita, & esseguita, essendo tale la mente, e volontà nostra espressa, & il simile vogliamo, che si osservi ancora in tutti gl'altri Dazij, e Gabelle fin ora imposti, & imposte, li quali, e le quali li detti Rm̃i Cardinali sono stati fin ora soliti di pagare alla nostra Camera, e suoi Appaltatori: Volendo però, che nelli Dazij, e Gabelle da imporsi in avvenire non siano detti Rm̃i Cardinali tenuti, & obbligati, se non saranno in detta Imposizione espressamente nominati, secondo la regola di Cancellaria, intendendo però ciò sempre per l'Imposizione da farsi: Volendo di più, e decretando, che il presente nostro Chirografo registratosi in Camera a tenore della Costituzione di Pio IV. nostro Predecessore de *registrand.* abbia, e debba aver il suo pieno effetto, e vigore, & esecuzione, e non possi mai opporsi di surrezione, orrezione, e difetto della nostra volontà, & intenzione, e di qualsivoglia altro vizio quantunque sustanziale, e formale, e che così, e non altrimenti da qualsivoglia Giudice, e Tribunale venga giudicato, deffinito, & interpretato, togliendo alli medemi Giudici, e Tribunali ogni facoltà di giudicare diversamente colla Clausola sublata, e decreto irritante, da stendersi in tutta la loro latitudine, abbenche non si sia sottoscritto, e citato il detto Sagro Collegio de' sudetti Rm̃i Cardinali, & ogn' altra persona, che vi avesse, ò pretendesse avere interesse, supplendo Noi colla pienezza della nostra Potestà a qualunque difetto formale, e sostanziale, non ostante la Costituzione d'Eugenio IV., e di Sisto V. nostri Predecessori, la regola della nostra Cancellaria, Leggi, e Stilj, e consuetudine, e qualunque altra Costituzione Apostolica nostra, e de nostri Predecessori, che in ciò potessero ostare, alle quali tutte, e singole, avendo qui per espresso il loro tenore, e di parola in parola inserto, per l'effetto sudetto, e per questa volta sola pienamente deroghiamo.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 10. Settembre 1712.

Clemens Papa XI.

F I N I S.





